QUATUOR
N. T. EVANGELIA

RECENSUIT

ET CUM

COMMENTARIIS PERPETUIS

EDIDIT

DR. CAR. FREDER. AUGUSTUS FRITZSCHE
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROFESSOR THEOLOGIAE ORDINARIUS.

TOM. II.

EVANGELIUM MARCI.

LIPSIAE
SUMTIBUS FREDERICI FLEISCHERI.

1830.

EVANGELIUM

MARCI

RECENSUIT

ET CUM

COMMENTARIIS PERPETUIS

EDIDIT

DR. CAR. FREDER. AUGUSTUS FRITZSCHE

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROFESSOR THEOLOGIAE ORDINARIUS.

LIPSIAE

SUMTIBUS FREDERICI FLEISCHERI.

1830.

Neque ulla varietas tam gravis est, ut inde religionis summa pendeat, neque tam levis ulla, ut veritas Apostolica non sit praeferenda vitiis librariorum.

I. A. Bengelius.

FREDERICO FRANCISCO

MEGAPOLEOS MAGNO DUCI PRINCIPI VENEDORUM SUERINI ET
RACEBURGI COMITI SUERINENSI TERRAE ROS OCHII ET
STARGARDIENSIS DOMINO.

PATRI PATRIAE

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

PATRONO MUNIFICENTISSIMO

ET

CANCELLARIO MAGNIFICENTISSIMO.

HUNC LIBRUM

OBTULIT

DEVOTISSIMUS CLIENS

C. F. A. FRITZSCHE.

LAUS est laborum fine carentibus
Venalis, aegro reddere Principem
Robur, tueri lege cives,
Esse patrem patriae et vocari.

Non monstruosa illi incubuit cohors
Fatorum avari non populo Doli,
Non caeca Formido Famesve,
Aut gelidae comes Ira caedis.

Sed vis peculi, divitiae probae
Sedem capessunt, vitaque libera,
Fortuna et auri certa prisci,
Intemerataque norma morum.

Doctrina castam roborat indolem,
Divisque fortes imbuit artibus.
Neglecta si tellure pigra
Frugibus arva nitent coloni,

Certabit exculto ingenium rude.
Musae benigno quos oculo vident,
Ingente Dux firmat beatos
Praesidio ac Helicona pandit.

FRANCISCE Te nos, Te loquimur pii,
Dicende seris Magne nepotibus.
Totus fideli Tete amore
Prosequitur populus Tuorum.

Quid mirum, ubi fert praemia grandia
Virtus, jacentem subsidio juvas,
Et supplici culpam remittens
Respicis et generosum et imum.

Quin et minorem numine Te geris
Divino adorans sollicita prece:
Nec non sacrarum literarum
Concelebras meritos honores.

Nempe illa vitat Te, pede quae vago
Vertens solum, dum pectora percutit
Palmisve passis ingemiscit:
Unica vult pietas videri:

Quae vincla menti nectere liberae
Caligines inducere pristinas,
Atque alteri portare damna,
Hoc amat heu! medicata fuco.

Ast ore puro jussa memor tenes
Summi magistri, pone celer sequi:
At supplicans plebi Tibique
Caelitus usque petis salutem.

Unde et virorum sacra volumina
Interpretantum, flaminis et probi
Pernosse curas, quid labores
Quid studium populare possit.

Neve occuparet relligio mala
Mentes paventes, aut tumidas semel
Caelestium risus nefandi,
Omnia circum oculos tulisti.

Lenis, precamur, scripta per otium,
Non digna quamvis nomine regio,
Oblata Tu ne sperne, Princeps,
Grande decus columenque nostrum.

Nam laude crescam conspicuus Tua,
Audentior per prospera redditus:
Sit vile munus; parva parvum,
Turgida vela decent ferocem.

Parebat olim flos Academiae,
Iactata fluctu ceu ratis horrido,
Ductoribus binis gravatus
Imperiosa tulisse sceptra.

Quae nunc patrono subdita Principi
Audet decorum tollere verticem,
Audet via niti negata,
Auspiciis animosa faustis.

Nuper Tuorum coetibus additi
Dicenda Musis praemia vidimus;
Non hoc inornatum silebo,
Si valeam memorare grates.

Genti bonus Dux imperitas bonae,
Clemens modestae: scimus ut incolae
TE laude mactent, queis amoris
Mutua dona rependis altus.

Ut cuique TECUM pulchrior it dies,
Votis fatigat supplicibus Deum,
Lustris peractis juncta fortem
Condere TE jubeat futura.

Tum nostra, Musae quos memores regunt,
Vox vincit: *Artes ingenuas fovens*
Dux vivat insignisque crescat
Nestorea juvenis senecta.

PRAEFATIO.

LECTORI BENEVOLO S.

Quum integrum paene quadriennium effluxerit, ex quo Evangelium Matthaei commentariis criticis et exegeticis, qui viris in sacrorum librorum explicandorum arte et facultate excellentissimis non improbarentur, nonnihil emendatum et illustratum ediderim, Marci Evangelium commentariis eodem tenore elaboratis expolitum nunc demum vulgare mihi licuit. Nam et muneris quo nunc fungor gravissimi et laboriosissimi rationes mire mea tempora occupaverunt, et magnam me ab eruditis viris gratiam initurum esse cognovi, si Marci librum largo et accurato et eleganti annotationum apparatu instruere studuissem. Quippe quorum commentarii nunc maxime partim merito honore partim usu tantum et gratiâ celebrantur Marci Evangelium, ut quod non nisi a Matthaeo et Lucâ exposita complectatur, si a paucis locis discesseris, leviter stringunt obiterque attingunt, nec quisquam

est, qui operae quidem pretium faceret, post Heupelium et Elsnerum inventus, qui quantâ par est ubertate et diligentiâ Marci volumen interpretaretur. Quod dolenter potius quam accusatorie diximus. Namque propter multas gravesque causas dignus prae ceteris Marcus videri debuerat, in quo diligenter emendando et enarrando Criticorum et interpretum studia aemularentur. Quem quum e Matthaeo et Lucâ tantum non universum librum confecisse longe evidentissimum sit, gravissima disputatio de Evangeliorum fontibus et mutuâ horum librorum ratione, ne felici successu destituatur, a Marci volumine examinando proficisci debet, neque fieri potest, quin qui Marci ingenium recte aestimare didicerit difficilem de ceteris Evangelistis quaestionem felicius et expeditius absolvat. Praeterea autem tantus est locorum qui vel Critico *) vel explicatori **) plurimum negotii exhibeant numerus, quantus in exiguum sedecim capitum librum vix cadere posse videatur. Unde primum quidem, quemadmodum in Matthaeo

*) Cf. v. c. Marc. 3, 16. 4, 31. 6, 15. 33. 7, 2. 24. 31. 8, 25. 9, 10. 22. 23. 10, 11. 12. 11, 3. 31. 12, 6. 23. 28. 14, 51. 70. 15, 7. 8. 28. 16, 9—20.

**) Vide v. c. Marc. 3, 20. 21. 6, 20. 7, 2 sq. 9, 49. 50. 11, 13. 12, 40. 13, 34. 14, 3. 41. 72. all.

antea feceram, totum animum, curam omnem, operam diligentiamque meam in eo posui, ut depravata Marci loca non quidem levibus quantivis pretii hariolationibus et conjecturis speciosa redderem, sed e vetustis Codicibus, quid sententiae lumen, linguae leges quibus N. T. scriptores obtemperare consueverint, Marci usus et Codicum testimonia vel flagitarent vel maxime commendarent accurate expenso, emendarem. Nam quum omnino in N. T., quod plerisque in locis Codicum ope ad pristinam integritatem revoces, perraro conjecturarum praesidio opus sit, tum nescio an nusquam ab hariolationibus Novo Testamento salus quaerenda sit ubi superstites N. T. Codices cum pulvisculo excussi fuerint. Negligenter enim plerosque N. T. libros collatos esse quicunque criticam artem vel leviter degustaverit facile animadvertat, eorumque sententia qui consilia quibus minuantur potius quam augeantur copiae N. T. criticae nobis ineunda esse nuper dictitavere nescio quanti ab aliis aestimetur, mihi quidem insulsa videtur. Etenim singulis singulorum Codicum levissimis notatis vitiis tam in classes, quod hactenus frustra tentatum est, tuto omnes distribuere quam suum cuique pretium certâ sententiâ statuere non arduum sit. Quodsi quis ex me quidnam Critici munus amplexus ad Marcum emolumenti aut

attulerim aut afferre voluerim percontetur, me tum vera superiorum Criticorum judicia novis passim firmioribusque rationibus munivisse, tum falsas eorum sententias, quibus docte erratum videretur (nam indoctas vel tacui vel paucis exagitavi), non superbo fastidio sed argumentorum auctoritate refellisse, tum in haud paucis locis quae nondum essent in suspicionem vocata ad certa menda primum digitos intendisse affirmem. Praeterea multum studii in eo consumsi, ut et voces et formas in N. T. Codicibus aut summâ aut permagnâ constantiâ proditas, quarum huc usque obscurior ratio videretur, legibus quae omnes graecae linguae dialectos complectantur, alexandrinorum scriptorum consuetudine, veterum Grammaticorum testimoniis ceterisque ad verum eruendum usus adjumentis in clariore luce ponerem, quâ re Lexicographis et Grammaticis N. T. gratum fortasse fecerim. Pertinent hûc tum quae de v. *ἀνώγεον* et *ἀνάγαιον*; *ἀπέχει*, *γαμίζω* et *γαμίσκω*, *γέννημα* et *γένημα*, *δέρω δέῤῥω* et *δαίρω*, *ἔννατος* et *ἔνατος*, *ἐπισυντρέχω*, *κτένω κτέννω* et *κτείνω*, *μογιλάλος* et *μογγιλάλος*, *νήστεις* et *νήστις*, *ποδαπός* et *ποταπός*, *πιστικός*, *στοιβάς* et *στιβάς* aliisque Marco consulturus disserui, tum quae de aliis N. T. scriptoribus ipso rerum de quibus forte tractaretur invitatu obiter disputavi. Verum qui-

cunque veteribus scriptoribus vere prodesse cupiverit Criticus, eum interpretis et Critici artem ita inter se temperare oportet ut utriusque munus nusquam divellat et haec duo vitia tanquam aliquam Scyllam et Charybdin devitare, ut vel de sententiâ securus critica dumtaxat officia obeat, vel explicando veteri monumento unice intentus, quasi verborum conformatio quâ forte utatur nihil plane vitii conceperit, Codices inepte spernat. Nam si quis emendando scriptori operam tantum impendat Codicibus mox emancipatus sanis saepe scalpellum adhibeat, ulceribus obsita sine ullo remedio et allevamento permulta relinquat necesse est; sin quis veteris libri non nisi interpretem agat quominus in fraudem delapsus librariorum nugas pro scriptoris venustate haud raro venditet nullâ providentiâ impedire potest. Illius erroris nonnullos fortasse ex iis qui classicos scriptores nuper ediderunt recte insimules; hujus peccati, si vera potius quam dictu speciosa afferenda sunt, permultos N. T. interpretes reos jure peragas *):

*) Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. v. 1349.: Illud οὐκ ἔτ' εἶναι vel *οὐκ εἶναι* veteribus tritissimum, quum *de vitâ functis* forte legeretur Matth II, 18., effugere non poterat quin similium locorum oneraretur acervis: *in quibus congerendis infructuose diligentes lectiones Codicum vulgatis multo meliores, e quibus contextus erat expoliendus,* et centena *negligunt* in Paullinis tenebricosa."

quorum alii tanquam Griesbachii conformatio singula sacrorum scriptorum verba repraesentet optimas Codicum lectiones indocto silentio premunt, alii obiter dumtaxat, quasi ridicula librariorum menda commemorant, alii sic de iis disputant, ut ipsa artis vis et notio eos fugisse videatur. Qui si superiorum Criticorum laboribus N. T. emendationem perfectam esse opinantur magno eos errore duci apparet. Etenim quum conformationem receptam e recentioribus qui multis vitiis inquinati essent libris fluxisse constet, Millius, Bengelius, Wetstenius, Matthaeius et Griesbachius viri scriptis suis immortalitatem adepti hîc illîc tantummodo menda tollenda censuerunt ejusmodi quae vel summa librorum conspiratio vel sententiarum quam inferrent perversitas arguisset. Nondum igitur illorum virorum studiis Novo Testamento castigata, quae singula sacri voluminis verba aequabiliter complectatur, conformatio impertita est, qualis J. Bekkeri, summi viri, beneficio nonnullis classicis scriptoribus nuper obtigit. Magnopere est autem optandum, ut critica studia obsoleta nunc et a plerisque deserta studiosissime repetantur et ab acutissimis doctissimisque viris concelebrentur, quum sine iis ne grammatica quidem N. T. interpretatio, quam S. V. Winerus graecarum literarum luci accommodatam excitavit,

aluit, adauxit enitere posse videatur: nisi forte Grammatici est, scribarum potius portenta doctis quibusdam machinis excusare, quam veterum scriptorum formas, voces, dictiones et structuras subtiliter atque ita explicare, ut ab ultimâ stirpe repetantur.

Deinde quidnam interpres maxime sequutus sim tametsi vel e commentariis meis in Matthaeum, ubi legibus postea a Ven. Winero in l.: Grammatische Excurse über die Sprache des N. T. Vorerinnerungen p. 2—10. subtiliter et eleganter expositis obtemperaverim, lectori paullo attentiori perspicuum sit, tamen h. l. rem paucis declarare placet. Consilium est igitur, N. T. Evangelia sic explicare, ut sacrorum scriptorum mentem e linguae legibus quibus obedivissent, ex sententiis quibus vel ipsi vel eorum aequales ducti essent, ex antiquitatibus et ceteris *philologicae* *) interpretationis praesidiis eruam. Quare et utrum forma aliqua aut vox solis alexandrinis an etiam atticis scriptoribus usitata fuerit diligenter quaero: et utrum dictio aut structura ex hebraicâ linguâ fluxerit an etiam Graecis in usu fuerit examino: et un-

*) Multis VV. DD. quae frustra institutae sunt disputationibus supersedere potuerant, si quam *grammaticam et historicam* interpretationem ipsi vocavissent *philologicam* distinctius dicere maluissent. Verum hanc rem alio loco copiosius persequar.

decunque manaverit quam rationem, quem ambitum, quos fines habeat vel summorum nostrae aetatis philologorum disputationibus, vel aptis quae e classicis scriptoribus depromam exemplis docere conor. Sunt enim etiam linguae hebraicae certae quaedam et eae subtiliores quam vulgo existimantur regulae, quas ad mentis humanae constantiam et ad aliarum linguarum quae philosophiae lumine a subtilissimis viris illustratae sunt similitudinem et exemplum exigere nuper coeperunt Winerus et Ewaldus, Gottingensis, viri egregii: neque ulla est lingua tam simplex, tam inops, tam incondita, tam barbara, in quam enallage et ceterae a Grammaticis docte excogitatae ineptiae cadant. Me autem eo, quod aliquot N. T. loca ex optimis scriptoribus graecis illustraverim e N. T. scriptoribus fecisse atticos nemo nisi qui libros meos obiter tantum inspexerit cavillabitur. Nam tum unamquamque linguam si deflorere coeperit ita in pejus mutari, ut dum formae formis, verba verbis et formulae formulis substituantur, leges syntacticae paene singulae retineantur, tum eos qui communi Graecorum dialecto loquuti sunt, quum formas, vocabula et dictiones ex omnibus dialectis temere confunderent pauca in syntaxi novasse inter doctos viros constare video. Licet igitur quibus ex atticis scriptoribus non minus quam ex io-

nicis, doricis, alexandrinis etc. lux affundi possit, exemplorum perspicuitatem inde petere, unde aut facillime potueris aut maxime volueris. His igitur legibus adstrictus diversas interpretum de locis difficilioribus sententias sic colligere soleo, ut lector quae hucusque ut ullius quidem frugis sint (nam plane absurda consilia plerumque reticui) observata fuerint oculis quasi subjecta facile complecti et dijudicare possit. Nam quae falsa visa fuerint refello, quae vera, accuratius saepe quam factum erat argumentis communio, et ubi verum nondum investigatum esse cognovero ipse in medium consulo. Ac si hoc libro me et Marci intellectum nonnihil adjuvisse et N. T. Grammaticis nonnulla quae usui esse possint suppeditasse affirmavero non dixisse videor ob quod arrogantiae crimen mihi extimescendum sit. Sed sive mihi opera satis ex sententiâ processerit, sive labores nostri exoptato eventu destituantur, hoc saltem vere dicam, nihil me literis mandavisse nisi iterum iterumque examinatum saepeque et diu perpensum, atque me multum temporis et studii in eo collocavisse, ut mentem meam ubivis dilucide et eleganter exponerem. Quare his Tu, lector, utere, meis donec alii pleniora, illustriora et meliora in medium attulerint.

Postremo dum explicarem verba res minime negligendas esse putavi. Itaque ne Lector ube-

rioribus quibus vel verba quaedam vel dictiones illustrandae essent, disputationibus districtus a scriptoris ingenio consilioque et ab nexu quo longiora libri loca contineantur averteretur et singulis capitibus argumenta diligenter elaborata praeposui, et nonnunquam ipsi explicationi ceteris difficultatibus remotis Enarrationem adjunxi. Praeterea res historicas, antiquarias et geographicas, si ab aliis dudum in luce positae essent, ut pervulgatas paucis lectori in memoriam revocavi, sin aliquid dubitationis in iis residere videretur, accuratius de iis disputavi. Denique in narrationum, cujusmodi est Matth. 4, 1 sq., interpretatione sententiae constantiam nobis tuiti esse videmur et quae ad Matth. 17, 13. et nonnulla alia loca scripsimus maxime post ea, quae de similibus narrationibus saepe apertissime dixissemus ejusmodi esse putamus, ut nostra mens vix obscura esse potuerit.

Ut Lucae Evangelium cum Commentariis mox in lucem edi possit dabitur opera. Ceterum ultimo operis mei volumini uberrimos indices qui totum librum aeque complectantur adjungam. Vale.

Scribebam Rostochii,
a. d. XV. Kalendas Octobres
a.
MDCCCXXIX.

Dr. *C. F. A. Fritzsche.*

PROLEGOMENA IN EVANGELIUM MARCI.

§. 1.

De Marco libri scriptore.

Marcus, ad quem hoc Evangelium auctorem refertur, eum fuisse, qui nomine judaico ac suo *Johannes*, cognomine propter consuetudinem cum Graecis et Romanis ascito *Marcus* [Act. 12, 12. — *Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου*. 12, 25. — *Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον*], quod usitatum erat Romanis praenomen, vocaretur plerique affirmarunt [v. c. *Wetstenius* P. I. p. 551. *Michaelis Einl. in das N. T.* T. I. §. 140. *Eichhornius Einl.* T. I. p. 586. ed. II. Lips. 1820. *Schmidtius Einl.* T. I. p. 40 sq. *Bertholdtus Einl.* T. III. p. 1276 sq., *Hugius Einl.* T. II. p. 59., *de Wettius Lehrb. der hist. krit. Einl. in die Bibel* T. II. p. 176. *Kuinoelius* Prol. in Marc. p. 1., *Wahlius* et *Bretschneiderus* s. v. *Μάρκος*], pauci negarunt [v. c. Grotius Prol. in Marc., *Schleusnerus* Lex. T. II. p. 78.]. Fuit autem *Johannes*, cui cognomen *Marco* erat, Mariae cujusdam quae Hierosolymis habitaret [Act. 12, 12] [1]) filius et Barnabae consobrinus [Col. 4, 10.], qui Paulum in itinere Hierosolymis Antiochiam, inde in Cyprum insulam, hinc in Pamphyliam suscepto simul cum Barnabâ comitatus [Act. 12, 25. 13, 4. 13.] Pergae

---

1. Quum Maria domicilium Hierosolymis habuisse dicatur Act. 12, 12., Johannem Marcum in eâ urbe natum fuisse probabile est.

nescias quâ de causâ Apostolo relicto Hierosolymas revertit. Cujus abitum quum Paulus moleste tulisset factum est, ut Barnabas quoque offensione interpositâ a Paulo discederet et Marco socio assumto Cyprum navigaret [Act. 15, 36—39.]. Postea tamen depositae sunt quas Paulus et Marcus inter se habebant simultates. Nam numeravit Paulus quum Romae in vinculis teneretur Marcum in sociis et amicis quos secum haberet [Philem. v. 24. Col. 4, 20. cl. 2 Tim. 4, 11.). Causa primaria, cur Johannes Marcus cum plerisque viris doctis pro Evangelistâ habendus videatur, in eo posita est, quod qui simpliciter *Marcus* appellatur Act. 15, 39. Col. 4, 10. al. haud dubie est *Johannes Marcus.* Etenim quem virum Lucas Act. 15, 37. *Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον* dixit, eundem paullo post vs. 37. Marcum vocat et quem hominem *cum Barnabâ* saepe multumque versatum esse ex Apostolorum Actis 12, 25. 13, 4. 13. 15, 36. constat, is a Paulo Col. 4, 10. *Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα* nominatur. *Grotius*, ut alium Johannem Marcum, alium Marcum Evangelistam fuisse arbitraretur duobus se argumentis motum esse scribit: uno, quod scriptores ecclesiastici Evangelistam semper *Marcum*, nunquam *Johannem* appellant: altero, quod Patres ecclesiastici Marcum Evangelistam ita Petro comitem addunt, ut de Barnabâ et Paulo, quibuscum Johanni Marco societas et consuetudo fuit Act. 12, 25. Philem. v. 24., prorsus taceant. At enim priori rationi illud recte objicias, jam in N. T. Marci nomen de Johanne Marco magis frequentari [Act. 15, 39. Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Philem. v. 24.] quam Johannis [Act 13, 5. 13.], quod idcirco factum videtur, quia eum virum cognomine potius quam nomine appellare homines vulgo consuevissent: posteriori hoc vere obtendas, Patres ecclesiasticos, ut Marcum Evangelistam Petri potius, locum 1 Petr. 5, 13. contuiti, quam Pauli

[Col. 4, 10.] comitem et discipulum facerent, duabus rebus ductos esse. Nam neque satis decorum videbatur, Marcum Evangelistam Pauli maxime discipulum dici, quum horum virorum amicitiam aliquâ offensione interpellatam fuisse constaret [Act. 15, 38.], et Petrus, qui Marci Evangelium commendaret Apostolus, multo aptior existimabatur Paulo, cui jam hoc officii impositum esset, ut *Lucae Evangelio* auctoritatem conciliaret [cf. Jren. III, 1. Tertull. adv. Marc. IV, 5.]. Vide §. 2. Sequitur, ut utrum qui 1 Petr. 5, 13. *Marcus* commemoratur *Petri discipulus* [vide not. ad Matth. 12, 27.] [2]) et ipse sit Johannes Marcus (i. e. Marcus Evangelista) an non sit disputemus. Consentaneum illud nobis videri haud infitiamur. Nam ut Patribus ecclesiasticis, qui ab loco 1 Petr. 5, 13. profecti Marcum Evangelistam Petri discipulum fuisse summo consensu perhibuerunt, ob causam supra expositam nihil tribuamus: neque ab fide abhorret, Marcum Evangelistam Petro Hierosolymis cognitum [Act. 12, 12.] ejusque praeceptis imbutum ad Christianorum sacra deductum esse, et fieri potest, ut Evangelista, postquam Pauli jussu legationem in Asiam minorem administravisset [Col. 4, 10.] Babylonem se ad Petrum conferret.

Praeter haec quae ex ipso N. T. comperta de Marco Evangelistâ probabiliter dicuntur multa narrant de Marci vitâ, rebus gestis et fatis scriptores ecclesiastici: quibus optimo jure fidem abroges. Namque tradunt parum verisimilia, pugnantia denique talia, quae e turbidis fontibus fluxisse facile deprehendas. Papiâ fidejussore, cujus verba

---

2) Eorum interpretatio, qui 1 Petr. 5, 13. vocc. *Μάρκος ὁ υἱός μου* enarrant *Marcus filius meus* consistit tantummodo cum futili praecedentium verborum *ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή* explicatione, quâ *Συνεκλεκτή* nomen proprium esse nonnulli opinantur [vide Ven. *Pottum* ad h. l.].

refert Eusebius [3]), Marcus Jesum non audivit doctorem, qui Epiphanio auctore in septuaginta Jesu discipulorum numero fuerit [4]). Praeterea Marcum cum Petro, cujus *interpres* fuerit [5]), Romae aliquamdiu versatum

---

3) Hist. eccles. 3, 39. — *οὔτε γὰρ ἤκουσε* (*Μάρκος*) *τοῦ κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ.* Hoc duxerat Papias ex 1 Petr. 5, 13., unde Marcum *Petrum* magistrum habuisse sane consequitur.

4) Epiphanius Haer. LI. n. VI. — *οὗτος δὲ* (*ὁ Μάρκος*) *εἷς ἐτύγχανεν ἐκ τῶν ἑβδομηκονταδύο τῶν διασκορπισθέντων ἐπὶ τῷ ῥήματι ᾧ εἶπεν ὁ κύριος κ. τ. λ.*. cl. Nicephoro H. E. 2, 43.. Hoc excogitatum est, ut Marco honos et auctoritas conciliaretur. Eadem mente idem de Lucâ perhibuerunt scriptores ecclesiastici. Vide Orig. Dial. de rect. fid. T. I. p. 806..

5) Marcum Petri *ἑρμηνευτήν, interpretem* idcirco a Patribus dici, quod Petri linguae graecae parum gnari sermones aramaicos Apostoli auditoribus et discipulis graece interpretatus fuerit *Eichhornius* l. c. p. 597. *Bertholdtus* l. l. p. 1277. et *Kuinoelius* l. l. p. 2. existimant. Sed hanc mihi interpretationem falsam videri fateor, qui sic censeam, Marcum Petri interpretem vocari quod eorum quae Petrus ore voceque docuisset summam literis consignatam Evangelio suo complexus fuerit discipulus, ut res Petri verba Marci recte censeantur. Nihil illorum sententiae permulta nostrae favere videntur. Et primum quidem argumentor ex Euseb. H. E. 3, 39. *καὶ τοῦθ᾽ ὁ πρεσβύτερος* (Johannes) *ἔλεγε. Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος ὅσα ἐμνημόνευσεν ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δὲ ὡς ἔφην Πέτρῳ* [at Marcum Petrum sectatum esse magistrum non antea dixerat: apparet igitur h. l. verba *Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος* respici atque ea de discipulo qui a magistro audita literis mandaverit explicanda esse. Docent hoc etiam quae proxime sequuntur:], *ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων.* [Nihil igitur quod supervacaneum videri posset Marcum fecisse quum quae Petrus ore tradidisset eorum memoriam literis consignaret significavit scriptor.]. *Ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἑνὸς γὰρ ἐποιεῖτο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε* [scil. *a Petro, magistro suo, cujus institutionem libro suo comprehendere constituisset*] *παραλιπεῖν ἢ ψευ-*

esse [6]), inde in Aegyptum a Petro ablegatum coetus ibi

σασθαί τι ἐν αὐτοῖς. Deinde sententiam meam comprobat locus Hieronymi epist. ad Hedibiam cap. IX. *Habebat ergo* [Paulus in posteriore ad Corinthios epistolâ scribendâ] *Titum interpretem, sicut et beatus Petrus Marcum, cujus Evangelium Petro narrante et illo scribente compositum est. Denique et duae epistolae quae feruntur Petri stilo inter se et charactere discrepant structuraque verborum, ex quo intelligimus pro necessitate rerum diversis eum usum interpretibus.* Tum a partium studio alienus haec loca perpende: Hieron. de viris illustribus cap. 8. Marcus *discipulus et interpres Petri juxta quod Petrum referentem audierat* rogatus Romae a fratribus *breve scripsit Evangelium.* Ibid. cap. 1. Sed et Evangelium juxta Marcum, qui *auditor ejus* (Petri) *et interpres* fuit, *hujus* (Petri) *dicitur.* Irenaeus contra Haereses 3, 10, 6. Quapropter et Marcus *interpres et sectator* Petri initium evangelicae conscriptionis fecit sic etc.. Euseb. 5, 8. *μετὰ τὴν τούτων* (Petri et Pauli) *ἔξοδον Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε.* 6, 25. — *δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ ποιήσαντα ὃν καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὡμολόγησε φάσκων· ἀσπάζεται κ. τ. λ.* Tertull. adv. Marcion. 4, 5. — licet et Marcus quod edidit Evangelium *Petri* affirmatur, *cujus interpres Marcus. Capit magistrorum videri quae discipuli promulgarint.* Ceterum commentitiam hanc esse de Marco Petri interprete famam ex iis intelligetur quae §. 2. dicentur.

6) Marcum Evangelistam *cum Paulo* Romae fuisse certum est [vide supra cl. Philem. v. 24.], sed quod eum scriptores ecclesiastici *cum Petro* aliquamdiu Romae versatum esse memorant [v. c. Euseb. H. E. 3, 14.], id fabulis annumerandum. Hoc ipsum enim quod Petrus *Romae* doctrinam divinam docuisse traditur [cf. Euseb. Chron. ad ann. II Claudii: *Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θεμελιώσας ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον.*] fabula est. Nam nititur haec fama et absonâ loci 1 Petr. 5, 13. interpretatione, quâ Babylonem ibi *Romam* [Apoc. 14, 8.] per allegoriam dici veteres interpretes opinati sunt [Euseb. H. E. 2, 15. *τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἣν καὶ συντάξαι φασὶν ἐπ᾽ αὐτῆς Ῥώμης, σημαίνειν τε τοῦτ᾽ αὐτὸν τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα προσειπόντα διὰ τούτων· ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ κ. τ. λ.*. Nicephorus H. E. 2, 15. *Μέμνηται δὲ τοῦ Μάρκου ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ ἐπιστολῇ ὁ Πέτρος, ἣν ἐν Ῥώμῃ διάγοντα λόγος ἔχει συντάξαι, ἐν ᾗ τρο-*

christianos praeclare condidisse [7]), tum facto per Lybiam, Marmaricam et regionem decapolitanam itinere, in quo et magna miracula ederet et coetus christianos constitueret [8]), Alexandriam reversum propter disciplinae christianae professionem ab hominibus gentilibus crudelissimo supplicio affectum esse [9]) Patres ecclesiastici perhibent.

πικῶς καὶ τὴν Ῥώμην Βαβυλῶνα καλεῖ οὕτω λέγων· ἀσπάζεται κ. τ. λ.. Hieronymus de viris illustribus c. 8. Meminit hujus Marci et Petrus in epistolâ primâ sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: salutat vos etc..] et aliâ fabulâ de *Simone Mago Romae* a Petro ad incitas redacto [Euseb. H. E. 2, 14. 15. vide *Eichhornii* Einl. I. p. 599. et *de Wettii* Lehrbuch II. p. 312 sq.]. Verum non comitem tantummodo Marcum Petro addiderunt Romae Patres, verum etiam, quo majore auctoritate Evangelista conspicuus esset, Petrum Marci avunculum nonnulli antiquitus fecerunt [Nicephorus H. E. 2, 43. *οὗτος δὲ (ὁ Μάρκος) ἀδελφιδοῦς ἦν Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ.*].

7) Epiphanius Haeres. LI. n. VI. p. 428. *Εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον ἀκόλουθος γενόμενος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ ἐπιτρέπεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι, καὶ γράψας (ὁ Μάρκος) ἀποστέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν.* Eusebius H. E. 2, 16. *Τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτόν φασιν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον τὸ εὐαγγέλιον ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο κηρῦξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ᾿ αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. Τοσαύτη δ᾿ ἄρα τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη δι᾿ ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης τε καὶ σφοδροτάτης, ὡς καὶ γραφῆς αὐτῶν ἀξιῶσαι τὰς διατριβὰς καὶ τὰς συνηλύσεις τά τε συμπόσια καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην τοῦ βίου ἀγωγὴν τὸν Φίλωνα.* Itane? Tu vide notam *Vallarsii* ad Hieron. de viris illustr. c. 8. ubi idem perhibetur: Assumto itaque Evangelio quod ipse confecerat perrexit Aegyptum et primus Alexandriae Christum annuntians constituit ecclesiam tantâ doctrinâ et vitae continentiâ, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret, denique Philo disertissimus Judaeorum videns Alexandriae primam ecclesiam adhuc judaizantem quasi in laudem gentis suae librum super eorum conversatione scriberet.

8) Vide Nicephorum H. E. 2, 43..

9) Vide Nicephorum H. E. 2, 43. Hieronymum de viris illustribus c. 8. *Mortuus est autem* [Marcus] *octavo Neronis anno et sepultus*

§. 2.

Patrum ecclesiasticorum de libri origine commenta.

Quâ re impulsus quibusque praesidiis usus Marcus ad librum suum conscribendum animum adjecerit, de eo admodum variant Patrum ecclesiasticorum sententiae. Papias eum Marte suo librum ita confecisse dicit, ut quorum a Petro expositorum ipse meminisset ea omnia animo in id intento ne quid falsi diceret annalium suorum monumentis mandaret [1]). Cum Papiâ facit Jrenaeus contra Haer. 3, 1. cl. Euseb. 5, 8.[2]). Contra Origenes apud Euseb. H. E. 6, 25.[3]) Marcum Petro res suppeditante Evangelium composuisse narrat. Quod magis exornatum Clemens Alex. apud Eusebium [4]) posteris prodidit. Nam Marcum, dum cum Petro

---

Alexandriae succedente sibi Anniano [cf. Euseb. H. E. 2, 24.] et *Caes. Baronium* Annal. eccles. I, p. 508.. Finxerunt autem Patres ecclesiastici Marcum coetus alexandrini conditorem et primum episcopum magnumque ac Christianorum disciplinae salutare ejus iter excogitarunt, ut Marcum insignem virum et qui operae plurimum in sacrorum christianorum commendationem contulisset facerent. Postremo eum propter Christi professionem interfectum esse scripserunt, hâc opinione ducti, consentaneum esse talem vitae exitum omnes Apostolos et Evangelistas habuisse, quum illo supplicio nihil honorificentius videretur.

1) Vide Euseb. H. E. 3, 39.. Verba supra attulimus §. 1. not. 5..

2) Verba vide supra §. 1. not. 5.

3) Cf. §. 1. not. 5..

4) H. E. 6, 14. — *αὖθις δ᾽ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· προγεγράφθαι ἔλεγε τῶν εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας, τὸ δὲ κατὰ Μάρκον ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν· τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον καὶ πνεύματι τὸ εὐαγγέλιον ἐξειπόντος τοὺς παρόντας πολλοὺς ὄντας παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόῤῥωθεν καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ*

Romae esset (cf. §. 1. not. 6.), Romanorum, qui a Petro tradita libro comprehensa legere cupivissent, voluntate atque impulsu Evangelium scripsisse perhibuit: quâ re cognitâ Petrum neque impedivisse Marcum neque ad rem peragendam impulisse. Sed secum ipse pugnat Clemens. Alio enim loco [5]) Petrum *mente a spiritu s. divinitus motâ de Marci consilio certiorem factum(?)* et magno quod in Romanis conspicuum esset rerum divinarum studio delectatum Marci Evangelium suâ auctoritate comprobavisse, ut in Christianorum coetibus legeretur, rettulit. Postremo fuerunt, qui quae Petrus verba praeivisset Marcum calamo excepisse affirmarent [6]). His scriptorum ecclesiasticorum placitis nihil

---

εὐαγγέλιον μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ· ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον π ρ ο τ ρ ε π τ ι κ ῶ ς [*Valesius*, quum *προτρεπτικῶς* in h. l. non quadrare intellexisset, conjecit *προφανῶς*. Recte, opinor. Nam et natum videtur *προτρεπτικῶς* e sq. v. *προτρέψασθαι* neque ad sententiam *προτρεπτικῶς* defendi potest, nisi *utcunque*] *μήτε κωλῦσαι μήτε προτρέψασθαι.* Hujus famae fontes acute aperuit *Eichhornius* Einl. l. l. p. 601..

5) Euseb. H. E. 2, 15. *Οὕτω δὴ οὖν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου ἡ μὲν τοῦ Σίμωνος* (Magi: cf. §. 1. not. 6.) *ἀπέσβη καὶ παραχρῆμα σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο δύναμις· τοσοῦτο δ᾽ ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰςάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μηδὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς κακαλείψοι διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου γραφῆς· γνόντα δὲ τὸ πραχθὲν φασὶ τὸν Ἀπόστολον ἀ π ο κ α λ ύ ψ α ν τ ο ς α ὐ τ ῷ τ ο ῦ π ν ε ύ μ α τ ο ς ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις. Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων παρατέθειται τὴν ἱστορίαν.* Vide de h. l. *Eichh.* Einl. l. l. p. 601.. Cf. etiam Hieron. de viris illustr. c. 8.

6) Hieronymus Epist. CXX. ad Hedibiam c. XI. *Habebat ergo* [Paulus in exarandâ epistolâ ad Corinthios posteriore] *Titum inter-*

plane fidei adjungendum esse facile intelligitur. Nam praeterquam quod maxime disjuncta atque contraria narrarunt, quae tradiderunt et fabularum ingenium referunt (cf. not. 5.) et nituntur fabulâ quae Petrum Romae doctrinam christianam docuisse perhibet (vide not. 4 et 5. cl. §. 1. not. 6.) singula eo fine excogitata sunt, ut Marci liber Petri auctoritate interpositâ hominibus christianis commendaretur [vide §. 1.]. Quare ne illud quidem credendum, in quo singulae illorum voces congruunt, Marcum dum librum suum exararet Petri auctoritati quocunque modo obnoxium fuisse.

§. 3.

De libri indole.

Quodsi scriptorum ecclesiasticorum de libri origine opinionibus stare nobis non licet (cf. §. 2.), hoc unum restat, ut in Evangelii ingenium inquiramus, an forte inde argumentando dubiam rem certam facere possimus. Debet autem quicunque de historici libri indole quaerere voluerit primum de scriptoris consilio, deinde de fontibus e quibus res hauserit, tum de ratione quâ auctoribus suis usus fuerit, denique de eloquutione sigillatim exponere. Proinde nostram quoque de Evangelii Marci ingenio [1]) disputationem quadripartitam esse oportet.

---

pretem, sicut et beatus Petrus Marcum, cujus Evangelium Petro narrante et illo scribente compositum est.

1) Disseruit de Marci libri indole amicissimus *Johannes Daniel Schulze* in *Keilii* et *Tzschirneri* Anal. T. II. Fasc. II. p. 104—151. et T. III. Fasc. I. p. 88—127., sed ut tantummodo quam tertiam et quartam hujus disputationis partem fecimus attingeret.

α.

De scriptoris consilio.

Duo nobis hoc loco vestiganda sunt: unum, quidnam Marcus suo libro docere, alterum, quosnam id homines docere voluerit.

Quemadmodum Matthaei Lucae et Johannis commentarii libri sunt *historici et didactici* [cf. Prol. in Ev. Matth. p. XV.], ita etiam Marci volumen eo fine compositum est, ut lectores *Jesum fuisse Messiam* summi viri dicta facta et fata contuiti cognoscerent. Quare prodiisse Jesum doctorem, postquam Johannes baptista, Messiae anteambulo, homines quam esset in propinquo Messias admonuisset [1, 1—8.] adeptumque Spiritus divini dotes auditores ad regni messiani quod proxime abesset spem exspectationemque erexisse [1, 10—15.], utilissima, ad quorum normam et regulam vitam instituerent, iis praecepta dedisse [1, 21. 4, 2 sq. 12, 1 sq.], insignia, qualia a Messiâ exspectarentur, portenta fecisse [5, 2 sq. 6, 35 sq. 7, 32 sq. 8, 22 sq.], res futuras quum cogitatione praecepisset praedixisse [10, 33. 14, 30.], nonnulla in sacrâ Judaeorum disciplinâ novavisse [11, 25 sq.], postremo indignissimo supplicio affectum divinâ virtute in vitam rediisse [15, 20—16, 8.] et hujus generis alia Marcus in suo libro perscripsit. Non autem id egit Marcus, ut singula Jesu et dicta et facta, quae a Matthaeo et Lucâ, primariis suis auctoribus [cf. §. 3. *β.*], literis concepta Jesum fuisse Messiam ostendere posse viderentur et ipse narraret, sed tum praeceptorum Jesu tum rerum ab eo gestarum hunc delectum habuit, ut in utroque genere tanquam ex largâ rerum copiâ non nisi ea eligeret, quae ad messianam Jesu dignitatem

comprobandam vel sufficere vel plurimum momenti continere putavisset [2]).

Vetusta est et Virorum doctorum animis penitus insita opinio, Marcum in Christianorum e barbaris gentibus collectorum usum suum librum confecisse [cf. *Eichhornii Einl.* T. I. p. 618.]. Quae mihi quidem argumentis parum firmis superstructa videtur. Nam quod suam sententiam eo communire conati sunt, quod Marcus augustas Jesu origines [Matth. c. 1. 2. Luc. c. 1. 2.] silentio transiit frustra laborarunt [vide commentarios meos p. 15 sq.]. Adjunxerunt, Marcum, ut barbarae stirpis Christianis inserviret, multa omisisse, quae iis parum vel jucunda fore vel profutura intellexisset, v. c. Pharisaeorum objurgationem Matth. 23, 1—39. [ita nimirum Marcus etiam 3, 22, 12, 38. sq. et alia loca resecare debuerat.], narrationem Matth. 17, 24—27. [at similia certe perscripsit 2, 18.] et orationis in monte habitae partem Matth. 6, 1 sq. 7, 15 sq. [scilicet non ejus orationis partem, sed eam totam Matth. c. 5—7. Luc. 5, 21—49. Marcus praeteriit]. At enim vero Evangelistae non quae lectorum animos maxime oblectarent sed quae illis de messianâ Jesu auctoritate firmissime persuaderent memoriae prodiderunt. Accedit quod quae Evangelistae literis mandare possent, quippe quae *inter Judaeos* acta ab *Judaeis* perscriberentur, omnia magis minusve a barbarorum inge-

---

2) Se non omnia quae Jesus auditores instituens praeclare et divinitus dixisset persequutum esse Marcus ipse significavit 4, 2. 33. 12, 38.. Item aliquot res ab Jesu gestas eum praetermisisse Matthaeum et Lucam conferenti perspicuum est: Tacuit enim et alia et Luc. 5, 1—9. . Verum arguti sit et male feriati, ut cur Marcus unumquodque reticuerit explicetur reconditas quasdam rationes circumspicere. Nam et longe simplicissimum est, Marcum eam quam supra dixi normam sequutum esse credere et si vel maxime abstrusis argumentis ductus fuerit, frustra ea nunc eruere conemur.

niis et moribus abhorruerint necesse est, ut illos quid res potissimum posceret non quid barbaris maxime commendaretur quaesivisse credam. Adjecerunt Marcum in Christianorum e barbaris gentibus oriundorum gratiam passim verba hebraica et aramaica graece interpretari [3, 17. 5, 41. 7, 12. 34. 15, 22. 34.]. Idem videlicet etiam Matthaeus fecit 1, 23. 27, 46. quem hominibus qui ab judaicâ ad christianam disciplinam sese contulissent suum librum destinasse constat. Praeterea Marcum barbararum nationum Christianis suo libro consultum voluisse ex eo colligunt, quod Marcus in citandis V. T. locis parcior quam Matthaeus sit et ubi V. T. locos afferat raro scriptorem a quo aliquid mutuetur nominet [7, 6. 10. 12, 26. 36.], saepius aut his generalibus formulis utatur *γέγραπται* [11, 17. 14, 27.] — *οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε* — [12, 10.], aut nullâ hujusmodi formulâ praeposita V. T. verba suae orationi interserat [10, 6 sq. 12, 29 sq.]. Sed ut Marcus pauciora quam Matthaeus V. T. loca posuerit, tamen id non propter exterarum nationum Christianos eum fecisse primum res ipsa declarat [nam quum sacris V. T. libris et disertissima quae Messiam praesignificarent oracula et divina quibus mores regendi essent praecepta contineri N. T. scriptores existimassent ad illorum auctoritatem provocare debuerant sive judaicae sive barbarae stirpis homines de disciplinâ christianâ edocere constituissent), deinde eorum scriptorum exemplum, qui quum in hominum a gentilium sacris ad Christianorum sacra transgressorum usum scriberent saepe tamen V. T. loca laudarunt, ut Lucas, ut Johannes, ut Paulus. Male autem Marci in locis V. T. afferendis libertas ad commentitium quod ei affingeretur consilium exacta est. Scilicet etiam Paulus modo scriptoris a quo aliquid mutuum sumturus esset nomen posuit (Rom. 9, 25. 27.), modo esse ali-

quid in V. T. perscriptum in universum monuit (Rom. 3, 4. 10. 8, 36.), modo V. T. verba non nisi in usus suos convertit (Rom. 12, 34.). Denique ad hos nostros impetus tanquam inexpugnabilem murum haec opponi video: explicuisse Marcum judaicos ritus et instituta (2, 18. 7, 3. 4. 12, 18. 15, 6. 12. 42: scilicet idem a Matthaeo factum 27, 15. et a Lucâ passim 20, 27. 22, 8.) et nonnulla consulto omisisse, quae gentilibus offensioni esse possent v. c. 6, 8. verba Matthaei 10, 5. εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε. Ex his, si singula liberaliter concedantur (sunt enim quae contradici queant) Marcum Evangelium etiam ad gentilium usus accommodavisse concludi potest, non hoc consequitur, *solis* eum *gentilibus* librum suum dicavisse. Itaque Marcum ita Evangelium suum adornavisse existimo, ut et judaicae et barbarae stirpis hominibus usui esse posset [3]).

β.

Quibus Marcus usus fuerit auctoribus?

Marcum librum suum e Matthaei et Lucae commentariis fere totum composuisse quicunque ad Evangelii lectionem ni-

---

3) Eorum opiniones qui Marci Evangelium vel Romanis (cf §. 2. not. 4. et 5.) vel Aegyptiis (cf. Chrysost. in Matth. Hom. I.) vel Antiochenis (ita *Storrius* in l.: *Ueber den Zweck der evangel. Geschichte und der Briefe Johannis* p. 278 sq.) destinatum fuisse putarunt indignae sunt quae copiose redarguantur. Nam prima eo nititur quod Marcus cum Petro Romae aliquamdiu fuisse temere antiquitus credebatur (vide §. 1. not. 6.): secunda commento de Marci in Aegyptum profectione superstructa est (vide §. 1. not. 7.): tertia ex hâc conjecturâ ducta est, fieri posse ut in Christianis Cyrene oriundis qui Hierosolymis profugi Antiochiae doctores exsisterent (Act. 11, 20.) Alexander et Rufus, Simonis Cyrenaei filii, fuerint, quos Marcus 15, 21. idcirco nominasse videatur quod noti essent Antiochenis quibus librum suum consecravisset.

hil praejudicati attulerit animadvertat necesse est tantamque huic rei nonnulli Viri Docti [4]) argumentorum exemplorumque perspicuitatem adhibuerunt, ea ut vel oculis percipi posse videatur. Verum quum hanc sententiam et in commentariis multis saepe rationibus tuitus sim et pro instituto meo copiose alio loco persequi debeam (cf. Ev. Matth. Praef. p. VIII.) hic me eo contentum esse oportet, ut argumentorum quibus in hâc disputatione maxime utendum sit *genera* lectori paucis monstrem.

I. Marcus per universum librum nihil refert, quod non Matthaei et Lucae commentariis contineatur, si a paucis versibus recesseris ([3, 7 — 12.] 4, 26 — 29. 7, 32—37. 8, 22—26. 13, 33 — 36.). Vide *Griesbachii* Opusc. p. 378 sq. II. Nonnullae narrationes in Marci Evangelio ita comparatae sunt, eas ut ex uberioribus Matthaei et Lucae narrationibus in breve contractas esse appareat: vide v. c. Marc. 1, 12. 13. cl. Matth. 4, 1 sq. Luc. 4, 1 sq. Marc. 4, 34. cl. Matth. 13, 34. 36 sq. et *Theilium* in *Wineri* et *Engelhardti* Journ. T. V. p. 424.. III. Transire solet Marcus ad novas res quo modo Matthaeus et Lucas fecerant etiam

4) *Griesbachius* Opusc. T. II. p. 358 sq. *Paulus* in Comment. et in l.: *Theologisch-exegetisches Conservatorium. Erste Lieferung* p. 37 sq. 73 sq. 95 sq. *Theilius* De trium priorum Evangeliorum necessitudine. Diss. I. Lips. 1823. 8. et in *Wineri* et *Engelhardti neuem krit. Journ.* T. V. p. 385—440. et T. VI. p. 3—29. *Saunierus* in l.: *Ueber die Quellen des Evangeliums des Marcus.* Berlin 1825. 8. et *de Wettius* in l.: *Lehrb. der historisch-krit. Einl.* II. p. 137. et p. 159 sq.. In eo tamen *de Wettius* p. 159 sq. a ceteris dissentit, quod Marcum librum suum e Matthaeo et Lucâ *memoriter*, non ita concinnasse putat, ut dum scriberet utriusque commentarios consuleret: quam opinionem haud scio an Vir Doctus depositurus sit, ubi Marci orationem multis in locis e Matthaei et Lucae verbis artificiosius mistam et temperatam esse attenderit quam memoriter fieri potuisse videatur.

ibi, ubi multis aliis rationibus sequentia cum antecedentibus connectere potuisset [vide Marc. 1, 45. cl. Luc. 5, 15 sq. Marc. 6, 14 sq. cl. Matth. 14, 1 sq.]. Nonnunquam etiam transitu ejusmodi utitur, qui e Matthaei et Lucae verbis contextus sit [Marc. 6, 30 sq. cl. Matth. 14, 13. Luc. 9, 10 — 11.]. Vide *de Wettium Einl. II.* p. 133. IV. Saepissime Marcus simillima ac prope eadem verba ponit, quibus Matthaeus et Lucas usi fuerant [vide quae in commentariis in fine singularum sectionum disputavimus]. V. Plurimis in locis, quod maximi momenti ac ponderis est, Marci oratio e Matthaei et Lucae verbis commista et temperata est. En pauca exempla.

Matthaeus 8, 3.	Marcus 1, 42.	Lucas 5, 13.
— — *Καὶ* εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.	*Καὶ* εἰπόντος αὐτοῦ εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.	*Καὶ* — ἥψατο αὐτοῦ εἰπών· — καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.
Matth. 8, 16.	Marc. 1, 32. (vide ibi Comment.)	Luc. 4, 40.
Ὀψίας δὲ γενομένης προςήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν.	Ὀψίας δὲ γενομένης ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους.	Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν.

Matth. 22, 13.	Marc. 12, 26.	Luc. 20, 37.
Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ λέγοντος κ. τ. ἑ..	Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωϋσέως ἐπὶ τοῦ βάτου, ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς λέγων.	Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει κ. τ. ἑ..
Matth. 26, 2.	Marc. 14, 1.	Luc. 22, 1.
Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται —.	Ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας —.	Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα.
Matth. 26, 17.	Marc. 14, 12.	Luc. 22, 7.
Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προςῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες· —.	Καὶ τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· —	Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα·
Matth. 26, 73. 74.	Marc. 14, 70. 71. (vide Comment.)	Luc. 22, 58—60.
Μετὰ μικρὸν δὲ προςελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Τότε ἤρξατο κατα-	Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Ὁ δὲ	Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν ἔφη· καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν· ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί. Καὶ — ἄλλος τις διισχυρίζετο λέγων· ἐπ᾽ ἀληθείας καὶ οὗτος μετ᾽ αὐ-

ναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν· ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.	ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι· ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε.	τοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν. Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα ὃ λέγεις.

Matth. 27, 32.	Marc. 15, 21. (vide Comment.)	Luc. 23, 26.
Ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον· τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.	Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον ἐρχόμενον ἀπ᾽ ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.	Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου ἐρχομένου ἀπ᾽ ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ.

Permulta hujusmodi loca et a me notata sunt in commentariis et a *Theilio* in *Wineri* Journ. T. VI. p. 14. sq. atque *de Wettio* l. l. p. 133 sq. indicata. VI. In Marci Evangelio loca inveniuntur, ubi scriptoris oratio propterea male connexa sit, quod Matthaei aut Lucae narrationum partes, non illas totas mente et verbis accurate complexus esset. Vide v. c. Comment. p. 170 sq..[5]).

---

5) Quodsi Marcus, qui graece scripsit (cf. §. 4.), graecam Matthaei orationem saepe reddidit, multum roboris nostrae sententiae, qui Matthaeum linguâ graecâ Evangelium composuisse censeamus (vide Ev. Matth. Praef. p. XVII sq.), accedere perspicuum est. Sed quae e Marci Evangelii indole recte celerorum Evangeliorum rationem aestimaturo profutura consequantur, ea ultimo hujus libri volumine mihi diligenter exponenda esse video.

Praeter Matthaei et Lucae libros etiam Johannis commentarios a Marco passim consultos esse his locis probabiliter doceas:

Marc.	Joh.
Marc. 6, 37. — — *Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν* δ ι α κ ο σ ί ω ν δ η ν α ρ ί ω ν *ἄρτους καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν.*	Joh. 6, 7. — — δ ι α κ ο σ ί ω ν δ η ν α ρ ί ω ν *ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ.*
Marc. 14, 3. *Καὶ — — ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου* ν ά ρ δ ο υ π ι σ τ ι κ ῆ ς *πολυτελοῦς, καὶ — —.*	Joh. 12, 3. *Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου* ν ά ρ δ ο υ π ι σ τ ι κ ῆ ς *πολυτίμου ἤλειψε — —.*
Marc. 14, 5. *Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι ἐπάνω* τ ρ ι α κ ο σ ί ω ν δ η ν α ρ ί ω ν *καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς·*	Joh. 12, 5. *Διὰ τί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη* τ ρ ι α κ ο σ ί ω ν δ η ν α ρ ί ω ν *καὶ ἐδόθη πτωχοῖς;*
Marc. 15, 9. (vide Comment.) *Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων·* θ έ λ ε τ ε ἀ π ο λ ύ σ ω ὑ μ ῖ ν *τὸν βασιλέα* τ ῶ ν Ἰ ο υ δ α ί ω ν ;	Joh. 18, 39. — — β ο ύ λ ε σ θ ε ο ὖ ν ὑ μ ῖ ν ἀ π ο λ ύ σ ω τ ὸ ν β α σ ι λ έ α *τῶν* Ἰ ο υ δ α ί ω ν ;
Marc. 15, 12. *Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· τί οὖν ποιήσω ὃν λέγετε* τ ὸ ν β α σ ι λ έ α τ ῶ ν Ἰ ο υ δ α ί ω ν ;	Joh. 19, 15. — — *λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος·* τ ὸ ν β α σ ι λ έ α ὑ μ ῶ ν *σταυρώσω;*

Marc. 15, 26.	Joh. 19, 19.
Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη· Ὁ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.	— — ἦν δὲ γεγραμμένον· Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος Ὁ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Haec loca et numero pauca esse et pleraque eorum si ipsa spectentur ad argumentandum ambigua lubenter largior. Sed quum vix casu accidere potuerit, ut vocabulum plane singulare πιστικός de eadem re Marcus 14, 3. et Johannes 12, 3. usurparent e ceteris quoque locis concludere licere arbitratus Marcum ex Johannis Evangelio nonnulla hausisse mihi persuasi.

Superest, ut unde Marcus et quas solus refert narrationes (7, 32 — 37. 8, 22 — 26. [3, 7 — 12.]) atque parabolas (4,26 — 29. 13, 33 — 36.) et multas quibus Matthaei et Lucae libros tum illustravit tum locupletavit annotationes (vide §. 3. γ.) hauserit dispiciamus. Consentaneum est igitur, Marcum alia famâ quae inter Christianos per manus propagaretur accepisse, alia ex consuetudine cum magnae auctoritatis Christianis, Barnabâ, Paulo, Petro [vide §. 1. et *Saunierum* l. l. p. 181.] cognovisse, alia quum Matthaei et Lucae commentarios diligenter contulisset argumentando invenisse [vide *Saunierum* l. l. p. 82 sq. 96. all.]. [6]).

---

6) Qui Marcum haec omnia a Petro cognovisse putant et veterum commentis (cf. §. 1. not. 5 et 6.) se decipi passi sunt et male ex eo argumentati, quod Marcus frequentius quam ceteri Evangelistae Petri mentionem injecerit et perperam Marcum, ut Petro parceret, parum ei honorifica reticuisse monuerunt. Nam et omisit Petro honorifica [Matth. 16, 17—19. Luc. 5, 1—9.] et minus honorifica [Marc. 8, 33. 14, 30.] memoriae prodidit. Vide *Theilium* in *Wineri* Journ. T. V. p. 440..

γ.

Quomodo Marcus auctoribus suis usus fuerit?

Ut causae, quibus motus a Matthaeo ad Lucam et vicissim se Marcus contulerit nonnunquam probabiliter ostendi possint, id tamen ubivis praestari nequit. Credibile est enim, scriptorem eorum quae in promtu essent delectum instituisse rebus et sententiis ejusmodi ductum, quarum plenâ et accuratâ cognitione, nunc destituamur [vide Comment. p. 113 sq. et *Theilium* in *Wineri* Journ. T. VI. p. 12.].

Qui Marcum libro e Matthaei et Lucae commentariis composito supervacaneum opus fecisse pronuntiarunt ejus consilium duas ob res non posse reprehendi minus considerarunt. Quidni enim Marcus quod Matthaeus et Lucas satis amplis voluminibus demonstrare conati essent ipse breviter atque ita docere institueret, ut rerum quae ad messianam Jesu auctoritatem ostendendam maxime insignes visae essent delectum faceret (cf. §. 3. *α.*)? Deinde Marcus Matthaeum et Lucam non expilavit, sed eorum narrationes multis saepe modis locupletavit, illustravit, emendavit. Quod quoniam in bene aestimando Marci libro praecipuum est pauca exempla subjecimus. Quum Matthaeus 8, 30. 32. et Lucas 8, 32. multos porcos suffocatos esse simpliciter monuissent Marcus 5, 13. eorum numerum iniit: 3, 17. Jacobo et Johanni cognomen *Βοανεργές* ab Jesu impositum esse Marcus solus rettulit: 13, 3. non eo contentus ut *Apostolos* aliquid ex Jesu percontatos esse scriberet [Matth. 24, 3.], Petrum, Jacobum, Johannem et Andream id fecisse adjecit, quam rem non e reconditis fontibus hausisse sed inde petivisse videtur, quod tres priores viros magistro carissimos fuisse sciret [Marc. 9, 2. 14, 33.] Andream autem ab fratris societate divelli

non satis decorum arbitraretur: 15, 21. Matthaei 27, 32. et Lucae 23, 26. narrationes eo auxit, quod Simonem Cyrenaeum *patrem Alexandri et Rufi fuisse* perscripsit: 1, 20. Matthaeum 4, 22. verbis *μετὰ τῶν μισθωτῶν* locupletavit (vide Comment.): 6, 27., quum Matthaeus 14, 10. *πέμψας* scripsisset, accuratius dixit *ἀποστείλας* σπεκουλάτωρα. Plurima hujus generis loca in commentariis indicavimus. Vide etiam *de Wettium* in *Gieseleri* Theologischen Studien u. Kritiken T. I. p. 790 sq. Ceterum ex impenso Marci studio a Matthaeo et Lucâ tradita rectius, diligentius et magis perspicue narrandi illud fluxisse credo, quod Marcus res miras augere solet [vide Comment. p. 181. 250. 352. all.]. Nam contraria sententia, Marcum miracula potius extenuasse quam amplificasse, vera non est [7]).

δ.

De Marci eloquutione.

Eloquutio duo complectitur, sententiarum compositionem et electionem verborum. Illud ut sententias perspicue

---

7) Hujus sententiae auctor nuper exstitit *de Wettius* in l.: *Theologische Studien und Kritiken* T. I. p. 789., qui quod Marcum 6, 13. 7, 33. 8, 23. *medicamentorum vi* sanationes effectas esse scripsisse dixit, erravit [cf. Comment. p. 216. et 304.]. Deinde Marcus 7, 30. mulierem paganam filiam, quae ab impuro genio agitaretur, in lecto decumbentem deprehendisse non alio fine narravit, nisi ut eam exterminato genio tranquillam redditam et persanatam esse lector intelligeret [cf. Comment. p. 301.]. Tum nihil ex Marc. 8, 23—25. concludi debuerat. Nam ut coecus vir *sensim sensimque* Marco auctore visum receperit, ita tamen Marci verba comparata sunt, ut *portento* id Jesum effecisse appareat. Neque loco Marc. 11, 11—14. 20. *de Wettii* sententia stabilitur. Etenim ad miraculi vim magnitudinemque aestimandam perinde erat, utrum diris devota ficus continuo [Matth. 21, 19.] an postero die [Marc. 11, 19. 20. cl. v. 14.] arida cognosce-

enunties et bene contexas requirit judicaturque rhetoricae disciplinae regulis: hoc ut apta et usitata verba eligas et eleganter scribas postulat atque grammaticae artis praeceptis regitur. In utroque genere Marcus haud paullo inferior est Matthaeo. Nam praeterquam quod permultis in locis tam concise scripsit, ut ejus mentem interpres haud facile intelligat [Marc. 1, 12. 13. 3, 21. 22. 10, 32. all.], alias rursus ceteros Evangelistas perspicuitate superaturus pluribus quam opus fuisset verbis usus est [Marc. 12, 23. 13. 11. 19. 14, 1. 68. all.], nonnunquam quae narravit minus apte conclusit [8]). Adjice particularum inopiam, voces *καί*, *εὐθέως* et *πάλιν* ad nauseam usque iteratas et elegantiae incuriam, tametsi Marcum concinne scribere *potuisse* e cap. 9. vs. 43—50. apparet. Tum haud pauca exempla eum non elegantissime verba elegisse comprobant [9]). Postremo Marcus in verbis et singulis et junctis multa sibi peculiaria habet. Nam

---

retur. Certe et Matthaeo fidejussore et Marco ea erat Jesu imperii vis, ut arbor exaresceret. Jam ficum exaruisse Apostolos postridie animadvertisse, non ut Jesu portentum extenuaret sed aliâ ductus ratione Marcus perscripsit [cf. Comment. p. 498.]. Denique locus Marc. 9, 21. et 27. eo pertinet, ut Marcum potius amplificasse miracula quam minuisse existimemus.

8) 2, 23. non dixit, cur Apostoli spicas evellerent (cf. Comment.): 7, 14. non habet *πάλιν* quo referatur [cf. Comment. p. 279.] cl. 10, 32. [Comment. p. 449.]: 14, 50. quinam sint *πάντες* e Matthaeo 26, 56., non e Marci verbis intelligas [cf. Comment. p. 643.]. Adde Marc. 5, 15. 6, 17. 11, 13. all.. Quamquam interpretes interdum de magnâ Marci negligentiâ conquesti sunt, ubi aut nulla sit aut exigua [vide 6, 21. 22. cl. Comment. p. 229.].

9) Cf. v. c. Marc. 8, 11. — *ἤρξαντο σ υ ζ η τ ε ῖ ν αὐτῷ, ζ η τ ο ῦ ν τ ε ς* —. 4, 31. 32. *ὅς, ὅ τ α ν σ π α ρ ῇ* — — *καὶ ὅταν σ π α ρ ῇ* si lect. v.. 11, 27. *καὶ ἔ ρ χ ο ν τ α ι πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ* — — *ἔ ρ χ ο ν τ α ι* — —. 15, 10. 11. — *οἱ ἀ ρ χ ι ε ρ ε ῖ ς. Οἱ δὲ ἀ ρ χ ι ε ρ ε ῖ ς* —. Eodem refer tum ter repetitum voc. *λέγω* 11, 33. tum quater iteratum Pronomen *αὐτός* 9, 20. 15, 20..

de industriâ consectatus est verba parum usitata [10]) structurasque raro obvias [11]) et numero haud pauca vocabula ἅπαξ εἰρημένα [12]) sibi indulsit. Quae tamen omnes res ejusmodi sunt, ut vel alexandrinorum scriptorum usu, vel linguae graecae analogiâ, vel veterum Grammaticorum testimoniis, si iis sollerter utare, satis explicari queant

§. 4.

Quâ linguâ quo tempore et quo loco Marci liber editus fuerit?

Marcus librum suum graece scripsit. Nemo enim veterum nisi *graecum* Marci Evangelium vidit [cf. *Bertholdti Einl.* p. 1280.]. Fama in vetere translatione syriacâ conservata *latine* a Marco Evangelium exaratum esse, quam cupide arripuit *Caes. Baronius* Annal. ad ann. Chr. 45. N. 41. p. 287. neque eo confirmatur, quod Marcus latinis vocabulis σπεκουλάτωρ 6, 27. et Κεντυρίων 15, 39. usus est [cf.

Talia quemadmodum paucorum malorumque librorum auctoritate immerito scriptori impertias (cernuntur enim in hujusmodi rebus librariorum peccata), ita a plurimis et optimis subsidiis commendata in Marco ferenda sunt.

10) Vide 41, 41. ἀπέχει 79, 8. ἐξάπινα. 15, 43. εὐσχήμων. 9, 25. ἐπισυντρέχω. 12, 34. νουνεχῶς. 14, 3. νάρδος π ι σ τ ι κ ή. 15, 46. ἐνειλέω all. 1, 34. 11, 16. ἤφιε all..

11) Cf. v. c. 3, 9. προςκαρτερεῖν *de re* positum: 14, 8. προλαμβάνω cum Infinitivo consociatum: 4, 38. ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον καθεύδων. Sed immanem soloecismum 3, 11. καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅ τ α ν α ὐ τ ὸ ν ἐ θ ε ώ ρ ο υ ν, προςέπιπτον αὐτῷ κ. τ. λ. non in Marcum cadere dissectoque vocabulo ὅταν scribendum esse ὅ τ᾽ ἂ ν αὐτὸν ἐθεώρουν quum in Commentariis recte suspicatus essem docui in Addendis.

12) Cf. 9, 21. παιδιόθεν. 14, 70. ὁμοιάζει. 15, 23. σμυρνίζω. all..

Eichhorn. Einl. I. p. 605] [1]), et ex fabulâ manavit, Marcum in usum Romanorum Evangelium confecisse [vide §. 1. not. 6. §. 2. not. 4 et 5.]. Temere autem ipsum Marci autographum latinum Venetiis et Pragae asservari jactatum est, quod non sit nisi pars Codicis Forojuliensis [cf. *Dobrowsky* Fragmentum Pragense Evang. S. Marci, vulgo Autographi. Pragae 1778. 4.]. Denique *Wahlii* [2]) conjectura Marcum *linguâ copticâ* librum conscripsisse male creditâ Marci in Aegyptum profectione nititur [cf. §. 1. not. 7. et §. 3. not. 3.].

Patrum ecclesiasticorum alii Petro vivente [vid. §. 2. not. 4. et 5.], alii, ut Jrenaeus in Eusebii H. E. 5, 8. [3]), Petro exstincto Marcum Evangelium composuisse affirmant. Quibus nihil fidendum, quoniam omnes hâc falsâ opinione ducuntur, Marcum quum Evangelium scriberet, Petri, quocum Romae versatus esset, interpretem egisse et praecepta a Petro ore Romanis tradita literis consignavisse [vide §. 1.

---

1) Talia vocabula ut in exterarum nationum linguas reciperentur late diffusum Romanorum imperium et multus barbarorum cum Romanis usus fecit. Et *centurionis* quidem vocabulum etiam syriacam civitatem [cf. Luc. 7, 2. 6. 23, 47. Pesch.], quemadmodum *speculatoris* talmudicam [cf. Comment. ad Marc. 6, 27.] nactum est.

2) vide *Wahlii Magazin für alte, besonders morgenländische und biblische Literatur.* [*Dritte Lieferung* p. 8 — 20. *Halle* 1790. 8.

3) *Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν εὐαγγελίου τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν· μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε.* Ubi *τὴν ἔξοδον excessum e vitâ* [ita recte *Valesius*] non *excessum ex urbe Româ* [sic male *Grabius*] valere vel ex eo elucet, quod Irenaei opinio accommodata est ad locum 2 Petr. 1, 15. perperam explanatum. Vide *Eichhornii. Einl.* I. p. 606 sq..

not. 5. 6. et §. 2.]. Neque illud verum est quod nonnulli librarii in Evangelii fine monuerunt, librum anno vel decimo vel duodecimo post Jesu in coelum abitum vulgatum esse [vide *Wetstenium* I, p. 642.], quandoquidem Marcus Matthaei et Lucae commentariis usus est [cf. §. 3. *β*.]. Hoc tantummodo certo dici potest, Marci novissimum esse Evangelium, quippe cujus auctor Matthaei Lucae et Johannis commentarios in consilium adhibuerit [cf. §. 3. *β*.].

Quo loco Marcus librum scripserit prorsus ignoramus. Nam Patres ecclesiastici qui aut Romae aut in Aegypto [4]) Marci Evangelium exaratum esse contenderunt commentis nixi sunt quae supra §. 1. not. 5. 6. 7. et §. 2. evertimus.

§. 5.

De libri authentiâ et integritate.

Libri authentia in dubium vocari nequit. Nam antiquissimi et fide dignissimi scriptores in eo omnes antiquitus consensisse narrant, quattuor N. T. Evangelia ab iis conscripta esse, a quibus profecta dicantur [cf. Iren. adv. Haer. 3, 11, 7. Clemens Alex. in Euseb. H. E. 6, 13. Ter-

---

4) Chrysostomus Hom. I. in Matthaeum: (ἔγραψε) — *Μάρκος* — *ἐν Αἰγύπτῳ τῶν μαθητῶν παρακαλεσάντων αὐτόν.* Verum ne Chrysostomus quidem rem sibi firmiter persuasisse videtur, qui ibid. p. 8. scripserit: *ἔνθα μὲν οὖν ἕκαστος διατρίβων ἔγραψεν οὐ σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἰσχυρίσασθαι.* Ceterum quod *Eichhornius Einl.* I. p. 608 sq. Marci librum bis, semel Romae, iterum Alexandriae editum esse scriptores ecclesiasticos perhibere dixit, errasse videtur. Etenim e loco Hieronymi de viris illustribus cap. 8., qui in hâc causa disertissimus existimandus est, hoc tantummodo consequitur, antiquitus fuisse qui putarent, Marcum quod Romae conscripsisset Evangelium in Aegypto divulgasse.

tullian. contra Marc. 4, 2. 5. Origenes c. Celsum. II. c. 16.]. Sed non integrum Marci Evangelium ad nostram aetatem pervenisse jam in Commentariis ad Marc. 16, 9—20. docuimus[1]).

---

1) De Marci interpretibus disputabitur ad Johannem.

COMMENTARII
IN
EVANGELIUM MARCI.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ
ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Laetissimam rem, propediem proditurum esse Messiam, primus denuntiavit popularibus Johannes, baptista, quum in deserto loco lustrationem et procuraret et commendaret, quae sicut emendandis moribus homines obstringeret, ita praemii loco flagitiorum veniam proponeret v. 1. 4.. *Hoc sic eventurum esse, vetus vates cecinerat v.* 2. *et* 3.. *Summo Judaei favore Johannem amplexi sunt v.* 5., *qui, referens habitu prophetam v.* 6., *auditores, multo suam esse fortunam infra Messiae conditionem positam commonuit v.* 7. 8.. *Etiam Jesus, quum profectus Nazarethâ in desertam regionem venisset, ab Johanne lustratus est v.* 9., *quae res idcirco memoriâ digna est, quoniam scisso coelo spiritus divinus ad Jesum delatus est et audita vox, quae eum Messiam pronuntiaret v.* 10. 11.. *Nec fuit iners divinus spiritus, sed statim expulit eum in desertum locum, in quo per quadraginta dies ita commoratus est, ut a Satanâ vexaretur. In hoc ab hominum coetibus remoto loco benigne Jesum aluerunt angeli v.* 12. 13.. *Sed injectis Johanni vinculis profectus in Galilaeam, Messiam mox regnum constituturum, quo qui potiri velit, ei resipiscendum esse ostendit v.* 14. 15.. *Aliquando ad mare Galilaeae ambulans Simonem, Andream, Jacobum et Johannem, piscatores, adjunxit sibi discipulos v.* 16 — 24., *quibus cum*

ingressus Capharnaumum in conventu sacro docuit sabbato cum ingenti assensu v. 21. 22.. *Quum autem ibidem ex homine misero malum genium, qui eum magnopere affligeret, expulisset v.* 23 — 26., *tum enimvero et summam injecit iis, qui aderant, sui admirationem v.* 27., *et tantam collegit famam, quae omnes Galilaeae finitimas regiones peragraret v.* 28.. *Itaque eo ipso die, quum e sacro conventu in Petri se domum contulisset ibique Petri socrum ipso contactu non sine miraculo persanavisset v.* 29 — 31., *post solis occasum omnes et aegrotos, et qui a pravis geniis exagitarentur, ad eum attulerunt Capharnaumitae totaque civitas ad fores confluxit v.* 32. 33.. *Multos tum aegrotos sanitati restituit multosque daemones abegit v.* 34.. *Postero die quum primo mane egressus Capharnaumo in desertum se locum, ut pie meditaretur, recepisset v.* 35., *sicuti discipuli, omnes eum homines quaerere coeperunt v.* 36. 37.. *Quo facto orsus a vicinis conciliabulis, docendo et malos daemones ejiciendo universam Galilaeam peragravit v.* 38. 39.. *In quo itinere adiit eum leprosus, ut se convalescere juberet, magnâ prece orans v.* 41.. *Satisfecit hominis desiderio Jesus ita, ut eum sacrificio potius operari, quam portentum divulgare juberet v.* 42 — 44.. *At ille adeo rem celebravit sermonibus, ut Jesus, ne circumfunderetur hominum miraculo attonitorum frequentiâ, in desertis versari locis cogeretur et vel sic ad eum turba undique conveniret v.* 45..

V. 1. *Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ*
Θεοῦ, 2. *ὡς γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ· ἰδού,*
ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου,
ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου, 3. *φωνὴ*
βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου,
εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· 4. *ἐγένετο Ἰω-*
άννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα
μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. 5. *Καὶ ἐξεπορεύοντο*
πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυ-
μῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ
ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. 6.
Ἦν δὲ ὁ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ
ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ καὶ ἐσθίων
ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον. 7. *Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων·*

Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.
8. Ἐγὼ ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι· αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον] De discrepantiâ hic quoque in libris conspicuâ: κατὰ Μάρκον. — τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον εὐαγγέλιον. — ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον ἁγίου εὐαγγελίου. — ἀρχὴ τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου sententiam tulimus ad Matth. p. 1 sq.. De *Marco* autem disputatum est in Prolegomenis. V. 1 — 4. Difficultates haud vulgares creavit hic locus et interpretibus et criticis, quas ita ex eo removere conabimur, ut a dijudicandâ verâ lectione a falsâ proficiscamur. — v. 2. ὡς γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ] Non affertur vs. 3. et 4. unius cujusdam prophetae oraculum, sed duorum; Malachiae 3, 1. ἰδοὺ — — τὴν ὁδόν σου. et Jesajae 40, 3. φωνὴ βοῶντος — τὰς τρίβους αὐτοῦ.; nec verbis aut ex LXX. versione petitis aut ad hebraicam orationem compositis, sed quibus ipsis Malachiae vaticinium Matth. 11, 10. et Luc. 7, 27., Jesajae autem Matth. 3, 3. et Luc. 3, 4. liberius laudatum ad suam causam accommodavissent. Quam rem non unâ de causâ memorabilem hic eo commemoravimus, quod eam ad recte componendum Cdc. in v. ἐν τῷ προφήτῃ dissidium aliquid conferre nonnulli putavissent. Nam pro ἐν τῷ προφήτῃ, quod de *Millii* ad h. l. et Proleg. § 412. 702. 1019. et, ut videtur, *Valckenarii* Adnot. crit. in loca quaedam N. T. p. 358. consilio recepimus, in aliis est libris ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, in aliis ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, in aliis ἐν τοῖς προφήταις. Versionis autem philoxenianae ea est conditio, ut, quum typis expressum exemplum in ordine *in prophetis*, sed in margine *in Jesaja propheta* repraesentet, Cd. Assem. I. *in Maleachi propheta* et Cd. Assem. II., utrumque conjungens, *in Jesaja propheta et in Maleachi propheta* praebeat. In quâ re disceptandâ cavendum magnopere est, ne cum nonnullis aut corruptelam vocabulorum ἐν τῷ προφήτῃ fines excessisse praecipitato judicio opineris, aut ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ sinistre defendas. Hoc a multis, il-

lud a Bezâ factum est et *Johanne Daniele Schulzio*, viro praeclare docto, in l.: Analekten für das Studium der exeg. u. system. Theol. Herausg. von *Keil* u. *Tzschirner* Tom. II. Fasc. II. p. 141., quum totum Malachiae locum ex Matth. 11, 10. a diligenti lectore in margine notatum in ordinem irrepsisse conjicerent. Summo enim consensu eum tuentur libri et quae est Cod. in v. ἐγὼ et ἔμπροσθεν αὐτοῦ aut additis aut demtis discrepantia, et levis est et ex alio fonte promanavit. Lectio ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ multos nacta est patronos [v. c. *Erasmum*, *Bezam*, *Grotium*, *Bengelium*, *Griesbachium*, qui etiam excudendam curavit, *Paulum*, *Kuinoelium*, *Saunierum* in l.: Ueber die Quellen des Evangeliums des Marcus. Berlin. 1825. p. 38.], paucos [ut *Heupelium*, *Wolfium*, *Matthaeium* al.] scriptura ἐν τοῖς προφήταις. Ac vetustatis habere ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ commendationem inde est perspicuum, quod, teste *Hieronymo* ad Matth. 3, 3., hac lectione, ut Marci ex Malachiae et Jesajae vocibus compositam quasi unius Jesajae sententiam laudantis ignorantiam ostenderet, Porphyrius usus est exeunte seculo tertio. Largior etiam, jure quodam suo Marcum ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ scribere potuisse. Quamquam miris vulgo modis Ἡσαΐᾳ vel excusant, vel defendunt. Nam *Hesychius* Hierosolymitanus, *in Consonantia Evangelica*, cujus vide epitomen apud *Cotelerium* Monum. eccles. graec. T. III., inauditum hyperbaton commentus verba sic struenda esse sibi persuasit: Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω — τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου· ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ φωνὴ βοῶντος κ. τ. ἑ. *initium fausti de Jesu Christo nuntii ortum est a notâ voce: ecce ego mitto* etc.. *Quemadmodum in Jesajâ prophetâ scriptum est: auditur vox* etc., *ita Johannes exstitit lustrans in deserto* etc.. *Saunierus* l. l. post *Bedam* confudisse Marcum per memoriae errorem utrumque prophetam arbitratur. At quotus quisque a se impetrabit, ut aut ex Marci, aut ex alius cujusvis istius aetatis doctoris christiani animo utriusque ad Johannem Jesu Messiae anteambulonem ab omnibus relati oraculi memoriam unquam excidere potuisse existimet? Nihilominus ista opinio mirifice pas-

sim est exornata. *Griesbachius* Comment. crit. ad h. l. p. 71 Marcum intentum, quibus sane usus est, commentariis Matthaei 3, 3. et Lucae 3, 4. scripsisse ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, tum vero eum repetentem alterius in eandem rem a Matthaeo 11, 10. et Lucâ 7, 27. citati vaticinii memoriam id ipsum, non recordatum videlicet scriptoris, tanquam Jesajae vocem alteri ejusdem sententiae φωνὴ βοῶντος etc. praeposuisse. Idem visum *Paulo* est, nisi quod Marcum exploratum quidem Malachiam prioris vocis auctorem habuisse, sed exaratum jam Ἡσαΐᾳ inducere oblitum esse putavit. Sed *Eichhornius* in l.: Allgem. Bibliothek der bibl. Literatur T. V. p. 806. et *Kuinoelius* ad h. l. (edit. III. p. 13.) Marcum, quum in principalis evangelii, ex quo nostra evangelia confecta fuerint, ordine Jesajae locus positus, in margine autem Malachiae oraculum notatum fuerit, post vocc. jam literis consignata ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ illi, non deleto tamen per imprudentiam Ἡσαΐᾳ, praemisisse conjecerunt. Nimirum hujusmodi consilia conjectore sunt, quam critico digniora. Una, quâ scripturae ἐν Ἡσαΐᾳ τ. πρ. innocentiam speciose defendas, ratio haec est, ut dicas pertinere ἐν Ἡσαΐᾳ τ. πρ. tantum ad v. vs. 3., re verâ ex Jesajâ deprompta et ex quibus solis scriptor h. l. argumentatur (nam dicit hoc: *Jesajae oraculum: audiri vocem ad viam domino muniendam in d e s e r t o e x c i t a n t i s ratam esse in Johanne in d e s e r t o e t l u s t r a n t i s e t l u s t r a t i o n e m v e r b i s v o c e q u e c o m m e n d a n t i s f a c t a m*), sententiam autem ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω — τὴν ὁδόν σου non nisi hunc usum habere, ut primariam Jesajae vocem ad Messiae praecursorem referendam esse statim pateret illamque Marcum et notis et sacratis celebrati prophetae, quam suis verbis concipere maluisse. Hoc ipsum fecit Matthaeus 21, 4. 5., quum afferendum Zachar. 9, 9. oraculum ἰδού, ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι κ. τ. ἑ. praegredi juberet v. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών ex Jes. 62, 11. petita eo consilio, ut vocc. ἰδοὺ etc. *ad Hierosolymas* spectare significaret. Nunquam tamen nos junctae cum *Millio* societatis pudebit; nunquam. Disputat is ad h. l. sic: *Ego — ita censeo. In Archetypo S. Marci scriptum fuisse simpliciter* ἐν τῷ προ-

φήτῃ. Ἡσαΐᾳ — *haud aliud fuisse, quam marginale scholion, quod in contextum arripuerint scribae. Deprehenso autem, prophetam, e quo prima haec verba adducta sunt, non Esajam fuisse, sed Malachiam et quidem universum testimonium partim ex Malachia, partim ex Esaja desumtum esse, factum demum, ut illud* Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ *tanquam minus verum mutatum sit in* τοῖς προφήταις, *quo singula quadrarent.* Librariorum in Cdc. marginibus scriptorum, quorum fuissent laudata verba, nomina notandi morem illustrant et sententiae, quam probavimus, veritatem multa loca demonstrant. vid. var. lect. Matth. 1, 22. 13, 35. 21, 4. (qui est nostri simillimus). Quid, quod, ne de versione philoxenianâ bis dicam, nostro l. Cd. 72. West. τῷ Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ non nisi in orâ jactat? Possem addere, vel duplicem scripturam ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ et ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, quippe inde ortam, quod Jesajae nomen margini subductum alii verbis τῷ προφήτῃ praeposuissent, alii iisdem interseruissent, corroborandae esse nostrae sententiae eodemque modo jam antiquitus nonnullos, ut *Eusebium* [Schol. Cd. 92. Wetst. τοῦτο τὸ προφητικὸν ῥητὸν Μαλαχίου ἐστίν, οὐχ Ἡσαΐου, γραφέως τοίνυν ἐστὶ σφάλμα, ὥς φησὶν Εὐσέβιος ὁ Καισαρεὺς ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον κ. τ. ἑ.], *Hieronymum* [ad Matth. 3, 3] al. [cf. Victor Antiochenus ad h. 1] judicavisse. Sed ne quis inconstantiae nos insimulet objecto loco Matth. 27, 9., in quo διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου integrum duximus, adulterinum et διὰ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου et διὰ τοῦ προφήτου simplex, monemus, utriusque loci diversam esse indolem. Nam et poterat Matthaeo in citandâ minus nobilitatâ voce facillime aliud scriptoris pro alio nomen obrepere et scripturae διὰ τοῦ προφήτου et διὰ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου commissi a scriptore erroris emendationem prae se ferunt. Contra in Marco ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ et *in Malachia propheta* male adoptatas esse orae allitas scribarum annotationes, sed ἐν τοῖς προφήταις qualemcunque earum correctionem, vel primus totius varietatis obtutus paullo peritiorem doceat. Reliquum est, ut de sensu v. ἐν τῷ προφήτῃ dicatur. Non valent, opinor, *in illo, qui*

est κατ' ἐξοχὴν *propheta*, quo usu Homerus ὁ ποιητής, Thucydides ὁ ξυγγραφεύς vocatur, sed *in eo, quem bene nostis, prophetâ*, hac lege, aut ut *ad Malachiam* referantur, cujus oraculo aliud deinde Jesajae non interjectâ de more Judaeorum [vid. *Surenhusius* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 45.] novâ citandi formulâ vs. 3. addatur, aut ut, quod ob potiorem in hac argumentatione vs. 3. vim praestabilius videtur, ad Jesajam unice pertineat, cooptatis autem a Marco Malachiae verbis *insequens vaticinium gerendas a mittendo divinitus Messiae praecursore res celebrare* perspicue indicetur [vid. supra.]. ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω — τὴν ὁδόν σου]. De horum vocc. ratione ad Malachiae l. vid. ad Matth. p. 400.. ἐγώ in perpaucis libris praetermissum est, quia integro sensu abesse potuerat. — τὸν ἄγγελόν μου] *meum, qui distincte cogitatur, nuntium*. Significatur ὁ πρόδρομος. Alieno igitur loco post Origenem T. IV. 83. E. *Heumannus* ad h. l ut Johannis honori consuleret, hanc proposuit explicationem: *Angelum meum.* — πρὸ προσώπου σου] Argutantur *Erasmus* et *Beza*, agi de nuntio, qui Messiam non procul positum, sed *praesentem* monstret, his v. indicari arbitrati. Quin vocc. in universum dicunt: *mitto nuntium meum, qui te praecedat.* — τὴν ὁδόν σου] ἔμπροσθέν σου, quod vulgo adjectum legebatur, nonnulla secutus subsidia, recte exterminavit *Griesbachius*, tanquam ex Matth. 11, 10. Luc. 7, 27. repetitum. Quippe nemo ea v. delevisset, quum in l. parallelis inveniantur, si Marcus scripta reliquisset. Ea in Marci Evangelio praetermissa esse, diserte testatur Origenes [cf. *Griesb.* l. l. p. 73.] et Victor Antiochenus ad h. l.. Huc adde, quod Luc. 7, 27. ἔμπροσθέν σου e perpaucis libris exsulat, unde probe conjicias, in uno quidem Evangelio, imo, quum alia in hanc rem concurrant, *in Marci libro* ab initio lectum non fuisse. Sed quonam tandem verborum honore extollemus *Griesbachium* hic quoque *ad recensionum conspirationem* provocantem? Nullo, opinor. Nam quum *Griesbachii* recensiones ejusmodi sint, ut nemo recensitas eas constituerit unquam, quo usu *lucum* appellatum volunt *a non lucendo*, corruptiones autem Evangeliorum ex l. parallelis tam late pateant, ut nullus liber

hujus corruptelae crimine prorsus insons exstare videatur, ut unum alterumve cujusvis ies bachianae recensionis subsidium hic quidem id vitium non contraheret, nonne casu factum putabimus? — V. 3. *φωνὴ βοῶντος — τὰς τρίβους αὐτοῦ*] Contuli haec v. cum l. Jes. 40, 3. ad Matth. p. 116 sq.. — *τὰς τρίβους αὐτοῦ*] Scriptura Cd. D. *τοῦ θεοῦ ὑμῶν*, seu, ut versio Cd. latina recte emendat, *ἡμῶν*, non, ut dixit *Matthaeius*, ex scholiis fluxit, sed et scholia et Cd. D. susceperant ex LXX Jes. 40, 3. — Nunc de interpretatione v. 1 — 4. disputetur. Est autem triplex inita explicatio. Nam licet plene interpungere vs. 1. post v. *υἱοῦ τοῦ θεοῦ*, hoc pacto, ut vocc. *ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ θεοῦ* titulum contineant eorum, quae v. 2 — 8. narrantur, deinde vs. 2. et 4. arcto vinculo colligere h. r.: *initium laeti de Jesu Christo, filio Dei, nuntii* (*Anfang der frohen Verkündigung von Jesu Christo, dem Sohne Gottes.*). *Quemadmodum propheta cecinerat, ecce* etc. *exstitit Johannes lustrans in desertâ regione.* In quâ ratione nihil est, quod jure crimineris. Legitimum est enim *ἀρχή* sine articulo, ut in titulo [vid. ad Matth. p. 8.]. Tantum autem abest, ut cum *Valckenario* l. l. meliorem existimem ordinem futurum, si vs. 4. in Cd. poneretur secundus, ut isto modo gravissima in hac oratione Jesajae v. *φωνὴ βοῶντος — τὰς τρίβους αὐτοῦ.* obscurata dicerem. Abusus est hac *Valckenarii* sententiâ ad trajectionis aucupium *Wassenberghius* Dissert. de trajection. in N. T. necessariis praemissâ selectis e scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. II. p. 33.. Illâ ratione struendum h. l. arbitrati sunt v. c. *Erasmus*, *Griesbachius* l. l. p. 67., *Rosenmuellerus*, *Paulus*, *Kuinoelius*. Sed male *Erasmus* vs. 1. *totius libri inscriptionem* judicavit h. m.: *initium commentariorum de Jesu Christo, Dei filio.* Permire enim sic Marcus inde orationem orsus esset, ut diceret: *jam scribere incipiam* (!!). Quin, si Marcus universo libro praefigere decrevisset titulum, hoc eum uti oportuerat: *εὐαγγέλιον Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ θεοῦ.* Nulla est provocatio ad Hos. 1, 2. תְּחִלַּת דִּבֶּר־יְהוָה בְּהוֹשֵׁעַ וַיֹּאמֶר יְהוָה LXX. *Ἀρχὴ λόγου κυρίου πρὸς Ὠσηέ. καὶ εἶπε κύριος κ. τ. ἑ.*,

quum his v. haec subjecta sit sententia: *initium orationis Domini ad Hoseam.* (Haec dignitatem habent tituli h. s.: *exponatur, quid primum omnium dixerit Dominus Hoseae.*) *Nempe dixit ei Dominus* etc.. Alio insuper vitio *Rosenmuelleri* laborat enarratio: *initium historiae Jesu Christi,* hoc, quod *historiae* vocabulo sensus vocis εὐαγγέλιον non exhauritur [cf. ad Matth. p. 5.]. Secunda explanatio haec est, ut locatâ vs. 1. post υἱοῦ τοῦ θεοῦ virgulâ plene distinguas vs. 3. post v. τὰς τρίβους αὐτοῦ h. m.: *initium laeti de Jesu Christo, Messiâ, nuntii ita contigit, quemadmodum scriptum legitur in prophetâ: ecce — — — — —. Exstitit Johannes in deserto lustrans* etc.. Ita constituendum esse putarunt h. l. v. c. *Euthymius, Theophylactus, Vatablus, Grotius, Heumannus, Reichardus, Stolzius.* Horum ego rationem non *duram* vocaverim cum S. V. *Kuinoelio*, sed falsam. Nam desiderat illa et articulum vs. 1. (ἡ ἀρχή) et vs. 4. in narrationis principio copulam [Ἐγένετο γάρ Ἰωάννης κ. τ. ἑ.]. Postremo, ut bene intellexerat jam *Erasmus* ad v. 4. et *Zegerus*, hac potest locus expediri constructione: Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰ. Χ. υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων — — — — εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ· ἰδοὺ — — — — τὰς τρίβους αὐτοῦ. *principium faustae de Jesu Christo, Messiâ, praedicationis exstitit Johannes* (*Anfang der frohen Ankündigung J. Ch., d. M., war Johannes* = *principium ejus praedicationis ab Johanne ortum est*), *quum in desertâ regione baptismo homines initiaret et lotionem poenitentiâ obstringentem propositâ peccatorum veniae spe commendaret, quo modo in noto prophetâ scriptum legitur: ecce, praemitto tibi nuntium meum, qui viam tuam muniat; vox auditur in deserto clarâ voce ita praecipientis: parate viam Domini, planas facite ejus semitas.* Nec grammatica huic interpretationi obstat, nec sensus [Luc. 16, 16.] eamque fateor magis mihi placere, quam quae primo loco commemorata est. Injuriâ, opinor, hoc objicias, aspere magno intervallo diremta arcte jungi vocc. Ἀρχὴ — — — ἐγένετο Ἰωάννης. Nam si Mar-

cus V. T., quae pluribus v. absolvitur, vocem quo fecit loco interponere constituerat, non poterat non tanto spatio divellere ἀρχὴ — — ἐγένετο Ἰωάννης. Circumspecte autem hunc praetulit ordinem alteri: Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰ. Χ. υἱοῦ τ. θ. ἐγένετο Ἰωάννης — — εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ· ἰδοὺ — τὰς τρίβους αὐτοῦ, quia hoc modo primaria Jesajae v. φωνὴ βοῶντος — τὰς τρίβους αὐτοῦ mire delituissent. — ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ] Ne si primâ quidem ratione vs. 1—4. constitueris, concessum tibi est cum *Grotio*, *Munthio*, al. h. l. ἐγένετο βαπτίζων arcte connectere, ut sit i. q. ἐβάπτισε [cf. Soph. Philoct. v. 760. *Herm.* — ἐφίεμαι ἑκόντα, μήτ' ἄκοντα, μηδέ τῳ τέχνῃ κείνοις μεθεῖναι ταῦτα, μὴ σαυτόν θ' ἅμα, κἄμ', ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον, κ τ ε ί ν α ς γ έ ν ῃ], sed decet junctâ cum *Vallâ* societate ita interpretari: *exstitit Johannes*, *aquâ lustrans homines in deserto.* — βάπτισμα μετανοίας] Noli haec v. cum *Wolfio* pro βάπτισμα καὶ μετάνοιαν accipere, sed enarra: *baptismum poenitentiae* (eine Bussetaufe) i. e. *baptismum*, *qui poenitentiâ obstringeret.* Hujusmodi Genitivos passim esse ambiguos fraudemque fecisse V. D., ut veteres scriptores apertâ malles verbositate, quam obscurâ brevitate usos, negari nequit. [Ita Cic. Brut. 4, 16. — *sic omnis fetus repressus exustusque flos s i t i v e t e r i s u b e r t a t i s exaruit:* bene comparatum est. Significat enim: — *siti*, *quae consecuta est veterem ubertatem.* Sed aut transposuerunt V. D. cum *E r n e s t o exustusque siti flos veteris ubertatis exaruit*, aut emendarunt, ut doctiss. *O r e l l i u s e x u s t u s q u e flos s i t u veteris ubertatis exaruit.* Item fuerunt, quibus molestiam crearet l. Cic. Orat. I, 3, 9. — *sed omnia*, *quaecunque possent*, *v e l s c i e n t i a e p e r v e s t i g a t i o n e*, *vel differendi ratione comprehenderint*, recte illi ab *Orellio* repulsi.] Nihilominus S. V. *Wineri* regula gr. p. 77. et olim nobis displicuit [cf. Conject. nostra p. 4.], et nunc displicet [vid. infra ad 14, 13.]. — καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας ε ἰ ς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν] εἰς h. l. *consilium* indicat h. r.: *et commendans poenitentiae lustrationem*, *ut peccatorum veniam* (credo, ab Jesu, Messiâ: vid.

ad Matth. p. 114.) *consequerentur*. Sic recte *Euthymius* et *Theophylactus*, cujus v. ita corrige et distingue: — τοῦτο δὲ τὸ κήρυγμα τῆς μετανοίας ποῖ ἔφερεν; εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τουτέστιν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα, ὃ εἶχεν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. — V. 5. *Καὶ ἐξεπορεύοντο — χώρα*] Etsi Marcus collectivis nominibus Singularem Verbi admovere solet [ut 2, 13. 3, 7. 20. 32. 4, 1. 5, 21.], tamen e permultis libris adscivi ἐξεπορεύοντο pro vulgato ἐξεπορεύετο, et quod illa est lectio difficilior, et quia ἐξεπορεύετο e Matth. 3, 5. huc derivatum esse videtur. Praeterea paullo cordatior summam scriptoris in tali re constantiam vix postulabit. — *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται*] Falluntur, qui *καὶ* Hebraeorum וְ et Latinorum *et* in talibus, qualis hic est, l. *inprimis* valere putant [cf. *Drusius*, *Heupelius*, *Kuinoelius* ad h. l., *Schleusnerus* in Lex. I. p. 114. cf. et *Wahlius* in Cl. I. p. 421., qui confudit diversa, huc referens v. c. Matth. 8, 33. Act. 26, 22. 1 Cor. 16, 16.]. Nullà enim ibi istae voculae pollent, nisi *copulandi* facultate, quamquam scriptores rem singularem jam comprehensam communiori propterea insuper adjiciunt copulae adjumento, quod illam tanquam gravem impensius inculcatam volunt lectori, ut h. l. Marcus scripsit ἐξεπορεύοντο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται, i. e. *tota Judaeae rgeio* [= *omnes Judaei.* Luc. Alex. c. 18. *κατ᾽ ὀλίγον οὖν καὶ ἡ Βιθυνία καὶ ἡ Γαλατία καὶ ἡ Θρᾴκη συνέῤῥει* — —.] *et* (quod, ut memorabile, diserte monendum esse videbatur) *Hierosolymorum incolae ad eum egressi sunt.*, et infra 16, 7. εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ πέτρῳ *dicite ejus discipulis et* (nam hunc minime omnium vellem neglectum) *Petro.* Jos. 2, 1. רְאוּ אֶת־הָאָרֶץ וְאֶת־יְרִיחוֹ *explorate terram et* (*nam in eà urbe summa rerum vertitur*) *Hierichuntem.* Cf. Ps. 18, 1. [Sed nihil huc facit 2 Sam. 2, 30. וַיִּפָּקְדוּ מֵעַבְדֵי דָוִד תִּשְׁעָה־עָשָׂר אִישׁ וַעֲשָׂהאֵל h. e. *desiderabantur undeviginti Davidis servi et Asahel* = praeter Asahelem.] Virgil. Aen. I. v. 30. — *reliquias Danaûm atque immitis Achilli.* Quare illi V. D. quod *in scriptorum animo* latuerat tantum, perperam *in copulae virtute* reposuerunt. — *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται. καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες*]

Magnum est in his v. librorum dissidium, quorum alii praebent, quod nos e textu Elseviriano revocavimus, alii *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται πάντες καὶ ἐβαπτίζοντο*, alii, sed pauci, *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται καὶ πάντες ἐβαπτίζοντο*, alii *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται καὶ ἐβαπτίζοντο*, obliterato v. *πάντες*. Ac videndum, ne lectio *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται πάντες, καὶ ἐβαπτίζοντο*, quam probavit *Beza*, mirifice defendit *Millius*, recepit *Griesbachius*, ferri plane nequeat. Significaret enim: *et Hierosolymitae* egressi sunt *excluso nullo*, *sine discrimine omnes* (und die Bewohner Jerusalems *gingen hinaus zusammengenommen*) [Act. 17, 21. *Ἀθηναῖοι δὲ πάντες — εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν —*. Matth. 9, 35. *καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας — διδάσκων κ. τ. ἑ.* Xenoph. Hellen. 1, 6, 14. *τὰ μὲν οὖν χρήματα πάντα διήρπαζον οἱ στρατιῶται, τὰ δὲ ἀνδράποδα πάντα ξυνήθροισεν ὁ Καλλικρατίδας ἐς τὴν ἀγοράν.*], quâ ratione recte dicitur in numeris v. c. *ἑπτὰ δὲ πάντες εἰσί*, *sunt septem, si numerum ineas, nec plures, nec pauciores* (es sind zusammen sieben): vid. *Schaefer.* ad Dionys. Hal. p. 335. Sed quum in h. l. non quadret haec sententia: *egressam esse ad Johannem totam regionem judaicam et confluxisse Hierosolymitanos omnes*, optime autem conveniat haec: *processisse ad Johannem omnes Judaeos et omnes Hierosolymitanos* (i. e. cum hyperbole *plurimos Judaeos et plurimos Hierosolymitanos*), nemo erit, quin spreto *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται πάντες, καὶ ἐβαπτίζοντο* requirat *καὶ πάντες οἱ Ἱεροσολυμῖται κ. ἑ.*, quemadmodum paullo ante est *πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα.* Jam quum scripturae *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες* et *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται, καὶ πάντες ἐβαπτίζοντο* speciose hoc obvertere liceat, in majus eâ augeri res ab Johanne in deserto gestas: nam credibile esse, non promiscue omnes, sed qui vitiis suis doluissent promtamque ad emendandos mores voluntatem prae se tulissent (vid. v. 4.), initiatos esse ab Johanne: ad id voc. *πάντες* in nonnullis desit Cdc., in quibus autem reperitur, ternis locis conspiciatur, non temerarium fortasse videatur afferre consilium, qui exsilio afficiendae voculae auctor sit, ut a scribis in-

sertae. Nam primum quidem in margine additum esse concinnitatis studio *πάντες οἱ Ἱεροσολυμῖται* (vid. *πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα*, et Matth. 3, 5. — *καὶ πᾶσα Ἰουδαία καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου*), deinde in ordinem relatum aliam ex aliâ occupasse sedem. Sed retinent nos ab assensu duo; unum, quod permiro casu accidisset, ut *nullus librarius suo loco* exhiberet *πάντες* [*καὶ πάντες οἱ Ἱεροσολυμῖται*]; alterum, quod qui libri Matth. 3, 6. perperam *πάντες* infarciunt, a Marco mutuum sumserant. Itaque receptam lectionem cum *Matthaeio* genuinam putavimus. Quidni enim ipse Marcus Johannis facta praedicare et extollere suum arbitratus sit? [vid. *Joh. Dan. Schulzius* l. l. T. II. Fasc. II. p. 125.] — *ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ*] Quod Marcus lectoribus passim voces hebraicas explicuit [3, 17. 5, 41. 7, 12. 34. 10, 46. 15, 22.] et judaicos mores et opiniones illustravit [2, 18. 7, 3 sq. 12, 18.], non hanc vim habet, ut cum *Griesbachio* Comment. crit. ad Matth. 3, 6. interpreteris *in Jordane, qui est fluvius* (im Jordane, einem Flusse), quod in notissimi fluminis mentione, in Marco praesertim, judaico scriptore, neminem non offendat. Imo verte: *in Jordanis fluvio*, s. *in Jordane fluvio* (im Jordansflusse). — *καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες — ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν*]. Quominus hic, ut Matth. 3, 6., Participium enarres: *si sua vitia promto animo confiterentur*, impedit *ἐβαπτίζοντο πάντες*, quod cum eâ ratione nequaquam consistit. Quin licet explanare: *initiati omnes sunt, quum peccata sua impense confiterentur et lustrati omnes et flagitia sua confessi sunt.* Vi antecedere *ἐξομολογεῖσθαι* simplici *ὁμολογεῖσθαι*, ad Matth. p. 121. notatum est. Item Latinorum *ex* in v. compositis potestate neutiquam destituitur. Cf. quae doctiss. *Beierus*, vir celeberrimus, de discrimine v. *laborare* et *elaborare* et de vi v. *efficere* disputavit ad Cic. Off. T. I. p. 8. et 170.. V. 6. Pro *Ἰωάννης* e Cdc. dedi *ὁ Ἰωάννης*, quod melius convenit in h. l.: *Johannes, qui jam est commemoratus* (v. 4.); cf. ad Matth. p. 796 sq.. — In locum v. *τρίχας* Cd. Cantabrig. substituit *δέῤῥην* (imo *δέῤῥιν cilicium*) ex improbo, opinor, interpretamento, quum Johannes ipsas ca-

meli exuvias gestavisse videatur. Vid. omnino ad Matth. p. 117 sq.. — ἦν ἐνδεδυμένος — — καὶ ἐσθίων] = ἦν ἐνδ. — — καὶ ἤσθιε. Plat. Phileb. c. 82. ἢ τοῦτο οὐκ ἔστι γιγνόμενον παρ' ἡμῖν; Haec structura in Marco saepe redit, ut v. 22. 39. 2, 18. 5, 5. 9, 4. 15, 43. Ceterum male *Cd. verc.* vs. 6. post v. 8. rejicit. Nimirum μωρόσοφος, nescio qui, par esse duxerat, narrationem de rebus ab Johanne in deserto gestis continuo ordine absolvi (v. 1 — 5. et 7. 8.), tum viri habitum describi (v. 6.). Sed is, quem Marcus secutus est, ordo recte culpari nequit. Quidni enim tradito, quam fuerit Johannis in lustrandis hominibus occupata opera, vestitum ejus victumque ita commemoraverit, ut postremo doctrinae, quam professus fuerit, summam poneret? V. 7. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς — — τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ] *cujus ut solvam corrigiam calceorum ejus non sum* ***idoneus*** (tauglich), pp. *quum nihil sim ad Messiam*, τὸν ἰσχυρότερόν μου. Qui v. ἱκανός, quod nusquam profecto declarat, h. l. et Matth. 3, 11, 8, 8. Luc. 7, 6. 1 Cor. 15, 9. *dignum* valere volunt [v. c. *Schleusnerus*, et *Bretschneiderus* s. v. ἱκανός] sensum confundunt cum *significatu*. Nam quum multas ob causas ad aliquid efficiendum ineptus esse possis, ut ob virium inopiam, ob fortunae splendorem, ob sortis vilitatem, quae quovis in l. valere debeat, non in vocabuli naturâ, sed in nexu est positum. οὗ — — — αὐτοῦ] τὸ δὲ οὗτινος αὐτοῦ σύνηθες παρ' Ἑβραίοις (Ps. 9, 28. 83, 6.) *Euthymius*. Vid. Marc. 7, 25.. Sed invenitur haec constructio etiam in graecis, et latinis, iisque optimis scriptoribus passim. Cf. ad Matth. p. 139. et doctas *Schaeferi* ad Bos. Ellips. p. 23. et fratris dilectissimi, a cujus dulcissimâ consuetudine iniquior nos fortuna divellit, copias Quaest. Luc. p. 109 sq.. Adde Plat. Protag. §. 30. — τοῖς δ' ἄοπλον διδοὺς φύσιν ἄλλην τιν' αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο δύναμιν εἰς σωτηρίαν. Conviv. 413. 2. *Bekk.* φημὶ οὖν ἐγώ, πάντων θεῶν εὐδαιμόνων ὄντων Ἔρωτα, εἰ θέμις καὶ ἀνεμέσητον εἰπεῖν, εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν —. Cic. Acad. II. 25, 79. — *quod* ne *id* facere posses. Catil. II, 12, 27. nunc *illos* — monitos *eos* etiam atque etiam volo. De reliquis redi ad Matth.

p. 134 sq.. — V. 8. ἐγὼ ἐβάπτισα] Expunxi *μέν*, quod ex Matth. 3, 11. et Luc. 3, 16. huc translatum est, de *Millii* prol. §. 400. consilio. — *καὶ πυρί*, quod nonnulli libri post *ἐν πνεύματι* ex iisdem Matthaei et Lucae l. adoptaverant, huic l. prorsus esse dissentaneum, monui ad Matth. p. 137. *Schulthessii* [vid. *Wineri* et *Engelhardtii* Neues krit. Journal der theol. Literat. T. IV. 1825. p. 272.] suspicionem, scripsisse Marcum pro — *βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ* sic: — *βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πυρί* missam licet facere. *Ἀπίθανος γάρ.* — Disputant V. D., quâ permotus causâ Marcus augustas Jesu origines et pueritiam silentio transierit principiumque operis rerum ab Johanne, baptistâ, gestarum narrationem esse voluerit. *Grotius* (ad v. 1.) subductâ ratione factum credit, *ne gentiles, in quorum usum scripserit, tale quid imaginarentur, quale apud ipsos de Alcmena, Leda, Danae, Ilia narraretur.* Eodem fere redit S. V. *Pauli* [cf. Conservator. Heidelb. 1822. p. 78.] Marcum noluisse gentiles tradendo Jesu ortus miraculo offendere rati sententia. Sed et debuerat sic non magis impurorum geniorum corpora hominum vexantium patratorumque ab Jesu insignium miraculorum mentionem opprimere, nec fuit omnino talis ejus aetatis doctorum christianorum respectus [1 Corinth. 1, 18—25.]. *Koppius* [Dissertatione inscriptâ titulo: *Marcus non epitomator Matthaei* et insertâ Comment. theolog. ed. Pott. T. I. p. 47.] rationem hanc affert, parum curaturos fuisse Marci lectores, quippe gentiles, majorum, unde esset Jesus oriundus, recensionem. Obnuntio. Nam et debuerat nemini non pergrata esse de Jesu, *τοῦ σωτῆρος*, ortu narratio et Lucas, quum et ipse barbarae stirpis hominibus consultum vellet, tamen eas est res persecutus. Multo minus S. V. *Eichhornii* [cf. Einl. in's N. T. T. I. p. 396 ed. II.] opinio habet, quo se commendet. Putat enim propterea Marcum ab Johannis, baptistae, rebus orsum esse librum, quod idem Matthaeus fecerit. Nam capita Matthaei primum et secundum posthac demum ad istud Evangelium accessisse. Nimirum longe est certissimum, quum genuina esse illa Matthaei capita, [rationes, quibus haec sententia nititur, et nos nuper recensuimus

ad Matth. p. 849 sq. et *Latham Wainwright* in Classical Journ. LVIII (1824) p. 1279—1286 et LIX. p. 60—66.] tum Marcum non Matthaei tantum, sed Lucae etiam Evangelio usum esse. *Griesbachius* [vid. Comment. theol. ed. *Velthusen* etc. T. I. p. 378.] rei, de quâ quaeritur, causam inde repetit, quod Marcus non nisi res ab Jesu, doctore, publice gestas suo volumine complecti decreverit. Haec quidem disputatio in orbe versatur. Quippe id ipsum ut explicaretur erat propositum, cur Marcus *in exponendis rebus ab Jesu, Messiâ, publice administratis unice occupatus* ejus origines plane non attigerit. Postremo amicissimus *Theilius* [vid. l.: Neues kritisches Journal der theolog. Literatur herausg. v. *Winer* u. *Engelhardt*. T. V. p. 403.] Marcum de Jesu ortu ejusque primâ aetate tacuisse idcirco existimat, quod repugnantes inter se in Matthaeo et Lucâ istarum rerum narrationes non posse ita componi vidisset, ut conspirarent. Hanc ego sententiam, quum dictu speciosis possit corroborari argumentis, prae ceteris fortasse sequendam ducerem, si universam, de quâ lis est, causam ejusmodi esse putarem, ut aut confidenter eam decernere, aut quantivis pretii suspicionibus obrutam ex aliorum deliberatione ad aliorum consilium denuo deferre licere arbitrarer. Nam quum hac unâ quattuor Evangelia mente composita sint, ut ex vitae Jesu descriptione eum fuisse Messiam intelligeretur [vid. ad Matth. p. XV sq.], re ipsâ spectatâ duobus potuisse modis illi satisfieri consilio confitebere, et ut a capite res arcesseretur mandatisque Jesu originibus literis eum, quâ Messiam oportuerit, lege natum esse ostenderetur, quam viam Matthaeus ingressus est et Lucas, et ut gravissima tantummodo vitae ejus pars accurate scriberetur, quod Marcus faciendum putavit. Frustra autem mihi cur quisque alterutrum potius animo proposuerit, quaeri videtur. Nam et deliberata tantum universâ pertractandae rei conditione consilium inire potuerat, et tot tamque reconditis rationibus idem accommodare, ut suspiciones, quas non invictis argumentis sustentes, inutiliter conquiras. Ex his autem illud quoque manifestum est, inde, quod Marci silentium Messiae texit origines, nec eum primum

omnium Evangelistarum ad scribendum appulisse animum, ut visum fuerat *Herdero* Opp. omn. T. XII p. 15 sq., nec postremum, recte concludi.

V. 9. *Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην.* 10. *Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἐκ τοῦ ὕδατος εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸ Πνεῦμα ὡς περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν.* 11. *Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν· Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ηὐδόκησα.* 12. *Καὶ εὐθέως τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.* 13. *Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων· καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.*

V. 9 *Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις*] *et factum illo tempore est*, scil. quo Johannes summo ad eum facto hominum concursu *τοῦ προδρόμου* partes egit in deserto v. 5 — 8.. *Euthymius:* — *ἡμέρας δὲ νῦν φησιν, ἐν αἷς ἐκήρυσσε τὸ βάπτισμα τῆς μετανοίας ὁ Ἰωάννης.* — *καὶ ἐγένετο — ἦλθεν Ἰησοῦς*] Haec structura, quam nostri scriptores admodum frequentant [Matth. 11, 1. Luc. 1, 8. 9. 18, 35.], ex linguae hebraicae penu deprompta est. Ratio ejus in eo cernitur, ut prius membrum posteriori per Asyndeton annexo explicetur h. m.: *accidit isto tempore, nempe venit Jesus.* Genes. 14, 1. 2. וַיְהִי - - עָשׂוּ מִלְחָמָה *factum est — — scil. proelium commiserunt.* Non igitur differt sensu ab eâ, quae saepius etiam in V. et N. T. reperitur, v. c. Marc. 2, 15. *καὶ ἐγένετο — — καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ.* Vid. ad Matth. 9, 10.. — *ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας*] *εἰς τὴν Γαλιλαίαν b. ψ. h. ω. Est ergo hic error Lectionariorum nonnullorum. Scribae opinabantur ἀπό postulare εἰς. Matthaeius.* Immo docet unius libri apud *Griesbachium* corruptio *ἐκ τῆς Γαλιλαίας*, immemores fuisse librarios ejus usus, de quo disserui ad Matth. 2, 1. Illud hic addo, eadem ratione veteres esse Hebraeos locutos; cf. Genes. 11, 31.

15, 7., ubi commemoratur אוּר כַּשְׂדִּים, quod perspicuitatis causâ sic convertere liceat *der Chaldäer ihr Ur*. Ceterum *τῆς Γαλιλαίας* non discriminis causâ adjectum legi (non enim duo erant istius nominis oppida), sed ut conciliabuli situs describeretur, *Beza* jam perviderat. Sensus: *venit Jesus a Nazarethâ Galilaeae* (es kam Jesus von Galiläas Nazareth) ad Johannem, opinor, in desertam regionem. Cf. v. sq.. Male nonnulli vertunt: *venit Jesus Nazarethâ Galilaeae oriundus*. Id fuerit *ἦλθεν Ἰησοῦς ὁ ἀπὸ Ναζ. τ. Γ.*. — *καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην*] i. e. *et immersus est Jordani ab Johanne*. Perperam *Wetstenius*, *Kuinoelius* al. *εἰς* pro *ἐν* positum esse volunt collatis dissimillimis. Caderet in h. l. attractionis suspicio mota, ut videtur, *Krebsio* ad h. l., si omissis v. *ὑπὸ Ἰωάννου* hic scribi potuisset, *ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην immersit se Jordani, quum eo se contulisset*. Hoc modo Graeci dicunt *λούεσθαι εἰς τὸ βαλανεῖον, εἰς τὸν λουτρῶνα lavari ad balneum profectum*. V. 10. *εὐθέως ἀναβαίνων*] Marcum valde delectari voculis *εὐθέως* et *εὐθὺς Lightfootus* jam et *Wetstenius* monuerant. Singula, in quibus eae voces leguntur, l. et nominavit et eorum numerum iniit *Schulzius* l. l. T. III. Fasc. I. p. 111.. Sed nihil aliud ex tot locis puto sequi, quam ut pateat, Marcum saepe voculâ *εὐθέως* esse deusum; minime, quod vulgo sibi persuadent, inepte eum interdum illam posuisse, aut contra sententiam. Et hoc quidem l. *εὐθέως* per hyperbati licentiam admovit Participio *ἀναβαίνων*, quum sensu pertineret ad *εἶδε* h. r.: *quum statim emergeret ex aquâ, vidit = quum emergeret ex aquâ, extemplo vidit*. Eadem ratione expediri debent haec l. v. 29. *καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον*. 2, 8. *καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, — — εἶπεν αὐτοῖς*. 5, 30. et 36. *ὁ δὲ Ἰησοῦς εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει* —. 6, 27. 9, 15. *καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη*. 9, 24. 11, 2. — *εὐθέως εἰςπορευόμενοι εἰς αὐτὴν εὑρήσετε*. Horum pleraque malâ laborant interpunctione. Demosth. Philipp. IV. fin. *ἴστε γὰρ εὐθὺς ἰδόντες ἀκριβῶς, τίς μισθοῦ λέγει* —. Luc. Icaromen. c

21. — ἀλλὰ κἂν τινα ἴδω αὐτῶν μοιχεύοντα — — εὐθὺς ἐπισπασαμένη τὸ νέφος ἐνεκαλυψάμην — —. Plat. Phaed. §. 39. — — τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μή, ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ — ἀπόλλυται, ᾗ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος —, quod male tentavit *Zeunius* καὶ εὐθὺς ἀπαλλαττομένη —. Conviv. 381, 8. *Bekk.* οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι ἢ ἐραστὴς χρηστὸς καὶ ἐραστῇ παιδικά. Luc. Somn. c. 23. ἀλλ' ἤν ποτε κοῦφος πυρετὸς ἐπιλάβηται, πρὸς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ ἀνεπήδησας εὐθὺς ἀποσεισάμενος τὴν ἄσιν —. (Cf. ad Matth. p. 147. Cum fructu etiam quum alia conferas, tum εἶτα ante Participium collocatum [vid. *Hermann.* ad Vig. p. 772.], et ἅμα cum eodem compositum, v. c. Plat. Phaed. §. 9. ὁ δὲ Σωκράτης — συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἔτριψε τῇ χειρὶ καὶ τρίβων|ἅμα, ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, κ. τ. ἑ.. Sed quum libri in Marco saepe pro εὐθέως offerant εὐθύς, quod ipsum passim obsidet editiones, equidem miror Criticos, quod alterutrum constanter Marcum dedisse, inconstantiam deberi librariis, non viderint. Solent enim qui ex multo usu vocem habent in deliciis eam ipsam iterare semper, non finitimi soni aliam in ejus locum substituere. Itaque ubicunque Marcus cogitationem *statim* revera expresserit, eum scripsisse εὐθέως judico, quod ubivis per libros aliasque rationes obtineri potest. — ἐκ τοῦ ὕδατος] Hoc de *Griesbachii* consilio exhibui pro ἀπὸ τοῦ ὕδατος, quod ex Matth. 3, 16. Marco obtrusum fuerat. — ἀναβαίνων ἐκ τοῦ ὕδατος εἶδε] np. *Jesus*, non *Johannes*. Non enim *Johannes* ἀνέβαινεν ἐκ τοῦ ὕδατος, sed *Jesus*. [Belle conspirare cum hac interpretatione ἐπ' αὐτόν, ad Matth. p. 859. monui. cf. Cic. Or. I, 54, 232. Socrates respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur et ut *ei* victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur.] Prorsus igitur falluntur, qui aut cum *Heumanno* εἶδε ad Johannem referunt, aut cum *Erasmo* ἀναβαίνων pro ἀναβαίνοντος locatum (!!) ad Jesum, εἶδε ad Johannem, spe-

ctare arbitrantur h. m.: *quum extemplo emersisset ex aquâ Jesus, vidit Johannes* (hoc pacto scribendum fuerat: καὶ εὐθέως ἀναβάντος τοῦ Ἰησοῦ ἐκ τοῦ ὕδατος εἶδεν ὁ Ἰωάννης), aut cum *Grotio* utrumque, et Johannem et Jesum, *escendisse in terram et conspicatum esse spiritum divinum* (Act. 8, 38.) sic existimant, ut per ellipsin Johannis nomen suppressum esse sibi persuaserint [!!]. Omnibus caliginem offuderat discrepans Johannis narratio 1, 32., ex quâ ipsâ plures librarii mutuati sunt καὶ μένον, quod post καταβαῖνον ostentant. — εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς] Quae dilucidandis his v. *Elsnerus* et *Wetstenius* profanorum scriptorum loca, in quibus fissi *fulminibus* coeli mentio injicitur, velut Horat. Od. I, 34, 5. Liv. 22, 1., admoverunt, eo sunt dissimilia, quod *hic coelum dehiscit, ut divinus spiritus relicto domicilio ad Jesum desuper possit allabi.* — ὡς] Id recte praetulit *Griesbachius* alteri ex Matth. 3, 16. et Luc. 3, 22. petito, ὡσεί. — εἶδε — — τὸ πνεῦμα ὡς περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν] Hic et in l. parallelis omnibus, quia contentionis vocula simul verbo, non soli περιστερᾶς vocabulo, adjecta sit, spiritum s. non *formâ columbae*, sed aut *velocitate columbae*, quod mihi verum videtur, aut, quod aliis, *leni et aequabili columbae motu* [vid. *Heynius* ad Virgil. Aen. 5, 213.] ad Jesum dici accidisse vel grammaticae rationes evincunt [cf. ad Matth. p. 149.]. Sed quum nuper *Schulthessius* commentatione inscriptâ titulo: *der heilige Geist wie eine Taube* in *Wineri* neuem krit. Journ. der theolog. Literat. T. IV. (1825) p. 257 sq. quibus modis Justin. Mart. Dial. c. Tryph. c. 88 Orac. sibyll. 7, v. 81 sq. et Evang. Ebionit. ap. Epiph. H. 30., ubi quo tempore Jesus ab Johanne initiaretur magno Jordanis igne fulsisse traditur, cum Evangelistarum narrationibus recte concilientur, denuo quaereret, mira quaedam narravit: *emendandum videri in Evangeliis* περιπτερὰν (adverte, sodes, benevole lector, *ΠΕΡΙΠΤΕΡΑΝ*) *Cant.* 8, 6.. *Nam si N. T. Evangelia e principali Evangelio hebraice concepto fluxerint et si ibi fuerit* voc. רֶשֶׁף, *credibile esse, Evangelistas id perperam reddidisse* περιστεράν *columbam, quum* h. l. *vertere debuerint* περιπτεράν

flammam. *Constare autem*, רשף *Hebraeis haec duo significare*, *flammam* (*Cant.* 8, 6.) *et avem* (*Job.* 5, 7.). Videlicet quod ignorabat *Schulthessius*, declinatum dico voc. *περίπτερος*, qui est *περίπτερος, περίπτερον*, non *περίπτερος, α, ον*, vocisque Accentum (*περίπτερος, ον*, male *Schulthessius περιπτερὸς, ὰ, ὸν*) discere potuerat ex illo ipso LXX l., ex quo peringeniosam suam conjecturam hausit Cant. 8, 6. — *περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυρός — φλόγες αὐτῆς.* Nobis res, de quâ dubitant, sic videtur decernenda esse. Quum Evangelistae spiritum divinum quo columba soleat per aërem volare modo ad Jesum desuper accessisse summo consensu tradidissent [Matth. 3, 16. Joh. 1, 32.], formam autem, quâ de coelo se demisisset, plane non definivissent, nisi quod Lucas 3, 22. eum *σωματικῷ εἴδει aliquâ corporeâ specie* allapsum esse in universum professus erat, qui antiquitus rem, quae per lotionis opportunitatem Jesu accidisset, totam complecti constituissent, spiritum s. fulgente cinctum flammâ de coelo esse delapsum de suo addendum *rectissime* judicaverunt. Nam quum pervagatam per totam antiquitatem sententiam secuti sunt, numen divinum coelestesque naturas assumto ignis splendore mortalibus suam manifestare praesentiam [Exod. 3, 2. Ezech. 8, 2. Matth. 17, 5. vid. S. V. de *Ammonius* in l. Biblische Theologie T. I. p. 99. et *Gesenius* Lex. maj. I. p. 428.], tum *Lucae* auctoritatem Act. 2, 3.. — V. 11. Redi ad Matth. p. 150 sq.. *ἐν σοὶ ηὐδόκησα*] Quin recte de *Bezae*, *Grotii*, *Millii* proleg. §. 1196., *Griesbachii*, al. mente reposuerimus *ἐν σοί*, dubitari nequit. Est enim *ἐν σοί* hic et Luc. 3, 22. unice aptum, quum utrobique praecedat *σὺ εἶ.* Quod vulgatur *ἐν ᾧ*, e Matth. 3, 17., ubi quum antea dictum sit *οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου*, locum suum bene tueatur, huc manaverat. Itaque non vereor, ne quis *Matthaeio* assentiatur, qui: *σοὶ invectum est*, inquit, *ex Luc.* 3, 22.. — *ηὐδόκησα* autem pro *εὐδόκησα* dedi e pluribus libris [cf. *Wetsten. Birch. Matthaeius*; nam *Griesbachius*, qui in talibus scilicet *minutiis* non haerere soleat, hanc varietatem notare supersedit]. Causam vide ad 4, 33. — V. 12. *εὐθέως*] Hanc formam adoptavi

e Cdc. [vid. ad v. 10.]. Vulgatur εὐθύς. Praeclare autem convenit εὐθέως in h. l., ubi Marcus hoc sibi velit: *allapsum ad Jesum spiritum div. extemplo facultatem suam exercuisse, quum praepotenti illum vi in desertam regionem extruderet*, credo ut Jesus quem Messiam sustinere oporteret Satanae impetum experiretur [cf. ad Matth. p. 155. et 172 sq.]. Qui ἐκβάλλειν explicuerunt *emittere*, *discedere jubere*, eo verbo hic *summam imperii*, *quod spiritus s. in hominem habeat*, *vim* declarari minus recordati sunt. — V. 13. καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ] Discrepant subsidia, quorum alia καὶ ἦν ἐκεῖ, alia καὶ ἦν ἐν τῇ ἐρήμῳ, alia καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ propagent. Itaque *Millius* damnavit ἐν τῇ ἐρήμῳ, *Griesbachius* autem expunxit ἐκεῖ. Utrumque vana decepit glossematis species. Solent enim optimi passim scriptores pluribus ejusdem potestatis vocabulis orationem cumulare, vel per negligentiam, vel post intervallum per oblivionem ante dictorum, vel perspicuitatis causâ, vel ut notionem fortius exprimant. Idoneum exemplorum numerum effecerunt *Lobeckius* ad Phrynich. p. 754., *Schaeferus* in *fine* libri *Seidleri* de vers. dochmiacis, *Reisigius* Conject. p. 144., ubi de ἐκεῖ παρ' ἡμῖν disseritur et frater carissimus ad Luc. Philops. c. 18. ad v. οἴκοι παρ' αὐτῷ. Addo Plat. Phaed. §. 30. *Hdf.* ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι. ἴσως τάχα Politic. 290. a. [vid. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 235.] Conviv. p. 179. τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου εἰς τοὺς Ἕλληνας —. p. 184. οὕτω δὴ ὑπὸ ταύτης τῆς αἰτίας. Luc. Somn. c. 23. ὥςτε διὰ ταῦτα ὑγιαίνεις — —. et ex Marco minime dubia haec: 2, 20. καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. 14, 43. καὶ εὐθέως ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος παραγίνεται Ἰούδας cl. 5, 5. 8, 4. 10, 30. 13, 29. 14, 30. Cic. de or. I, 35, 164. — nunc vero, Crasse, meâ *quoque etiam* causâ rogo, ut etc.. Sed videndum est, ne, quae verba diversâ scriptores vi discreta voluerint, huc male conferamus, velut Marc. 6, 25. καὶ εἰςελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα ᾐτήσατο —. (aliud est enim εὐθέως εἰςελθεῖν,

aliud *μετὰ σπουδῆς εἰςελθεῖν*). Cic. in Q. Caecilium Divin. 17, 57. *Sed repente e vestigio ex homine tanquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres* (ubi a v. *repente* glossematis arceo suspicionem). Brut. 5, 21. *nempe igitur hinc tum, Pomponi, ductus est sermo* — —. (*nempe* orditur efflagitatum de oratoribus sermonem; *igitur* pertinet ad ultima Pomponii v. *relaxa modo paullum animum, aut sane, si potes, libera.*). — *ἦν* — — *ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ*] Nolim cum iis consilia communicare, qui *ἦν πειραζόμενος* arcte consociant, ut idem sit, quod *ἐπειράζετο*, sed interpreter: *et erat ibi in deserto quadraginta dies et explorabatur a Satanâ* [cf. ad v. 4.] = *ita ut a Satanâ tentaretur.* Itaque Marcus, qui Lucam 4, 1. 2. secutus est, aliter rem concepit animo, quam Matthaeus. Nam hoc auctore Jesum toleratâ quadraginta dierum inediâ primum adiit Satanas pessimo tentandi consilio; fidejussoribus his per quadraginta dies nefarios Jesus Satanae impetus repressit. Sed ne Marcus quidem et Lucas prorsus conspirant. Nam Lucâ auctore Jesus per haud intermissos Satanae impetus quadraginta dierum spatio ut abstineret a cibis coactus est, et recensuit ille, praetermissis quae antea molitus fuisset Satanas, ea tantummodo, quae, quum Jesum famem sentire vidisset, conatus esset. Marcus contra nec mentionem injecit quadraginta dierum inediae, neque Jesum per istud tempus a cibis sese abstinuisse omnino videtur dicere [cf. v. sq.]. — *καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων*] Haec v. eo fine adjecta a Marco arbitrantur omnes, quos consului, interpretes, ut quam inculta fuerit deserta regio terrorumque plena, iis adsignificaret, certatim allato l. Virgil. 3, 646. *quum vitam in silvis inter deserta ferarum lustra domosque traho.* [cf. v. c. *Euthymium* — *ἦν δὲ μετὰ τῶν θηρίων, διά τε τὴν ἄγαν ἐρημίαν τοῦ τόπου καὶ ἵνα μάθῃς κ. τ. ἑ.* *Victorem Antiochenum* — *ἄβατος ἦν ἔρημος, ὡς καὶ θηρίων πλήρης ὑπάρχειν.* *Wetstenium* ad h. l. et S. V. *de Ammonium* in l.: Biblische Theologie T. II. p. 316.] At illud me retinet ab assensu, quod non, ut jure exspectari potuerat, ista v. *τῆς ἐρήμου* mentioni propius admota sunt, tali fere modo: *καὶ ἦν ἐκεῖ*

ἐν τῇ ἐρήμῳ πλήρει οὔσῃ θηρίων ἡμέρας τεσσαράκοντα, sed arctissimo vinculo cum v. *καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ* colligata. Hinc Marcum verbis *καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων* causam reddere existimo, cur *angelos*, ut statim dicit, cibis providere Jesu oportuerit, quippe, quum *inter ferarum lustra* degeret, *humani auxilii* plane inopi, et scriptorem universam Jesu in deserto positi conditionem sic conformasse animo: *Jesum Messiam per quadraginta dies, quos in deserto loco transigeret, nunquam non a Satanâ exagitatum esse, ita tamen, ut nullâ laboraret alimentorum inopiâ. Nam cui in remoto ab hominum coetibus ferarum domicilio victum non potuerint suppeditare homines, eum aluisse angelos.* — *καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ*] *οἱ abest c. e.* *Arguta correctio, quod nec de certis angelis, nec de omnibus omnino angelis h. l. sermo est. Sed scriptores s. in his non sunt adeo diligentes. Matthaeius.* Immo *οἱ ἄγγελοι* non valet, nisi *eos, qui pertinent ad totum genus angelorum*, ut minime omnes omnino angeli eâ locutione comprehendantur. Nobis quoque *das thun die Engel* ita dicere licet, ut non *omnes* angelos significatos velimus. *καὶ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ* foret *und Engel bedienten ihn mit Speise.* Itaque utrumque (*καὶ οἱ ἄγγελοι* et *καὶ ἄγγελοι*) hic per se poni potuerat. Sed certum est, scripturam *καὶ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ* e *Matth.* 4, 11. in nonnullos se Marci libros insinuasse.

V. 14. *Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην ἦλθεν
ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον
τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ* 15. *λέγων· Ὅτι πεπλήρωται
ὁ καιρὸς καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· μετανοεῖτε
καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.* 16. *Περιπατῶν
δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας εἶδε
Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀμφιβάλλοντας
ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.*
17. *Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Δεῦτε ὀπίσω
μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.*
18. *Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν, ἠκολού-*

-θησαν αὐτῷ. 19. Καὶ προβὰς ὀλίγον εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα. 20. Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.

V. 14. et 15. Quum Marcus v. 5. — 20. in plerisque h. l. Matthaeum secutus sit [vid. ad v. 20.], tum in eo est imitatus, quod et injecta Johanni vincula, velut nemini ignotam rem, hic posuit, opportunitatem eorum infra demum 6, 17. 18. rettulit, neque, *unde Jesus tradito in custodiam Johanne in Galilaeam venisset*, indicavit [cf. ad Matth. 4, 12]. Marci lector non potest non sic judicare, contendisse Jesum in Galilaeam ex eâ regione desertâ, in quâ quum ab Johanne initiatus, tum a Satanâ vehementer esset vexatus (v. 9. et 11. sq.). Hanc autem Marcus, conspirans cum Matthaeo, dicere videtur τὴν ἔρημον τῆς Ἰουδαίας [vid. ad Matth. 3, 1.]. — τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ] *laetum de constituendo propediem regno messiano nuntium.* Omissum credo in nonnullis Cdc. τῆς βασιλείας idcirco, quod magis frequentata locutio τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ fraudem quibusdam fecisset. — κηρύσσων τὸ εὐαγγ. τ. β. τ. θ. λέγων] i. e. *laetum apportans de proxime condendo Messiae regno nuntium, quum diceret = his verbis.* Aptior haec est alterâ, quae vulgo propagatur, scripturâ καὶ λέγων i. e. *et ita quidem, ut diceret.* Merito ea jam displicuit *Millio* proleg. §. 1342. et *Bengelio.* Fontem habet Matth. 4, 17. . ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρός] *praefinitum a Deo tempus praeterlapsum est* [cf. Luc. 21, 24. et *Wetsten.* ad h. l.]. — καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ] h. e. *per Evangelium ad fidem adducamini* (glaubt *vermöge* des Evangeliums = glaubt auf die Verkündigung). *Theophylactus:* — διὸ καὶ προςέθηκε τὸ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· ὁ γὰρ μέλλων πιστεῦσαι διὰ τοῦ εὐαγγελίου κατήργηκε τὸν νόμον λοιπόν. Perperam explicare solent πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ *fidem adjungite Evangelio* [v. c. *Drusius*, *Gro-*

tius, *Bielius* nov. thes. philol. etc. s. v. *πιστεύω*, *Wahlius* Clav. p. 753. *Bretschneiderus Lex.* II. p. 276. al.]. Nam *πιστεύειν ἔν τινι* umbram referre hebraicae locutionis״ב הֶאֱמִין, quam ipsam alexandrinos interpretes passim convertisse *πιστεύειν ἔν τινι.* At enim ubivis et Hebraeorum ״ב הֶאֱמִין et LXX. *πιστεύειν ἔν τινι* declarat *fiduciam collocare in aliquo*, nusquam *fidem habere alicui.* Jerem. 12, 6. אַל־תַּאֲמֵן בָּם LXX. *μὴ πιστεύσῃς ἐν αὐτοῖς noli iis confidere.* Ps. 78, 22. כִּי לֹא הֶאֱמִינוּ בֵּאלֹהִים וְלֹא בָטְחוּ בִּישׁוּעָתוֹ׃ LXX. *ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τῷ θεῷ οὐδὲ ἤλπισαν ἐπὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ.* cf. v. 32.. (A loco Act. 13, 39. — *ἐν τούτῳ* [i. e. *τῷ Ἰησοῦ*] *πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται*, quem huc rejecit clariss. *Wahlius*, plane abstinendum erat, quum ibi *ἐν τούτῳ* cum *δικαιοῦται* cohaereat.) Non igitur *per verba* interpretari licet *fidem tribuite Evangeliō*, sed licet *confidite Evangelio* cum *Rosenmuellero* et *Schotto.* Sum tamen aliam ingressus explicationem, quum Jesum non quidem *doctrinae suae veritatem aliquā asseveratione confirmare*, quod facturus esset verbis *fiduciam ponite in Evangelio*, sed cohortari auditores ad fidem Evangelio adjungendam, quod fit hac oratione: *per Evangelium ad fidem adducimini*, cohaerentia doceat. — v. 16. Quod impense commendaverant *Millius* proleg. §. 1196. et *Griesbachius καὶ παράγων*, repudiato, quod ex Matth. 4, 18. huc serpserit, *περιπατῶν δέ*, quominus reciperem, illud obstitit, quod nec recte satis *παράγειν παρὰ τὴν θάλλασσαν praetergredi praeter mare* (am Meere entlang vorbeygehn) et improbe dici videtur *π α ρ ὰ τ ὴ ν θ ά λ α σ σ α ν* τ. Γ. *ε ἶ δ ε — ἀμφιβάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐ ν τ ῇ θ α λ ά σ σ ῃ. p e r lacum Galilaeae vidit Simonem et Andream fratrem rete huc illuc jacere i n l a c u* (*l ä n g s a m S e e h i n sah er Simon u. Andreas ein Netz i m S e e umherwerwerfen* [*!!*]). Nisi fallor, importuna comparatio Joh. 9, 1. et similium l. invexit *καὶ παράγων.* — *τὸν ἀδελφὸν α ὐ τ ο ῦ*] Sic dissentiunt libri, ut alii *αὐτοῦ*, alii *τοῦ Σίμωνος*, alii utrumque *αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος* praebeant. *Griesbachius* l. l. p. 76 sq., cum quo facit *Kuinoelius*, Marcum exarasse *τοῦ Σίμωνος* arbitratur; in cujus locum librarios *αὐτοῦ* ex

Matth. 4, 18. 10, 2. Luc. 6, 14. suffecisse; hinc postremo exstitisse portentum αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος. Potuisset sane *Griesbachius* suae sententiae aliquam probabilitatis speciem imponere hujuscemodi locis: v. 34. — δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια. 3, 24. 25. 4, 15. 5, 40. 41. 10, 13. 46. 14, 66. 67. cl. v. 3.; sed parum iis profecisset, quum in omnibus vel ut vitetur ambiguitas, vel ut augeatur orationis gravitas, in longiori maxime sermone, voces repetantur. Hic contra non quidem erat, quod Marcus ambiguitatem abominaretur, sed quod metuerent inepti librarii, ne quis Andream *ipsius Jesu dici fratrem* putaret. Unde τοῦ Σίμωνος ex interpretatione natum cum *Millio* existimamus. Eadem est ratio loci 3, 17.. Sed jure *Griesbachius* pro βάλλοντας Marco reddidit ἀμφιβάλλοντας, quod bene aptum est v. ἐν τῇ θαλάσσῃ *vidit Simonem et Andream huc illuc jacere rete in lacu.* Quin βάλλοντας, quod frustra defendere conatus est *Matthaeius*, ex Matth. 4, 18. petitum sit, propterea dubitari nequit, quod ex eodem l. in paucos libros irrepsit εἰς τὴν θάλασσαν pro ἐν τῇ θαλάσσῃ. Postremo nemo putabit, pro ἀμφίβληστρον vel ἀμφίβληστρα vel τὰ δίκτυα, quod utrumque in nonnullis est libris, reponendum esse ob v. 18.. Nam h. l. Simon et Andreas *rete* (ein Netz) jactant in mari; sed v. 18. *rei piscatoriae valedicunt* i. e. *retia relinquunt.* De ceteris vid. ad Matth. p. 186.. — V. 17. δεῦτε ὀπίσω μου καὶ ποιήσω] Hujus καί, quod *consecutivum* vocant, rationes aperire studuimus ad Matth. 4, 19. — ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων] Notandus est exquisitus usus, quo Graeci verbum ποιεῖν vel de Diis, vel de naturis sublimibus, vel de hominibus potentissimis, magna et ardua patrantibus, haud raro ponunt. Vid. *Hemsterhusius* ad Luc. Dial. Marin. 6, 3. — ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ποιήσω ἐνταῦθα πατάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τοῦ κλύσματος. Dial. Deor. 14, 2. — καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα —. Tibull. 3, 6, 13. *Ille facit dites animos Deus: ille ferocem contudit, et dominae misit in arbitrium.* 3, 4, 11. *Sed tamen, utcunque est, — — efficiat vanos*

noctis *Lucina timores* etc.. Converte: *efficiam, ut hominum sitis piscatores* i. e. *ut quemadmodum nunc escâ pisces, sic doctrinâ in posterum homines retineatis.* Deficit in nonnullis Cdc. *γενέσθαι.* Nec mirum. Nam et potuerat omitti et abest a Matthaeo 4, 19.. — V. 18. *τὰ δίκτυα αὐτῶν*] vid. ad. v. 16.. Defendimus innocentiam vocis *αὐτῶν* a quorundam librariorum injuriâ hac maxime re, quod pauci illam libri v. 20. post *τὰ δίκτυα* jactant. Ceterum, ut solet, *Griesbachius* ex iisdem libris affert *αὑτῶν,* ex quibus *Wetstenius* *αὐτῶν.* — v. 19. E Matth. 4, 21. petitum *ἐκεῖθεν,* quod vulgo post *προβὰς* legitur, nonnullis fretus libris exclusi. — *καταρτίζοντας τὰ δίκτυα*] Nihil prorsus causae est, cur cum plerisque interpretibus *καταρτίζειν* hic et Matth. 4, 21. *reficere, reconcinnare* (ausbessern), *scissa*, opinor, retia, explanes, quum aptissima sit explicatio glossatoris, quae duos Cdc. occupavit et *Elsnero* probata est, *κατασκευάζοντας* h. e. *parare, in ordinem redigere retia.* Solent enim piscatores retia post piscatum impedita expedire contractisque sordibus purgare, ut in mare denuo demitti possint. *εἶδεν Ἰάκωβον — καὶ Ἰωάννην — καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα*] *vidit Jacobum et Johannem et ipsos in navi expedire retia.* At Simon et Andreas non in ordinem adduxerant retia in navi, sed occupati in piscatu rete jactaverant in mari (v. 16.). Haec difficultas, quam unus sensisse videtur Italus, quum v. *καὶ αὐτοὺς* convertere supersederet, hoc tollitur, si meminerimus, pertinere comparationem voce *καί* expressam eo tantum, quod utrorumque opera *in piscatorum negotiis* quummaxime consumta, non eo, quod *in iisdem* plane rebus posita fuerit. Vid. ad Matth. 15, 3.. V. 20. *μετὰ τῶν μισθωτῶν*] Haec v. eo fine adjecta esse, ut Jacobum et Johannem sine impietatis opprobrio discessisse a Zebedaeo, patre, ut cui praesto essent, quorum in posterum operâ uteretur, mercenarii, lector intelligeret, *Paulus* ad h. l. *Schulzius* l. l. T. II. Fasc. II. p. 110. et *Willes* Specimine hermeneutico de iis, quae ab uno Marco sunt narrata etc. [Traj. ad Rhen. 1811. 8.] p. 33. al. monuerunt,

probabiliter quidem, sed ut praestari tamen non posse videatur. Non est enim ineptum existimare, Marcum istis v. vel splendidiorem Zebedaei, ut locupletioris piscatoris, fortunam significasse, vel rem, quae praesenti quidem causae non magnum adderet momentum, *rem piscariam tum fecisse Zebedaeum et cum filiis et cum mercede conductis hominibus*, explorate compertam cum fide literis consignasse. — Ceterum vel haec, quam hactenus explicuimus, libri particula cuivis, nisi cui praejudicata opinio indocile reddiderit ingenium, idoneo documento sit, Marcum et Matthaei et Lucae commentarios consuluisse. Nam a Matthaei quidem fontibus nostri scriptoris esse diductam orationem primum inde elucet, quod easdem res Marcus eodem plane, quo Matthaeus, ordine persecutus est, nisi quod quae ille dixisset latius cap. 3. v. 1. — cap. 4. v. 22., hic ad compendium contulit v. 1 — 20. [vid. Marc. v. 1 — 8. cl. Matth. 3, 1 — 11. Marc. v. 9 — 11. cl. Matth. 3, 13 — 17. Marc. v. 12. 13. cl. Matth. 4, 1. sq., Marc. v. 14. cl. Matth. 4, 12 Marc. v. 16 — 20. cl. Matth. 4, 18 — 22.]. Quod quo minus casu factum opineris, illud impedit, quod Lucas et rebus et locis, quibus quamque includeret, multum distans a Matthaeo et Marco [cf. Luc. 3, 1. — 4, 13. et 5, 1 — 11.], rem ipsam, quae libertatem scriptori concederet, nullam Marco ordinis, quo singula referret, necessitatem imposuisse declarat. Deinde Marcus vel in iis, quae Matthaeus minus eleganter fecisset, hujus est auctoritatem secutus [vid. ad v. 14.; at bene Lucas, ne quid peccaret, providerat 3, 19. 20. 9, 7 — 9.] tantaque passim est utriusque similitudo, quae singula paene verba complectatur [vid. Marc. v. 5. 6. cl. Matth. 3, 4 — 6. Marc. v. 16 — 20. cl. Matth. 4, 18 — 22.]. Sed Lucae etiam libro Marcum usum esse, discas e v. 7. (cl. Luc. 3, 16.) et 13. (cf. Luc. 4, 2.). Postremo eum utriusque commentarios diligenter pertractasse, fortasse colligi potest e v. 2. et 3. [cf. Matth. 3, 3. 11, 10. et Luc. 3, 4. 7, 27.]. Non tamen ita se his auctoribus addixit, ut iis se emanciparet, sed ut retineret libertatem. Nam alia de suo adjecit ab illis praetermissa (cf. v. 20.), alia suo quodam modo concepta mente perscripsit [vid.

v. 6. *καὶ ἐβαπτίζοντο* π ά ν τ ε ς *ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ* et v. 13.].

V. 21. *Καὶ εἰςπορεύονται εἰς Καφαρναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰςελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκε.* 22. *Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.* 23. *Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε,* 24. *λέγων· Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς· οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.* 25. *Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.* 26. *Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ.* 27. *Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥςτε συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς, λέγοντας· Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;* 28. *Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθέως εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.*

V. 21. *καὶ εἰςπορεύονται εἰς Καφαρναούμ*] *πόθεν εἰςπορεύονται εἰς τὴν Καπερναούμ; ἀπὸ τῆς Ναζαρέτ. Theophylactus.* Nititur haec sententia solemni locorum parallelorum [vid. Luc. 4, 31. cl. v. 16.] abusu. Sed Marci mens haec est, *relicto maris galilaei litore* Jesum et quattuor discipulos venisse Capharnaumum (cf. v. 16—20.). — *τοῖς σάββασιν*] Laborant in expediendo hoc Plurali *Euthymius:* — *τοῖς σάββασι δὲ ἀντὶ τοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, ὅτε ἦν δηλαδὴ σάββατον.* Eodem redit *Wolfii*, Jesum *singulis sabbatis* Synagogas adire consuevisse, Marcum dicere arbitrati explicatio. At de certo quodam sabbato sermonem institui, quum hic vs. (ε ὐ θ έ ω ς τ ο ῖ ς σ ά β β α σ ι ν ε. ε. τ. σ. ἐ δ ί δ α σ κ ε) tum v. 23. 29. et 32. docent. Tralatitium est autem, *τὰ σάββατα* vel de *uno* Dei honori consecrato *die* i. e. *de sabbato* saepe poni [cf. Horat. Sat. 1, 9, 69. *hodie tricesima sabbata* et *Schleusneri* Lex. II. p. 831.], cui loquendi usui opportunitatem dedisse videtur Singularis Chal-

daeorum emphaticus אנָבָשׁ. — εἰςελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκε] Turbant libri, quorum alii aut delent εἰςελθὼν aut ἐλθὼν in ejus locum sufficiunt, alii ἐδίδασκε vel vocabulis τοῖς σάββασιν, vel participio εἰςελθὼν, vel praeverbio εἰς praeponunt. Quo Cdc. dissensu ne, ut deleas v. εἰςελθὼν, movearis, cavendum est. Nam διδάσκειν εἰς τὴν συναγωγὴν non magis dici potest, quam διδάσκειν εἰς τόπον. — V. 22. Redi ad Matth. 7, 29. — ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς] Perperam nonnulli Cdc. Italae καί praetermittunt [vid. *Sabatierius* ad h. l.]. Optime enim comparata est copula in tali l., ubi exponitur de rebus *diversis* potius, quam *plane oppositis*. [Plat. Cratyl. §. 44. ἐπιθυμίᾳ ἄρα τινὶ αὐτούς, ὡς ἔοικε, δεῖ, — — καὶ οὐκ ἀνάγκῃ. vid. clariss. *Matthiae* ad Cic. or. pro Rosc. am. 33, 92. ad v.: Quasi nunc id agatur, quis ex tantâ multitudine occiderit, *ac* non hoc quaeratur etc.]. Nam in his legitimum est Asyndeton [cf. *Beier* ad Cic. Off. I. p. 134. 135. et ad Cic. Or. Fragm. p. 195.], ut infra 2, 27. τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. 1 Corinth. 3, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. (recte exclusit *Griesbachius* καί ante οὐ.) 7, 12. τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος. Horat. Sat. 1, 5, 100. — credat Judaeus Apella, *non* ego —. Aliquid tamen hac in re aut singulorum usus scriptorum, aut illud valet, quod saepe utrovis modo rem animo concipere scribenti liberum est. Non igitur firma illa labefactatur lex, si quando, quae tanquam contrariae opponi potuissent, pro diversi generis rebus tractatae sunt. Plat. Conviv. 413. 14. *Bekk.* — φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ ἀεὶ νέον, τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν, ἀνάγκῃ καὶ οὐκ ἔρωτι γεγονέναι —. Vide, quae his proxime adjiciuntur. Thucyd. 1, 87. κρίνουσι γὰρ βοῇ καὶ οὐ ψήφῳ. 2, 102. — αἵ τε νῆσοι πυκναί, καὶ ἀλλήλαις τῆς προςχώσεως τῷ μὴ σκεδάννυσθαι σύνδεσμοι γίγνονται, παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι —. 3, 40. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντοικτιοῦντας, ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας ἀεὶ πολεμίους. 1 Corinth. 10, 20. — ἃ θύει τὰ ἔθνη

δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ. Coloss. 2, 8. Matth. 9, 13. Hinc non corruptum putabo l. Cic. Tusc. II, 12, 28. quasi de verbo, *ac* non de re laboretur.]. Sed attendat qui criticam profitebitur artem necesse est, ut ubi id fieri potuerit, ubi vero peccaverint librarii recte existimet. — *οἱ γραμματεῖς*] Repudiavi quod in nonnullis additum est *αὐτῶν*, vel e vs. 23. illud repetitum, vel, quod magis placet, quum idem Matth. 7, 29. hic illic compareat, ex interpretatione natum. Fuerunt enim, qui *οἱ γραμματεῖς capharnaumiticos doctores* explicarent, quum Marcus *judaicorum magistrorum nationem* dixisset. — V. 23. Pertinet *ἦν* ad v. *ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ* h. modo: — *in eorum* (Capharnaumitarum) *conventu sacro homo erat in impuro genio* i. e. vel *in turpis daemonis potestate* vid. ad Matth. p. 155. (Sic huc faciet Graecorum formula *ἐν ἑαυτῷ εἶναι in suâ potestate esse* = *mentis compotem esse:* vid. *Hermann.* ad Viger. p. 858.), vel, quod praeferam, *homo cum malo daemone intime nexus* [cf. 5, 2.]. Male igitur et *Beza* post *ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ* mente addi voluit *ὤν*, et *Grotius*, quem imitatus est *Wahlius* Clav. p. 272, *ἐν* valere putavit *σύν* (nam nec ullâ contingunt loca in quibus *ἐν* et Hebraeorum בְּ cum aliquâ juris specie *cum* interpreteris v. c. Exod. 15, 19. 1 Corinth. 4, 21. Eurip. Alcest. v. 771. *ἆρα τὸν ξένον στυγῶ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀφιγμένον.* hunc nostrum cognatione et declarat ibi "בְּ et *ἐν per*, non *cum*), et *Kuinoelius* contulit prorsus diversum 12, 38. *ἐν στολαῖς περιπατεῖν* [cf. ad Matth. p. 399.]. *ἀνέκραξε*] *altum sustulit clamorem* (er schrie auf). *ἐνέκραξε*, quod, per calami errorem exaratum in Cd. *D.* graecum esse negare videtur *Matthaeius*, *eo vocabulo augeri posse Schrevelium Griesbachianum* monens, hoc significaret: *acclamavit* np. *Jesu*, *τῷ Ἰησοῦ.* — V. 24. *Ἔα* inter rariores est interjectiones et *indignanti* [Eurip. Iphig. Aul. v. 315. *ἔα, τίς ἐν πύλαισι θόρυβος — καὶ λόγων ἀκοσμία;* (ut in multis tragicorum poetarum l.) Plat. Protag. p. 315. d. *ἐπειδὴ γοῦν ἐκρούσαμεν τὴν θύραν, ἀνοίξας καὶ ἰδὼν ἡμᾶς, ἔα, ἔφη, σοφισταί τινες.* Luc. Dial. D. 11, 1. *ἔα, ἐκεῖνος ὑβριστὴς ἐστιν.*] et *rem novam et inopinatam admiranti* [vid.

Valckenarius ad Eurip. Hippolyt. v. 905.] propria. Posteriore modo vocem cepisse videtur *Lutherus: halt, was haben wir mit Dir zu schaffen —?* Sed *indignari* improbum genium, quod jam adsit Messias, malos daemones suis, quae in hominum corporibus per vim constituissent, domiciliis exutos in exsilium acturus, e. v. sq. emergit. Quae vulgo comparantur cum ἔα voces hebraicae הָהּ Ezech. 30, 2. et אֲהָהּ Jerem. 1, 6. *dolori* exprimendo, non *indignationi*, destinatae sunt. Proprie est ἔα Imperativus verbi ἐᾶν, ut sit *mitte hoc* (lass das) Plat. Euthyd. p. 302. c. ἔα, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρε, εὐφήμει τε καὶ μὴ χαλεπῶς με προδίδασκε., ubi vid. *Heindorf.* Sed vertit hic Imperativus sensim sensimque in interjectionis naturam. Non defuerunt, qui hîc quoque ἔα pro Imperativo acciperent h. s.: *missos nos fac* [v. c. *Euthymius:* — ἔα δὲ ἀντὶ τοῦ ἄφες ἡμᾶς. et Syrus philox., qui vertit ἔα ܫܒܘܩ]. Sed praeterquam quod sic haud paullo dictum malueris ἔα ἡμᾶς [Luc. Philops. c. 11. ἔα τοῦτον, ἔφη ὁ Ἴων] reliqua pravi genii oratio obstat, unde eum de Messiae, qui se non possit non in exsilium ejicere, praesentiâ cum indignatione dolere intelligitur. — ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί —;] *vah, quid nobis tecum est?* [Tibull. 1, 6, 3. *quid tibi, saeve puer, mecum est?* ubi consule doctam *Huschkii*, collegae conjunctissimi, notam.]. Addi potuerat κοινόν, Luc. de merc. Cond. c. 25. τί γὰρ κοινόν, φασί, λύρᾳ καὶ ὄνῳ; Icaromenipp. c. 14. τί δ᾽ οὖν πτέρυγι καὶ ὀφθαλμῷ κοινόν ἐστιν. Ne tamen ellipsin aucuperis, illud impedit, quod Dativi copulae vinculo colligati notionem similitudinis, parilitatis denique communitatis ipsi continent. — Ἰησοῦ Ναζαρηνέ] *Beza* ad h. l. fraudis insimulavit Satanam, *quod, quum scivisset Jesum esse Bethlehemi, quemadmodum Messiam oporteret, natum, tamen eum Nazarethanum vocaret, ne Jesum homines Messiam venerarentur*; hîc quidem immerentem. Nam loquitur Satanae minister cum vulgo, cui Jesum Nazarethae educatum esse satis constabat [Matth. 2, 23. Luc. 4, 16. Joh. 19, 19.]. — ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς] Interrogatio, quam his v. inclusam voluerunt *Grotius*, *Matthaeius* al., nixi diversae naturae l. Matth.

8, 29., parum est apta. Non enim, quid sibi velit Jesus, cum doloris sensu percontatur improbus genius, sed, ut ex ultimis apparet hujus vs. v., hoc dicit: *venisti, ut nos pessumdares* i. e. *compertum mihi est, te, ut nos perderes, venisse. οἶδά σε τίς εἶ*] h. e. *novi, quisnam sis.* Haec attractio in lingua hebraica, graeca et latina pariter est usitata. Genes. 18, 20. וַיֹּאמֶר יְהוָה זַעֲקַת סְדֹם וַעֲמֹרָה כִּי־רָבָּה *dixit Jehovah clamorem Sodomorum et Gomorrhae, eum magnum esse.* Aeschin. adv. Timarch. p. 6. *Steph.* *ἵνα γνωρίσητε αὐτὸν ὅστις ἐστι.* Apollon. Rhod. I. 961. — *ὅτε στόλον ἠδὲ γενέθλην ἔκλυον οἵτινες εἶεν.* Luc. Piscat. c. 3. *ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὸν Ὅμηρον ὃ λέγει.* Vitar. Auct. c. 23 *ὁρᾷς δὲ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν, ὁποῖά φησιν.* Plaut. Amphitr. 1, 3, 10. Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. Horat. Od. 1, 17, 25. nec metues protervum suspecta Cyrum, ne male dispari incontinentes injiciat manus. — Non vereor autem, ne quis *οἴδαμεν*, quod pro *οἶδα* nonnulla praebent subsidia, genuinum, *οἶδα* ex Luc. 4, 34. huc translatum dictitet. Est enim in promtu, *οἴδαμεν* progenuisse v. praecedentia *ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς.* At haec retulerat improbus genius simul *ad commilitones: venisti ut nos* (pravos daemones) *perderes.* — *ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ*] Articuli hanc esse vim, ut *prae ceteris Deo consecratum virum* i. e. *Messiam* [cf. Joh. 6, 69. *Griesb.*] ista vocc. significent, *Theophylacto*, *Euthymio* et *Victore Antiocheno* praeeuntibus permulti observaverunt, ut *Knappius* Opusc. T. I. p. 33.. Remotior ab hoc genere insulsa est, quam interpretes conferri jusserunt, Judaeorum, ut Aben Esrae, Dan. 9, 24. קֹדֶשׁ קָדָשִׁים (h. e. *sanctissimum templi locum*) *Messiam* declarare opinatorum sententia. Errant autem, qui cum *Tertulliano* adv. Marc. 4., *Euthymio* ad h. l. al. Satanae ministrum, quum *οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ* diceret, blanditiis circumvenire Messiam, ne se domo sua extruderet, conatum, sed Jesum imposito v. 29. silentio improbi genii adulationem ultum esse putaverunt. Nam utitur ea oratione *οἶδά σε κ. τ. ἑ.*, improbus genius, ut, quo argumento quum correptus indignatione ejulaverit *ἔα — Ναζαρηνέ*; tum se vereri, ne malam sibi fortunam Je-

sus afferat, verbis ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς adjecerit, in promptu sit. Exit igitur hic totius vs. sensus: *vah! quid mihi tecum rei est, Jesu Nazarethane? suspicor, te, ut perniciem nobis afferas, advenisse. Quippe non sum nescius, te Messiam esse.* Sed in multis Evangeliorum l. homines legas a pravis daemonibus agitatos, quum primum conspexerint Jesum, eum Messiam esse, a nemine unquam de hâc re commonitos, statim intelligere [Matth. 8, 29. Marc. 1, 34. 3, 11. Luc. 4, 41.]. In quâ re hâc nostri scriptores ducti sunt sententiâ, consentaneum esse, Satanae satellites facile cognovisse Messiam, quippe insignia de se supplicia aliquando sumturum [cf. *Bertholdti* Christol. p. 181 sq.]. Non aliâ autem mente retudit Jesus eorum linguas, quam ne per eos, quod nollet divulgari, *se esse Messiam* [cf. v. 25. 34. 3, 11. 12.], emanaret. — V. 25. καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς λέγων] h. e. *increpuit daemonem Jesus his verbis.* Minus recte *Kuinoel* ἐπετίμησεν αὐτῷ vertit *infregit potestatem genii mali.* Vid. ad Matth. p. 325.. V. 26. σπαράσσειν *distorquere, secare, laniare* ad acutos illos σπασμούς refertur, quibus convulsus est homo miser a pravo daemone. Solent enim mali genii gravissimos dolores commovere hominibus, quos afflixerant, tum maxime, quum exire ex eorum corporibus jubentur [Marc. 9, 26. Luc. 9, 42.]. Scilicet par esse videbatur nostris scriptoribus, improbos genios pro pessimo suo in homines, quorum occupassent corpora, animo, ultimo, quo laedere illos liceret, temporis articulo sic usos esse, ut omnem crudelitatis suae vim in eos expromerent. — κράξαν φωνῇ μεγάλῃ]. Utrum voces et verba, an inanes nullâ subjectâ sententiâ sonos improbus genius fuderit, frustra disputatur. Neque enim definivit hoc Marcus, qui tantum dicat, daemonem *altâ voce exclamasse. Grotius*, qui, ut ἀνάρθρῳ φωνῇ usum ostenderet, ad v. 25. provocavit, ibi φιμώθητι eo pertinere, ut ne genius Jesum praedicaret Messiam, non eo, ut a verbis, quae doloris impatientia exprimeret, sese abstineret, justo minus reputavit. Sed ne daemonem potius, qui faceret dolores, quam hominem, cui inferrentur, ejulasse mireris, illud considerandum est, homines a pravis geniis actos

adeo non sui esse arbitrii, ut ipsis nihil, daemonibus, quorum sint potestati commissi, omnia, quae vel faciant, vel loquantur, tribui soleant. — ἐξ αὐτοῦ] ἀπ' αὐτοῦ, quod plures libri suppeditant, eximium visum *Griesbachio*, tametsi vs. 25. pauci Cdc. pro ἐξ item repraesentant ἀπ', non recepi. Nam videtur Lucae esse 4, 35. — V. 27. ὥστε συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς]. Hoc dedi e plurimis libris pro αὑτούς. Noli autem πρὸς ἑαυτοὺς idem esse h. l., quod πρὸς ἀλλήλους credere h. s.: *et attoniti omnes sunt, ut inter se quaererent.* Nam toto coelo ea distant ab hoc nostro loca, in quibus ἑαυτῶν recte pro ἀλλήλων accipitur, ut Luc. Nec. c. 21. παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς [vid. *Hemsterhus.* Observ. Misc. X. p. 209.]. Quin sic explicandum est: *obstupuerunt omnes, ut apud animum suum quaererent hoc modo.* Marc. 14, 5. ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες κ. τ. ἑ. *erant autem nonnulli, qui apud animum suum indignarentur et dicerent* etc. Graecus scriptor simplici verbo esset usus ζητεῖν πρὸς ἑαυτούς. Luc. Lexiphan. c. 17. ζητῶ οὖν πρὸς ἐμαυτόν. adv. Indoct. c. 19. ζητῶν δὲ ἀεὶ πρὸς ἐμαυτόν. Minime tamen σύν frustra est praepositum, sed hoc sensu *apud animum suum*, quod sane jam situm est in πρὸς ἑαυτούς. Sed eâdem redundantiâ tam σκοπεῖσθαι πρὸς ἑαυτόν [vid. fratris Quaest. Luc. p. 165.], quam σκοπεῖν πρὸς ἑαυτόν [Luc. Apol. pro Merc. Cond. c. 1. πάλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτόν] Graecis dicitur. Eodem modo expediendus est l. infra 3, 5. καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν λέγει τῷ ἀνθρώπῳ *et quum irato eos vultu circumspexisset, quoniam de obstinato eorum ingenio apud animum suum dolebat, homini dixit.* — τί ἐστι τοῦτο — — καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;] Hîc loci *Griesbachium* φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ scire cognoscas. Nam quum priores Critici haud mediocres scribarum in istis v. turbas spernendas esse ipso rectissime indicassent silentio [vid. infra], *Griesbachius* ita esse locum corruptum pronuntiavit, ut omnem opitulandi potestatem tantum non prae-

cisam putaret. Disputavit l. l. p. 77 sq. in hunc modum: *certum videri, Marcum alterutrum, aut τί ἐστι τοῦτο; aut τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; non utrumque, scribere potuisse: consentaneum autem esse, ab eo profectum esse τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; Nam expressisse eum Lucae* 4, 36. *verba τίς ὁ λόγος οὗτος —; per se quidem ambigua, quum significare possint et ex Hebraismo i. q. τί ἐστι τοῦτο; quemadmodum ea ceperit interpolator, cujus in ordinem irrepserit interpretatio, et quaenam est haec doctrina? Posteriori modo Lucae orationem a Marco intellectam esse credibile videri propterea, quod sensum verborum Lucae* 4, 32. *ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ Marcus* 1, 22. *sic descripserit ἦν — διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων. Itaque deleto interpretamento τί ἐστι τοῦτο; Marco se tribuere haec: τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κ. τ. ἑ.*. Quae disputatio quum permultis laboret vitiis, potiora redarguam. Et primum quidem *Griesbachius* Marcum utrumque *τί ἐστι τοῦτο*; et *τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι* etc. exarare potuisse male negavit. Scilicet neque *Griesbachius*, nec quisquam alius offensus est talibus: Marc. 6, 2. *πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ —*; 11, 28. *ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ* (leg. *ἢ*) *τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν, ἵνα ταῦτα ποιῇς;* Joh. 11, 56. *τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;* (cl. Marc. 2, 7. Matth. 24, 3.). Luc. Necyom. c. 2. *τί φῄς; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε;* Cic. Brut. 74, 260. Quidnam istuc est? inquit Brutus: aut quis est iste C. Rusius? 81, 280. Quidnam est, inquit, istuc? et quemadmodum distinguis? Quae omnia et sexcenta alia eam habent cum Marci oratione cognationem, ut quum ibi generalioris, quae praemittitur, interrogationis sententia accuratius definiatur dilucidiusque exprimatur posteriore percontatione, Marcus generalem admirationem *τί ἐστι τοῦτο*; ei praeponat rei, cujus se admiratione affectos Judaei docent hâc interrogatione *τίς ἡ διδαχὴ κ. τ. ἑ.*. Tantum autem abest, ut Marci oratio ullam habeat offensionem, ut, modo recte eam intelligas, acumine neutiquam destituatur. Nam patet,

quamquam non memini, qui id perviderit, ita admirari Capharnaumitas singularem Jesu virtutem, ut ei simul, qui *magistri* munere cum laude apud eos functus erat [cf. v. 22.], *πολυπραγμοσύνην* exprobrent, quâ expellere malos daemones *doctor* sustinuerit h. s.: *ecquid hoc rei est? quaenam haec n o v a d o c t r i n a est? Quippe qui d o c e n d i munus profitetur, pro auctoritate vel i m p r o b i s i m p e r a t g e n i i s eoque effectu, ut ad ejus se nutum componant.* Malunt autem Graeci in hâc causâ pro *τί ἐστι τοῦτο*; dicere simpliciter *τί τοῦτο*, ut sit generalis admiratio. Vid. *Heindorf.* ad Plat. Georg. §. 64. Xenoph. Apol. Socr. §. 27. *Bornem.* *τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτόν, ἢ ἄρτι δακρύετε;* Luc. Dial. Mar. 3, 1. *τί τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ;* Dial. Mort. 10, 9. *τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα* —; 13, 1. *τί τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε;* Demon. c. 45. *τί τοῦτο, ὦ Δημῶναξ;* Piscat. c. 14. *τί τοῦτο; φεύγετε;* Somn. c. 28. *τί τοῦτο; ἄμφω ἀπέτιλας.* Navig. c. 10. *ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐκ Ἀδείμαντος ἐκεῖνος ἐστιν;* Horat. Ars poet. v. 20. *quid hoc?* — *κατ᾽ ἐξουσίαν*] h. e. *pro auctoritate*, *utcunque lubet.* Graeci hoc sensu uti malunt formulis *ἐπ᾽ ἐξουσίας* et *μετ᾽ ἐξουσίας* [vid. fratris Quaest. Luc. p. 136 sq.]. Deinde magnopere *Griesbachius* erravit, verba Lucae 4, 36. *τίς ὁ λόγος οὗτος* —; *quaenam est haec d o c t r i n a?* interpretatus. Significant enim *ecquis* (= quam potens) *hic sermo est?* et referuntur ad v. 35. *φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.* Hoc bene jam assecutus fuerat *Euthymius.* Sed quum vel hujus erroris castigatione universa corruat *Griesbachii* disputatio, illud addo, nihil eum attulisse, ex quo aut unde mutuatus sit Marcus *τίς ἡ διδαχὴ ἡ κ α ι ν ὴ αὕτη, ὅτι κ. τ. ἑ.*, aut quo *n o v a m doctrinam* dixerit sensu, appareret. Jam satis, opinor, demonstrata vulgatae lectionis probitate causaeque *Griesbachianae* improbitate superest, ut scribarum turbas commemorem. Itaque alii omittunt *τίς* et *ὅτι*, alii *τί ἐστι τοῦτο*; alii pro *διδαχή* ex interpret. offerunt *διδασκαλία*, alii demunt *αὕτη*, alii *ἡ καινή* alii *ἡ καινή* et *αὕτη* male invertunt. Sed Cd. D., qui *Griesbachio* in deliciis est, hanc praebet absurdam lectionem: *τίς ἡ διδαχὴ ἐκείνη, ἡ καινὴ αὕτη ἐξουσία, ὅτι* etc.. Integerrimam autem esse vulgatam scriptu-

ram, vel inde conjicias, quod omnes variantes lectiones praeter has, quae τί ἐστι τοῦτο; et ἡ καινή excludunt, sensum pervertunt et illae ipsae duae vel robur sententiae, vel aculeum detrahunt. Praeterea si qui paullo accuratius librorum discrepantiam collatis variantibus versionis Italae Cdc. apud *Sabatierium* lectionibus consideraverit, facillime, omnem discrepantiam inde fluxisse intelligat, quod in explanandis v. κατ᾽ ἐξουσίαν et τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη librarii haesissent. Sed fuerunt etiam praeter *Griesbachium*, qui in corrumpendo h. l. ingenium exercerent, quorum consilia paucis retulisse satis erit. Sic *Eichhornius* [vid. Allgem. Biblioth. der bibl. Literat. T. V. p. 693.] *in principali Evangelio* [?!] *lectum fuisse statuit* מִי הַדָּבָר הַזֶּה. *Id Lucam* 4, 36., *ut verbum subjiceret verbo, reddidisse* τίς ὁ λόγος οὗτος —?, *Marcum autem paullo quidem liberius, sed recte tamen primo vertisse* τί ἐστι τοῦτο; *deinde, quum jam scriptis istis v. in mentem ei venisset, fortasse ibi* דָּבָר *declarare doctrinam, ut quodcunque inesse posset verbis hebraicis complecteretur* (!!), *alteram, quae pateret, eorum vocc. interpretationem hanc adjecisse:* τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ (sed unde sic acceperat Marcus v. ἡ καινή?) αὕτη [!!]. *Kuinoelius*, in plerisque *Pauli* secutus auctoritatem, Marco vindicat τί ἐστι τοῦτο, ὅτι κατ᾽ ἐξουσίαν —; librariis autem tribuit τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη. *Fuisse enim, qui ob Lucae* 4, 36. τίς ὁ λόγος οὗτος; *Marci v.* τί ἐστι τοῦτο; *in margine sic explicarent* τίς ἡ διδαχὴ αὕτη; *His vocc. alios, ut* αὕτη *accuratius definirent* [??] *addidisse* ἡ καινή. *Postremo consutum a pluribus glossema* τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη *ordini illatum esse.* V. 28. Priusquam Marcus praeclaras alias ab Jesu gestas res persequatur (v. 29 sq.), singulari portento (v. 22 — 27.) collectam ejus famam in omnes, quae Galilaeae adjacerent, regiones continuo esse perlatam observat. — εὐθέως] Sic pauci libri. Legebatur εὐθύς [vid. ad v. 10.]. Male *Syrus* [ܘܢܦܩ ܠܘܩܕܡ ܫܡܥܗ ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ ܕܓܠܝܠܐ] et *Vulgatus* [*et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilaeae*], quos imitatus est *Wolfius*, τὴν περίχωρον

τῆς Γαλιλαίας *regionem Galilaeae* interpretati sunt, ut Jesu fama intra Galilaeae terminos sese continuerit. At quum ἡ περίχωρος nunquam non significet *regionem circumjacentem*, fieri nequit, quin qui loci Galilaeae circumjacere dicantur, *extra Galilaeam* constituti fuerint. Fluxit ista explicatio ex importuna Lucae 4, 37. comparatione, qui Jesu rumorem dixit venisse εἰς πάντα τόπον τοῦ περιχώρου h. e. *in omnes Capharnaumo vicinos locos.* Frustra *Grotius* illam interpretationem hoc defendi posse monet, quod ἡ περίχωρος idem interdum in N. T. valeat, quod ἡ χώρα [Marc. 6, 55. Matt. 14, 35.]. Nam LXX. Nehem. 3, 9. 12. 14.: פֶּלֶךְ *terrae tractus* reddidisse voce ἡ περίχωρος. Sed et N. T. l. minus accurate *Grotius* explicuit, nec LXX sensum tantummodo verborum in Nehemia declarasse, non v. ipsa diligenter convertisse reputavit. Scilicet פֶּלֶךְ יְרוּשָׁלִַם et פֶּלֶךְ בֵּית־הַכֶּרֶם *provincia Hierosolymorum* et *provincia Bethkeremi*, quippe a primariâ tractus urbe appellatae, complectebantur *finitimam Hierosolymis et Bethkeremo regionem.*

V. 29. Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλ-
θον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰα-
κώβου καὶ Ἰωάννου. 30. Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος
κατέκειτο πυρέσσουσα· καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ
αὐτῆς. 31. Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας
τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐ-
θέως· καὶ διηκόνει αὐτοῖς. 32. Ὀψίας δὲ γενομένης,
ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κα-
κῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους. 33. Καὶ ἡ
πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν. 34.
Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νό-
σοις καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λα-
λεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. 35. Καὶ πρωῒ
ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε· καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρη-
μον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο. 36. Καὶ κατεδίωξαν
αὐτὸν ὅτε Σίμων καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ. 37. Καὶ εὑ-
ρόντες αὐτὸν λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι πάντες σε ζητοῦσι.
38. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κω-

μοπόλεις, ἵνα καὶ ἐκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα. 39. *Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.*

V. 29. *ἐξελθόντες, ἦλθον*]. Obversati sunt Marci animo Petrus et Andreas, qui non poterant non praecipui videri Jesu comites, eo quidem tempore, quo in Petri se domum [vid. ad Matth. p. 315.] quummaxime recepturus esset. Altera scriptura *ἐξελθὼν ἦλθεν* vel ad Evangeliaria, ut putat *Matthaeius*, vel ad l. Matth. 8, 14. Luc. 4, 36. composita est. Utrumque pessime confundunt nonnulli Italae Cdc. *egrediens — venerunt. Griesbachium* item decerptâ ex utrâque lectione particulâ in margine commendare *ἐξελθόντες ἦλθεν,* haud erubuisse permirum est. v. 30. *κατέκειτο πυρέσσουσα*] *decumbebat febri laborans.* Male Itala *accumbebat — febricitans.* Nam *κατακεῖσθαι*, h. l. de aegroto decumbente accipi debet [cf. *Elsnerus ad* h. l.]. *εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς*] *statim dicunt* (*non Petrus et Jacobus,* opinor, nec *domestici;* sed impersonalis est locutio *man sagt*) *ei de femina*, scil. quanta vis morbi in eam ingruerit. Ceterum ex his v. colligas, e *Marci* sententiâ paullo ante, absente Petro, primum morbo implicatam esse socrum. v. 31. *κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς*] i. e. non *prehensa ejus manu*, sed *firmiter apprehensa e. m.*. De reliquis vide ad Matth. p. 316.. V. 32. *ὀψίας — — ὁ ἥλιος*] *vesperi, quum sol occidisset.* Marcum Matthaei et Lucae commentarios consuluisse, ejus rei novum potest ex his v. duci argumentum. Nam quum Matthaeus 4, 16. *vesperi,* Lucas autem 4, 40. *occidente sole* aegrotos ad Jesum adductos esse narrassent, Marcus, qui cum Luca rem in sabbatum contulisset, [cf. v. 21. 29. et 30.], quia Judaeis quod laboris vel nomen, vel speciem haberet, nisi plene exacto sabbato, adire religioni esset, utriusque orationem, paullulum inflexis eorum verbis, diligentius sic definiendam esse putavit, ne sabbati religio aut ab Judaeis, aut ab Jesu (v. 34.) violata videretur. *ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους*] Ergo *οἱ δαιμονιζόμενοι,* de nostrorum

scriptorum sententiâ non morbis simpliciter laborant, sed ab improbis naturis aguntur [vid. ad Matth. p. 193. cl. Marc. 1, 34. 3, 15.]. V. 34. *ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας π. ν.*] Eo tendunt interpretes, ut, quemadmodum Matthaeus 8, 16. et Lucas 4, 40, sic etiam Marcus *omnes aegrotos* ab Jesu persanatos esse perhibeat. *Theophylactus: πολλοὺς δὲ ἐθεράπευσεν ἀντὶ τοῦ πάντας· οἱ γὰρ πάντες πολλοί.* Eodem recidit *Grotii*, *Heupelii* al. non multos ex allatis aegrotis dici, sed quia multi allati fuerint, multos commemorari opinatorum sententia. Sed hoc pacto *ἐθεράπευσε τοὺς πολλοὺς τοὺς κακῶς ἔχοντας π. ν.* scriptum oportebat [Rom. 5, 19. cl. v. 12.]. Quin Marcus, *a multis*, non *ab omnibus*, depulsum esse morbum significavit, seu quia ita ab auctoribus fide dignis acceperat, seu suspicionem ex Luc 4, 41. ei obortam secutus. — *οὐκ ἤφιε*] Haec forma, quam denuo sibi indulsit Marcus 11, 16., prorsus est barbara. Graecorum usus postulabat *ἠφίουν, ἠφίεις, ἠφίει,* abominabatur *ἤφιον, ἤφιες, ἤφιε*. Sed similia, ut *ἐτίθει* pro *ἐτίθη*, tanquam a *τιθέω* formatum, *θοῖτο* pro *θεῖτο*, habent Scholiastae, qui suas solent delicias obtrudere scriptoribus. — *καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν*] Male multi, in his *Kuinoelius*, enarrant: *nec sinebat daemones confiteri se scire, quis esset.* Obstat *λαλεῖν*, (h. e. *loqui*, non *dicere*) cujus loco requirebatur *λέγειν*. Immo sensus hic est: *nec sinebat loqui daemones, quia iis notus erat* = *vocem praeclusit perversis geniis, quia noverant, Jesum esse Messiam* [cf. ad v. 24.]. Sic bene h. l. interpretati sunt quum librarii, qui e Luca 4, 41. male appetierunt *ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν τὸν Χριστὸν εἶναι*, tum *Syrus*, *Lutherus al.*. V. 35. *πρωΐ, ἔννυχον λίαν*] *mane, multâ adhuc nocte* = *bene mane.* Variatur *ἔννυχα* et *ἐννύχιον*, quae quin scribarum ingenio accepta referamus, nihil dubito. *ἐξῆλθε*] *egressus est* np. *ex Petri domo et oppido Capharnaumi* (v. 21. et 29.). V. 36. *καταδιώκειν* h. l. non *hostili animo*, ut laedas, sed *propter voluntatem*, ut desiderati hominis consuetudine fruaris *persequi* denotat. LXX. Hos. 2, 7.. Hebraei sic רדף (Hos. 2, 7.), Graeci *διώκειν* ponunt; [vid. *Casaubonus* ad h. l.] — *ὅ τε*

Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ] *et Simon et ejus comites* scil. *Andreas*, *Johannes et Jacobus.* (v. 29.). Scripsi ὅ τε Σίμων pro ὁ Σίμων (Act. 17, 14.) ex idoneis libris firmandaeque huic lectioni est Cd. D. corruptio τότε Σίμων [vid. *Mill.* proleg. §. 1474.]. — V. 37. πάντες σε ζητοῦσι] h. e. non *omnes* (*Capharnaumitae*) *te quaerunt*, sed *nemo non* (alle Welt) *te quaerit.* Inverti ordinem πάντες σε ζητοῦσι pro πάντες ζητοῦσί σε et plurimorum auctoritate librorum et *Griesbachii* judicio fretus. V. 38. ἄγωμεν — — κωμοπόλεις] *conferamus nos in vicina conciliabula.* Cd. D. εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ εἰς τὰς πόλεις ex interpret.. Quum notum sit, ἔχεσθαί τινος valere *arcte cum aliquâ re conjunctum esse*, sive *indolis cognatione*, sive *loci vicinitate* [*cf. Elsnerus*, *Wetstenius*, *Krebsius* ad h. l.: *Wesselingius* ad Herod. 1, 120. *Heindorfius* ad Plat. Theaet. p. 292.], tamen *Paulus* Particip. ἐχόμενον interpretatur *ut quodque in promtu est*, *non instituto delectu promiscuum* (wie man es gerade hat, ohne Auswahl). Idem Marcum suspicatur pro ἄγωμεν scripsisse ἄγω μὲν (??) et ἐξῆλυθα (!!) [vid. *Buttmanni* ausf. gr. Gr. T. II. p. 136.] pro ἐξελήλυθα. — εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα] Explicare solent *nam hoc consilio ad homines missus veni*, contra v. ἐξέρχεσθαι sententiam. Nam hoc nihil, nisi *exire* significat, ut, ubi locus, unde progressus fueris, non diserte adjectus sit, quisnam indicetur, e nexu constitui debeat. Velut Cic. Or. 1, 7, 25. *exierant autem cum ipso Crasso duo adolescentes* — —. dici relictâ urbe in Tusculanum profectos non obscurum est [cf. Matth. 13, 49. Marc. 1, 35. 2, 12.] Frustra cum *Wahlio* et *Bretschneidero* s. v. ἐξέρχεσθαι istam interpretationem locis Joh. 8, 42. 13, 3. 17, 8. (nam legitur ibi ἐξέρχεσθαι ἀπὸ s. παρὰ s. ἐκ τοῦ θεοῦ de Jesu dictum) et similibus stabilire coneris. Obstare autem illi explanationi v. ἐξέρχεσθαι, ii videntur jam antiquitus bene assecuti esse librarrii, qui ἐλήλυθα exararunt h. s.: *hoc enim fine doctor prodii* (Matth. 11, 18. Marc. 2, 17.). Sed nihil est lectioni ἐλήλυθα tribuendum. Nam quam rem interpretes, quos carpsimus, sequuntur, ut in pace sit Marci et Lucae 4, 43. ὅτι εἰς τοῦτο

ἀπέσταλμαι oratio, eadem librarios, ut emendarent *ἐλήλυθα,* impulit. Quin subest verbis *εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα* haec sententia: *eo fine* (scil. ut *docerem*, *ἵνα κηρύξω*) *egressus sum* (np. *in desertum* cf. v. 35.). Sensus: *Contendamus in vicina conciliabula, ut ibi etiam doceam; nam docendi causâ in deserta loca egressus sum.* v. 39. *ἦν διδάσκων — Γαλιλαίαν*] h. e. *docebat in eorum* (conciliabulorum v. 38.) *conventibus sacris usque per Galilaeam totam = donec universam Galilaeam peragrasset.* Perperam *Griesbachius* recepit alteram scripturam *ἦν κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν εἰς ὅ. τ. Γ.* et propter intolerabile Asyndeton *εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν,* et ob improbitatem locutionis *κηρύσσειν εἰς τὰς συναγωγάς* [cf. ad v. 21.].

V. 40. *Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ· Ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.* 41. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Θέλω, καθαρίσθητι.* 42. *Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.* 43. *Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν.* 44. *Καὶ λέγει αὐτῷ· Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς (εἰς μαρτύριον αὐτοῖς).* 45. *Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντοθεν.*

V. 40. Quod nunc refert Marcus v. 40—45. Jesu miraculum id Matthaeus 8, 2 sq., quum habitâ in monte oratione magnâ circumfusus hominum coronâ abiret Capharnaumum, in via Jesum patrasse, Lucas autem 5, 12., quum esset in itinere, edidisse *ἐν μιᾷ τῶν πόλεων* narravit. Cum hoc Marcus junxit amicitiam, e cujus sententiâ, quum docendi causâ Galilaeam obiret (v. 39.), Jesum alicubi, sed *in privato*,

non in publico (cf. v. 43. et 45.), leprosus adiit. De singulis hujus vs. v. vide ad Matth. 17, 14. et 8, 2. — v. 42. Vocc. εἰπόντος αὐτοῦ praetermissa sunt in nonnullis Cdc.. Hinc glossematis nomine suspecta nuper erant *Paulo* et *Schulzio* l. l. T. II. Fasc. II. p. 116., olim *Millio* proleg. §. 400., qui εἰπόντος αὐτοῦ, inquit, *studiosi erat, significare volentis, curationem hanc peractam fuisse, statim ut verbum de leproso sanando protulisset dominus.* Sed id ipsum *Marcus*, opinor, voluerat, qui inde, quod ut primum Jesus depellendis morbis vel mentem adjecisset, vel adhibuisset verba, vel benigne admovisset manum, statim ad sanitatem aegroti rediissent, potentem Jesu vim saepe perspicere jussit lectorem [cf. v. 31. 5, 42. 7, 35.]. Quidni autem, si εἰπόντος αὐτοῦ tanquam glossema est spernendum citatorum l. nullus simili glossemate affectus est a scribis? Immo omissa sunt illa v., quia neutrubique, nec Matth. 8, 3., nec Luc. 5, 13. inveniebantur. (Eadem causa fuit nonnullis totius vs. 43. excludendi.) Ceterum vocc. εὐθέως — — ἐκαθαρίσθη ex his Matth. et Lucae l. composita esse recte observavit *Schulzius* l. l. T. III. Fasc. II. p. 89.. Idem dixerim de vs. 44. cl. Matth. 8, 4. Luc. 5, 14. — v. 43. et 44. Notat ἐμβριμᾶσθαί τινι *irasci alicui*, *indignationem suam alicui significare*, ut 14, 5. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ *iram suam evomuerunt in mulierem* (ob factam profusionem). Cujus rei ira quovis in l. dicatur, e nexu constituendum est, quemadmodum h. l. Jesus, *ne divulgaret miraculum* (cf. v. 44.), composito ad aegritudinis severitatem vultu, ad leprosum verba fecit [Matth. 9, 30.] Transfer: *significatâ ei aegritudine*, *eum dimisit eique dixit* etc.. Est igitur *increpare*, *interminari*, *graviter admonere* locutionis *sensus*, non *significatio*. ἐξέβαλεν αὐτόν] τουτέστιν ἀπέλυσεν. *Euthymius.* ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς] *vide, ne cuiquam quidquam dicas.* Ne librariis, qui μηδέν praetermiserunt, auscultes, Jesum cum vi acervare negationes, quo gravius interminetur, scribasque, quâ solent impatientiâ [vid. 3, 27.], alteram male exstirpasse memento. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] Haec v. ductus iis, quae ad Matth. 8, 4. exposui, rationibus e Marci potius mente sic acceperim: impera-

vit *hoc Jesus, quo Judaeis testimonium exstaret* (np. plurimi eum facere Mosis praecepta) [vid. ad 3, 30.], quam ut e Jesu animo dicta ad Judaeos retulerim h. m.: *offer de tuâ sanatione quae Moses offerri jussit, ut, quantopere suspiciam legis mosaicae decreta, testimonium exhibeatur Judaeis.* V. 45. ὁ δὲ ἐξελθὼν — πολλά] Ne hîc quidem redundat ἤρξατο, sed hominem significat contra datam, quum ab Jesu dimitteretur, obtinendi silentii fidem, a divino magistro digressum *repente*, gaudio eum, credo, provehente gratique animi sensu, multum praedicare et divulgare sermonem *coepisse*: *ille autem* (qui, dum esset apud Jesum, silentio tegere portentum firme constituisset) *domo egressus coepit multum celebrare sermonibus* etc, Matth. p. 541.]. πολλά]. Abest haec vocula a malis quibusdam subsidiis, ut Cd. D. et Vulg., quorum fiduciâ *Millium* prol. §. 410. eam a librariis *amplificationis causa* additam esse censuisse recte mireris. — διαφημίζειν τὸν λόγον] Plerique cum Victore Antiocheno [— διαφημίζει τὸν λόγον, τουτέστι τὴν παράδοξον θεραπείαν·] τὸν λόγον *rem* interpretantur, collato hebr. v. דָּבָר Genes. 18, 14.. Sed nihil prorsus impedit, quo minus referas τὸν λόγον vel ad Jesu verba v. 41., quorum mirâ vi sanitas fuerat leproso reddita h. m.: *et potentem Jesu orationem divulgare coepit.* cum *Euthymio* [— διεφήμιζε δὲ τὸν λόγον, ὃν εἴρηκεν αὐτῷ ὁ χριστὸς, δηλαδὴ τὸ θέλω, καθαρίσθητι, ὡς μετ' ἐξουσίας γενόμενον καὶ εὐθὺς εἰς ἔργον ἐκβεβηκότα.], vel ad totum sermonem, cujus usu interdictum fuerat homini (v. 44.) h. r.: *coepit multum praedicare et divulgare quo abstinendum ei erat sermonem.* — ἤρχοντο] Haec Imperfecti forma in probis scriptoribus oppido rara [cf. *Buttmani* gr. gr. T. II. p. 139.] saepe legitur in nostris ut Marc. 2, 13. Luc. 5, 15. 17, 11. 18, 3. Joh. 4, 30. 6, 17. Act. 19, 18. πάντοθεν] Hoc, quod jam summi fecerat *Griesbachius*, e plurimis libris exhibui pro vulgato πανταχόθεν. Nam ut Grammatici πάντοθεν explicare consueverunt voce πανταχόθεν [*Hesychius:* πάντοθεν· πανταχόθεν·], sic librarii πανταχόθεν in locum πάντοθεν passim substituerunt [vid. Hebr. 9, 4. varr. lect.]. Ceterum vo-

cabulorum ὥστε — — — πάντοθεν non ea est, quam nonnulli *Grotio* praeeunte amplexi sunt, sententia, Jesum post disseminatam miraculi famam nequivisse palam ingredi urbes, quia earum angustias tantae hominum turbae, quanta statim conventura videretur, vix suffecturas sciret [2, 2.], et maluisse in desertis locis commorari, in quibus magna se posset commode explicare hominum corona (2, 13.), sed haec: *divulgato miraculo non amplius potuisse Jesum, qui nollet, ne turbarum auctor fieret, vulgo haberi Messias* [v. 24. et 44.] *inire oppida, quin, ne ingens concurreret turba, ei metuendum esset; sed versatum eum esse, ut magnos hominum portenti fama attonitorum coetus devitaret* [Joh. 6, 15. vid. S. Ven. *Koesteri* Immanuel oder Charakteristik der neutestam. Wundererzählungen u. s. w. p. 229 sq.] *in desertis locis.* Hoc consilio Jesum non assecutum esse propositum, ultimis Marcus v. declarat καὶ — πάντοθεν· *et* [*Kuinoelio* hoc καί, ut saepe alias, valet *et tamen.*] *confluebant ad eum homines undique.*

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Quum post aliquot dies Capharnaumum revertisset, vix auditâ famâ, Jesum domum venisse statim concurrerunt tot homines, ut ne vestibulum quidem aedium iis capiendis sufficeret v. 1. 2.. Tantâ igitur hominum multitudine circumdatus doctrinam exposuit in superiori domus conclavi. Itaque eo tempore qui arthriticum ad Jesum afferrent, quum non possent propter turbam hominum intrare domum per januam, enixi in tectum rescissis tegulis aegrotum in conclave, in quo erat Jesus, funibus demiserunt v. 3. 4.. Is vero tantâ, quantam in se reponi vidisset fiduciâ delectatus bono arthriticum animo esse jussit, hâc usus formulâ, delicta, in quibus vulgo quaerantur morborum causae, condonata esse v. 5.. Quâ voce offensi nonnulli, qui aderant, jureconsulti, quum vindicare sibi Jesum, quae unius Dei essent, secum reputarent v. 6. 7., Jesus statim perspectâ pro singulari, quâ usus est,

scientiâ, eorum mente, peccata aegroto condonare idem esse, quod sanitatem ei reddere dixit. Itaque sibi condonandorum flagitiorum facultatem esse concessam eo se demonstraturum, quod arthritico membrorum usum restituat. Exemplo autem arthriticus, quum surgere eum jussisset, abiit pedibus suis cum magnâ hominum admiratione v. 8 — 12.. Aliquando item instituit magnam hominum turbam propter maris litus v. 13.. Eo tempore Levin, Alphaei filium, in disciplinam suam ascivit v. 14.. Deinde in ejus domo cum multis portitoribus ejusque generis hominibus convivatus est v. 15.. Exprobraverunt discipulis magistri cum hâc hominum faece consuetudinem jureconsulti et Pharisaei v. 16.. Sed Jesus, doctor, inquit, prodii, ut tanquam medicus aegrotos, ad meam doctrinam improbos invitarem v. 17.. Item Johannis discipulorum et Pharisaeorum invidiam qui, quod ipsius discipuli nulla sibi imponerent jejunia, moleste ferrent, sic retudit, ut tales ceremonias ab ejus temporis laetitiâ abhorrere, nunquam non esse, quod ad temporis rationes respondeat, faciendum moneret v. 18 — 22.. Aliquando Jesu discipuli, quum sacro die spicas, ut famem depellerent, decerpsissent inique a Pharisaeis correpti sunt, quasi contra legis mosaicae decreta sabbato suscepissent laborem v. 23. 24.. Sed ostendit Jesus Davidis exemplo, sabbatum propter homines, non homines ob sabbatum constitutos esse et perperam Pharisaeos increpuisse discipulos v. 25 — 27..

V. 1. *Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς Καφαρναοὺμ δι᾽ ἡμερῶν·
καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι.* 2. *Καὶ εὐθέως συν-
ήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς
τὴν θύραν καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.* 3. *Καὶ ἔρ-
χονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον
ὑπὸ τεσσάρων.* 4. *Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι
αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου
ἦν· καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον, ἐφ᾽ ᾧ ὁ
παραλυτικὸς κατέκειτο.* 5. *Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πί-
στιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Τέκνον ἀφέωνταί
σου αἱ ἁμαρτίαι.* 6. *Ἦσαν δέ τινες τῶν γραμμα-
τέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρ-
δίαις αὐτῶν·* 7. *Τί οὗτος λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύ-*

νατai ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός; 8. Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως αὐτοὶ διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς· τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; 9. Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν· Ἔγειρε, ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει; 10. Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, λέγει τῷ παραλυτικῷ· 11. Σοὶ λέγω, ἔγειρε, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. 12. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ, ἄρας τὸν κράββατον, ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων· ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, λέγοντας· Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

V. 1. Quemadmodum Marcus per totum l. cap. 1. v. 21. — cap. 3, v. 6. ad Lucae se societatem potissimum applicuit, ita etiam hanc de sanato per miraculum arthritico narrationem v. 1 — 12. ad Lucae 5, 17 — 25. maxime exemplum conformavit. Nam quum Matthaeus 9, 1 — 8. quo Jesus modo opem tulisset misero tantum perscripsisset, Marcus (v. 4.) cum Luca (5, 19.) etiam hoc memoriae prodidit, qui in lecticâ decumbentem attulissent aegrotum non sine magnâ rerum molitione eum propter auditorum frequentiam ad Jesum admovere potuisse. Praeterea ipsa Marci oratio simillimis passim, ac prope iisdem, quibus Lucas usus est, verbis concepta est (v. 7. cl. Luc. 5, 21. v. 11. cl. Luc. 5, 24. et v. 12. extrem. cl. Luc. 5, 26.). Nihilominus levia quaedam exstant vestigia, quae Marcum Matthaei librum hîc quoque trivisse. (vid. v. 5. *τέκνον* cl. Matth. 9, 2. et v. 12. cl. Matth. 9, 7.) arguere videantur. — *καὶ εἰςῆλθε — δι' ἡμερῶν*] Dedi *εἰςῆλθε πάλιν* e permultis Cdc. cum *Matthaeio* pro *πάλιν εἰςῆλθεν*. Non enim praecipuum pondus habet *πάλιν* h. m.: *memento*, *i t e r u m venisse Jesum Capharnaumum post plures dies.*, sed aequabile habent omnia haec v.: *πάλιν — ἡμερῶν* h. s.: *i n t r a v i t i t e r u m* (= reversus est) *Capharnaumum post plures dies* scil., quam ex hoc op-

pido decessisset (cf. 1, 35). *δι' ἡμερῶν*] h. e. *interjectis pluribus diebus.* De potestate praeverbii *διά post* consule *Wesselingium* ad Diod. Sic. 5, 77., *Elsnerum* et *Wetstenium* ad h. l.. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 613. Reisk. *καὶ τὸ μὲν διὰ χρόνου λέγειν σημεῖόν ἐστιν ἐπὶ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ἀνδρὸς πολιτευομένου.* Lys. Apol. de Eratosth. caede p. 14. *Reiske.* *ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα, ἥκοντα δὴ διὰ χρόνου.* Plat. Euthyd. §. 6. *ἠσπαζόμην οὖν αὐτῷ ἅτε διὰ χρόνου ἑωρακώς.* Luc. Jcarom. c. 24. — *ἐμὲ δὲ ὥσπερ παρηβηκότα ἱκανῶς τετιμηκέναι νομίζουσιν ἂν διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσωσιν ἐν Ὀλυμπίᾳ.* Alex. c. 12. *διὰ πολλοῦ.* Gal. 2, 1.. Nonnulli *Cdc. latini octo* dies fuisse memorant, quibus praeterlapsis Jesus Capharnaumum redierit, plaudente *Millio* proleg. §. 413. Non dicam *ex ingenio* scribas illum numerum addidisse cum *Wolfio*, sed ex errore eum repetam, quo unus alterve librarius bis *η* exarasset, *διηημερων*; quod sic postea intellectum est *δι' η* (i. e. *ὀκτώ*) *ἡμερῶν.* Hoc ipsum nunc praebet unus liber graecus apud *Matthaeium* edit. min.. — *ἠκούσθη, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι*] Non est *εἰς οἶκον* pro *ἐν οἴκῳ*, quod ipsum in paucos insinuavit libros, locatum, sed praebet locutio *ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι*, si plane eam exhauseris, hunc sensum: *auditum est*, *eum domi esse*, *postquam domum revenerit.* [vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 44.]. Similiter dicas vernacule *man hörte*, *dass er nach Hause sey.* Cogitandum est autem de loco, ubi Jesus commorari solebat Capharnaumi h. e. de Petri domicilio [cf. Matth. 17, 24 sq. 8, 14. Marc. 1, 29.]. Male igitur *et Euthymius* *εἰς οἶκον* interpretatus est *εἰς οἶκόν τινα*, et *Ludov. de Dieu synagogam* (quod his v. enuntiari debuerat *εἰς τὴν συναγωγήν*), et longe plurimi *domum*, *quâ Jesus commorandi deversorio uti consuevit Capharnaumi.* Nam hoc sic dicendum fuerat *εἰς τὸν οἶκον.* V. 2. *εὐθέως*, quod excludunt nonnulla subsidia, non puto irreptitium esse cum *Millio* proleg. §. 1403. et *Bengelio.* Nam eâ voce *Marcus*, quantam injecerit hominibus nuper editi miraculi fama (cf. 1, 45.) Jesu admirationem, apte subindicare videtur: *statim* (i. e. vix auditâ

viri praesentiâ) *multi confluxerunt.* — ὥστε — — τὴν θύραν] h. e. *ut non amplius ne locus quidem ad januam versus* (i. e. τὸ πρόθυρον, *vestibulum*) *caperet* (homines), *nedum ipsa domus.* — ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον]. Ne offendaris Articulo, hoc tene, τὸν λόγον dici κατ᾽ ἐξοχὴν eum, quem Jesus exponere solebat auditoribus, i. e. τὸν λόγον τῆς βασιλείας Matth. 13, 19. cl. v. 22. et 3, 2. Bene *Euthymius* τὸν λόγον] τὸν τῆς διδασκαλίας. V. 3. Connectenda sunt v. πρὸς αὐτόν cum ἔρχονται, non cum φέροντες, quod efficere nonnulli librarii invertendo conati sunt: φέροντες πρὸς αὐτὸν παραλυτικόν et πρὸς αὐτὸν φέροντες παραλυτικόν. Distinctos autem voluit Marcus τοὺς φέροντας a quatuor bajulis. Alioquin enim sic esset locutus: ἔ. π. α. παραλυτικὸν φέροντες τέσσαρες. Dici videntur οἱ φέροντες arthritici vel propinqui, vel amici, qui et afferri eum curaverant, et ut eum Jesu commendarent, ipsi bajulos comitati sunt. V. 4. Pro προςεγγίσαι sunt qui repraesentent libri προςενέγκαι, quod ex genuinâ hujus l. lectione et ex Luc. 5, 19. traxit originem. Praeterea multo est aptius et definitius προςεγγίσαι, quam istud tam commune et obscurum προςενέγκαι. Quin jam *attulerant* arthriticum, sed Jesu nequibant *appropinquare.* Quare nollem προςεγγίσαι pro interpretamento a *Millio* prol. §. 1196. spretum. — Sed ut quae sequuntur recte intelligantur, decernatur necesse est, quo in loco Jesus positus verba ad plebem fecerit. *Beza*, *Matthaeius* edit. min. ad h. l. al. Jesum in inferiore aedium parte collocant perfossumque credunt a bajulis lacunar, ut arthriticum proxime ad Jesum admoverent. Hos interpretes putare oportet, bajulos per scalam, quae in plateam ferebat, primum enixos esse in tectum, deinde per tecti januam descendisse in tabulatum. At praeterquam quod nec στέγη significat *solarium*, nec ἀποστεγάζειν est *tabulatum effodere*, nescio an ea molitio immodestior futura fuisset, quam ut satis placere potuisset (cf. v. 6.). Quidnam illi tamen interpretes secuti sint, in promtu est. Non enim intellexerunt, quid sibi velle potuerit erecta plebs ante fores (cf. v. 2.), si Jesus non in infimâ aedium parte docuisset. Videlicet hoc est ingenium plebeculae, ut

ad res novas trepide concurrat et vel ad talem locum cupide adsistat et in tali immota haereat, qui rem, quae agatur, vel videndi, vel audiendi facultatem paucissimis concedat. *Faberus* in l. Archäologie u. s. w. T. I. p. 419., *Jahnius* in l.: Archäologie u. s. w. T. I. p. 225. *Koesterus* in l. egregio: Immanuel u. s. w. p. 166. Jesum in compluvio decuisse, bajulos autem remotâ, quae tectum undequaque cingeret, loricâ per scalam in tectum ascendisse, tum funibus lectulum in impluvium demisisse existimant. Obstat huic sententiae vocc. *στέγη*, quod *tectum*, non *domus coronam* notat (*loricam*, i. e. hebr. מַעֲקֶה, significat *στεφάνη* LXX. Deut. 22, 8.), deinde *ἀποστεγάζειν*, quod non est *coronam perfodere*, postremo v. *ἐξορύσσειν effodere*, quod de removendâ loricâ non apte dicitur. *Lightfootus*, *Paulus*, *Kuinoelius*, *Winerus* in l.: biblisches Realwörterbuch u. s. w. p. 151. al., Jesum dixerunt concionatum esse in superiori domus conclavi, quod vocabatur *ὑπερῷον* [Act. 1, 13. hebr. עֲלִיָּה 1 Reg. 17, 19.]; eo quum bajuli per domum evadere non potuerint, per scalam, quae de tecto in viam publicam projecta erat, in tectum se contulisse, hinc vero dilatatâ effossis nonnullis circumcirca tegulis januâ, quae in *τὸ ὑπερῷον* duceret, ut jam caperet lectulum, funibus arthriticum in conclave demisisse. Cetera recte administrarunt, illud minus vere statuerunt, tecti januam eruendis, quae eam proxime circumdederint, tegulis excipiendae lecticae idoneam esse redditam. Nam docent v. *ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν sustulerunt tectum ibi, ubi erat*, eo ipso loco effodisse bajulos tegulas, cui Jesum scirent subjectum. — De voce *κράββατος*, i. e. *lectus vilior*, *σκίμπους*, *ἀσκάντης* vid. *Wetsten.* ad h. l. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 62 sq.. *ἐφ᾽ ᾧ παραλυτικὸς κατέκειτο*] *in quo arthriticus decumbebat.* Pro *ἐφ᾽ ᾧ* variatur *ὅπου*, quod ex superiori *ὅπου ἦν* male repetitum est, *ἐφ᾽ οὗ* et *ἐφ᾽ ὃ*. Hoc absurdum vel quia praecesserat *τὸν κράββατον*. V. 5. *ἰδὼν — τὴν πίστιν αὐτῶν*] Cognovit Jesus eorum, qui aegrotum attulissent, fiduciam inde, quod multum adierant laboris, ut propositum assequerentur. Constat autem e multis N. T. locis, fiduciam requiri, et ut miraculum ipse patres [Matth.

17, 20. 20, 21. Marc. 11, 22 sq. Joh. 14, 12. 13.], et ut miraculo per alium [Matth. 9, 28. 29. Marc. 9, 23. Joh. 11, 40. Act. 14, 9.] saneris. Illâ edendi miraculi facultatem tibi concessum iri divinitus pie credis, hâc opitulandi potestatem in altero ita reponis, ut divinum numen benigne eum adjuturum animo firme sit persuasum. Vid. S. V. *Koesterus* l. l. p. 172 — 176.. ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι] *habes tua peccata, in quibus vulgo quaeritur morborum causa, condonata* = *jubeo te convalescere* [cf. ad Matth. 9, 2.]. Rectissime *Griesbachius* de *Millii* sententia exaravit ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι pro ἀφέωνται σοὶ αἱ ἁμαρτίαι σου. Nam quemadmodum jure suspiceris, hanc lectionem e Matth. 9, 2. et Luc. 5, 20. Marco esse obtrusam, ita nostri vs. et vs. 9., ubi genuina scriptura est ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, prorsus eadem ratio est, ut vs. 9. *Griesbachii* sententia confirmetur. V. 7. Sic interpretantur Jesu vocem v. 5 ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι apud animum suum ratiocinantes nonnulli, qui immixti plebi assidebant, jureconsulti, quasi eâ sibi Jesus arrogaverit, quae soli Deo relinquenda sit [Jes. 43, 25.], condonandorum peccatorum facultatem. Quippe haec est Malignitatis natura, ut inimici vel maxime probam orationem de industriâ secus intelligat, ut et acerbitatis virus in eum evomere et invidiam ei conflare ipsi liceat. [Liv. 38, 49. Caeca Invidia est, — nec quidquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac praemia earum.]. Neminem, opinor, hae morabuntur scripturae: τί οὗτος οὕτω λαλεῖ; βλασφημεῖ. (est enim βλασφημεῖ interpretatio v. λαλεῖ βλασφημίας), *hic blasphemat* (Sic Cd. It. veron. e. Matth. 9, 3.) et *quis est hic, qui sic loquitur blasphemans* (ita Cd. It. Colb.; nihil est hoc, nisi liberior sensus, quem praebet scriptura vulgata, conformata ad Luc. 5, 21., descriptio). Sed alia Cdc. discrepantia animum advertat necesse est. Nam pauci libri excludunt οὗτος, plures omittunt οὕτω. Jam ut οὗτος deesse nequit, quod abjecte dictum (*hic homo*) egregie quadrat, deletum obscuram facit et inelegantem orationem, ita οὕτω valde languere quivis nobis largietur: *cur tandem hic homo* s i c *loquitur impie in Deum?* Frustra sit, qui οὕτω bene

adumbrare conditionem animi hominum dicat, quibus Jesu vocem secum volventibus postremo in mentem veniret dictorum impietas. Aptum enim esset οὕτω, si de re difficili et multae deliberationis, quam reputarent, nec possent videre, quid sequerentur, esset sermo. Nunc vero istis hominibus jam est deliberata ratio et consilium certum. Vereor etiam, ut ulli satisfacere possim hâc distinctione: *τί οὗτος; οὕτω λαλεῖ βλασφημίας;* Hoc pacto οὕτω foret indignantis [vid. ad Matth. 26, 40. et ad Marc. 4, 40.] h. s.: *quid iste homo facit? siccine loquitur impie?* Ergo οὕτω delevi. — *εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός;*] *nisi unus*, *nempe Deus.* [cf. Marc. 10, 18. Matth. 19, 17.]. Hanc enarrationem praetuli alteri per se non malae *εἰ μὴ εἷς ὁ θεός; nisi* u n u s (= solus) **D e u s.** Luc. Conviv. c. 15. *παρώφθη τοῦτο οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων, π λ ὴ ν μ ό ν ο υ, ὥς ἐμοὶ ἔδοξε, τ ο ῦ Ἀρισταινέτου.* v. 8. Hic quoque *εὐθέως*, in nonnullis subsidiis praetermissum, praeter rem sollicitavit *Millius* proleg. §. 1403. et 1461. Nam inservit fortius exprimendae accuratissimae, quâ Jesus vel cogitata hominum complexus est, scientiae [vid ad Matth. 9, 4.]: *et quum* e x t e m p l o (= dum illud animo volverent) *Jesus cognovisset.* — *τῷ πνεύματι αὐτοῦ*] Duplicem ingressi sunt V. D. horum v. interpretationem. Sunt enim, qui explicent *per spiritum suum* h. e. *per spiritum sanctum*, cujus sustentatus virtute Jesus nihil non eorum, quae ipsi tanquam Messiae peragenda erant, fecisse legitur [cf. 1, 12. Matth. 12, 28.] It. germ. 2: *quo statim cognito Jesus spiritu* s a n c t o etc Haec ipsa est eorum sententia, quotquot converterunt: *per divinam, quâ usus est, naturam. Euthymius: πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν θεότητα καλεῖ.* Sed obest huic interpretationi *τῷ πνεύματι* α ὐ τ ο ῦ. Nam opus erat h. l., ut evitaretur ambiguitas, locutione magis definitâ v. c. *διὰ τοῦ πνεύματος* τ ο ῦ θ ε ο ῦ. Recte igitur alii explanarunt *mente suâ, apud animum suum. ὅτι οὕτως* α ὐ τ ο ὶ *διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς*] In ordinem recepi *αὐτοί* e plerisque Cdc. cum *Bengelio*, *Matthaeio* et *Griesbachio*. Fundit hunc s.: *hoc modo* i p s o s (jureconsultos), n o n a l i o s, *secum ratiocinari.* Quippe cognitionis plane divinae (Jerem. 17, 10.)

eo Jesus specimen edidit, quod et arcana mentis consilia cognita habuit (Luc. 6, 8.) et qui maxime ex tot, qui aderant, hominibus se tacitis cogitationibus calumniarentur, perspexit. V. 9. *ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι*] Ita, jubentibus libris, de *Millii* mente prol. §. 1469. recte jam scribi curaverant *Matthaeius* et *Griesbachius* pro *ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι*. — *ἔγειρε*] Discidium faciunt libri, quorum alii hoc, alii *ἔγειραι*, alii *ἐγείρου* offerunt. In eundem modum inter eos discrepat in locis similibus, velut infra 3, 3. 10, 49.. *Griesbachius* C. C. ad Matth. 9, 5. p. 95. quum singulis in l. Cdc. colligere suffragia, quam rationem certam sequi constituisset, neque an per linguae legem admitti possit *ἔγειρε*, expedivit, nec sibi constitit. Nam Matth. 9, 5. Marc. 2, 9. 11. 5, 41. Luc. 5, 23. Joh. 5, 8. Ephes. 5, 14. *ἔγειρε* recepit, quum in aliis ejusdem generis l. aut commendaret tantum [Marc. 10, 49.], aut prorsus idem contemneret [Act. 3, 6.]. Item *Matthaeius* edit. maj. ad h. l. *ἔγειρε* praeponendum esse in N. T. alteri *ἔγειραι* pronuntiavit, nullâ quidem e linguâ editâ lege, sed potiorum librorum fidei obstrictus. Itaque edit. min. ad *ἔγειραι* reversus est miro hoc ductus argumento [vide eum ad 3, 3.], *Marc.* 14, 42. *sine ullâ varietate legi ἐγείρεσθε, non ἐγείρετε.* Nimirum ibi est *ἐγείρεσθε Passivum excitamini, evigilate;* discipuli enim *dormiebant* (v. 41). Nos quoque ad Matth. 9, 5. *ἔγειραι* probavimus rejecto *ἔγειρε*. Sed nunc iterum iterumque subductâ ratione magnopere veremur, ne librariorum vitia exprimenda curaverimus, nec omnino dici potuerit *ἔγειραι*. Etenim *ἔγειρε* his in l. sic positum arbitramur, non ut Activum pro Medio locatum sit, aut cogitando addi debeat Pronomen *σεαυτόν* *temet excita* = *surge*, quemadmodum putat *Porsonus* ad Eurip. Orest. v. 288. *καὶ νῦν ἀνακάλυπτ᾽, ὦ κασίγνητον κάρα*, sed ut sit excitandi formula (vernacule *auf*), ut *ἄγε*, *ἔπειγε* [Eurip. Orest. v. 789. *ἀλλ᾽ ἔπειγ᾽, ὡς μή σε πρόσθε ψῆφος Ἀργείων ἕλῃ* —.], *ἄνα*, quae et ipsa partim Activa sunt. Haec interpretatio quum N. T. l., quae dixi, omnibus convenit, tum l. Eurip. Iph. A. v. 624. *ἔγειρ᾽ ἀδελφῆς ἐφ᾽ ὑμέναιον εὐτυχῶς* et Arist. Ran. v. 340. *ἔγειρε*

φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ — τινάσσων. Sed qui ἔγειραι obstinatius defendere constituerit, ei videndum, ne vitiosam potius, quam usitatam orationem indipiscatur. Nam quum ἐγείρω Activum declaret *excito* (ich erwecke), ἔγειραι Imperativus Aorist. I. Med., hoc diceret: *excita mihi aliquem.* At neque aptum hoc est locis, de quibus disserimus, neque illa est vis Medii ἐγείρομαι. Male etiam aliquis reddat ἔγειραι *evigila*, siquidem *evigilare* ἐγείρεσθαι significat *Passivum*, non Medium. Itaque scriptura ἔγειραι ex commutatis αι et ε, ἐγείρου, ut infra 3, 3. ἐγέρθητι, ex importunâ correctione emanavit, genuina vero est ἔγειρε. Ex iis, quae modo disputavimus, apparet, nos hunc vel usum, vel negligentiam *arctis unius Imperativi* ἔγειρε, *qui in Interjectionis naturam verterit*, *finibus circumscribere.* Hinc v. 12. καὶ ἠγέρθη εὐθέως dictum, non ἤγειρεν, quantumvis modo praecedat ἔγειρε et Matth. 17, 7. ἐγέρθητε, non ἐγείρετε. — ἔγειρε, ἆρόν σου τὸν κράββατον καὶ περιπάτει] *age*, *sume tuum lectulum et pedibus utere tuis. Griesbachium* secutus hoc vs. et vs. 11. ante ἆρον (vulgo male scribunt ἄρον vid. *Wetsten.* ad v. 12.) ejeci καί; cf. Joh. 5, 8.. — Vs. 10 et 11. Hujus structurae rationes reddidi ad Matth. p. 249. et p. 338. Nam protasi ἵνα δὲ εἰδῆτε — — ἁμαρτίας compellantur jureconsulti, apodosi autem, quemadmodum parenthesi λέγει τῷ παραλυτικῷ ipse manifestat scriptor, ad arthriticum oratio convertitur σοὶ λέγω κ. τ. ἑ. h. m.: *ut autem sciatis*, *huic*, *quem videtis*, *homini condonandorum flagitiorum potestatem in terrâ esse commissam* (quae sequuntur dicit arthritico) *tibi dico*, *age* etc. [Demosth. pro corona 305, 5. *Bekk.* ἵνα δ' εἰδῆτε, ὅτι πολλῷ τοῖς λόγοις ἐλάττοσι χρῶμαι τῶν ἔργων — λέγε μοι ταυτὶ καὶ ἀνάγνωθι λαβών.]. Disputat Jesus ex iis, qnae tum temporis nemo non largiebatur; morborum causas in admissis facinoribus repositas esse; vid. ad Matth. p. 337. — ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας] Sic librorum auctoritate haec v. disposita sunt a *Matthaeio* et *Griesbachio.* In textu recepto est ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς. — σοὶ λέγω] Haec formula in compellando usitata summam vim habet atque *ad auditionem faciendam* comparata est. Marc. 5, 41.

σοὶ λέγω, ἔγειρε. 9, 25. ἐγώ σοι ἐπιτάσσω. Luc, 5, 24. Vid. *Marklandus* ad Eurip. Iphig, A. v. 855. ὦ σέ τοι λέγω. Aristoph. Plut. v. 1100. σέ τοι, σέ τοι λέγω, Καρίων, ἀνάμεινον. Luc. Tim. c. 40. Σέ φημι, Θησαυρὲ χρυσοῦ —. Navig. c. 10 Πάνυ μὲν οὖν, Ἀδείμαντος αὐτός, ἐμβοήσωμεν οὖν, Ἀδείμαντε, σέ φημι. Horat. Sat. II, 3, 62. *Mater, Te appello.* V. 12. Perculsi tanto divini magistri miraculo haec dicunt homines Dei majestatem celebraturi: ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν. Praeter rem molestiam creavit interpretibus οὕτως, quorum alii, ut *Wolfius*, eam voculam significare *tale quid*, i. e. τοιοῦτο, dixerunt [!!], alii, ut *Heupelius*, τί et γενόμενον mente adjici voluerunt ὅτι οὐδέποτέ τι οὕτω γενόμενον εἴδομεν. *nunquam quidquam sic fieri vidimus.* Horum utrum sit vanius, non ausim statuere. Immo declarat οὕτως, ut saepissime, *hoc modo* = *ut haec res est: nunquam, ut haec res est* (quidquam) *vidimus; so wie diese Sache ist, haben wir noch nimmermehr* (etwas) *gesehn* h. e. *erlebt.* Nam de re quacunque de causâ magnâ et admirabili sic Graeci εἶδον et Latini *videre* usurpant. Hom. Jl. 11, 243. ἀλόχου κουριδίης οὔτι χάριν ἴδε. Jacobs. Anthol. 7, 199. ἀχθεινὰν εἶδε βοοκτασίαν. Soph. Trach. v. 138. ἐπεὶ τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν; Horat. Od. 1, 2, 12. *vidimus, flavum Tiberim — ire dejectum monumenta Regis templaque Vestae —.*

V. 13. Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτὸν καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς. 14. Καὶ παράγων εἶδε Λευῒν τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. 15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. 16. Καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ

πίνει; 17. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.

V. 13 ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν] *egressus est iterum ad lacum Tiberiadis* np. ex oppido Capharnaumi (vid. 2, 1. cl. 1, 16.). v. 14. εἶδε Λευΐν, τὸν τοῦ Ἀλφαίου] Aliquot libri, ejus maxime recensionis, quam *Griesbachius* occidentalem, *Matthaeius* per ludibrium *scurrilem* nuncupare solet, propagant εἶδε Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου. Haec manifesta est interpolatio ex 3, 18.. Nam quum quaereretur, quisnam esset *Levi, Alphaei filius*, quem Marcus h. l. narrat perpetuum esse comitem ab Jesu adscitum, nec ullus, ubi recensentur Apostoli [Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13.], commemoraretur Alphaei filius praeter Jacobum, fuerunt antiquitus, quibus hic Levi et ille Jacobus unus idemque esse vir videretur [vid. Scholia apud *Matthaeium* ad h. l.]. At est Levi is, qui Matth. 9, 9. vocatur *Matthaeus* [cf. ad Matth. p. 339 sq.]. Sed utrum Matthaeus (s. Levi) et Jacobus Alphaei filius, fratres germani fuerint, ut visum est v. c. *Euthymio* ad Matth. 10, 3., *Schleusnero* et *Bretschneidero* Lex. s. v. Ἀλφαῖος, an nulla prorsus iis societas praeter commune, quo eorum patres uterentur, nomen intercesserit, ut *Wahlius* Clav. p. 34. arbitratur, certo definiri nequit. Propendet tamen animus ad *Wahlii* sententiam, et quia satis usitatum tum temporis erat *Alphaei* (חַלְפַי) nomen, et quod in Apostolorum indicibus nusquam sic, ut Petrus et Andreas, Jacobus et Johannes fratres, *Matthaeus et Jacobus*, *Alphaei filius*, componuntur. καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον] h. e. *sedentem ad plublicanorum mensam*. Vid. *Toup.* in Suid. T. I p. 97. *Wolf.* ad Hesiod. 75. Heyn. Hom. 5, 513. Lys. adv. Agorat. 497, 3. *Reiske.* καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ἄνθρωπος μιαρώτερος, ὅστις, εἰδώς, ὅτι εἰσί τινες ἐπὶ Φυλὴν τῶν ὑπὸ τούτου ἐκπεπτωκότων, ἐτόλμησεν ἐλθεῖν ὡς τούτους; Epitaph. 66, 1. περὶ μὲν οὖν τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτοι γεγόνασιν. Eodem pertinet καθίζεσθαι

ἐφ' ἑστίαν. V. 15. ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ] *in aedibus ejus* scil. *Levi* cf. Luc. 5, 29. Contra Matthaeus in Jesu domo apparatum esse convivium refert 9, 10.. πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοί] *multi portitores et alia hominum faex.* Vid ad Matth. p. 342. et 251. Luc. Necyom. c. 11. — ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ καὶ πορνοβοσκοὶ καὶ τελῶναι καὶ κόλακες καὶ συκοφάντες, καὶ τοιοῦτος ὅμιλος τῶν πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ. — ἦσαν γὰρ πολλοὶ καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ] Inepte multi interpretes haec v. sic capiunt: (*multi* portitores et flagitiosi homines simul cum Jesu ejusque discipulis coenaverunt); *erant enim multi, et eum* (Jesum) *secuti fuerant.* Bene sensit S. V. *Kuinoelius*, hanc singularem esse ματαιολογίαν. Quare Proleg. p 6. ex hoc aliisque non magis perspectis l. *Marcum nonnunquam*, *rerum et circumstantiarum explicandarum studio ductum*, *copioso scribendi genere uti et additamenta etiam habere superflua* demonstrare conatus est. Non satis autem habebat V. D., non liberasse scriptorem illâ φλυαρίᾳ, nisi, oleum addens camino, hoc etiam observasset, καί h. l. valere *qui.* Hanc opinionem vel ex *Noldii* Concord. Partic. p. 299., vel ex Italâ et Vulgatâ animo imbiberat, quae eandem illam βαττολογίαν Marco obtrudunt, reddentes καί *qui.* Librarius Cd. D. eodem effectu jactat οἳ καί. *Reichardus* convertit: *qui* (portitores et improbi) *illius* (Levi) *adhuc sodales fuerant.* Male; et quia αὐτῷ *ad Jesum* spectet necesse est, et quod ἀκολουθεῖν τινι ibi tantummodo ad sensum *sodalem esse alicujus* declarat, ubi *de discipulis* sermo est, *qui sequuntur magistrum.* Sed eodem redire videtur *Grotii* sententia, quum sensum hoc fere modo comprehendat: *erant enim multi, qui Levin de more sectati simul etiam ad mensam accumberent.* Quin εἶναι h. l. *adesse* significat, αὐτῷ autem ad Jesum pertinet h. r.: *aderant enim multi* (scil. in Levi domo sub epularum initia) *et eum* (Jesum) *secuti fuerant* (np. in Levi domum). Cf. 8, 1. 14, 4. Plat. Phaed. §. 6. *Hdf.* ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος ὁ Παιανιεύς, ubi male requirit *Heindorfius* παρῆν. Protag. §. 18. τοῦτό τ' ἦν τὸ μειράκιον καὶ τὼ Ἀδειμάντω ἀμφοτέρω κ. τ. ἑ., ubi *Schleiermacherus* conjecit εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυ-

γχάνει ὃ ν τ ο υ τ ὶ τὸ μειράκιον. *Καὶ* etc. et *Heindorfius* τοῦτό τ᾽ οὖν τὸ μειράκιον etc. Luc. Dial. Mort. 9, 2. ἔτι καὶ παῖδες ὡραῖοι ἦσαν πολλοί. Cic. Or. 1, 11, 45. *Erat etiam Metrodorus* (lege praecedentia). Liv. 31, 16. pecuniae aurique et argenti haud sane multum *fuit*; signa — — *inventa*. V. 16. τ ί ὅ τ ι — — πίνει;] Nonnulli Cdc. praebent διατί, ex interpretamento [cf. 9, 28. varr. lect.]; et sic Matthaeus 9, 11. et Luc. 5, 30. locuti fuerant; alii libri suppeditant ὅτι, qui est calami error, ad quem si satis advertissent Critici, infra 9, 28. pro ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; jam pridem e Cdc. Marco reddidissent τ ί ὅ τ ι ἡμεῖς οὐκ ἠ. ἐ. α.; Vertendum: *quid est* (*causae*) *quod* (welcher Grund ist vorhanden, dass —.) *cum portitoribus et scelestis hominibus cibum capit?* Vid. Luc. 2, 49. Act. 5, 4. 9. LXX. Exod. 3, 3. τί ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος; Luc. Tim. c. 28. τ ί οὖν ὅ τ ι καὶ ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ πλουτεῖν γενόμενοι — ἔτι ἐξαπατῶνται; cujus l. ratione ignoratâ *Kistemakerus* ad Thucyd. p. 133. conjecit τί οὖν; ὅ, τ ι καί etc. Hermot. c. 20. ο ὐ χ ὅ τ ι τῆς γνώμης τῶν ἀνθρώπων ἐρωτᾷ προςήεις αὐτοῖς —; h. e. *nonne verum est hoc, te* etc. Solent autem V. D. [cf. *Schaefer*. ad Bos Ellips. p. 591.] mancam locutionem sic explere τί γέγονεν, ὅτι ob l. Joh. 14, 22. τί γ έ γ ο ν ε ν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν —; Sed neque est ibi plane certa lectio (alii libri τί ἐ σ τ ι ν, ὅτι, alii, id quod verum puto, habent τ ί ὅ τ ι ἡμῖν —;) et simplicior nobis videtur haec interpretatio τί ἐστιν ὅτι —; *quid est, quod —?* Post πίνει nonnulla subsidia nobis admetiuntur v. ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, e Matthaeo 9, 11. — V. 17. οὐ χρείαν ἔχουσιν — κακῶς ἔχοντες] Detestamur ab h. l. ironiam, quam in eo rimatus est *Theophylactus*: — ὁ δὲ κύριος, οὐκ ἦλθον, φησί, καλέσαι δικαίους, τουτέστιν ὑμᾶς τοὺς δικαιοῦντας ἑαυτοὺς (κατ᾽ εἰρωνείαν γάρ τοῦτό φησιν), ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Nam oportebat illam aliquâ particulâ adsignificatam esse, velut οὐ γ ὰ ρ οἱ ἰσχύοντες χρείαν ἔχουσιν ἰατροῦ, ἀλλ᾽ etc.. Nunc vero Jesus suam cum portitoribus consuetudinem purgaturus *commoto animo*, largitus adversariis illorum hominum improbitatem, h. m. disserit: *recte conflo cum portitoribus fami-*

liaritatem. Nam aegrotis, non sanis, destinatus est medicus. οὐκ ἦλθον — ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.] Textus Elsevirianus, cujus integritatem h. l. defendit *Matthaeius*, haec v. annumerat: ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Haec vocc., si genuina essent, optime huic l. convenirent. Quippe proverbialem *de medico* locutionem ad Jesu, qui in revocandis ad meliorem frugem hominibus vitam consumebat, provinciam traducerent h. r.: *aegrotis, non sanis, opus est medico; doctor prodii, ut invitans ad agendam poenitentiam, flagitiosos homines, non probos corrigerem.* Sed quoniam permulti libri v. εἰς μετάνοιαν h. l. et Matth. 9, 13. excludunt, quum summo omnes consensu ea tueantur Luc. 5, 31., in Matthaeo autem ob vocc., quae proxime praecedunt, minime illa abesse possunt, cum *Erasmo*, *Grotio*, *Millio* proleg. §. 343, *Bengelio*, *Griesbachio* l. *l.* p. 79. sq., qui allato *Augustini* de cons. Evang. 2, 27. testimonio e Luca ducta censuerunt, ea condemnamus. Non magis enim hîc et in Matthaeo turbassent scribae, quam in Luca, nisi in alterutro Evangelio a scriptore praetermissa essent. Jam vocc. οὐκ ἦλθον — ἁμαρτωλούς eo Jesus respicit, quod in Levi, *discipuli* (v. 14), aedibus cum portitoribus accubuerat h. m.: *non sani, sed aegroti, indigent medico; prodii, non ut probos, sed ut improbos ad doctrinam meam invitarem.* — καλέσαι] Similitudo ducta ab iis, qui ad epulas invitantur. De his *proprie* dicitur καλεῖν, ut latin. *vocare*, vid. *Wetsten.* ad Matth. 22, 3..

V. 18. *Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι;* 19. *Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ᾽ αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν,* 20. *ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.* 21. *Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥά-*

κους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. 22. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μὴ, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

V. 18. *καὶ οἱ Φαρισαῖοι*] Summo jure *Griesbachius* (vid. Comment. crit. Part. II. p. 81.) hoc substituit in l. v. *καὶ οἱ τῶν φαρισαίων*. Nam primum quidem consentaneum est, librarios *καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων* male praecepisse ex alterâ vs. parte, nec persuadet *Millius*, qui contrariam viam ingressus, proleg. §. 1342. *διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ Φαρισαῖοι* genuinum, quod vulgatur *δ. οἱ μ. Ἰ. καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων* e superioribus *ἦσαν — νηστεύοντες* derivatum censet, vel idcirco, quia priore l. permulta, posteriore paucissima subsidia *καὶ οἱ Φαρισαῖοι* suppeditant, ut horum scriptura et ipsa *ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύοντες* confirmet. Deinde qui hujus libri ad Matthaei et Lucae Evangelia rationem satis cognoverit, a Marco *ἦσαν οἱ μ. Ἰ. καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύοντες* utique profectum existimabit. Nam quum Matthaeus 9, 14. *Johannis discipulos*, Lucas autem 5, 33. *Pharisaeos et jureconsultos* hoc exprobrasse Jesu narravissent, quod ejus discipuli non sibi solerent inediam injungere, Marcus utrumque de more conjunxit. In aliâ tamen re unum Matthaeum secutus est. Nam Luca auctore postquam Jesus injuriâ Pharisaeos suâ cum portitoribus familiaritate offensos esse ostenderat, iidem Pharisaei quod essent confutati ab Jesu tam aegre tulerunt, ut continuo Jesu reprehendendi materiem inde depromerent, quod ejus discipuli nulla sibi imponerent jejunia, quamvis ea res ad causam modo actam nihil plane pertineret. Sed Matthaeo fidejussore *refutatis Pharisaeis* Johannis discipuli Jesum adeunt nec habet disputatio de jejuniis cum superiore quidquam conjunctionis. Eodem modo rem animo informavit Marcus. Consulto autem a generali sententia *καὶ ἦσαν —*

— οἱ Φαρισαῖοι νηστεύοντες exorsus est, quo facilius lector sequentia intelligeret h. m.: *et solebant Johannis discipuli et pharisaicae disciplinae homines jejunia sibi injungere.* — καὶ ἔρχονται καὶ λέγουσιν αὐτῷ] scil. οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ φαρισαῖοι. — οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι] Contendunt V. D., ut *Schulzius* l. l. T. III. F. 1. p. 109. et *Kuinoelius*, σοὶ esse Dativum, pro Genitivo illum locatum. Nam Matthaeum 9, 14. scripsisse οἱ δὲ μαθηταὶ σοῦ — (!!). Quamquam enim in vulgaribus profanorum scriptorum editionibus nonnulla exstant l., quae et Dativum cum Substantivo consociatum pro Genitivo repraesentent, et in hunc modum a V. D. explicentur [vid. *Heindorf.* ad Plat. Theaetet. p. 287. et ad Sophist. p. 272.] tamen aut corrupta ea sunt [vid. quae de Soph. Philoct. v. 432. diximus Dissert. II. ad 2. ep. ad Corinth. p. 129. cl. *Valckenario* ad Phoeniss. p. 163.], aut male explanantur, velut in quibus Dativum cum Substantivo copulant, quum connectendus sit cum Verbo [vid. summum *Hermannum* ad Eurip. Alcest. v. 323. ὦ τέκνον μοι πῶς κορευθήσει καλῶς; Eodem jure *Zegerus* Matth. 3, 9. conjunxit τέκνα τῷ Ἀβραάμ.]. Etenim nisi Dativus aut pendere possit *a notione Substantivi* [Soph. Trachin. v. 668. οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων; Thucyd. 6, 10. ἐπιχείρησις ἡμῖν. vid. *Seidler.* ad Iphig. Taur. v. 174. Cic. de Leg. 1, 15. *justitia est obtemperatio scriptis legibus;* vid. ibi clariss. *Goerenzius* cl. *Ruddimanni* Jnstitut. gr. lat. ed. *Stallb.* II. p. 239 sq.], aut sit obiter interjectus [Plat. Protag. §. 76. — ὁ δὲ Πρωταγόρας, τὸ ἐπανόρθωμά σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, μεῖζον ἁμάρτημα ἔχει ἢ ὃ ἐπανορθοῖς. Euthyd. §. 17. καὶ ἐγὼ γνοὺς βαπτιζόμενον τὸ μειράκιον, βουλόμενος ἀναπαῦσαι αὐτὸ, μὴ ἡμῖν ἀποδειλιάσειε παραμυθούμενος εἶπον —. Luc. Icaromen. c. 25. ὦ Ζεῦ βασιλεῦσαί μοι γένοιτο, ὦ Ζεῦ τὰ κρόμμυά μοι φῦναι καὶ τὰ σκόροδα —.] aut sit Dativus *commodi* [Plat. Conviv. 412. 8. *Bekk.* — ἀναγκαῖον δέ μοι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἐγκωμίου τῷ Ἔρωτι —. vid ad Matth. 27, 7.] aut aliam similem, sed eam justam, rationem habeat, nunquam potest cum Substantivo consociari. De l., quae *Kuinoelius* male hîc laudaverat, jam

expositum est Dissert. II. in ep. 2. ad Corinth. p. 128 sq. Sed quid ego de hâc re multa h. l., ubi si quis οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ esse σοὶ Nominativum Pluralis Pronominis σός, σή, σόν vel neget, vel non videat, eum credam etiam, an Corinthus in Isthmo posita fuerit, esse dubitaturum? V. 19. et 20. Jesu disputatio v. 19 — 22. hûc redit. *Recte abstinent sese ab jejuniis mei discipuli, quum has truculentas ceremonias id tempus, quo me habent magistrum, minime recipiat. Jejunent me exstincto. Quin si nunc se inediis macerarent, ita facerent, ac si paranymphi lugerent inter nuptias, aut quis tritum vetustate amiculum rudi panno resarciret, aut quis vinum recens in veteribus utribus asservaret* h. e. *facerent inepte* Ea, de quibus ad Matth. 9, 15 — 17. explicui, sciens prudensque praetermittam. μὴ δύνανται — — ἐστι, νηστεύειν; *num forte possunt paranymphi, quamdiu habent sponsum, jejunare?* h. e. *non possunt jejunare.* Particulae μὴ et μήτι percontationi exprimendae destinatae *conjecturam* proprie enuntiant, *rem alicujusmodi futuram* [vid. Excell. *Hermannum* ad Vig. p. 789. et 810.]. Ponuntur, ut vernaculum *doch nicht etwa*, et ubi affirmatam rem cupias, et ubi negatam. Quamquam illud etiam in N. T. frequentius usu venit, quam posterius. Rom. 11, 1. μὴ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; *num forte Deus suum populum repudiavit?* Gott verstiess doch nicht etwa sein Volk? Sequuntur v. μὴ γένοιτο. Luc. 6, 39. μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; *num forte caecus potest caeco viae dux esse? ein Blinder kann doch nicht etwa einem Blinden den Weg zeigen?* Adjiciuntur haec vocc. οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται; Idem valet de Matth. 7, 9. Luc. 22, 35. Rom. 3, 3. 1 Cor. 9, 9. 12, 29. 30. 2 Cor. 12, 17. Matth. 7, 16. Marc. 4, 21. 14, 19., (ubi ad praecedentia v. οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς attendendum) Joh. 18, 35. Act. 10, 47. 2 Cor. 1, 17. Jacob. 3, 11. 12. Haec duo adjungo; unum, male Rom. 9, 20. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι τί με ἐποίησας οὕτως; *num forte vas fictile dicet figulo, cur me in hanc formam effinxisti* (h. e. *num dicere par est vas figulo* etc)?

indignationis adsignificationem in particulâ quaeri, quum sit reposita *in Futuro;* alterum, magnopere falli V. D. de Rom. 10, 18. et similibus l.. Nam quum *Schleusnerus* Lex. II. p. 145. in iis μὴ οὐ *nonne* significare docuisset, *van Hengelus* Annot. in l. nonnulla N. T. Amstelod. 1824. p. 140 sq. et *Winerus* gr. p. 179. hoc praeceptum propagarunt, inservire istas particulas in N. T. non nisi affirmandae e percontantis consilio interrogationi observantes. At inconsideratius copulaverunt in iis l. voculas μὴ οὐ, quum in omnibus prior sui plane juris sit *exquirendi rem negandam facultate instructa*, posterior autem non cum μὴ, sed cum *verbo* arctissimo vinculo connexa sit. 1 Cor. 11, 22. μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε; *num domum non habetis* (= domo caretis) —? 9, 4. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; et v. 5. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν —; *num destituti sumus potestate edendi et bibendi — oriundae ex nostro coetu uxoris circumducendae?* Rom. 10, 18. μὴ οὐκ ἤκουσαν; *num ad eos non est perlata doctrina?* et v. 19. μὴ Ἰσραὴλ οὐκ ἔγνω; *num Israelitae ignorant rem?* Non desunt tamen l., in quibus voces μὴ et μήτι in affirmandâ re collocatae sint. *) Joh. 4, 33. μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; *attulitne ei aliquis cibum?* Es hat ihm doch nicht etwa Jemand zu essen gebracht? h. e. *suspicamur, cibum ei ab aliquo allatum.* 8, 22. μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν —; *an forte manum sibi inferet?* Er will sich doch nicht etwa umbringen? i. e. *credimus eum necem sibi consciturum.* Joh. 7, 35. Matth. 12, 23. 26, 22. 25. Joh. 4, 29. Sed Act. 7, 42. μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ, καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς; rejecto interrogationis signo, quod vulgo post Ἰσραήλ locant, post προσκυνεῖν αὐτοῖς cum indignatione proferri sententiam putamus hoc pacto, ut stomachus non in particulâ μή, quippe

*) Miro igitur errore supra p. 64. l. 21. *illud* pro *hoc* et l. 22. *posterius* pro *prius* exaratum est.

quae, ut affirmetur, tantum *interroget,* sed in utraque, ex adverso positâ, quâ Israelitarum inconstantia et levitas ab Jehova coarguitur, sententiâ recumbat h. s.: *sacrane et victimas per quadraginta annos in deserto mihi obtulistis et in pompâ tulistis aedem Molochi?* Sed dubitari plane nequit, quin LXX., quorum hîc v. laudantur, Amos. 5, 25. qui est Articulus הַזְּבָחִים, perperam confuderint cum particulâ interrogativâ. Sententiarum ratio in Amosi l. parum vulgo intellecta haec est: *lege imperata* (haec est vis Articuli) *sacra et oblationes mihi obtulistis — et ad fictitiorum Deorum venerationem delapsi estis. Hujus ego facinoris vindictam sumam.* ὅσον χρόνον — οὐ δύνανται νηστεύειν] Bene *Griesbachius* l. l. p. 82 sq. defendit haec vocc., quae pauca demunt subsidia, in quibus tamen male numeratur *Syrus* (is enim eâ, quam nemo non interpreti concesserit, libertate usus sensum verborum simplice negatione ܠܐ *neutiquam* complexus est). Quippe aberraverant librarii ab uno νηστεύειν ad alterum. Sunt autem ista vocc. prorsus necessaria ob δὲ v. 20. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, quod oppositum est priori ὅσον χρόνον — οὐ δύνανται νηστεύειν. Scilicet sic corrigi debet distinctio: μὴ δύνανται — — νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ᾿ ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν, ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι κ. τ. ἑ. *num forte possunt paranymphi quo tempore cum iis versatur sponsus jejunare? Dum habent sponsum non possunt jejunare, sed erit tempus, quo ab eorum societate sponsus erit disjunctus et tum jejunabunt.* Ita ne negatio quidem post percontationem ab eodem, qui interrogaverat, prolata, quae et ipsa fortasse, quamquam injuriâ [Luc. 17, 9.], offenderat librarios, insolens aut mira est. — καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις] Vid. ad 1, 13.. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, quod multa praebent subsidia et quod *Millius* proleg. §. 1196., *Bengelius* in Gnomone, *Paulus*, *Kuinoelius* al. probarunt, *Griesbachius* etiam recepit, ne potuerat quidem scribere Marcus, qui modo dixisset ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι. Nam quum ultima v. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ejusdem cum τότε, cui voci dilucidandae

destinata sunt, ambitus esse oporteat, *τότε* autem ob praecedentia v. *ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι κ. τ. ἑ.* hanc vim habeat *ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος*, prorsus esse intolerabile *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ* quivis intelligit. Conjicio invexisse *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*, qui hunc l. ad illas inedias retulissent, quas christiani homines *illo die* quotannis sibi injungerent, quo Jesu in crucem sublati pie celebraretur memoria. V. 21. *οὐδεὶς δὲ*] Variant libri, quum alii *καὶ οὐδεὶς*, quod exhibet textus receptus, alii *οὐδεὶς δὲ*, alii *οὐδεὶς ἐπίβλημα* etc. praebeant. Postremam lectionem recepit *Griesbachius*, *Millio* proleg. 1069. obsecutus. Perperam. Nam copulâ h. l. opus est. Nos quum *καί* a multis Cdc. absit, justa autem sit suspicio, praeceptum a scribis esse *καί* versus 22., genuinum esse ducimus *οὐδεὶς δέ*, quod bene parat transitum ab aliâ ad aliam similitudinem. — *αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ*] *aufert supplementum novum aliquid* (*τὶ*) *de vetusto* (vestimento). Es *nimmt die neue Ergaenzung vom Alten hinweg.* Etsi *αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ* per se spectatum nulli est reprehensioni obnoxium, delendum tamen *αὐτοῦ* putavi, cum *Bengelio* in Gnom. et *Griesbachio* l. l. p. 83, e Matthaeo 9, 16. hûc traductum ratus. Ceterum valde h. l. turbatur. Nam enotatae sunt e Cdc. etiam hae lectiones: *αἴρει ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ* — *αἴρει τὸ πλήρωμα ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ* [haec, si eam solam spectes, non male comparata est: *aufert supplementum novum ab ipso vetusto* (amiculo)] — *αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ* — *αἴρει ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ.* Miretur aliquis, in tot diversis lectionibus aliâ et aliâ specie indutum redire semper *ἀπ᾽*, quod vulgo deest. Sed nihili eas scripturas nobiscum faciet, qui Matthaei 9, 16. *αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου* opportunitatem iis dedisse reputaverit. V. 22. *ὁ οἶνος ὁ νέος*] Vocc. *ὁ νέος* excludunt pauca subsidia probante *Millio* proleg. §. 401., qui ea e priori vs. parte repetita censet. Non persuadet. Nam lectio *εἰ δὲ μή, ῥήσσει τοὺς ἀσκούς*, quam expresserunt Cdc.

It. veron. et verc., ostendere videtur, demta esse v. ὁ νέος, quia abesse potuerant [cf. Matth. 9, 17.]. *ἀλλὰ οἶνον νέον — βλητέον*] scil. *ἐστίν: sed novum vinum condi oportet utribus novis.* Tralatitium est enim, verbalia ex se fundere casus verborum, unde derivata sunt. Hoc monendum esse videbatur, quia exstitit, qui cogitando adjectis v. *εἶναι* et *φασί* sic enarraret: *sed novum vinum novis utribus recondendum esse dicunt proverbio* [!!!]. Digna profecto, quae in proverbium veniat, interpretatio.

V. 23. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας. 24. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ· Ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν ὃ οὐκ ἔξεστι; 25. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυΐδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν, αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, 26. πῶς εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι; 27. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον· 28. Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

V. 23. *καὶ ἐγένετο — διὰ τῶν σπορίμων*] Non idem significat παραπορεύεσθαι, quod simplex πορεύεσθαι, sed *ire trans* (nebenhergehn), quemadmodum ἰέναι παρὰ (entlang) τὸν ποταμόν dicitur, h. s.: *accidit, ut sabbato per segetes iret trans spicas.* Haud mediocres librariorum turbas nihili aestimare licet. Nam *ἐν* hic illic absorbuit syllaba proxime praecedens, lectio autem *καὶ ἐγένετο πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι κ. τ. ἑ.* (cujus se patronum professus est *Millius* proleg. §. 410.) et quae in. l. παραπορεύεσθαι non unâ ratione mutato verborum ordine vel πορεύεσθαι vel διαπορεύεσθαι substituunt, utcunque tollendae v. παραπορεύεσθαι difficultati destinatae sunt. *καὶ ἤρξαντο — τοὺς στάχυας*] Qui *ὁδὸν ποιεῖν* cum interpretibus explanabit *iter facere*,

proficisci, ei, ne sententia claudicet (*ivit trans spicas per segetes et coeperunt ire discipuli* [!!], quam molestiam ut averteret Vulgatus, ὁδὸν ποιεῖν male reddidit *progredi*), notionem primariam *in Participio* sitam esse existimandum est, quod bene sentiens *Beza* permutatam esse v. collocationem pro ἤρξαντο — ὁδὸν ποιοῦντες τίλλειν perperam contendit. Sic exit hic sensus: *coeperunt ejus discipuli vellentes spicas proficisci* h. e. *ita proficisci*, *ut evellerent spicas*. 11, 5. τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον; Act. 21, 13. τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; Vide summum *Hermannum* ad Soph. Aj. v. 1113. μισοῦντ᾽ ἐμίσει et ad Electr. v. 1305. οὔποτ᾽ ἐκπλήξω χαρᾶς δακρυῤῥοοῦσα. Sed quum ὁδὸν ποιεῖν et ὁδοποιεῖν nunquam non significet *viam sternere*, *munire*, *proficisci* autem ὁδὸν ποιεῖσθαι [Vig. p. 116.], ut ad Latinismum confugere illos explicatores oportuerit [cf. *Krebs*. Obs. Flav. p. 80 sq.], sic potius enarrandum esse patet: *coeperunt ejus discipuli viam exprimere* (einen Weg machen) *spicas evellendo*. Quod *Rosenmuellerus* et *Kuinoelius*, tanquam vallum, objiciunt argumentum, *viam in alieno agro sibi parare evellendis spicis nullo die*, *non solum sabbato*, *licuisse* propterea nullam vim habet, quod v. 25. et 26. hoc dici docent: *Jesu discipulos*, *ut famem explerent*, *evellisse spicas et factum esse*, *ut projectis*, *quum iis essent demta grana*, *spicis exprimeretur via*: non hoc, *temere eos*, *ut viam munirent*, *spicas carpsisse*. Elegantius tamen facturus fuisset Marcus, si imitatus Matthaeum 12, 1. et Lucam 6, 1 consilium, quo Apostoli spicas decerpsissent, paucis verbis indicare, quam id e vs. 25. et 26. lectores conjectare maluisset. Minime autem vi destitutum est ἤρξαντο *coeperunt viam exprimere*, quum ejus rei conatum Pharisaeorum expostulatio represserit (v. 24.). Postremo operae pretium fuerit, digitum intendere *ad structurae variationem* καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν — καὶ ἤρξαντο κ. τ. ἑ. *accidit*, *ut transiret spicas* — *et coeperunt*. Vulgaris ratio hanc constructionem postulabat: ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν — καὶ ἄρξασθαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντας τοὺς στά-

χυας. Ephes. 1, 20. — κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ χριστῷ, *ἐγείρας* αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ *ἐκάθισεν* (aliquot libri male *καθίσας*) ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ —. 2, 11 — 13. *Διὸ μνημονεύετε* — ὅτι *ἦτε* — χωρὶς χριστοῦ — *ἐλπίδα* μὴ ἔχοντες καὶ *ἄθεοι* ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ — ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν *ἐγγὺς ἐγενήθητε* —. 1 Cor. 4, 14. οὐκ *ἐντρέπων* ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ᾽ ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ *νουθετῶ* (perperam nonnulli Cdc. praebent *νουθετῶν*). Cic. Philipp. 1, 10. Eas leges, quas ipse tulit, quibus latis gloriabatur *iisque* rem publicam contineri arbitrabatur. Eodem pertinet istud Homeri νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς σαίνοντάς τε κύνας, ὑπὸ *δὲ* κτύπος *ἦλθε* ποδοῖν. Conf. Excell. *Hermannus* ad Hymn. Hom. p. 125 — V. 24. *ἴδε*] Huic Imperativo Aor. εἶδον multus usus fecit naturam exclamationis *en* [Conf. *Fischerus* ad Plat. Euthyphr. 42. et *Bornemannus* in *Rosenmuelleri* Biblisch - exeget. Repert. T. II. p. 266 sq.]. V. οἱ μαθηταί σου, quae post ποιοῦσιν cumuli loco plura subsidia addunt, e vs. 23. [cl. Matth. 12, 2.] repetita sunt. Sed *ἐν*, quod nonnullorum Cdc. auctoritate spurium putat *Millius* prol. §. 1380., acriter defendo, ut haustum a *ποιοῦσιν*. Tolerabilis sit, qui hunc vs. sic distinguat ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σαββάτοις; ὃ οὐκ ἔξεστι. *en, quid faciant sabbato? quod non licet.* Sed feci cum vulgo h. m: *en, cur faciunt sabbato quod non licet?* [cf. Luc. 6, 2.]. Sensus: *animadverte in discipulos, qui profanant sabbati religionem. Nam quum decerpunt spicas excipiunt laborem* [vid. ad. Matth. p. 419.]. V. 25 et 26. Permolestam vocem *αὐτός* ante ἔλεγεν aliquot subsidiorum fiduciâ prostravi. *χρείαν* ἔχειν h. l. simpliciter valet *indigere* (*Mangel leiden*). — αὐτὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ] Vid. ad Matth. 12, 3. Addo haec l.: Genes. 6, 18. 8, 16.| 13, 1. Exod. 24, 1. Num. 20, 19. Deut. 16, 11. Soph. Philoct. v. 88. ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς, οὔτ᾽ αὐτός, οὔθ᾽, ὥς φασιν, οὐκφύσας ἐμέ. Plat. Sympos. 173, 7. *Bekk.* — τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν, *αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί.* Demosth. Lept. 33, 6. *Bekk.* ὅσ᾽ εὐηργέτηκεν ὑμᾶς οὗτος ὁ ἀνὴρ *καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι.* Ap-

pian. bell. mithrid. c. 22. p. 672 sq. ὁ Μιθριδάτης — σατράπαις ἅπασι — δι᾽ ἀποῤῥήτων ἔγραφε — ὁμοῦ πάντας ἐπιθέσθαι τοῖς παρὰ σφίσι Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλοῖς, αὐτοῖς τε καὶ γυναιξὶν αὐτῶν καὶ παισὶ καὶ ἐξελευθέροις, ὅσοι γένους Ἰταλικοῦ. Judith. 1, 16. καὶ ἀνέστρεψε μετ᾽ αὐτῶν, αὐτός τε καὶ ὁ σύμμικτος αὐτοῦ. — πῶς εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ] Indicatur tabernaculum portatile, illo quidem tempore Nobe constitutum 1 Sam. 21, 2 sq.. — ἐπὶ Ἀβίαθαρ τοῦ ἀρχιερέως] Non potest alia h. l. vis subjici praeverbio ἐπί, nisi ut *de tempore* collocatum sit eo usu, quo Plat. Crat. §. 41. τὰ ἐπὶ Κρόνου καὶ Ῥέας. Lysias 110, 34. πότερον δέ μοι κρεῖττον ἦν, ὦ βουλή, δημοκρατίας οὔσης παρανομεῖν, ἢ ἐπὶ τῶν τριάκοντα; Xen. Cyr. 8, 8. ἐπὶ Κύρου Act. 11, 28. ἐπὶ Κλαυδίου et similia a Graecis dicuntur. Convertenda sunt autem illa vocc. *tempore Abjatharis*, *pontificis* (des Hohenpriesters) [Luc. 4, 27. ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου], non *quum esset Abjathar pontifex maximus* (unter dem Hohenpriester Abjathar). Nam hoc sic enuntiandum fuerat: ἐπὶ ἀρχιερέως Ἀβιάθαρ. Luc. 3, 2. ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. Lucian. Jud. Vocal. c. 1. Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου. Male *Matthaeius* edit. maj. et min. ex haud paucis Cdc. dedit ἐπὶ Ἀβιάθαρ ἀρχιερέως. Articulus enim prorsus est necessarius. Decipitur, qui *Matthaeii* scripturam Lysiae 109, 10. ἀπεμίσθωσα καλλιστράτῳ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. 109, 15. ἐπὶ Λυσιάδου ἄρχοντος et finitimis l. sustineri putabit. Nam in iis est ἄρχοντος Participium [Xenoph. Hist. gr. 2, 1, 7. ἐπὶ Ἀρχύτου ἐφορεύοντος —.]. Pejus etiam *Gratzius* in l.: Neuer Versuch, die Entstehung der drey ersten Evang. zu erklären (Tübingen 1812.) p. 196. et *Wassenberghius* Dissert. de glossis N. T. praemissâ Selectis e scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. I. p. 23., praeeunte *Beza*, Cd. D. maxime auctoritate confisi, adulterina pronuntiarunt v. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. Scilicet praetermissa ibi sunt idcirco, quoniam librario, quemadmodum omnium temporum interpretibus, multum exhibuerunt negotii. Etenim quum quae h. l. *tempore Abjatharis*, *pontificis maximi*, acta

esse dicuntur, 1 Sam. 21, 2 sq. *ad Achimelechum*, *Abjatharis patrem*, referantur, ab antiquissimis inde temporibus, quo jure Marcus Abjatharem Davidis, quam narrat, rei immiscuerit, in disquisitionem venit. Quae disputatio tanto est impeditior, quanto magis et repugnant inter se ea V. T. l., ex quibus res, de quâ quaeritur, constituenda est, et V. D. de iis conciliandis dissentiunt. Nobis rem, quod ad V. T. attinet, confecisse videtur *Korbius* in *Wineri* Journal u. s. w. Vol. IV (1825) p. 295 sq.. Achimelechus, Achitubi, qui ab Eli genus ducebat [1 Reg. 2, 27.], filius [1 Sam. 22, 9.], Achijae [1 Sam. 14, 3.], ut videtur, frater [cf. Reland. Antiq. p. 161.] Nobe erat Jehovae sacerdos. Ibi dedit Davidi sacros panes et Goliathi, Philistaei, gladium [1 Sam. 21, 1 — 10.]. Ob hoc in Davidem collatum beneficium et Achimelechum et universam ejus familiam supplicio affecit Saulus [1 Sam. 22, 9 — 19.]. Unus tamen Abjathar, filius, fugâ salvus evasit ad Davidem [1 Sam. 22, 20. cl. 23, 6 9. 30, 7.], quo regnante posthac evectus est ad pontificis maximi dignitatem, quod munus simul cum Zadoko administravit [2 Sam. 15, 24. 29. 35. 17, 15. 19, 12. 20, 25.. In his l. Zadokus non ob majorem muneris auctoritatem, sed propter insigniorem generis splendorem 1 Chron. 24, 3. Abjathari praeponitur.]. Sed quum Abjathar et Jonathan, filius [2 Sam. 15, 27.], consilia communicavissent cum Adonja [1 Reg. 1, 7. 19, 25. 42.], ille munere motus a Salomone est et Anathotum relegatus [1 Reg. 2, 26 sq.]. (Commemoratur 1 Reg. 4, 4. non ut pontifex maximus, sed ut sacerdos.). Ex his satis intelligitur 2 Sam. 8, 17., ubi Davide imperante sacerdotium habuisse dicuntur Zadokus, Achitubi et *Achimelechus*, *Abjatharis filius* male confudisse scriptorem patrem et filium, quum dicere deberet *Abjatharem*, *Achimelechi filium* אֶבְיָתָר בֶּן־אֲחִימֶלֶךְ. At enim qui 2 Sam. 8, 17. memoratur *Achimelechus* est ille ipse, de quo expositum est 1 Sam. 22, 9. Ps. 52, 2.. Minime. Hic enim *a Saulo* interfectus est [1 Sam. 22, 9 sq.], sed commentitius alter sacerdotio praefuisse fertur *Davide regnante* [2 Sam. 8, 17.]. Fortasse igitur Achimelechus et Abjathar binis nominibus usi sunt, ut ille etiam Abjathar, hic vero

etiam Achimelechus vocaretur. Scilicet haec res non modo certis, sed ne speciosis quidem testimoniis confirmari potest. Frustra provocant ad 1 Chron. 18, 16. 24, 6. 31., in quibus l. Zadokus et *Achimelechus, Abjatharis filius,* imperante Davide sacerdotium habuisse traduntur. Quippe a quo scriptor Chronicorum 1 Chron. 18, 14—18. singula v. mutuatus est (cf. 2 Sam. 8, 13 — 18.), ab eodem fictitium illum Achimelechum, Abjatharis filium, in fidem suam ita recepit, ut non semel deinceps errorem repeteret. Hujus sententiae veritas inde maxime elucet, quod scriptor eundem hominem *Abjatharem* recte vocavit 1 Chron. 15, 11. cl. 27, 34., ubi liberum ab errore l. expressit 2 Sam. 15, 24. cl. 1 Reg. 2, 26.. Ex hâc disputatione hoc facimus lucrum, ut et, quî factum sit, ut Marcus Davidem tempore *Abjatharis, pontificis maximi,* Jehovae sacellum ingressum esse diceret, intelligamus et temeraria multorum interpretum acta nullo negotio rescindamus. Scilicet in promptu est, Marco hîc, ubi l. 1 Sam. 21, 2 sq. memoriter in suos usus convertit, ut Abjatharem filium cum Achimelecho patre commisceret, vel illud fraudi fuisse, quod Abjatharem, et Davidis amicitiâ et sub Davide gesto sacerdotio nobilitatum sciret [ita *Paulus* et *Korbius* l. l.], vel hoc, quod intempestivam locorum 2 Sam. 8, 17. 1 Chron. 18, 16. 24, 6. 31. memoriam imponi sibi passus esset. Valeant igitur mirifica interpretum consilia, Achimelecho patri et Abjathari filio bina indita fuisse nomina, ut uterque et Achimelechus et Abjathar vocaretur (haec enim sententia, quam professi sunt v. c. *Euthymius, Suidas* s. v. εἰςήγγειλεν, *Heumannus, Kuinoelius,* non potest demonstrari l. 1 Sam. 8, 17, vide supra); quae h. l. narrantur, gesta quidem esse ab Achimelecho patre, sed sub Abjatharis, filii, pontificatu (nam huic *Theophylacti, Victoris Antiocheni* aliorumque opinioni repugnat historia; vide supra); significare ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως *praesente Abjathare, qui postea pontifex est inauguratus* (ita v. c. *Zegerus, Wetstenius,* al., sed quisnam, obsecro, unquam dixit εἰςέρχεσθαι εἰς οἶκον ἐπί τινος h. s.: *ingredi domum, quum nescio quis adesset?*); reddenda esse v. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως *in eo V. T. loco, ubi Abja-*

tharis historia traditur, (huic *Michaelis* Einleit. in's N. T. Vol. I. p. 134. [ed. III] et *Saunierii* l. l. p. 58. commento primum obstat praepositio *ἐπί*, quam eâ vi usurpari minime docet l. Marc. 12, 26., deinde verborum collocatio, quae sic habere deberet *οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, τί ἐποίησε κ. τ. ἑ.*, postremo hoc, quod 1 Sam. 21, 2 sq. non legitur Abjatharis *pontificis* historia); valere *ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως ad* (!!) *Abjatharem* (hanc portentosam *Clerici* sententiam *Elsnerus* ad h. l. recte repudiavit) et similia. — *καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι*] Hoc ut non disertis v. dixerit scriptor librorum Samuelis, recte tamen ex 1 Sam, 21, 5. et 6. concluditur. Adjicit autem haec v. Jesus, ne Davidis exemplum ob summam hominis dignitatem vi destitutum esse Pharisaei monerent. Superest, ut quo modo vs. 25. et 26. distingui oporteat, disceptemus. Male *Griesbachius* v. 25. post v. *μετ' αὐτοῦ* percontationis signum collocavit et v. 26. novam sententiam inchoavit, quam plenâ interpunctione clausit post vocc. *σὺν αὐτῷ οὖσι*. Nam v. *πῶς εἰςῆλθεν* — — *σὺν αὐτῷ οὖσι*, quum praecedentia *τί ἐποίησε* — *αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ* accuratius definiant, et ipsa pertinent ad interrogationem, quam orsus est Marcus vocc. v. 25. *οὐδέποτε ἀνέγνωτε*. Quare *Griesbachius* saltem interrogatione nova vs. 26. cum ceteris editoribus concludere debebat. Sed potius videbatur, positâ v. 25. post v. *οἱ μετ' αὐτοῦ* virgulâ, interrogationis signum post vocc. *τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι* v. 26. rejicere, ut inde ab *οὐδέποτε ἀνέγνωτε* usque ad *τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι* una volvatur percontatio h. r.: *nunquamne legistis*, *quidnam fecerit Davides*, *quum esset ciborum inopia et fame laboraret*, *ipse ejusque comites*, *quomodo Aedem Dei ingressus sit tempore Abjatharis pontificis maximi*, *et expositos panes sacros comederit*, *quibus non vesci licet*, *nisi sacerdotibus et eos dederit etiam suis comitibus?* Conf. omnino clariss. *Beierus* ad Cic. Offic. II, 7, 25. *Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum*, *qui*, *cultros metuens tonsorios*, *candente carbone adurebat capillos?* et ad Cic. Or. fragm. p. 144. [Liv. 3, 68. Quid tandem pri-

vatae res vesrae quo statu sunt?], quae doctissimi viri disputatio postulat, ut interpungas Eurip. Hecub. v. 1238. τί δ' ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς; cl. Aristoph. Pace v. 140. τί δ' ἦν πῶς —; Ecclesiaz. v. 640. τί δῆτ' ὅταν — πῶς οὐ —; et v. 655. πῶς δ' ἦν τις — πόθεν —; V. 27. οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον] redi ad 1, 22. — V. 28. Formula ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου h. l. non *Jesum* declarat [cf. ad Matth. p. 319 sq.], sed, ut vel argumentationis demonstrat ratio, *hominem* in genere [vid. *Grotium* ad h. l.]. Argumentatur enim Jesus in hunc modum: *injuriâ vos, Pharisaei, Sabbati religionem a discipulis meis eo violatam esse contenditis, quod sacro die, ut famem depellerent, decerpserunt spicas. Mementote, quidnam Davides eodem consilio aliquando contra sacram disciplinam admiserit. Scilicet dies sacri propter homines, non homines ob sacros dies constituti sunt. Videtis igitur, hominibus vel in sacros dies potestatem esse commissam.* Sic satis effectum erat, ne Apostolos quidem commisisse delictum, ob quod recte perstringerentur.

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Ingressus sacrum Capharnaumitarum conventum Jesus homini, cui manus contabuisset, ejus membri integritatem restituit sabbato; quâ re tantam sibi conflavit Pharisaeorum, quorum jam esset ab ipso abalienata voluntas, invidiam, ut cum Herodianis communicatis consiliis vitae ejus insidias struerent v. 1 — 6.. *Sed contulit se Jesus discipulorum coronâ stipatus ad mare Galilaeae, quo magna hominum turba, famâ rerum ab eo gestarum sedibus excita, se effudit, non ex vicinis tantummodo, sed etiam ex longinquis regionibus v.* 7 — 9.. *Cupide aegroti in eum irruerunt, ut contrectatis ejus vestibus prosperam valetudinem recuperarent v.* 10., *et homines ab impuris geniis acti, quotiescunque eum conspicarentur, Messiam, ipso quidem nolente prohibenteque, consalutarunt v.* 11. 12.. *Relicto litore in montem Capharnaumo vicinum se recepit, ubi solemni ritu duodecim constituit Apostolos et doctores et miraculorum effectores futuros v.* 13 — 15., *quorum nomina adscripta sunt v.* 10 — 19.. *Tum Capharnau-*

mum reversus est; ad cujus rei famam ingens hominum multitudo domi eum adiit v. 20.. Variae fuerunt tum temporis de rebus ab Jesu gestis hominum sententiae. Nam ejus cognati esse Jesum fanaticum hominem putarunt. Quare Nazarethâ profecti sunt, ut facerent, quod propinquorum esse videretur, h. e. ut comprehensum sui impotem virum in suam ipsorum potestatem redigerent v. 21.. Sed jureconsulti, qui turbae immixti apud Jesum erant, eum Beelsebulis auctoritate malos abigere daemones calumniabantur v. 22.. Quo cognito Jesus advocatis iis et absurdam illam esse calumniam ostendit v. 23 — 27., et adeo pravam, ut ejus venia nunquam a numine divino concedatur, quum quae divini spiritus virtute effecta sint, sic pessimorum geniorum principi vindicentur v. 28 — 30.. His ita disputatis matrem fratresque foris stantes eum arcessere nuntiabatur v. 31. 32.. Tum vero hanc peregregiam fudit vocem, matris, fratrum sororumque numero sibi esse quicunque Dei praeceptis satisfaciant v. 33—35..

V. 1. *Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἦν
ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα.* 2. *Καὶ
παρετήρουν αὐτὸν, εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐ-
τὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.* 3. *Καὶ λέγει τῷ ἀν-
θρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειρε εἰς
τὸ μέσον.* 4. *Καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ἔξεστι τοῖς σάβ-
βασιν; ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι,
ἢ ἀποκτεῖναι; Οἱ δὲ ἐσιώπων.* 5. *Καὶ περιβλεψά-
μενος αὐτοὺς μετ᾽ ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πω-
ρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· ἔκτει-
νον τὴν χεῖρα· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ.* 6.
*Καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρω-
διανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ᾽ αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν
ἀπολέσωσι.*

V. 1. *εἰςῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν*] cf. 1, 21.. *καὶ ἦν ἐκεῖ — τὴν χεῖρα*] vid. ad Matth. 12, 10. v. 2. *παρετήρουν αὐτόν*] i. e. *observabant eum.* Nam *παρατηρεῖν* et *παρατηρεῖσθαί τινα* s. *τι* [Luc. 14, 1.] omnino quidem notat *curiose oculos in aliquem* s. *aliquid conjicere;* sed quum id et bono possis, ut adjuves, et malo, ut laedas, consilio facere, haud raro illa locutio, ut Latinorum *observare* [vid.

Ernestii Clav. Cic. s. h. v.], in deteriorem partem de insidiantibus ponitur [cf. *Wetsten.* ad h. l.]. Sic h. l. Pharisaei observant Jesum, an sabbato hominem, cujus erat ἀτροφίας vitio affecta manus, sanaturus sit, *ut eum culpent.* Vocem αὐτόν post θεραπεύσει, quae a paucis quibusdam, iisque malis, subsidiis abest, genuinam esse pronuntiamus contra *Millium* proleg. §. 1400.. Omissa est ob l. Luc. 6, 7.. V. 3. ἔγειρε εἰς τὸ μέσον] *age* (= prodi) *in medium* (auf in die Mitte) Conf. ad 2, 9.. *Victor:* ἔστησεν οὖν αὐτὸν μέσον, ἵνα τῇ ὄψει αὐτοῦ ἐπικάμψῃ, ἵνα κατακλασθέντες τῇ θέᾳ τὴν πονηρίαν ἐκβάλωσιν, καὶ τὸν ἄνθρωπον αἰδεσθέντες παύσωνται τῆς μανίας. Quin jussit hominem in medium procedere, ut commodius possent, qui adessent quanto miraculo homini restitueretur aridae manus usus, videre (v. 5.). — V. 4. Recepi e Cdc. hanc lectionem τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν; — ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; — ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; quibus posterioribus v. ἀγαθοποιῆσαι — ἢ ἀποκτεῖναι; quasi aculeo, Jesus pungit Pharisaeos ipsius vitae insidias facientes [cf. v. 2.] h. r.: *utrum licet sabbato?* — *recte, an male facere?* — *hominem servare, an interficere?* Alioquin enim mirarer Pharisaeos, quod non responderint *neutrum licet sabbato, quo die nulla res obeunda sit.* Plat. Euthydem. c. 14. πότερα γὰρ οἱ μανθάνοντες μανθάνουσιν; ἃ ἐπίστανται ἢ ἃ μὴ ἐπίστανται; Non sum v. ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι cum *Erasmo*, *Beza*, *Vatablo* al. interpretatus *bonâ an malâ re quempiam afficere*, sed *bene an male agere*, propterea, quod si illo modo intellecta Marcus voluisset v., credibile est, eum adjecturum fuisse ἄνθρωπον, ut deinceps dixit ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι; optime autem comparata est ejusmodi oratio, quâ Jesus generalem interrogationem cum acerbitate ad rem praesentem transferat h. m.: *utrum recte, an improbe sabbato facere licet? utrum hominem servare*, an (quod vos efficere conamini, Pharisaei) *interficere?* Vulgatâ scripturâ probatâ ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι; vel perit iste, quem dixi, aculeus, vel non satis eleganter, sed paene subrustico more perversitatis Pharisaei

admonentur: *utrum sacro die probe an improbe agere, hominem servare, an necare licet? statuite, Pharisaei.* Ἀπολέσαι, quod pro ἀποκτεῖναι haud pauci libri praebent et quod probavit *Grotius*, e correctione manavit. Mire enim dictum videbatur ψυχὴν ἀποκτεῖναι *vitam interficere*, recte et usitate ψυχὴν ἀπολέσαι Matth. 16, 25. Marc. 8, 35.. Sed bene *Euthymius* ψυχὴν δὲ νῦν, inquit, τὸν ἄνθρωπον λέγει, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Item Luc. 6, 9, genuinum ἀποκτεῖναι correctores male sedulos expertum est. V. 5. καὶ περιβλεψάμενος — — λέγει τῷ ἀνθρώπῳ] Hic minus accurate et a nonnullis convertitur περιβλεψάμενος, velut a *Reichardo*, qui reddit *indignanti eos vultu circumspiciens*, quum sit *postquam eos cum indignatione circumspexerat*, et a plerisque συλλυπούμενος. Hoc volunt pro λυπούμενος positum, vel ut cum *Schotto* vertant *dolens*, vel ut cum *Kuinoelio*, adversante ipsâ v. λυπεῖσθαι naturâ [vid. ad Matth. p. 490.], *subirascens*. Bene viderunt *Beza* et *Rosenmuellerus*, non vi destitutum esse praeverbium σύν. Sed eorum interpretatio: *quum indignabundus eos circumspexisset, simul dolens* etc. requirit ἅμα λυπούμενος, non autem vim reddit v. συλλυπούμενος. Nihil igitur dubitamus, quin praepositio σύν ad Jesu animum referri debeat h. s.: *quum circumspexisset eos cum irâ, apud animum suum dolens — dixit homini* [vid. ad 1, 27.]. — ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν] Notat πωροῦν *obducto lapide* (πῶρος) *indurare* et πωροῦν τινα s. τὴν καρδίαν τινός *callo, quasi lapide, animo alicujus obducto durare.* Hujus rei duplex esse potest effectus. Nam si callus *menti* obducitur, mentis acies obtunditur tantaque eorum est, qui πεπωρωμένην habent τὴν καρδίαν, tarditas, ut verum non perspiciant [Marc. 6, 52. 8, 17. Joh. 12, 40. 2 Cor. 3, 14.]; sin *animo*, animus contrahit vitium, ut qui ἐπωρώθησαν nullum habeant sensum honesti. Item ἡ πώρωσις et de obduratâ mente h. e. *de stoliditate* [Ephes. 4, 18.] dicitur, et de durato animo, i. e. *de improbitate*, ut h. l.. Nam dolet Jesus de Pharisaeorum, quam ipso silentio satis manifestaverant, contumaciâ (v. 4. cl. v. 6.). Ceterum sunt libri, qui pro πωρώσει jactent πηρώσει. Hic

solemnis est scribarum error; vid. Rom. 11, 25. Marc. 8, 17. Joh. 12, 40. varr. lect.. ἔκτεινον τὴν χεῖρα] Exclusimus idoneorum subsidiorum auctoritate freti σου post χεῖρα vulgo lectum, eam vocem e Matth. 12, 13. et Luc. 6, 10. in h. immigrasse l. cum *Millio* proleg. §. 1442. arbitrati. Recte autem et sine ullâ ambiguitate dictum est ἔκτεινον τὴν χεῖρα *extende manum*, *strecke die Hand aus*. καὶ ἐξέτεινε — ἡ χεὶρ αὐτοῦ] *et extendit et in pristinam erat conditionem restituta.* Nam dubitari plane nequit, quin Marcus hoc sibi voluerit, miserum hominem tum manus usum jam recepisse, quum singulari vocis ἔκτεινον τὴν χεῖρα vi adjutus extendere manum potuisset. Sed ut alibi [8, 25. Matth. 12, 13. Luc. 6, 10.], sic etiam h. l. in multis Cdc. pro ἀποκατεστάθη est ἀπεκατεστάθη, quem calami esse errorem tum negabo, quum de duplici Augmento v. ἀποκαθίστημι aliunde constabit. Postremo longe est certissimum, vocc. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, quae post v. ἡ χεὶρ αὐτοῦ in Elsevirianis exemplaribus inveniuntur, e Matth. 12, 13. hûc derivata esse [vid. *Griesbach.* C. C. II. p. 83.]. Convenit de eâ re inter Criticos [cf. *Erasmus*, *Grotius*, *Millius* proleg. §. 1196., *Bengelius* al.], nisi quod *Matthaeius* illa v. pertinacius defendit. V. 6. ἐξελθόντες] *egressi* scil. *e conventu sacro* (v. 1 sq.). — μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν] vid. ad Matth. 22, 16. — Inde a cap. I. v. 21. usque ad c. III. v. 6. Marcus a Lucae potissimum fonte suos rivos deduxit. Hoc inde manifestum est, quod quas res Lucas IV, 31. et 5, 12 — 6, 11. persecutus est, eas Marcus servato Lucae ordine [Marc. 1, 21 cl. Luc. 4, 31. Marc. 1, 29. cl. Luc. 4, 38. Marc. 1, 35. cl. Luc. 4, 42. Marc. 1, 40. Luc. 5, 12. Marc. 2, 1. cl. Luc. 5, 17. Marc. 2, 13. cl. Luc. 5, 27. Marc. 2, 23. cl. Luc. 6, 1. Marc. 3, 1. cl. Luc. 6, 6.] similibusque, atque ille, usus et in terminandis narrationibus clausulis [Marc. 1, 28. cl. Luc. 4, 37. Marc. 1, 39. cl. Luc. 4, 44. Marc. 1, 45. cl. Luc. 5, 15. 16. Marc. 2, 12.] et in narrando verbis [vid. v. c. Marc. 1, 24 — 27. cl. Luc. 4, 34 — 37. Marc. 3, 2 — 5. cl. Luc. 6, 7 sq.] ad hanc libri sui partem rejecit. At Matthaeus mandaverat ille quidem earum rerum multas literis, quas Marcus 1, 21—3, 6.

memoriae prodidit, sed in diversos Evangelii locos contulerat [cf. Matth. 8, 1—4. 14—17. 9, 1—17. 12, 1—15.]. Non unius tamen Lucae, sed Matthaei etiam commentarios Marcum trivisse plura loca demonstrant [vid. Marc. 1, 22. cl. Matth. 7, 28. 29. Marc. 1, 32., ubi operam dedit Marcus, ut perspicuitate et Matth. 8, 16. vinceret, et Lucam 4, 40. Marc. 1, 44. cl. Matth. 8, 4. Marc. 2, 18., ubi noster curavit, ut in pace essent Matthaeus 9, 14. et Luc. 5, 33.]. Minime autem in servitutem illis se addixit auctoribus, sed libertatem hîc quoque retinuit [vid. Marc. 1, 29. cl. Matth. 8, 14. Luc. 4, 38. Marc. 1, 36. sq. cl. Luc. 4, 42. Marc. 2, 13. cl. Luc. 5, 27. Marc. 2, 14. cl. Luc. 5, 27. Marc. 2, 26 cl. Matth. 12, 4. Luc. 6, 4. et Marc. 3, 6. cl. Matth. 12, 14. Luc. 6, 11.]. Sed quum Marcus I, 1—20. ad Matthaeum se potissimum applicuerit, ut e perpaucis locis Lucae pelluceat oratio, quaeritur, quid fuerit, quod derepente 1, 21 sq. contrariam viam ingressus ad Lucae se auctoritatem ita contulerit, ut raro repercussam Matthaei orationem cognoscas. *Saunierus* l. l. p. 60. Marcum 1, 21 sq. idcirco ad Lucae se societatem applicuisse putat, quod ad compendium collatis I, 1—20., quae Matthaeus 3, 1—4, 25. retulisset, in longam illam incidisset orationem Matth. c. V—VII., quam suis monumentis mandare inita non pateretur ratio. Dissentio, et quia Marcus 1, 1—20. non integrum caput Matthaei tertium et quartum reddiderat, sed tantum Matth. 3, 1.—4, 22., et quoniam, si illud utique secutus fuerat, praetermissâ concione in monte habitâ ad ea perscribenda illico accingi potuerat, quae Matth. 8, 2 sq. leguntur. Conjicio (ecquis enim in tali re ultra conjecturae probabilitatem assurgat? vide praeclaram observationem *Theilii* in *Wineri* Journal u. s. w. Tom. VI. p. 12. [1827.].), illud Marcum 1, 21 sq., ut Lucae haberet respectum, impulisse, quod consignatas ab eo 4, 31—44. 5, 12—6, 11. res ad id pertinere tempus vidisset, ad quod rem modo perduxisset 1, 20.. Ita quum in constituendo istarum rerum ordine potiorem Lucae auctoritatem esse intellexisset, in narrandi etiam ratione, ut fit, praecipuum est deinde eundem ducem secutus. Videtur autem eo

confirmari haec qualiscunque suspicio, quod Marcus 3, 7—12. quodammodo ad Matth. 4, 24. 25. cl. 12, 15. revertitur. Nam loco Matth. 4, 23. respondet Marc. 1, 39.. Postremo causa, quâ Marcus loco Lucae 5, 1—11. nihil usus fuerit, in promtu est. Etenim res ibi expositas ad Matthaei exemplum jam tradiderat 1, 16—20..

V. 7. *Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας,* 8. *καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες, ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν.* 9. *Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα πλοιάριον προςκαρτερῇ αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.* 10. *Πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται ὅσοι εἶχον μάστιγας.* 11. *Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν αὐτὸν ἐθεώρουν, προςέπιπτον αὐτῷ καὶ ἔκραζον λέγοντα· ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.* 12. *Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσι.*

V. 7. et 8. *Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ*] Hic v. ordo melius placet altero, quo *Griesbachius* vocabula disposuit *καὶ ὁ Ἰησοῦς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀνεχώρησεν εἰς κ. τ. ἑ.*. Nullum est enim in hoc pondus repositum, ut Jesum *cum discipulis* ad mare Galilaeae secessisse compertum nobis sit, sed ut eum relictâ synagogâ, circumdatum, ut mos ferebat, discipulorum coronâ ad litus tetendisse cognoscamus. Ac multum vereor, ne *Griesbachio* probata v. conformatio iis accepta referatur, qui quae versus 6. et 7. intercedat ratio non nisi inverso v. ordine satis perspicue enuntiatam arbitrarentur: *egressos conventu sacro Pharisaeos cum Herodianis de Jesu perdendo consilia cepisse; Jesum autem comitantium discipulorum praesidio tectum ad mare se contulisse.*—*εἰς τὴν θάλασσαν*] *ad mare.* Praeclare *Griesbachius εἰς* recepit pro interpretamentis *πρός* et *παρά*, ut infra 7, 31. *εἰς*

τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας suffecit in l. v. πρός τ. θ. τ. Γ. 6, 45. ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ — προάγειν εἰς τὸ πέραν —. Joh. 9, 11. ὕπαγε εἰς τὸν Σιλωὰμ καὶ νίψαι Polyb. 1, 38. καὶ κατάραντες εἰς Πάνορμον τῆς Σικελίας τριακοσίαις ναυσὶν, ἥπερ ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ἐνεχείρησαν αὐτὴν πολιορκῆσαι. 1, 40. — πάντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς προκινδυνεύοντας· τρεψάμενοι δὲ τούτους ῥαδίως, συνεδίωξαν εἰς τὸν τάφρον (*ad fossam*; cf. sq.) Matth. 15, 21. — ἠκολούθησεν αὐτῷ] Hoc dedi e permultis Cdc. pro ἠκολούθησαν αὐτῷ, quum illud lectione ἠκολούθει αὐτῷ confirmetur. Iis subsidiis, in quibus ἠκολούθησεν αὐτῷ aut transponitur vel post v. καὶ πολὺ πλῆθος, vel post vocc. ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, aut omittitur, nulla est fides habenda. Utrumque enim propterea factum est, quod in v. 7. et 8. struendis distinguendisque jam antiquitus laborabatur, ut ex Ital. Cd. colbert. apparet, in quo neglecta vs. 7. v. ἠκολούθησεν αὐτῷ versu 8. in locum vocc. ἦλθον πρὸς αὐτὸν substituuntur: — *et multa turba a Galilaea et Judaea et ab Jerosolyma et a trans Jordanem et de circa Tyrum et Sidonem* s e q u e b a n t u r *eum, audientes quanta faciebat.* Male *Heumannus* plene interpungi jubet post v. ἠκολούθησεν αὐτῷ hâc lege, ut a vocc. καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας usque ad ἦλθον πρὸς αὐτόν una volvatur sententia h. m.: *Etiam homines e terrâ judaicâ et Hierosolymis et Idumaeâ et Peraeâ et e Tyri Sidonisque viciniâ, ingens multitudo, auditis rebus ab Jesu gestis ad eum venerunt.* Nimis enim manifestum est e v. ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, Marcum in eo esse occupatum, ut, quemadmodum Matthaeus 4, 25., diversa Palaestinae loca enumeret, e quibus congregati homines Jesum secuti fuerint. Recte igitur *Beza* observaverat, vs. 7. post v. ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας collocandam virgulam, vs. autem 8. post καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου figendum Colon esse h. s.: *et magna turba e Galilaeâ secuta eum est, et Judaeâ et Hierosolymis et Idumaeâ et Peraeâ. Etiam homines e Tyri et Sidonis tractu, ingens multitudo, quum audivissent, quanta faceret, ad eum venerunt.* Ita satis apparet, verbis v. 8. πλῆθος πολὺ contineri appositionem prae-

gressorum *οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα* multumque a vero aberravisse *Schulzium* l. l. T. III. Fasc. I. p. 101., quum arctissimo vinculo connecteret *πλῆθος πολὺ ἀκούσαντες* — *ἦλθον*. Minime autem, ut illuc revertar, *καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων* valet *inprimis ab Hierosolymis* [vid. ad 1, 5.], sed *et ab Hierosolymis*. Quippe Hierosolymae, inclytum illud Judaeae caput, dignae videbantur, quae separatim commemorarentur. Sic saepe in V. T. componuntur יְהוּדָה וִירוּשָׁלִַם: v. c. Joel. 4, 1. Jer. 4, 3. Zachar. 2, 2.. — *ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας*] Idumaea regio fuit, posita inter Judaeam, quâ spectavit in meridiem, Arabiam et Aegyptum [Joseph. c. Apion. 2, 8.]. Hebraice vocata est primum הַר שֵׂעִיר [Genes. 36, 8.], deinde quum eam occupasset Esavus אֱדֹם [2 Reg. 14, 10.]. Fuerunt Edomitae internecini Israelitarum hostes [Num. 20, 14 sq.]. Devicit eos Davides [2 Sam. 8, 14.]; sed rebellarunt regnante Joramo [2 Chron. 21, 8.], eversoque Judaeorum imperio et Palaestinae partem ceperunt armis [Joseph. bell. jud. 5, 7.], et reduces ex exsilio Judaeos mire afflixerunt [2 Macc. 10, 16. Joseph. A. J. 11, 11.]. Denique perdomuit eos Johannes Hyrcanus [Joseph. A. J. 13, 17.]. — *καὶ οἱ περὶ Τύρον — ἦλθον πρὸς αὐτόν*] *Quin e dissitis*, inquit Marcus, *Tyri et Sidonis regionibus gestarum ab Jesu rerum fama homines ad eum compulit.* Recte enim post *Grotium* monuit *Kuinoelius*, *τοὺς περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα* non Tyrios et Sidonios ipsos dici, ut male interpretatur Syrus, sed qui sedem haberent *τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος*, [7, 24.]. V. 9. *καὶ εἶπε — — προςκαρτερῇ αὐτῷ*] *imperavit discipulis, ut sibi praesto esset navigium.* Hanc esse scriptoris sententiam in promtu est. Sed miror *προςκαρτερεῖν τινι de re* (*πλοιαρίῳ*) usurpatum. Nunquam enim non *homines* dicuntur *προςκαρτερεῖν*, quamquam non uno modo. Nam *προςκαρτερεῖν ἀνθρώπῳ alicujus lateri adhaerere* (Act. 8, 13.), *προςκαρτερεῖν πράγματι rei assiduam operam navare* [Rom. 12, 12.] et *προςκαρτερεῖν ἐν τόπῳ in aliquo loco assidue commorari* [Act. 2, 46.] declarat [vid. *Wetsten.* ad h. l. et *Schleusner* Lex. II. p. 744]. — V. 10. *πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν*] h. e. non *multos enim sanavit*, sed *multos enim*

sanaverat. Nam vs. 10. hoc vinculo cum vs. 9. cohaeret: *voluit Jesus, sibi adesse navigium ob plebem, ne homines eum urgerent. Et erat sane, cur hoc metueret. Etenim multos sanaverat, ut irruerent in eum, quo tangerent, quotquot erant morbis affecti.* Formula ἐπιπίπτειν τινι, quum omnino notet *irruere in aliquem* (über Jemanden herfallen), quacunque id fiat mente, h. l., ut apparet, de iis dicitur, qui acti summâ Jesu contrectandi cupiditate, tam trepide ad eum accurrunt, ut alter alteri sit impedimento. — ὅσοι εἶχον μάστιγας] Vocc. μάστιξ, quod proprie, ut Hebraeorum שׁוֹט [1 Reg. 12, 11.], *flagellum* significat, sensu translato *de cujusvis generis malo* dicitur, ut non minus late pateat, quam vernaculum Leiden, Plage. Nam nec *immissam a Deo calamitatem* suâ vi declarat; unde factum est, ut ad hanc cogitationem enuntiandam scriptores aliquam illi voculam adderent, v. c. 2. Macc. 9, 11. ἐνταῦθα οὖν ἤρξατο — — εἰς ἐπίγνωσιν ἔρχεσθαι θείᾳ μάστιγι —.; neque, ut contendit *Grotius, ad gravius malum vehementioremque morbum declarandum* tantummodo ponitur. Fuerit enim, ut fuit, summa mulierculae, quae diu multumque sanguinis profluvio laboraverat, calamitas [5, 29. et 34.]; tantae tamen miseriae notio non sita est in communi istâ voce μάστιγος. Quin nullus est tam lenis morbus, quin pro malo duci et μάστιξ vocari possit. Luc. 7, 21. — ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων non sensus est: *sanavit multos levibus et gravibus morbis affectos*, sed is, quem item vernacule sic exprimas: er heilte viele von Krankheiten und Leiden. Postremo h. l. non hoc dici *incubuisse in Jesum gravibus morbis implicatos*, sed *irruisse contrectandi studio in eum, quem multos sanasse aegrotos constaret, quotquot haberent mala i. e. morbos*, ipsa v. ratio demonstrat. Ceterum perperam Syrus vocc. ὅσοι εἶχον μάστιγας ad vs. 11. rejecit h. r.: ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܚܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ ܡܐ ܕܚܙܝܢ ܗܘܘ *et ii, quibus erant plagae impurorum geniorum, quotiescunque eum viderent* etc., ut hanc paucissimorum librorum scripturam exprimeret: — ἅψωνται. *Καὶ* ὅσοι εἶχον μάστιγας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα κ. τ. ἑ..

Nam sic vs. 10. ne verbo quidem indicarentur qui cupide in Jesum incidissent. Illud enim praetereo, absurde Syrum in v. καὶ ὅσοι εἶχον μάστιγας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα figuram ἓν διὰ δυοῖν (*quotquot plagas, nempe impuros genios, habebant*=*quotquot malignorum geniorum plagam inflictam habebant*) rimatum esse, quam quominus agnoscas quum alia obstant, tum Articulus τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα. V. 11. Minus accurate *Kuinoelius* τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα enarrat *homines, qui a malis geniis obsessi putabantur*. Immo hîc quoque tribuitur malis geniis, quod acti ab iis homines fecerunt, propterea, quod ejusmodi homines plane non sui arbitrii sunt, sed a malis reguntur naturis [cf. 1, 34.]. — ἐθεώρουν — προςέπιπτον — ἔκραζον] Hoc multorum Cdc. testimonio confisus praetuli lectioni vulgatae ἐθεώρει — προςέπιπτεν — ἔκραζε. Nam Pluralis daemones sistit *veras naturas* et *personas*. *Griesbachius*, ut saepe alibi, sibi non constitit. Etenim eximiâ notâ ornavit προςέπιπτον et ἔκραζον, nullâ omnino ἐθεώρουν. Quasi vero non trium verborum aut Singularis, aut Pluralis exhibendus sit. At enim pro more Cdc. numeraverat cum *Bengelio* paucioresque praebere ἐθεώρουν, quam προςέπιπτον et ἔκραζον, subducto calculo cognoverat. — ὅταν αὐτὸν ἐθεώρουν] *quoties eum conspicerent*. H. l. mihi, quo datam ad Matth. 10, 19. fidem exsolvam, excedendum paullulum est ad enarrandas vocis ὅταν in N. T. rationes. Significat haec vocula, quae ex ὅτε et ἂν composita est, *si*, hoc pacto, ut de re vel fieri solitâ, vel quae possit saltem fieri, seu collocetur in praesenti, sive in futuro tempore, ponatur. Construitur a bonis scriptoribus, nisi ubi sententiae ratio Optativum requirit, cum Conjunctivo, cum Indicativo a nemine, nisi a novitiis Scholiastis et id genus hominibus [vid. infra]. Hae leges etiam a N. T. scriptoribus observantur. Nam quo modo Joh. 7, 27. ὁ δὲ χριστὸς ὅταν ἔρχηται valet *sed Messias si veniat* et Joh. 2, 10. ὅταν μεθυσθῶσι *si inebriati fuerint*, eodem ὅταν sexcenties in N. T. usurpatum reperitur. Ita autem semper cum Conjunctivo consociatur. Nam quod pauci libri nonnullis in l. Indicativum repraesen-

tant [vid. v. c. Marc. 11, 25. Rom. 2, 14. 1 Cor. 3, 4. varr. lect.], id quivis librariorum incuriae, non scriptorum negligentiae tribuet. Quin quo uno in l. Indicativus post ὅταν in ordine est, Apoc. 4, 9. *καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν — τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου — πεσοῦνται κ. τ. ἑ.* non dubito, quo *Griesbachii* jam inclinavit sententia, e Cdc. reponere ὅταν δῶσι. Superest ut falli interpretes de l. Joh. 9, 5. ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου verbo significem. Opinantur, ibi ὅταν declarare quamdiu [v. c. *Schleusnerus* Lex. II. p. 330., *Wahlius* Clav. p. 659. et *Kuinoelius*]; quae sententia quo nitatur usu doceri pervelim. Immo quemadmodum particulae tempus locumque designantes ὅπου, ἐπεὶ, ὅτε, ὁπότε ad causam enuntiandam transferuntur [cf. *Hermann.* ad Vig. p. 918.], ita etiam ὅταν usurpatur [vid. Viger. p. 436.], ut sit Latinorum *quando* [Liv. 30, 42. — M. Aurelium e re publicâ facere —, quod socios populi Romani, *quando* jure foederis non posset, armis tueatur.] h. e. *quandoquidem*, *quum*. Exit igitur haec sententia: *quum in mundo sim*, *lumen sum mundi*, quibus v. rationem reddit Jesus, cur oculorum lucem restituere debeat coeco [cf. v. 6.]. Plat. Euthydem. §. 56. *Hdf.* ὅταν μὴ εἰδῶ ὅ, τι ἐρωτᾷς, κελεύεις με ὅμως ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἐπανέρεσθαι; Eandem vim ὅταν habet Rom. 2, 14. 1 Cor. 3, 4. 15, 27., minime autem 2 Cor. 10, 6., ut sibi persuasit *Bretschneiderus* Lex. II. p. 175. Nam ibi valet *si*, *wann*. Non minus erravit *Bretschneiderus* l. l. p. 176., Rom. 11, 27. *καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.* indicare ὅταν idem quod ὅτι *sive* ἵνα (?!) arbitratus. Immo vertendum: *et hoc iis a me proficiscetur foedus*, *quando eorum delictis veniam concessero* (*darin wird ihnen mein Bündniss bestehn*, *wann ich werde ihre Sünden weggenommen haben*) h. e. ad sensum: *meum foedus in ejus temporis felicitate iis cernetur*, *quo eorum flagitia condonavero.* His, opinor, effectum est, ὅταν cum Conjunctivo compositum has duas in N. T. potestates habere *si* et *quando* i. e. *quum.* Sequitur, ut quâ conditione cum Optativo *a Graecis* conjungatur, (nam in N. T. hanc constructionem

frustra quaeras), aperiam. Optativus post ὅταν requiritur, et ubi res tanquam cogitata ab aliquo proponitur [cf. *Hermann.* ad Vig. p. 792.], et, ut post ὅτε, ὁπόταν simil., in constructione praeteriti, quando res identidem iterata significatur [vid. *Schaefer* ad Dionys. p. 402 sq.], ut sit ὅταν *quotiescunque.* Hinc vero intelligitur, Soloecismi non mediocris reum esse Marcum, quum scripserit ὅταν αὐτὸν ἐθεώρουν h. s.: *quotiescunque eum conspicati essent*, et frustra esse interpretes, qui, ut illum excusarent, ὅταν a Scholiastis cum Indicativo copulari observarunt [cf. *Winer.* gr. p. 127. et qui non distinctius de hâc re nuper disputavit *Lipsius* Dissert. *de modorum usu in N. T. quaest. grammat.* P. I *Indicat. usum explic.* p. 17 s.. (Lips. 1827. 4.)] Nam hoc ita fit, ut ὅταν declaret *si* et *Conjunctivus* poni debuerit, non ut valeat *quoties* et Optativo opus fuerit. Ejus generis exempla minime rara; vid. *Schaefer.* praefat. ad Aristoph. Plut. ed *Hemsterh.* p. XI. et *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 115. cl. p. 300. et 488. Schol. ad Luc. Somn. c. 23. τὸ ἐπιεικὲς τρία δηλοῖ, τὸ τὸν τρόπον ἀγαθὸν, ὡς ὅταν λέγομεν ἐπιεικὴς ἄνθρωπος· καὶ τὸ σύμμετρον, ὡς ὅταν λέγεται ἐπιεικῶς ὅδε ζῇ, ἀντὶ τοῦ συμμέτρως. Proclus in 2 Plat. de republ.: ἡ γὰρ ἄρθρου πρόθεσις ἢ τὸ καθ᾽ ὑπερβολὴν δηλοῖ μόνον, ὡς ὅταν λέγομεν — ἢ τὸ ὅλον πλῆθος, ὡς ὅταν λέγομεν —. Eodem pertinet locus, quem *Winerus* l. c. attulit Clem. Rom. ep. 2. ad Corinth. p. 116. ed. *Ittig.* ὅταν ἔσται τὰ δύο ἕν. Sed quum Cdc. in Marco summo consensu ὅταν tutentur, non, quâ tollatur, sed, quâ excusetur Soloecismus, circumspicienda ratio est. Alieno igitur tempore Marcus, Indicativum Imperfecti, Plusquamperfecti et Aoristorum cum ἂν de rebus fieri solitis a Graecis dici, meminisse videtur [vid. *Hermann.* ad Vig. p. 820. cl. p. 485. et *Porson.* ad Eurip. Phoen. v. 412.]. Nam illud fit in enuntiationibus liberis, ut ἐποίουν ἂν *facere solebam*, non in ligatis aut quae a conjunctionibus pendeant. Unde soloecum est ὅτ᾽ ἂν ἐποίουν. Sed quum non dubitem, quin Marcus propterea ὅταν αὐτὸν ἐθεώρουν exaraverit, quod in suos quasi articulos solutâ voce ὅταν rem ita animo concepisset

ὅτ᾽ ἂν αὐτὸν ἐθεώρουν *wenn sie ihn allemal sahen* = *allemal, wenn sie ihn sahen*, non reprehendam, si quis posthac vel invitis Cdc. scribet ὅτ᾽ ἂν αὐτὸν ἐθεώρουν pro ὅταν α. ἐ. — προςέπιπτον αὐτῷ] h. e. *ad ejus genua procubuerunt* [7, 25. cf. *Elsner.* et *Wetst.* ad n. 1.]. ἔκραζον — τοῦ θεοῦ] Paucorum librorum lectiones ὁ χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ et ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ [1, 24] pro ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ sunt interpretamenta. V. 12. ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσι] Hunc ordinem e plerisque libris *Matthaeius* et *Griesbachius* Marco restituerunt, quum olim legeretur ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι. Ceterum Jesus multum increpuit perversos genios, ne manifestum ipsum redderent h. e. ne messianam ipsius dignitatem edissererent. Optime enim mali daemones, quâ erant perspicaciâ, Jesum esse Messiam, sciverunt [vid. 1, 24 et 34.].

V. 13. *Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος καὶ προςκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτὸς καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν.* 14. *Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μεθ᾽ αὐτοῦ καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν,* 15. *καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια,* 16. *πρῶτον Σίμωνα (καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον)* 17. *καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ (καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς.)* 18. *καὶ Ἀνδρέαν καὶ Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον καὶ Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καὶ Θαδδαῖον καὶ Σίμωνα, τὸν Κανανίτην,* 19. *καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν.*

V. 13. ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος] *conscendit montem Capharnaumo vicinum* (τὸ ὄρος) vid. *Wineri* gr. p. 58 sq.. ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν] Non est ἀπῆλθον pro simplici ἦλθον locatum, ut *Beza* existimavit, sed sensus hic est: *relicto loco, in quo positi erant, ad Jesum, qui arcessiverat, abierunt* [cf. ad Matth. p. 501.] V. 14. ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ] Verbum ποιεῖν h. l. est *constituere* (bestellen). Apoc. 1, 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ. In eundem sensum et Hebraei verbo עָשָׂה [1 Sam. 12, 6, יְהוָה אֲשֶׁר עָשָׂה אֶת־מֹשֶׁה וְאֶת־אַהֲרֹן] et Latini v. *facere*

[Cic. p. Planc. 4. populus *facit* eos, a quibus est maxime ambitus.] utuntur. Vertendum: *constituit duodecim homines hoc fine, ut secum essent.* Quae *Wetstenius*, ut constructionem ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι illustraret, l. laudavit Apoc. 3, 9. 13, 15., dissimilia sunt, quum in iis ποιεῖν valeat *efficere.* Contortum est, quod praeeunte Vulgato placuit *Erasmo*, *Boisio* al., arcte jungi v. δώδεκα ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ h. s.: *et fecit, ut duodecim secum essent.* Tum male *Grotius* δώδεκα non pro *numero*, sed pro *officio* sumi posse arbitratur, ut ἐποίησε δώδεκα idem sit, quod ἐποίησε [τοὺς] ἀποστόλους *fecit duodecimviros.* Nam hoc pacto adjectum oportebat Articulum τοὺς δώδεκα. Constat enim, τοὺς δώδεκα in N. T. vocari *notos illos duodecim Jesu discipulos* [Marc. 14, 17. 1 Corinth. 15, 5.]. Denique v. οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, quae post vocem δώδεκα nonnulli Cdc. ostentant, Lucae sunt 6, 13.. — καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν] *et ut eos ad perferendum proxime abfuturi regni messiani nuntium* (1, 14. 38. 39.) *ablegaret* scil. non continuo [cf. v. 20.], sed aliquanto post [cf. 6, 7. 30.]. V. 15. Infinitivi ἔχειν ἐξουσίαν, θεραπεύειν et ἐκβάλλειν non minus, quam v. 14. κηρύσσειν *consilio* enuntiando, quo Jesus duodecim homines mittere voluerit, destinati sunt. Recte autem graeci interpretes ἐξουσίαν *vim* enarrant, ut *Euthymius*, qui ἐξουσίαν δὲ νόει, inquit, τὴν δύναμιν τοῦ θεραπεύειν τὰς νόσους καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, et *Victor Antiochenus* [cf. Luc. 12, 5.], a quibus deficiens *Beza* explicuit *facultatis et actionis exercendae jus.* Non enim, *ut liceret* delectis discipulis mederi morbis et malos genios exterminare, sed *ut utrumque efficere possent*, mittere eos decretum erat Jesu. Sed ne quis pro ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν requirat ἔχειν ἐξουσίαν τοῦ θεραπεύειν, consideret, vocabula ἔχειν ἐξουσίαν vim unius verbi δύνασθαι habere. 2, 10. ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου — ἀφιέναι ἁμαρτίας —. Act. 9, 14. καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν — δῆσαι πάντας —. Lysias p. 241. ed. *Reisk.* οὔκουν ἐξουσίαν χρὴ ποιεῖν τοῖς μηνυταῖς ἀδικεῖν (ἀρκεῖ γὰρ τὰ πεποιημένα), ἀλλὰ παραβαίνοντας κολάζειν. Multa hujus structurae exempla e Xeno-

phonte peti possunt e *Sturzii* Lex. Xenophont. T. II. p. 228. Plat. Euthyd. §. 79. — *ὥστε παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν ἐμποδὼν σφίσιν εἶναι οὐδένας ἄλλους ἢ τοὺς περὶ φιλοσοφίαν ἀνθρώπους.*, ubi male *Stephanus* emendatum volebat *τοῦ εὐδοκιμεῖν.* Nam *ἐμποδὼν εἶναι* sensu non discrepat ab *ἐναντιοῦσθαι.* Similia vide apud *Heindorfium* ad Plat. Cratyl. §. 71. ad v. *φέρε, τί οἴει σὺ εἶναι τὸ αἴτιον κληθῆναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων*; V. 16. et 17. Versus 16., ut vulgo legitur (*καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον*), haud dubie corruptus est, nec cadit in eum Anacoluthi suspicio, injecta v. c. *Kuinoelio* et *Vatero* ad h. l.. Nam quum exposito verbis v. 14. *ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ* — — *ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια* v. 15. consilio, quo duodecim interioris admissionis discipulos Jesus delegisset, Marcum v. 16 sq. in eo occupari, *ut singulos enumeret*, satis doceant ex *ἐποίησε* v. 14. apta v. *καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην — καὶ Ἀνδρέαν* sq. (v. 17 — 19.), ut comparata est scriptura vulgata v. 16., *undecim* tantummodo discipuli recensentur. Quivis igitur ante verba v. 16. *ἐπέθηκε — Πέτρον Simonis nomen* requirat. Iis interpretibus, qui vulgatam expedire conati sunt, parum processerunt consilia, ut *Euthymio*, qui vs. 17. ad explicandos Accusativos *καὶ Ἰάκωβον — καὶ Ἰωάννην* sq. e vs. 13. *προςκαλεῖται* mente repetendum esse his verbis observavit: *ἀπὸ κοινοῦ τὸ προςκαλεῖται· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τοῦτο λαμβάνεται·* (hoc fieri nequit; nam quae versu 13. inchoatur eodem absolvitur sententia), et *Heupelio*, qui versu 17. memoriam verbi *ἐποίησε* v. 14. redintegrandam esse recte contendit. Videlicet neutro modo efficitur, ut qui *undecim* sint reddantur *duodecim*. Unus liber vocabulis *καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον* haec v. praeponit: *καὶ ἐποίησε τοὺς δώδεκα.* Sed praeterquam quod haec est lectio inutilis, quippe tum, quum jam esset locus corruptus, medelae loco inventa, difficultatem minime tollit. Nam vel sic *duodecim* numerari discipulos meritissimo postules h. r.: — *τὰ δαιμόνια. καὶ ἐποίησε τοὺς δώδεκα, Σίμωνα, (καὶ ἐπέθηκε — Πέτρον), καὶ Ἰάκωβον κ. τ. ἑ.*. Item fluxit *e correctione* haec aliorum Cdc. scriptura: *καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα, τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον.*

Quin ne vera quidem haec est ad sensum, quia *nonnullis* tantum (Petro, Jacobo et Johanni), non omnibus Apostolis, alia ab Jesu sunt imposita nomina. Violentius etiam Ital. Cd. Colbert. sero animadversam striblíginem ab h. l. amovit h. r.: *et imposuit nomen Simoni Petrus: et Jacobum Zebedaei et Johannem fratrem Jacobi: communiter autem convocavit* (?) *eos Boanerges, quod est filii tonitrui. Erant autem Simon et Andreas, Jacobus et Johannes, Philippus et Bartholomaeus* etc. Postremo sunt libri, qui ante v. *καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον* offerant *πρῶτον Σίμωνα*, quae v. quum ad structurae integritatem prorsus necessaria esse rectissime affirmasset *Beza*, prudenter ea receperunt *Erasmus Schmidius, Paulus* et *Schottus*, quorum sum exemplum imitatus. Nam et *duodecimum* haec praestat lectio Apostolum, et eo confirmatur, quod v. 16. pro *τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον* nonnulli Cdc. praebent *ὄνομα τῷ Σίμωνι Πέτρον*, quod, ne nimis concurreret Simonis nomen, in illius l. suffectum est. Quod objiciunt [v. c. *Erasmus, Kuinoelius* al.], *πρῶτον Σίμωνα* ex Matth. 10, 2. invectum esse, non credo. Quippe is locus valde est dissimilis: *πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος*. Speciosius potuerant obvertere, videri v. *πρῶτον Σίμωνα* ad explanandam, quae impedita erat, orationem interserta esse. Sed ne huic quidem argumento cederem, quum ista vocc. plane sint necessaria. Minime autem moveor eâ ratione, quâ post *Heumannum* usus est *Kuinoelius*, si sanum esset *πρῶτον Σίμωνα*, scribendum Marco fuisse *καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ* vel *ᾧ ἐπέθηκεν ὄ. Π.* pro *καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄ. Π.*. Quippe consulto videtur Marcus *τῷ Σίμωνι* hîc intulisse, ut quod nomen quo nomine commutatum fuerit, ex adverso positum conspiceretur. Minus enim ejusmodi l. placet conferre, cujusmodi est Ps. 48, 1.. Videntur v. *πρῶτον Σίμωνα* ob homoeoteleuton *τὰ δαιμόνια* in multis libris intercidisse. *καὶ ἐπέθηκε — Πέτρον*] *et indidit Simoni nomen Petrum* scil. non in monte (v. 13.), sed postea [cf. Matth. 16, 18.]. Non enim adducor, ut Marcum eam fovisse ratus sententiam, quae Joh. 1, 43. exponitur, cum *Heupelio, Heumanno* al. enarrem;

et indiderat Simoni n. P.. Moris fuisse judaicis magistris, nomina imponere discipulis, *Wetstenius* ad h. l. ostendit. Ceterum quemadmodum vs. 15. post *τὰ δαιμόνια* locanda *virgula* est, ita v. 16. v. *καὶ ἐπέθηκε* — *Πέτρον* et v. 17. *καὶ ἐπέθηκεν* — *υἱοὶ βροντῆς* parenthesis signis, quasi vinculis, oportet circumdari. — *Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*] Hoc dedi pro interpretamento *Ἰ. τ. ἀ. τοῦ Ἰακώβου*. Variatur *Ἰ. τ. ἀ. Ἰακώβου* — *Ἰ. τ. ἀ. αὐτοῦ Ἰακώβου* et *Ἰ. τ. ἀ. αὐτοῦ*. Vid. ad 1, 16. — *καὶ ἐπέθηκεν* — *υἱοὶ βροντῆς*] Quamquam bini fratres communi *Βοανεργὲς* nomine appellati sunt, bene tamen positus est Pluralis *ὀνόματα*, ut de duobus hominibus. Vox aramaica *Βοανεργὲς*, quam Marcus interpretatur *υἱοὶ βροντῆς*, composita est ex ܒܢܝ̈ i. e. hebr. בני et ܪܓܫ h. e. hebr. רגש [Ps. 64, 3.]. Tametsi Hebraeorum רגש *fremere* [Ps. 2, 1.] et רגש *frementem strepentemque hominum turbam* [Ps. 55, 5.] notat, Syris ܪܓܫ *tonitru* significasse quum ob Marci explicationem, tum propterea credibile est, quod Arabum رجس *crepare*, *tonare* valet. Ne quis autem *o* cum *Beza* elidendum putet [*Βενεργὲς*], Judaeos vel hodie Scheva per *oa*, ut N*oa*bhyim pro N*e*bhyim, enuntiare meminerit [vid. *Lightfoot.* et *Wetsten.* ad h. l.]. *Hieronymi* [in Daniel. c. I.] sententia, quam *Lutherus* secutus est, *pro Boanerges emendatius legi Benereem*, seu, ut idem scribit, *de nomin. hebr.*, *Banereem*, hoc uno nititur, quod *tonitru hebraice* רעם [Ps. 104, 7.], non רגש dici recordatus erat. Non pluris facienda est *Grotii* originatio, qui *Βοανεργὲς* concinnatum ex בני et רעש *strepitus, sonitus* (num hoc est *tonitru?*) judicat, Ezech. 3, 13. Jer. 10, 22. Job. 41, 21., quae l. *Kuinoelium* non evolvisse inde patet, quod in iis רגש reperiri pronuntiavit. Denique plane absona est monachi opinio [vid. *Heumann.* ad h. l.], compositum esse *Βοανεργὲς* ex בן, הרג et אש, ut *filium interficientis igne* denotet [!!]. Sed quaesitum magnopere est, quid fuerit, quod Jesus Jacobum et Johannem *Βοανεργὲς* vocaret. Apparet, suspicionibus, non argumentis hîc agendum esse. Neque enim Marcus, quidnam Jesus spectaverit, h. l. indicat,

neque eam rem ceteri N. T. scriptores prodiderunt. Plerique [v. c. *Clarius*, *Gualtperius*, *Heupelius*, *Wetstenius*, *Schleusnerus* s. v. *βροντή*, *Boltenius*], praeeuntibus graecis interpretibus [*Theophylactus: υἱοὺς δὲ βροντῆς ὀνομάζει τοὺς τοῦ Ζεβεδαίου ὡς μεγαλοκήρυκας καὶ θεολογικωτάτους.* cf. *Euthymium* et *Victorem Antiochenum.*] appellatos putant *filios tonitruum* h. e. *tonantes*, quod insigni eloquentiâ et doctrinam divinam expposituri et sensus hominum mentesque essent pertractaturi. Nam qui oratores gravi orationis genere hominum voluntates impellant, quo velint, *fulgere* dici et *tonare* [Cic. Orat. c. 9. Columella de re rusticâ praef. I. sect. 30.] h. e., *ἀστράπτειν* et *βροντᾶν* [Aristoph. Acharn. v. 530.]. Sed praecipuam quandam eloquentiae indolem, quâ ceteros Apostolos vincerent, in Jacobo et Johanne fuisse nullus docet N. T. locus. *Grotius* Zebedaei filios *Βοανεργές* vocatos credit propterea, quod essent *ad maximam rerum conversionem*, h. e. ad propagandam doctrinam divinam, *eximii Jesu futuri ministri*, ductis ex Hebr. 12, 26. cl. Hagg. I, 2, 7. argumentis. At haec satis mira opinio vel eo corruit, quod falsâ nititur originatione, quâ *Βοανεργές* a רַעַשׁ ducitur. Multo est probabilior *Heumanni* conjectura, quam *Kuinoelius* probavit, esse *Βοανεργές* non honorificum, sed contumeliosum nomen, inditum Zebedaei filiis ob eam rem, quae Luc. 9, 54. traditur. Nam quum vici Samaritani incolae Jesum, qui Hierosolymas proficisceretur, non recepissent, Jacobus et Johannes Jesum interrogarunt, an permitteret, ut Eliae imitati exemplum ignem de coelo delabi, qui homines perderet, juberent. Sic nomine *Βοανεργές* iracundia ulsciscendique cupiditas Zebedaei filiis ab Jesu exprobraretur h. r.: *filii tonitruum* h. e. *homines*, *qui ad detonandum praecipites feruntur*, vernacule Donnerleute, Donnermänner. Monent, quo contumeliosi nominis fidem faciant, Zebedaei filios a nemine *Βοανεργές* vocatos esse, quum honestum Petri nomen et ab ipso et ab aliis usurpatum fuerit. Sed ne *Heumanni* quidem sententia rem conficit. Nam Luc. 9, 54. non *tonare* audimus Zebedaei filios, sed *fulminare* videmus; unde eos aliquis *ignis* h. e. *fulminum* potius, quam *tonitruum filios* dicendos fuisse

existimet. Itaque hanc causam tanquam desperatam aliquam relinquimus. V. 18. et 19. Vid. ad Matth. 10, 3. 4.. Nunc, ut consultum esse nostrâ disputatione loco v. 14 — 19. intelligatur, eum placet convertere: *et constituit duodecim homines, futuros sibi comites perpetuos et legatos, qui doctrinam divinam propagarent, et mederi morbis malosque abigere genios possent, primum Simonem (Simoni posthac indidit Petri nomen), Jacobum, Zebedaei filium ejusque fratrem Johannem (his imposuit cognomen Boanerges, quod filios tonitruum significat), et Andream, Philippum, Bartholomaeum, Matthaeum, Thomam, Jacobum, Alphaei filium, Simonem, Cananitam et Judam, Cariothensem, qui magistrum etiam tradidit.* Hoc unum addo, certum videri, Marcum v. 14. narrare voluisse, *solemni modo duodecim discipulos in monte ab Jesu cooptatos esse Apostolos* h. e. homines, quorum operâ doctrina divina divulgaretur, et quibus esset morborum persanandorum exterminandorumque geniorum facultas (v. 14. 15.). Itaque et ad eos, quos oblatâ opportunitate jam antea comites sibi adjunxerat [cf. 1, 16 — 20. 2, 14.], tum solemni ritu adjecit ceteros, et omnes *eo ibi consilio* constituit, quod v. 14. et 15. enuntiatum est.

V. 20. *Καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον καὶ συνέρχεται πάλιν
ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μηδὲ ἄρτον φαγεῖν.*
21. *Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆ-
σαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· ὅτι ἐξέστη.* 22. *Καὶ οἱ
γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, ἔλεγον·
ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν
δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.* 23. *Καὶ προςκα-
λεσάμενος αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς
δύναται Σατανᾶς Σατανᾶν ἐκβάλλειν;* 24. *Καὶ ἐὰν
βασιλεία ἐφ᾽ ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι
ἡ βασιλεία ἐκείνη·* 25. *Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ᾽ ἑαυτὴν
μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη·* 26.
*Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς ἀνέστη ἐφ᾽ ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται,
οὐ δύναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει.* 27. *Οὐ δύ-
ναται οὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰςελθὼν εἰς τὴν*

οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ· καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. 28. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι, ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν· 29. ὃς δ᾽ ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ᾽ ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. 30. Ὅτι ἔλεγον· Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

V. 20. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον] h. e. *et domum veniunt* (und sie kommen nach Hause). cf. 2, 1.. Quamquam autem haec vocc. ad eam domum referenda sunt, in quâ Jesus, quando versaretur Capharnaumi, degere solebat [vid. ad 2, 1.], errant tamen id qui ipsis verbis εἰς οἶκον enuntiari credunt. Nam hoc pacto scriptum oportuerat εἰς τὸν οἶκον, quod unus praestat Cd. *Matthaeii.* Non accuratior est *Euthymii* enarratio εἰς οἶκόν τινος πιστοῦ. Perperam *Beza* v. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον rejicit ad finem vs. 19., ut cohaereant cum ἐποίησε vs. 14. h. s.: *duodecim Apostolos, quum essent ab Jesu ex reliquâ discipulorum turbâ selecti, ut posthac cum eo versarentur, domum cum eo ingressos esse, quod ante facere non soliti fuerint, quum eos Jesus in suum contubernium nondum adscivisset.* Manifestum est enim, vocabulis καὶ ἔρχονται καὶ οἶκον novam rem Marcum ordiri [cf. v. 13.] h. r.: *relicto monte domum veniunt* [vid. 1, 40, 3, 31.]. Quid, quod discipuli jam ante rem in monte gestam perpetui Jesu comites sistuntur [2, 23. 3, 7.]? *Kuinoelio* καί, ut est Viro docto vox πολυσήμαντος, h. l. valet *aliquando* vel *postea* [!!]. Videlicet quum multas res hîc loci a Marco praetermissas esse e Matth. 12, 22 sq. et Luc. 11, 14 sq. apparere putat, tum earum omissionem a Marco adsignificatam esse aequum censet. At quid fuerit, quod Vulgatus v. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον sic redderet: *et veniunt ad domum* quaeris? Ut illud expediret, quod v. 21. legitur multisque negotium exhibuit interpretibus, *egressos esse, qui Jesum prehenderent.* — συνέρχεται πάλιν ὄχλος] *iterum hominum turba confluit* scil., ut factum jam antea

erat, auditâ Jesu praesentiâ, Capharnaumi cf. 2, 2. — ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μηδὲ ἄρτον φαγεῖν] i. e. *ut non possent ne cibum quidem capere, nedum ut ad alias res agendas esset otium.* Sic plerique haec v. recte ceperunt interpretes, praeeunte Syro Philoxeniano, ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܗܘܘ ܐܦ ܠܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܚܡܐ ܟܠܠ (Male vetus interpres μηδὲ reticuerat). Sed hoc modo non decebat omnes μήτε repraesentare, quae vocula hic nihili est, [vid. ad Matth. p. 240.], sed e tribus Cdc. Mosq. amplecti μηδέ Marc. 2, 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. Luc. Var. Hist. I, 6. καὶ οὐκ ἔτ᾽ οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν. Plat. Conviv. 414, 11. *Bekker.* οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς βαίνει οὐδ᾽ ἐπὶ κρανίων, ubi vid. *Wolf.* Luc. Q. S. H. C. c. 12. fin. — ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ἐπιγνοὺς τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔτ᾽ οὐδ᾽ ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο. *Erasmi* interpretationem: *tanta fuit multitudo, ut non solum non suppeterent obsonia, sed ne panum quidem satis esset in cibum.* simillimus refellit l. infra 6, 31. ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοὶ καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. Non igitur *panis* opponitur *obsoniis*, sed arcte jungenda sunt v. ἄρτον φαγεῖν, quae ut formulae finitimae ἄρτον ἐσθίειν [Matth. 15, 2.] et ἄρτον τρώγειν [Joh. 13, 18. cl. hebr. אָכַל לֶחֶם Jerem. 41, 1. et Syr. ܐܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ vid Barhebr. Chronic. Syr. ed. *Bruns* et *Kirsch* (1789. 4.) p. 31.] simpliciter *coenare* significant. Postremo perperam Apostolos domi, Jesum in plateâ esse putant (vid. infra). *Saunierus* l. l. p. 64 sq. in argumentis, quibus Marcum vs. 7 — 35. ita suis abusum auctoribus evincere conaretur, ut nec perspicue satis acta exponeret, neque omnino res credibiles narraret, hoc posuit, *tantam hominum multitudinem, quanta h. l. diceretur, ad Jesum convenisse Capharnaumi h. e. in eo oppido, in quo degere Jesus et in quod, si quando inde discessisset, brevi postea reverti soleret, id vero a fide abhorrere.* Nam qui l. Marc. 1, 32. 33. 2, 1. 2. 3, 7. 9. 10. 4, 1. 5, 21. al. cum l. 1, 23—29. et 40—45. diligenter contulerit, Marci sententiam

hanc esse: *quum Jesus insignia quaedam et Capharnaumi* [cf. 1, 23 sq.] *et in itinere* [cf. 1, 40 sq.] *suae majestatis edidisset documenta, tantam continuo ejus existimationem fuisse, ut maximi ad eum fierent et Capharnaumi et quocunque in loco versaretur hominum concursus:* facile intelligat. V. 21. Multos circa unum versum ambitus fecerim, si quae in eo enarrando variant interpretes omnia exsequi velim. Nam quum hic vs. in difficillimis N. T. locis ab explicatoribus esset numeratus, dici vix potest, quot homines, ut eum ingenii sui luce perfunderent, quam contraria consilia attulerint. Quorum multis quod parum processerunt consilia, ob id fortasse minus ipsi culpandi sunt, quam Marci concisa brevitas accusanda. Nos de interpretum sententiis tantum commemorabimus, quantum accurata de h. l. disputatio desiderabit, praeclaramque rem consecuti nobis videbimur, si nonnulla plausu excepta consilia falsa procul dubio esse demonstraverimus, quid verum sit probabiliter tantum docuerimus. Ut versus vulgo legitur vix dubites, quin sanus sit paucorumque subsidiorum varietates partim ex interpretatione partim ex emendatione fluxerint [vid. infra]. Suspensus autem est nostri l. intellectus inde, ut pro inquisitâ et compertâ re habeamus, primum *quinam dicantur* οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, deinde *ad cujusnam rei famam pertineat* ἀκούσαντες, tum *quaenam subsit sententia verbo* ἐξῆλθον *et* κρατῆσαι, postremo *quinam dixerint* ὅτι ἐξέστη *et quid his sibi vocabulis voluerint.* Haec si a primo discesseris, facile possunt constitui omnia, ut non prorsus assentiar *Victori Antiocheno* ad h. l, qui τίνες δὲ inquit, οἱ ἀκούσαντες ἢ πόθεν ἐξῆλθον οὐ σαφῶς διηγήσατο ὁ Εὐαγγελιστής. Sed videamus, utrum id valeant humeri, an ferre recusent. Graecis scriptoribus οἱ παρά τινος sunt *legati ab aliquo missi.* Thucyd. 7, 10. τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἥκοντες εἰς τὰς Ἀθήνας οἱ παρὰ τοῦ Νικίου — εἶπον —. Aristoph. Acharn. v. 61. προςίτω Θεωρὸς ὁ παρὰ Σιτάλκους 1 Macc. 2, 15. κατῆλθον οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως —. [vid. *Wetsten.* ad h. l. *Valckenarius* Adnotat. crit. in loca quaedam libr. s. Novi T. p. 352 sq. *Toup.* Opusc. I. p. 370. et *Zeunius* ad Xenoph.

Cyr. 392. et 469.]. Similiter Latini. Cic. Offic. I, 13, 40. *Maximum autem exemplum est justitiae in hostem a majoribus nostris constitutum, cum a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi daturum et eum necaturum.* Liv. 31, 2. — *et ab Attalo rege et Rhodiis legati venerunt* —. 31, 9. — *legati ab rege Ptolomaeo venerunt* —. Liv. 32, 1. quod *legati ab Ardea* questi in senatu erant. Ad hunc usum qui nostrum l. exigat, ei vocc. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *Apostolos* explanare *ab Jesu missos* (vs. 14.) in mentem venire possit. Sed haec interpretatio ferri nequit propterea, quod non possunt non diversi esse *domum cum magistro ingressi Apostoli* (v. 20.) et οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *qui* (vs. 21.) *ut Jesum prehenderent, exiisse* dicuntur. Deinde quum παρὰ in formulâ θεωρὸς ὁ παρὰ Σιτάλκους et simil. *hominem* designet, *unde* (von welchem her) venias, permire discipuli h. l. dicerentur *ab Jesu venientes* (*die von Jesu her als Gesandte kommenden*). Apparet enim τοὺς παρά τινος recte vocari *alicujus legatos* non dum sint *cum eo, qui miserit*, sed dum absint ab eo, ut legationem perferant. Quin ne fungebantur quidem nunc legatione Apostoli, sed ut aliquando legati mitterèntur ab Jesu constituti fuerant [vid. ad v. 14]. Nunc autem cum doctore domi erant [v. 20.]. Postremo si οἱ παρ᾽ αὐτοῦ utique sunt *missi ab Jesu discipuli*, quid est, quod ad comprehendendum eum *exeant*, quem domi habeant? Nam ii quidem interpretes frustra sunt, qui Apostolos domi, Jesum in plateâ esse putant (vid. infra). Bene igitur illam explicationem, quam expressit MS. S. Gat. [*et quum audissent discipuli* —] rejecit *Wetstenius*. Eandem is videtur ingressus librarius, qui pro οἱ παρ᾽ αὐτοῦ e *correctione* dedit οἱ μετ᾽ αὐτοῦ et alter, qui eodem consilio οἱ περὶ αὐτοῦ exaravit. Scilicet ut τὰ περί τινος res sunt *ad aliquem pertinentes* [Dionys. de compos. verb. p. 43. ed. *Schaefer.* — οὐ γάρ σε δοκῶ πείθεσθαί μοι λέγοντι τὰ περὶ τοῦ εἴδους τῆς γυναικός· vid. *Heindorf.* ad Plat. Phaedon. §. 2. οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο;], ita οἱ περί τινος vocantur *qui ad aliquem quocunque modo pertinent, discipuli, comites* et s. p., qui vulgarius dicuntur οἱ

περί τινα homines se alicui circumfundere soliti [Luc. 22, 49.]. Denique idem illud secuti sunt multi recentiorum interpretum, v. c. *Lutherus* [*und da es höreten die um ihn waren*] *Knachtbullus*, *Hombergius* [sed hi parum diligenter explanant *quosdam ab eo missos*, quum v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, si ita ea accipere placuerit, non possint non declarare *homines ab eo missos*, *die von ihm als Gesandte kommenden*], *Heumannus*, *Krebsius*, *Reichardus*, *Griesbachius* l. l. P. II. p. 84., *Vaterus* al.. Sed ne quid tamen dissimulem, possit exsistere, qui eam, de quâ modo dicebamus, interpretationem eo sustinere conetur, ut laudatis iis, quae *Erfurdtius* ad Soph. Antig. v. 955. et *Schaeferus* ad Dionys. p. 119. afferunt, ut παρά cum Genitivo nonnunquam idem esse, quod παρά cum Dativo efficiant, v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *homines*, *qui apud eum essent* i. e. *discipulos valere contendat*. At ea l. omnia sic sunt comparata, ut cum hoc nostro conferri nequeant. Potuerat in iis poni παρά cum Dativo, sed recte etiam habet παρά cum Genitivo. Nam Diod. Sic. 19, 42. πολλοὶ παρ᾽ ἀμφοτέρων ἔπιπτον. 13, 17. — παρὰ δὲ Συρακουσίων ὀκτὼ μὲν τελέως διεφθαρμένων, ἑκκαίδεκα δὲ συντετριμμένων· contendi potest παρά cum vernaculo *von Seiten* et Soph. Antig. v. 955. παρὰ δὲ κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς ἀκταὶ Βοσπόριαι, ἰδ᾽ ὁ Θρῃκῶν Σαλμυδησσός —. praeverbium παρά hanc videtur vim habere; *sunt litora Bospori et Thracum Salmydessus*; *si quis a caeruleo pelago duplicis maris proficiscatur*. Sed quod concedi nequit, ultro concedamus, v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *homines*, *qui apud Jesum essent* significare posse. Quid tum? Nonne vel sic manet offensio in v. ἐξῆλθον supra a nobis exposita? Eandem ob causam interpretationem repudio, in quam aliquando incidi et quâ, si probari posset, v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ difficultas grammatica plane tolleretur. Putabam enim, οἱ παρ᾽ αὐτοῦ ἐξῆλθον usitatissimâ attractione [vid. ad *Heindorf*. Plat. Cratyl. p. 89 sq.] dictum esse pro οἱ παρ᾽ αὐτῷ ἐξῆλθον παρ᾽ αὐτοῦ h. s.: *qui cum eo erant in universum* (= *Judaei* v. 20.) *quum audivissent*, *eum malis ejiciendis geniis miracula patrare solere* (cf. v. 22.), *exierunt domo*, *ut eum prehende-*

rent; quippe putabant eum mente captum esse. Tribus laborat vitiis haec explicatio. Primum absurde Judaei, *ut Jesu potirentur*, cui vellent vincula injicere, *ab eo discederent* (!). Deinde peccatum est in enarrando v. ἀκούσαντες. Non enim erat, quod illorum portentorum fama ad Judaeos perferretur, ut qui iis, quum ederentur, interfuissent [cf. 1, 23 sq. 2, 12. 3, 10.]. Postremo minime est credibile, Judaeos Jesum, quia malos exterminasse genios diceretur, ex potestate exisse arbitratos esse. Etenim haec ipsa facultas magnâ Judaeos Jesu admiratione affecerat [cf. 1, 27. 28.]. Interpretum multo maxima pars v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ explanat *Jesu cognatos* [v. c. *Syrus vetus* ܘܫܡܥܘ ܐܢܫܝܗܘܢ, *philoxenianus* ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܐܢܫܐ ܕܝܠܗ *Vulgat. et quum audissent s u i*, *Theophylactus* ἀκούσαντες, φησὶν, οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, τουτέστιν οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ, τυχὸν οἱ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πατρίδος ἢ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κ. τ. ἑ., *Euthymius* ἀκούσαντες οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ — ἐξῆλθον κ. τ. ἑ. *Erasmus*, *Beza*, *Grotius*, *Wetstenius*, *Valckenarius* l. l. p. 353. *Kuinoelius*, *Schottus*, *Saunierus* l. l. p. 67.]. Argumentis utuntur his: *licuisse Marco Jesu cognatos dicere* τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ; *hos ipsos eum intellectos voluisse docere vocem* οὖν v. 31. *in epanalepsi positam. Idem inde elucere, quod Marcus* v. 23 — 35. *haud dubie tradere voluerit rem a Matthaeo* 12, 25 — 50. *consignatam. Denique ne qua sit admiratio, quod Jesu cognatos, ut eum insanire rati comprehenderent, domo exiisse legamus, eos tum temporis nullam in Jesu fidem reposuisse considerandum esse Joh.* 7, 3 — 5.. At enim *cognatos alicujus* Graecis esse οἱ πρὸς αἵματος, οἱ συγγενεῖς, οἱ οἰκεῖοι et οἵ τινος, sed οἱ παρά τινος praeter Marcum nemini contendit *Valkenarius* l. l.. Et sane quae *Raphelius*, *Wetstenius*, *Krebsius*, *Kypkius* al., ut v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *Jesu cognatos* recte enarrari docerent, adscripserunt l., pleraque vel corrupta sunt, ut LXX. Prov. 31, 21. πάντες γὰρ οἱ παρ᾽ αὐτῆς ἐνδιδύσκονται δίσσα, ubi e Cdc. reponendum οἱ παρ᾽ αὐτῇ, vel nihil ad nostrum l. conferunt, ut 1 Macc. 13, 52. — ᾤκει ἐκεῖ αὐτὸς καὶ οἱ παρ᾽ αὐτοῦ i. e. *habitavit ibi ipse ejusque posteri*; Polyb. 15, 4. συνέτυχε δὲ καὶ τοὺς ἐκ Ῥώμης

πρεσβεύιας — εἰς τὸν ναυτικὸν χάρακα τῶν Ῥωμαίων καταπλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν παρ᾽ αὐτῶν (*qui ab ipsis venerant* i. e. *Romanos*) ὁ *Βαίβιος* παραχρῆμα πρὸς τὸν Πόπλιον ἐξέπεμψε, τοὺς δὲ τῶν Καρχηδονίων παρακατεῖχε —. al.. Sed quum Graecis εἶναι παρά τινος declaret *ab aliquo esse* i. e. *ex alicujus vel natione* [Luc. Hosp. c. 4. — σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς ὦ ξένε; — καὶ αὐτός, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ᾽ ὑμῶν Τόξαρις τοὔνομα —.], *vel familiâ* [Luc. Tox. c. 51. ἐγὼ δὲ Ἀλανός τέ εἰμι καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν· παρ᾽ ἡμῶν γάρ, οὖσαν τὴν Μάστειραν ἠγάγετο ὁ Λυκάνωρ.], quidni οἱ παρά τινος scil. ὄντες *die von einem* (= *von eines Familie*, *Geschlechte*) *her sind* h. e. *alicujus cognati* dici possint, non assequor, nec quî aliter explicem Sus. v. 33. ἔκλαιον δὲ οἱ παρ᾽ αὐτῆς succurrit. Cetera argumenta satis firma sunt, si secundum exceperis, quod nullam certe habet necessitatem. Recte enim οὖν, ut saepe, v. 31., nisi alia obstarent, *ad novam rem* transitum pararet. Denique fuerunt, qui vocc. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *Pharisaeos et legis doctores* interpretarentur, ut *Victor Antiochenus*. Sed quo usu v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ significent *Pharisaeos* et *legis magistros*, neque docuit quisquam, neque ego exputo. Quare qui *Pharisaeos* ad Jesum comprehendendum h. l. dici egressos esse aequum censuerunt, ad emendationes confugerunt, velut *Toupius* Emend. in Suid. I. p. 143., qui conjecit καὶ ἀκούσαντες οἱ Φαρισαῖοι περὶ αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν —. Male. Nam praeterquam quod ea est hujus l. in libris conditio, ut conjecturas minime recipiat, in promtu est, τοὺς γραμματεῖς v. 22. et τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ v. 21. invicem opponi, ut Marcus τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ Jesum insanire arbitratos esse, sed τοὺς γραμματεῖς non simpliciter eum furere, sed furoris causam Beelzebulem esse dixisse perhibeat. Aptus hic locus est, quo insignem turpissimi Cd. D. corruptelam commemorem. Pervertitur in eo hic vs. in hunc modum: ὅτε ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς [hactenus consentit Ital. Cd. Colbert. *et quum audissent de eo Scribae et Pharisaei.*] καὶ οἱ λοιποὶ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ, ὅτι ἐξέσταται αὐτούς [Cd. Vers. lat. *quoniam exsentiat eos* = *admira-*

tione attonitos reddat.]. Scilicet v. ὅτε ἤκουσαν — λοιποί nata sunt ex interpretamento, ad quod scribam mala adduxit religio, ne Jesu cognatos tantum ausos nefas esse suspicemur, vocc. autem ὅτι ἐξέσταται αὐτούς perverso librarii studio, h. l. cum Matth. 12, 23. conciliandi, accepta referimus. At ne graecum quidem est ὅτι ἐξέσταται αὐτούς. Nam ut significet ἐξιστάναι ἄνθρωπον ἑαυτοῦ *hominis animum de certo statu demovere* [Demosth. adv. Mid. 537, 29. *Reiske*, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.], tamen Praeteritum Passivi sic poni non potuerat. His ita disputatis videamus, quid de toto versu statuerint interpretes. *Schoettgenius*, *Wolfius* al. vocc. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ *comites Jesu et discipulos* enarrant, relatoque v. ἀκούσαντες ad v. vs. 21. καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος vocem αὐτόν et ἐξέστη *ad populum* spectare putant h. s.: *quum audivissent cum Jesu in aedibus constituti discipuli, magnam hominum turbam ad domum convenisse et videndorum miraculorum cupiditate erectam tumultuari* (ubi haec Marcus dixerat?), *domo egressi sunt*, *ut turbam detinerent s. compescerent; nam dicebant*, *insanit plebs*. Hanc permiram enarrationem, quam jam *Euthymius Zigab.* proposuerat, spernendam esse recte judicavit *Beza.* Obstant ei haec. Primum οἱ παρ᾽ αὐτοῦ non sunt *Jesu comites*, vel *discipuli.* Deinde κρατεῖν, neque *detinere* declarat, neque *compescere.* Tum v. αὐτόν et ἐξέστη *ad Jesum* referantur necesse est. Denique male administratum est ἀκούσαντες, quod neque ad v. v. 20. καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, neque, ut alii arbitrantur, qui vocc. ὅτι ἐξέστη de Jesu dicta recte censent, ad v. v. 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μηδὲ ἄρτον φαγεῖν (nam quî inde, quod nescio quis negotiorum, quibus obruatur, mole, cibis aliquando abstinere *cogatur*, eum mente captum esse concludas?) spectat, sed *ad famam*, *quae exierat*, *Jesum Capharnaumum venisse* (cf. v. 20. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον). Id dudum vidissent interpretes, si loca similia consuluissent 2, 1. 6, 55. Quid, quod e vs. 21. recte colligitur, plebem non ante fores stetisse, sed domum intrasse [cf. 2, 1.], in quâ ita Jesu operam occuparit, ut ne coenare

quidem posset? Omnem de hâc re dubitationem praecidunt vs. 31. et 32.. *Valesius* Emend. I. cap. 7. hoc uno discrepat, quod v. ὅτι ἐξέστη *ad Jesum* relata interpretatur *abiit ex aedibus, secessit, non adest* h. r.: *quum audivissent discipuli, turbam Jesu videndi cupidam foris strepere* (?) *domo exierunt, ut eam compescerent* (?); *dicebant enim: secessit Jesus.* Habet haec interpretatio praeter ea vitia, quae in superiori carpsimus, duo nova. Nam quamquam tempora intransitiva v. ἐξίστημι interdum idem valent, quod ὑπεκτρέπεσθαι [vid *Lobeck.* ad Soph. Aj. v. 82. *φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ.*], tamen ἐξέστη h. l. nihil, nisi *insanit*, significare, e vs. 22. emergit, ubi eâdem, quâ h. l. παρ᾽ αὐτοῦ, calumniâ Jesum petunt οἱ γραμματεῖς, nisi quod gravioribus eam verbis concipiunt. Deinde quotusquisque Apostolos, ut detinerent plebem, mendacium dixisse credet? Nec plura habet, quibus se commendet, *Griesbachii* l. l. p. 84., quem *Vaterus* secutus est, explicatio: *quum audivissent discipuli* (?), *Jesum foris magnâ hominum multitudine circumfusum docere* (?), *domo egressi sunt, ut ex hominum turbâ ac tumultu in domum secum abducerent* (?), *quem quiete et cibo maximopere indigere putarent; quin, quod magis adhuc sollicitos ipsos reddebat* (unde haec?) *fuerant* (erant) *qui dicerent, nimiâ eum omnium virium contentione debilitatum vel ut* (?) *insanire.* Nam ne supra dicta repetam, male *Griesbachius* Jesum in plateâ apud plebem, Apostolos in aedibus fuisse commentus est [vid. supra.]. Falluntur, qui talia brevitatis studio reticere licuisse Marco cum *Heumanno* putant. Haec enim valet regula, ut quae nisi aperte indicata intelligi nequeant, a rerum gestarum scriptoribus non taceantur. Nunquam in eam peccarunt Evangelistae, sed saepe interpretes. Deinde κρατεῖν τινα temere explicuit *manu aliquem prehendere*, quum sit *comprehendere* (fassen) *aliquem, manus alicui injicere* [vid. Marc. 6, 17. 12, 12. 14, 44. 46. 49. 51. cl. *Valckenario* ad Eur. Phoen. v. 594.]. Quae *Grotius* l. in illam sententiam attulit, dissimilia sunt omnia, et multa quidem vel structurâ Matth. 9, 25. 28, 9. Marc. 1, 32. 9, 27.

LXX. 2 Reg. 4, 8.. Denotat in iis *κρατεῖν firmiter prehendere.* Postremo *Griesbachius* et neglexit particulam *γάρ*, et *ἔλεγον* impersonaliter positum perperam existimavit. Nam quum v. *ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη* ratio contineatur, quâ moti Jesum *οἱ παρ᾽ αὐτοῦ* comprehendere voluerint, *non potest ἔλεγον alio, nisi ad v. οἱ παρ᾽ αὐτοῦ pertinere.* Huc adjice, quod haud obscure opponuntur *οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, οἳ ἔλεγον, ὅτι ἐξέστη* v. 21. et v. 22. *οἱ γραμματεῖς, οἳ ἔλεγον, ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει.* Item multa incommoda et ea ratio importat, quam *Euthymius* his v. commemoravit: *ἕτεροι δὲ τὰ ῥητὰ τρόπον ἕτερον ἑρμηνεύουσιν, ὅτι ἐξῆλθον οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ* (?) *κρατῆσαι αὐτὸν, ἵνα μὴ ὑποχωρήσῃ· ἔλεγον γάρ τινες* (?), *ὅτι ἐξέστη, ἤγουν, ἀπέστη ἀπ᾽ αὐτῶν διὰ τὸν ὄχλον.* (nam contra scriptoris sententiam Jesus constituitur in plateâ; male v. *οἱ παρ᾽ αὐτοῦ* ad Jesu discipulos referuntur et perperam enarratur *ἔλεγον*; vid. supra.), et quam *Grotius*, *Heupelius*, (de quo homine, qui sine idoneâ statuendi potestate priores interpretes ita expilat, ut eorum observationes ad juvenum captum accommodet, *Valckenarii* l. l. p. 355. reverere judicium,) *Heumannus*, *Kuinoelius*, *Koesterus* in l.: Immanuel u. s. w. p. 185. al. praeeuntibus veteribus [vid. *Euthymium* ad h. l.] secuti sunt. Horum in eo concordat sententia, quod v. *ἐξέστη* non *ad furorem*, sed *ad animi deliquium* referunt, ut idem sit, quod *ἐλειποθύμησε* vel *ἐλειποψύχησε* h. s.: *Jesu cognati, quum ita eum a turbâ obrui audivissent, ut cibum capere non posset* (?), *domo suâ exierunt, ut manu eum prehenderent* (?) *et a turbâ, quo vires cibo reficeret, abstraherent* (haec Marco obtrusa); *nam rumor exierat* (?), *eum a se ipsum discessisse = eum tantum non exanimatum esse docendo.* Quamquam inter illos de singulis minime convenit. Nam *Heumannus τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ* interpretatur *discipulos*, *Heupelius ἔλεγον γὰρ* rectius transfert *dixerunt inter se*, *Koesterus* l. l. *κρατῆσαι* enarrat *sustinere* (halten) [?], quem a *λειποθυμίᾳ* proxime abesse suspicarentur, et *Kuinoelius Lutherum* (*er wird von Sinnen kommen*), qui et ipse *ὅτι ἐξέστη* de *λειποθυμίᾳ* acceperat [vid. ejus glos-

sam ad h. l.] imitatus v. ὅτι ἐξέστη reddidit *deliquium animi patietur*. Nam Aoristum passim poni pro Futuro (!!). At enim si unquam verbum ἐκστῆναι valeret *animi deliquium passum esse*, ut Substantivum τῆς ἐκστάσεως de *graviori defectione* sane ponitur, certe h. l. ob causam supra manifestatam declarare deberet *mente captum esse*, = ἐκστῆναι τοῦ φρονεῖν s. παραφρονεῖν, cui opponitur σωφρονεῖν [2 Cor. 5, 13.]. Nos *Bezae*, *Valckenarii* l. l. p. 351 sq. al. sententiam probamus, ut ei tamen correctionem adhibeamus. Transferendus videtur v. 21. h. m.: *quum Jesu cognati* (mater et fratres v. 31.) *audivissent*, *eum Capharnaumi esse*, *domo suâ exierunt* (falluntur qui ἐξῆλθον pro ἦλθον locatum esse opinantur; vid. ad 1, 38.), *ut manus ei injicerent; dicebant* (= putabant) *enim*, *eum mentis esse inopem*. Scilicet v. 20. potiora sunt v. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον, ad quae referri oportet ἀκούσαντες. Vocc. καὶ συνέρχεται — φαγεῖν v. 20. eo Marcus adjecit consilio, et ut famam reversi Jesu, ut fieri solitum fuerit Capharnaumi (2, 1.), plebem sedibus suis excivisse doceret et ut lector intelligeret quae v. 31. — ἔξω ἑστῶτες ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν et 32. — ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε. leguntur. V. 21. et 22. iniqua proferuntur de Jesu judicia, quum propinquorum, tum legis magistrorum. Pertinent ea non ad rem tum ab Jesu Capharnaumi factam, velut eo, quod a cibis sese abstinere coactus fuerit (v. 20.), sed *ad omnes praeclare ab eo gestas res*, quae hominum sermonibus celebrabantur. Erat autem Jesus in omnium ore quum ob eximiam docendi dexteritatem (1, 22.), tum ob summa edita miracula (1, 27. 2, 12. 3, 10.). Itaque propinqui *est homo fanaticus*, inquiunt, *Jesus*, *quem doctorem miraculorumque effectorem tantopere extollunt; faciamus*, *quod propinquorum est; in nostram eum domum comprehensum deducamus.* Sed legis doctores pro concepto in Jesum odio acerbius etiam *Beelzebul*, inquiunt, *inclyto magistro mentem ademit; hoc auctore miracula patrat.* Cognatorum absentium sententiam tum nescit Jesus, neque alio fine eam h. l. Marcus commemoravit, quam ut lector, quaenam fuisset cognatis veniendi causa

[v. 21. cl. 31.] sciret. Unde nulla illius in sq. ratio habetur. Sed temerarium jureconsultorum, qui, turbae immixti aderant (cf. v. 23.) judicium vel audiverat Jesus, vel rescierat. Quare eorum crimen ita diluit, ut ineptum et improbum esse ostendat v. 23 — 30.. Ceterum quae v. 21. de Jesu cognatis narrantur, a fide non abhorrent. Etenim quae Jesus divinâ adjutus virtute peregit, fanatico eum errore consternatum facere credebant, tanquam ἄπιστοι [Joh. 7, 3 sq.], et quem insanire putabant, ejus providam curam a propinquis habendam esse existimaruut. Fuisse autem Mariam et fratres tum temporis ἀπίστους, inde etiam colligas, quod in iis, qui Jesum *doctorem* vel secuti fuerint, vel audiverint, ab Evangelistis non recensentur. Videntur sero resipuisse [Joh. 19, 27. Act. 1, 14.]. V. ἐξῆλθον v. 21. significare *domo suâ exierunt* liquet. Haec fuit Nazarethae [Marc. 6, 3.], non, ut *Grotius* contendit, Capharnaumi. Sed quum Nazaretha Capharnaumo vicina fuerit, non est, quod cognatos mox adesse miremur (v. 31.). V. 22. καὶ — καταβάντες] [vid. v. 8.]. Vocula καὶ *Kuinoelio sed* significat et mox vs. 23. *quare*, quod inde apparere putat, quod LXX. Jes. 5, 25. Jerm. 44, 23. על-כן utcunque reddiderant voce καί. Immo utrobique simplex est copula *et*. — ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει] *habet Beelsebulem* [vid. ad Matth. p. 380 sq.] h. e. *agitat eum Beelsebul* [Matth. 11, 18. Joh. 7, 20. 10, 20.]. Bene *Syrus* ܒܥܠܙܒܘܒ ܐܝܬ ܒܗ *est in eo Beelsebub.* Haec calumnia tanto est, quam propinquorum suspicio v. 21., detestabilior, quanto majori est opprobrio, a nequissimo improborum geniorum principe agi, quam fanatico teneri errore [vid. ad v. 21.]. V. 23. προςκαλεσάμενος αὐτοὺς] scil. τοὺς γραμματεῖς v. 22., non autem *discipulos* v. 20.. Quam Jesus advocatis jureconsultis orationem habet V. 23. — 29., bipartita est. Nam et absurdam demonstrat legis magistrorum calumniam esse v. 23 — 27., et ita pravam, ut certissimâ, quae *nunquam* condonetur, poenâ vindicetur v. 28. 29.. πῶς δύναται — ἐκβάλλειν;] *quomodo potest malus daemon* (superior) *malum daemonem* (inferiorem) *exterminare*, ut vos me,

Beelsebulis, *improborum geniorum principis vi adjutum improbos ejicere genios calumniamini?* h. e. *non potest m. d. m. d. e.*. Male igitur *Schottus: quomodo potest Satanas semet ipsum ejicere?* V. 24. et 25. *καί* utrovis in l. valet *et* h. r.: *non potest daemon daemonem ejicere; et respublica et familia*, *secum ipsa dissidens*, *consistere non potest*. V. 26. Jam prolatas v. 24. et 25. similitudines ad rem, quae agitur, Jesus transfert h. m.: *etiam Satanas* [= Beelsebul], si (exterminando satellite) *in se saevit et se infestat*, *non potest consistere*, *sed ad nihilum recidit*, scil. ut discors respublica et familia v. 24. 25.. [cf. ad Matth. p. 434.]. Denotat igitur *καί etiam*, non, ut *Kuinoelius* existimavit, *sic* i. q. *οὕτως* et *ὁ Σατανᾶς Beelsebulem*, non, ut *Grotius* affirmavit, *totum malorum daemonum genus*. Ne hoc quidem largior, quod *Kuinoelius* contendit, Hebraeorum וְ poni interdum pro כֵּן. E tribus, quae laudavit, locis duo ita plana sunt, ut quî afferri potuerint, non intelligas Prov. 26, 9. 27, 15.. Tertius Prov. 25, 25.: מַיִם קָרִים עַל-נֶפֶשׁ עֲיֵפָה וּשְׁמוּעָה טוֹבָה מֵאֶרֶץ מֶרְחָק concisum habet loquendi genus, quod vernaculo sermone bene imiteris: *kühles Wasser für einen Lechzenden und frohe Kunde aus fernem Lande* — h. e. *frigida*, *quâ sitis ejus*, *qui areat*, *exstinguatur et laetus ex longinquâ terrâ nuntius* (*magno suo pretio*) *recte componuntur*. Imposuerunt *Kuinoelio* LXX. V. 27. ad Matth. p. 436. *οὐ δύναται οὐδείς*] Quamquam quod *Matthaeius* et *Griesbachius* receperunt *οὐδεὶς δύναται* in permultis legitur Cdc., tamen haud cunctanter revocavimus *οὐ δύναται οὐδείς* [Luc. 4, 2. *καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*. Joh. 6, 63. *ἡ σάρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν*. 9, 33. *εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν*. vid. clariss. *Reisig*. ad Soph. Oed. Col. l. l. p. 239 sq. et fratris Quaest. Luc. p. 153.]. Quis enim inducat animum, librarios posuisse *οὐ δύναται οὐδεὶς* pro simplicissimâ lectione *οὐδεὶς δύναται?* Contra eos duplicatam negationem interdum moleste tulisse compertum habemus; vid. Marc. 9, 8. 12, 34. Luc. 23, 53. Joh. 6, 63. var. lect.. *καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει*] *et tum* (vincto homine robusto) *domum ejus diripiet*. Lectio *διαρ-*

πάσῃ, quam probavit *Beza*, commendavit *Griesbachius*, recepit *Matthaeius*, cum *Grotio* postponenda est vulgatae διαρπάσει. Est illa ab iis illata, qui v. καὶ τότε sq. apta ex ἐὰν μὴ, quam sui esse arbitrii maluissent [vid. Matth. 12, 29.]. Sed, quae sit hujus vs. et vs. 23—26. necessitudo, quaeris? Scilicet vs. 23—26. absurde jureconsultos dixisse Beelsebulis auctoritate ab se malos genios exterminari hoc argumento Jesus demonstraverat, quod ita Beelsebul ipse sibi detrimentum importaret, quod credi non posse. Nunc v. 27. reputate, inquit, non posse quemquam robusti aedes expilare, nisi reliquis posthabitis vincula domino circumdederit. Sic malos daemonas non Beelsebulis, sed naturae hoc potentioris h. e. *divini spiritus* ope a me ejici vosque huic spiritui convitiatos esse confitebimini. Sed hâc culpâ nulla est capitalior [v. 28. et 29.]. V. 28. Non tantum pondus habent subsidia, quae ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων τὰ ἁμαρτήματα repraesentant, ut eam lectionem cum *Griesbachio* suspiciamus.—καὶ αἱ βλασφημίαι, ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν] Articulum αἱ, qui post καί facile exciderat, recte reposuit *Griesbachius*. Sed errat *Schulzius* l. l. Tom. III. Fasc. I. p. 89. Marcum esse scriptorem περισσολόγον e v. inertibus ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν apparere ratus. Nam fundunt illa v. notionem *omnium conviciorum* h. m.: *et contumeliae, quascunque dixerint* = καὶ πᾶσαι αἱ βλασφημίαι αὐτῶν. Omnino autem rectius de βραχυλογίᾳ, quam de περισσολογίᾳ Marci conqueraris. V. 29. ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως] Variant Cdc. κολάσεως, ἁμαρτίας et ἁμαρτήματος. *Griesbachius* l. l. p. 85 sq. dubius haeret, utrum ἁμαρτήματος an ἁμαρτίας praeferri debeat, ceterum κρίσεως et κολάσεως tanquam interpretamenta cum *Grotio* et *Millio* proleg. §. 401. damnans. Nam non opus fuisse planissimum κρίσεως illustrari verbis ἁμαρτίας, ἁμαρτήματος et κολάσεως. At enim non sunt vocc. ἁμαρτίας et ἁμαρτήματος interpretamenta vocis κρίσεως, sed substituta ἁμαρτίας et ἁμαρτήματος in κρίσεως locum a librariis, quia alioquin oppositio non constare videretur; cf. vocc. οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Deinde ut locutio ἔνοχον εἶναι ἁμαρτίας non minus bene com-

parata sit, quam Latinorum *teneri crimine*, *criminis reum esse*, recte tamen offendaris junctis v. *αἰωνίου ἁμαρτήματος aeterni flagitii*, *einer ewigen Sünde*, quod edat mihi aliquis, quid tandem sibi velit. *B e z a aeternum peccatum*, inquit, *foret peccatum nunquam delendum.* Sed nemo unquam sic locutus est. E diversi generis l. Joh. 9, 41. *εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.* nihil efficitur. Ibi enim v. *ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει* recte sunt opposita vocc. *οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν* h. m.: *si caeci essetis*, *p e c c a t i s n o n t e n e r e m i n i* [= non essetis peccatores]; *nunc autem quum vos caecutire negetis*, *m a n e n t v e s t r a p e c c a t a* [= vos peccatores esse, restat]. *G r i e s b a c h i i* ratio, *de peccatore*, *qui οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα*, *haud inepte dici potuisse ἔνοχον αὐτὸν εἶναι αἰωνίου ἁμαρτήματος*, non eo pertinet, ut *Marcum αἰωνίου ἁμαρτήματος* scripsisse putemus, sed ut, quî *absurdi librarii αἰωνίου κρίσεως* in *αἰωνίου ἁμαρτίας* vel *ἁμαρτήματος* corrumpere potuerint, intelligamus. Postremo qui *αἰώνιον ἁμάρτημα aeternam peccati p o e n a m* ex Hebraismo declarari post *Grotium* observaverunt, meminisse debuerant, Hebraeorum חַטָּאת ad sensum hic illic *peccati poenam* verti posse, ut Zach. 14, 19. "זֹאת תִּהְיֶה חַטַּאת מִצְרָיִם וְחַטַּאת כָּל־הַגּוֹיִם *haec erit peccati ratio Aegyptiorum omniumque populorum*, *qui non venerint* etc. h. e. ad sensum *sic delictum luent Aegyptii* etc. (cf. v. 17. et 18.). Num ex hujuscemodi l. recte dici *αἰώνιον ἁμάρτημα aeternam peccati poenam* elucet? Contra optimum est *αἰωνίου κρίσεως judicium aeternum* de eo, qui aeternae (aeternum sustinendae) poenae condemnatur. Item in sensum apte quadrat *κολάσεως*; sed hoc quidem est interpretamentum [cf. Matth. 25, 46.]. His ducti rationibus junctâ cum *Matthaeio* societate sincerissimum putamus esse *κρίσεως*. Sensus v. 28. et 29: *omnia peccata hominibus condonabuntur et contumeliae omnes; sed quicunque divino spiritui convitiatus fuerit*, *ei n u n q u a m venia contingit*, *sed aeternae reus est poenae.* Laeserant jureconsulti divinum spiritum eo, quod quae hujus ope Jesus edere solebat miracula, ad pessimum pessimorum geniorum principem retulerant (v 22.). Ob id

ipsum autem, quod ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία nullâ finitione Matth. 12, 31. Marc. 3, 29. (Luc. 12, 10.) comprehenditur, sed jureconsultis exprobratur, qui quae divini erant spiritus Beelsebuli tribuebant, castiganda eorum est Theologorum mala sedulitas, qui quae flagitia ad τὴν τοῦ πνεύματος βλασφημίαν recte referantur, ex istis l. generatim constituerunt [cf. ad Matth. p. 437.]. Sic *de Wettius* in l.: Biblische Dogmatik u. s. w. p. 227. τὴν τοῦ πνεύματος βλασφημίαν omnino *in contumaciâ, quâ honesto adverseris*, cerni sibi persuasit. V. 30. ὅτι ἔλεγον — ἔχει] Est haec, ut *Beza, Castalio, Grotius, Heupelius, Kuinoelius* al. recte viderant, Marci annotatio: *haec Jesus disputavit, quia dixerant* (jureconsulti), *impurus eum agitat genius* (v. 22.). cf. Marc. 1, 44. Luc. Philops. c. 27. Οὕτως ὀναίμην ἔφη τούτων (ἐπιβαλὼν αὐτοῖν τὴν χεῖρα) ὡς ἀληθῆ ὦ Τυχιάδη πρός σε ἐρῶ —. c. 29. τί δ᾽ ἄλλο εἶπεν ὁ Εὐκράτης ἢ τουτονὶ τὸν ἀδαμάντινον πείθομεν (δείξας ἐμέ) ἡγεῖσθαι δαίμονάς τινας εἶναι —. Cic. Brut. 72, 253. *Quin etiam in maximis occupationibus, quum ad te ipsum* (*inquit in me intuens*) *de ratione latine loquendi accuratissime scripserit*, etc..

V. 31. Ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· καὶ ἔξω ἑστῶτες ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτόν. 32. Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε. 33. Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου; 34. Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. 35. Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφή μου, καὶ μήτηρ ἐστί.

V. 31. Vocula οὖν *igitur* h. l. in epanalepsi posita est [cf. 1 Corinth. 8, 4. *Heindorf.* ad Plat. Eythyd. §. 34. Sic *ergo* legitur Cic. ad Herenn. 1, 6, 10.]. Nam revertitur Marcus ad vs. 21., ut quos ibi, ut Jesu manus inferrent, domo suâ egressos esse narraverat, hîc venisse dicat. — οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ] Hanc scripturam conservavi, alteram ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, quam in ordinem intulit *Griesbachius*, cum

Beza, *Matthaeio*, *Kuinoelio* al. a librariis profectam ratus, qui malâ ducti religione, quam auxissent loci paralleli Matth. 12, 46. Luc. 8, 19., verborum ordinem inverterent, ne major honor Jesu fratribus, quam matri tribueretur. V. 32. *καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν*] Ergo plebs non tumultuata ante fores est, sed domum intraverat (cf. v. 31.); vid. ad v. 21.. *εἶπον δὲ αὐτῷ*] *dicebant autem ei* (man sagte ihm). Itaque haec v. in universum posita sunt, ut neque ad missos a propinquis, qui ante fores constiterant, homines (v. 31.), neque ad eos de plebe, qui Jesu proximi sedebant (v. 32.) referantur. — Vocc. *καὶ αἱ ἀδελφαί σου*, quae post v. *οἱ ἀδελφοί σου* multa praebent subsidia, adulterina esse puto. Nam primum quidem a more Judaeorum istius temporis abhorrere videtur, *sic in publicum prodire turbaeque se immiscere puellas*, quam rationem l. Matth. 14, 6. 26, 7. Luc. 10, 38. infirmare frustra labores. Deinde comparatis v. 36. 6, 3. cl. Matth. 13, 56., quae l. Jesu sorores fuisse partim ostendunt [Marc. 6, 3. Matth. 13, 56.], partim docere videbantur [Marc. 3, 36.], movere librarios poterat, ut commemorandas hîc fuisse Jesu sorores ducerent. Postremo argumentum, quo *Millius* proleg. §. 1343. et *Matthaeius* ad h. l. utuntur, sublata esse v. *καὶ αἱ ἀδελφαί σου* a scribis, quod v. 31. 33. 34. nullam Jesu sororum mentionem injectam vidissent, non potest tantum, sed debet etiam meâ sententiâ sic inverti, v. *καὶ αἱ ἀδελφαί σου* v. 32. ob id ipsum spuria censenda esse, quod neque v. 31., ubi scriptor narrat, qui venerint, neque v. 33. et 34., ubi Jesus ejusmodi voces fundit, quibus haud obscure ad rem ipsi relatam (v. 32.) alludat, sorores commemorentur. Nam hoc fieri utique oportebat. Proinde v. *καὶ αἱ ἀδελφαί σου* a *Matthaeio* et *Griesbachio* recepta exclusimus [cf. *Griesbach.* l. l. p. 87 sq.] V. 33. *τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου;*] Genuinum videtur *ἢ* [*quinam mihi matris vel fratrum loco sunt?*], quamquam *καί*, quod in aliis libris est, bene habet [*quosnam matris et fratrum numero puto?*] Suspicor enim, *καὶ* e Matth. 12, 48. petitum esse. V. 34. *περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους*] Hoc plane graecum est; *quum circumcirca*

circumtulisset oculos in eos, qui circa ipsum sederent. 6, 6. καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ, διδάσκων. Aristoph. Ran. v. 193. οὐκοῦν περιθρέξει δῆτα τὴν λίμνην κύκλῳ. Variantes lectiones περιβλεψάμενος τοὺς κύκλῳ καθημένους — περιβλ. τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν καθημ. — περιβλ. τοὺς περὶ αὐτὸν κύκλῳ καθημ. — περιβλ. τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους λέγει —. spernere licet. Sunt enim offensorum opinato pleonasmo περιβλεψάμενος κύκλῳ librariorum *correctiones.* Similiter turbatum est 6, 6.. V. 35. οὗτος — καὶ μήτηρ ἐστί] Consulto missi sunt Articuli. Non enim haec proprie dicuntur, sed figurate h. s.: *nam quicunque se ad Dei voluntatem componat fratris, sororis et matris mihi loco est* = *in summo apud me pretio est*, πάντα ἐστί μοι vid. *Valckenarius* ad Eurip. Phoen. p. 425. (ein solcher Mensch ist mein Alles). Cf. quae a *Wetstenio* et a nobis ad Matth. 12, 50. allata loca sunt. Itaque nisi Jesu sorores fuisse aliunde constaret, ex h. l. effici non posset. — Si quis quae v. 7 — 35. perhibentur praejudicatâ non impeditus opinione legat, non dubito, quin apta, perspicua et bene connexa judicaturus sit. Confert se Jesus Pharisaeorum devitaturus insidias (v. 6.) comitantibus discipulis magnaque eum prosequente, qui e diversissimis regionibus convenerant, hominum turbâ (v. 7—9.). ad mare galilaeum, ubi quidnam actum fuerit, v. 9—12. exponitur. Tum petit vicinum Capharnaumo montem ibique solemni ritu duodecim constituit Apostolos, quorum nomina recensentur v. 13 — 19.. Jam Capharnaumum revertitur, quâ re divulgatâ, ut fieri solet, plurimi homines, qui eum summi faciunt, ad eum confluunt. Non desunt tamen, qui inique statuant. Nam tum temporis cognati fanatico impetu consternatum insanire arbitrati, ut eum comprehendant, Nazarethâ proficiscuntur (v. 21.) et jureconsulti, qui immisti plebi adsunt, Beelsebulis furiis instinctum miracula patrare calumniantur v. 22.. Quam calumniam quum et temerariam et longe improbissimam esse demonstrasset v. 23—30., matrem et fratres foris stantes ipsum arcessere nuntiabatur v. 31. 32.. Tum vero hanc memorabilem edidit vocem; cognatorum numero eos sibi esse, qui Deo pareant. Hinc dissideo a *Sauniero* l. l.

p. 65., qui v. 7—35. res parum credibiles afferri easque non satis perspicue narrari dicit. Sic Jesum eo tempore, quo, ut Pharisaeorum insidiis se subduceret, secederet, magnam hominum turbam se prosequi passum esse, difficulter credi posse (v. 7. 8.). At nonne ejusdem rei auctor est Matthaeus 12, 15.? Addit *Saunierus*, in monte cooptatos esse duodecim Apostolos solemniter, non magis verisimile esse. At idem narrare Lucam 6, 13. ex ejus v. evincitur. Ceterum cf. ad v. 19.. Tum quae de v. 21. *Saunierus* dicit, falsâ nituntur ejus vs. interpretatione. Postremo quid fuerit, quod Pharisaei Jesum Beelsebulis furore instinctum esse dicerent, in Matthaeo 12, 24. cl. v. 22. 24. et Luca 11, 15. cl. v. 14. apertum esse, non item in Marco, contendit. At enim in Marco quid de Jesu rebus judicandum sit, *in universum* jureconsulti expromunt. Marcum autem hîc quoque Matthaei et Lucae commentariis usum esse plura l. docent [vid. v. c. 3, 7. cl. Matth. 12, 15. Marc. 3, 11. cl. Matth. 12, 16. Marc. 3, 24—26. cl. Matth. 12, 25. 26. Marc. 3, 27. cl. Matth. 12, 29. Marc. 3, 33. 34. cl. Matth. 12, 48. 49. Marc. 3, 13. cl. Luc. 6, 12.]. Restat, ut quâ permotus causâ Marcus res a Matthaeo et Luca diversis in locis traditas [vid. 3, 7 sq. cl. Matth. 12, 15. 4, 25. Luc. 6, 17—19. Marc. 3, 13—19. cl. Luc. 6, 12 sq. Marc. 3, 22 sq. cl. Matth. 9, 34. 12, 24—29. v. 46—50.] quo vidimus modo in h. l. conjecerit, disputemus. *Griesbachius* Comment. theol. a *Velthuseno*, *Rupertio* et *Kuinoelio* ed. T. I. p. 375., *Saunierus* l. l. p. 66 sq. et *Theilius* in *Wineri* Journal der theol. Literatur T. VI. p. 22. sic censent. Ad Matthaei se auctoritatem Marcum retulisse 3, 7—12. propterea, quod in Luca 6, 12 sq., quem 1, 21 — 3, 6. maxime secutus fuisset, jam in longam orationem incideret, quam literis consignare non esset consilium. Sed priusquam rem a Matthaeo 12, 24 sq. narratam persequeretur 3, 22 sq., e Luca 6, 12—17. supplendam duxisse, quae ultra differri non potuerit, duodecim Apostolorum cooptationem 3, 13 sq. Haec non ab omni parte vera. Nam quae Marc. 3, 7—19. leguntur, *e Luca* 6, 12—17. *cum aliquo Matth.* 4, 25. 12, 15. *respectu* expressa nobis videntur. Omnino autem illorum

VV. DD. diligentiam nimiam esse existimo. Nam unde Marcus unamquamque sententiam, ne vocem dicam, mutuatus fuerit, ante oculos ponere conantur. Quod consilium summâ laude dignum videretur, si Marcum a Matthaeo et Luca totum ita pependisse ostendi posset, ut eorum libros tantum expilaret. Nunc autem, unde sumserit quae v. 17. et 21. narravit, istâ sententiâ non demonstratum est. Quocirca existimo, Marcum vs. 7—21. illud maxime secutum esse, ut res, quo modo et quo ordine gestas arbitraretur, cum fide referret, deinde in illis perscribendis Matthaei et Lucae libris de more usum.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Quum Jesus aliquando in maris galilaei litore doctrinam divinam exponere coepisset, tanta paullatim confluxit auditorum multitudo, ut conscenso lembo in mari docere cogeretur v. 1.. *Instituit autem ibi plebem collationum adminiculo usus, quas singulas afferre non operae fuit Marco* v. 2. cl. 33.. *Et quam primo quidem loco literis consignavit, eâ de satore continebatur fabula* v. 3—9.. (*Hujus sententiam non assecuti discipuli privatim postea doctorem de ejus consilio interrogârunt* v. 10.. *Tum Jesus: miror equidem, inquit, discipuli, quod vos propositam parabolam non perspexistis, quos, ut regni divini mysterio initiatos, omnes percipere parabolas oporteat. Nam vobis ea cognitio concessa est divinitus, ut regni messiani rationem intelligatis; contra plebeculae, ut e Jesajae oraculo manifestum est, obscurior tantummodo ejus rei per parabolas significatio a Deo destinata* v. 11 — 13.. *His dictis Jesus et rationem reddidit parabolae* v. 14 — 20. *et ut virtuti studerent* v. 21. 22. *et animum ad magistri doctrinam attenderent* v. 24. 25., *in universum discipulos commonuit.*) *Secundâ similitudine Jesus hanc sententiam adumbravit, impraesentiarum in hoc uno suam operam occupari, ut, tanquam agricola semina, divinam spargat doctrinam, quantum ager efficiat frugum, non magis, quam*

colonus, curans, sed Deo permittens. Verum enim messis tempore falcem se segetibus immissurum esse, ut bonum frumentum regno messiano, quasi horreo, recondat, sterilem avenam Tartarorum ignibus tradat v. 26—29.. Tertiâ collatione hoc subindicavit, perangustos regni messiani limites magis magisque proferri v. 30—32.. Ceteras, quas Jesus tum proposuisset parabolas, consulto Marcus reticuit v. 33., hoc uno adjecto, nullam non eum explanasse discipulis privatim v. 34.. Sub ejusdem diei, quo isto modo in litore docuerat, vesperam dimissâ plebe mare Galilaeae, non apparato itinere, trajecit cum discipulis v. 35. 36.. In quo trajectu quum coortâ tempestate magnopere jactarentur, paucis verbis et vento silentium et mari quietem imposuit, exprobrans discipulis timiditatem et fiduciae inopiam v. 37—40.. Ex hoc autem miraculo, esse Jesum majoris, quam humanae, sortis virum rectissime discipuli argumentati sunt v. 41..

V. 1. *Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολύς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.* 2. *Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλά, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·* 3. *Ἀκούετε· Ἰδού, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.* 4. *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινά, καὶ κατέφαγεν αὐτό.* 5. *Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς·* 6. *Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν ἐξηράνθη.* 7. *Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν αὐτό, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε.* 8. *Καὶ ἄλλα ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλήν, καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα, καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.* 9. *Καὶ ἔλεγεν· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.*

V. 1. *Πάλιν*] Nam idem jam fecerat antea; cf. 2, 13.. Tempus, quo Jesus in maris galilaei litore docuerit, non de

finivit Marcus. Aliter visum est Matthaeo 13, 1. cl. 12, 48. ἤρξατο διδάσκειν] Haec v. *Lightfootus*, quem *Heupelius*, *Kuinoelius* al. imitati sunt, pro ἐδίδαξε posita credit, eodem modo, quo h. l. ἄρχεσθαι, saepenumero a Rabbinis שָׁרֵי [cf. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 2522.] abundanter poni observans. Verum enim vero de pleonasmo v. שָׁרֵי idem sentiendum est, quod de pleonasmo v. hebr. הֵחֵל monuimus ad Matth. p. 539 sq.. Nostro autem l. ne quis ἤρξατο putet φράσεως ἕνεκα locatum, verborum πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν nimis clara est sententia, si ad sq. vocc. καὶ συνήχθη — ἐν τῇ θαλάσσῃ rite attendatur. Sensus: *coepit Jesus docere* παρὰ τὴν θάλασσαν, *sed auctâ magis magisque inter docendum hominum turbâ coactus est* ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον *plebem erudire* ἐν τῇ θαλάσσῃ. Itaque non adductus rei commodidate [*Theophylactus:* κάθηται δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἵνα κατὰ πρόσωπον ἔχων πάντας, ἐν ἐπηκόῳ πάντων λέγοι καὶ μηδένα ἔχοι κατὰ νώτου. cf. etiam *Victor Ant.*], sed coactus necessitate, quum graviter impellens turba vix ullum doctori reliquisset spatium, Jesus est lembum ingressus [cf. 3, 9.]. Naviculam nonnihil a ripâ abductam fuisse, non dixit Marcus. Num, si in ipso litore stationem habebat, eo minus Jesus *in lacu* considebat? καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολύς] συνήχθη, quod in plurimis est libris, sincerum esse videtur cf. 5, 21. 24. Firmatur etiam his, quas spernere licet, scripturis συνάγεται et συνέρχεται. Pluralem συνήχθησαν pauci tantum Cdc. sustentant. Non adducor tamen, ut eum e Matth. 13, 2. fluxisse credam. Cur enim ex illo l. petierint scribae συνήχθησαν, non petierint indidem ὄχλοι πολλοί pro ὄχλος πολύς? ὥςτε — ἐν τῇ θαλάσσῃ] Vocc. ἐν τῇ θαλάσσῃ *Tan. Faber* ep. II. p. 54. aut deleta, aut pro iis reposita voluit ἐν τῇ πρύμνῃ, credo, ne Jesus *in lacu consedisse* diceretur. Quasi vero Marcus Jesum *conscensâ cymbâ* in lacu consedisse non disertis v. monuerit. Commode etiam Prov. 23, 34. *Fabrum* refutaturus attulit *Wetstenius.* V. 2. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ] His v. Marcum se ex iis, quae *multa* tum Jesus dixerit, nonnulla tantum allaturum esse indicare, recte

observavit *Grotius* vid. 12, 38. V. 3. *ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*] *exiit sator, ut sereret.* Sic cum Matthaeo 13, 3. et Luca 8, 5. plerique libri. Sed *D.* facili errore omittit τοῦ σπεῖραι, duo Cdc. demunt τοῦ, postremo sunt, qui e Luca admetiantur τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. Lectio, quam mediam fecimus, eo possit plausibilis videri, quod nusquam praeter h. l. in Marco est Infinitivus praeposito Articulo. Sed ne *duobus* libris freti τοῦ deleamus, quum moleste ad aures accidere ἐξῆλθεν ὁ σπείρων σπεῖραι, tum illud considerandum est, quod alibi τοῦ cum Infinitivo apud Marcum non jungatur, eam rem ad *casum* referri posse, quum Marcus sedecim tantum capita scripserit. Sin tamen de consilio evitarit usum notissimum, *quidni hîc*, ut alias, *secutus sit reliquos Evangelistas?* V. 4. Recte *Matthaeius* et *Griesbachius* plerorumque Cdc. auctoritate expunxerunt τοῦ οὐρανοῦ post τὰ πετεινά. Accesserunt ista v. vel ex Luc. 8, 5., vel ex Marc. 4, 32.. V. 5. et 6. Vid. ad Matth. 13, 5. 6.. — V. 7. εἰς τὰς ἀκάνθας] Nonnulli libri ἐπί offerunt, quod hîc non minus ineptum est, quam Matth. 13, 7.. Ortum est hoc ἐπί et aliorum v. 8. e vs. 5. ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες. Confirmatur εἰς versu 18.. Sed male *Vaterus* καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς ἀκάνθας extruso Articulo, quo, ubi communiter et in universum dicitur, plane opus est in sermone graeco et si legas totam hanc parabolam in Matthaeo, Marco et Luca, *ubique* eum reperias [Matth. 13, 7. 22. Marc. 4, 7. καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι 18. Luc. 8, 7. 14.]. Sed videtur typothetae errore in *Vateri* editione Articulus excidisse, quum in omnibus sit libris. V. 8. Cur paucorum Cdc. auctoritate καὶ ἄλλα ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλὴν dederimus, rationes accipe. Scilicet καὶ ἄλλα ἔπεσεν valde placet ob v. seqq. ἓν — καὶ ἓν — καὶ ἕν, necessarium videtur ob ἀναβαίνοντα et αὐξάνοντα, quae voce ab ἐδίδου καρπόν pendent h. s.: *alia in fertilem terram ceciderunt* et *quum pullularent et crescerent* (quae in spinas semina ceciderant, pullularant quidem, sed *a spinis suffocata* non usque ad maturitatem excreverant v. 7.) *fructum tulerunt*, non a voce καρπόν, ut visum est *Erasmo*, *Stolzio*

al. Nam quisnam dicatur *fructus emergens et grandescens*, non assequor. Quominus cum *Erasmo* *καρπόν ad herbam* referas, impedimento est vs. 7. *καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε*, cui vs. 8. *καὶ ἐδίδου καρπόν* opponitur, et quod v. 8. statim adjicitur *καὶ ἔφερεν ἓ ν τριάκοντα* etc.. His enim v., quam fuerit frugum proventus diversus, describitur. At inconcinnum dicis *καὶ ἄλλα* ob v. 4. *ὃ μέν*, v. 5. *ἄλλο δέ* et v. 7. *καὶ ἄλλο*. Recte; et sane *ubique* Pluralem restituissem *ἃ μὲν* — *ἄλλα δέ* — *καὶ ἄλλα* — *καὶ ἄλλα*, si, ut vs. 5., ita vs. 4. et 7. ejus rei potestatem fecissent libri. Sed istiusmodi inconcinnitatem equidem in Marco non magnopere reformido. *αὐξάνοντα*] Sunt Cdc., qui *αὐξανόμενον* suppeditent; idque commendavit *Griesbachius*. Et palaeographice quidem valde ablanditur *αὔξαν ό μ ε ν ο ν*, quum nihil sit frequentius, quam ut scribae verbum proximum praecedenti male accommodent errentque scribendo: *ἀναβαί ν ο ν τ α καὶ αὐξάν ο ν τ α* pro *αὐξανόμενον*. Contra probabile est, hîc *αὐξανόμενον e correctione* formae minus elegantis invectum esse [cf. Luc. 2, 40. var. lect.]. Sed Activum a serioribus scriptoribus, praesertim nostris [Luc. 1, 80. Joh. 3, 30.], intransitivo significatu crebro usurpatur [cf. *Musgrav.* ad Soph. Oed. Tyr. v. 1092.]. Haec ipsa autem loquendi ratio repudiatur ab Atticistis. Luc. Pseudosoph. c. 4. *οὐδὲ αὐξάνοντα παιδία σολοικισμὸν ποιήσει τῷ μηδὲν εἰδότι;* ubi Scholiographus *αὐξανόμενα γὰρ ἔδει εἰπεῖν παθητικῶς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνεργητικῶς*. Quare conservavi *αὐξάνοντα*, praesertim, quum si Participia *ἀναβαίνοντα* et *αὐξάνοντα* ad *ἄλλα*, non ad *καρπόν* pertinent, ne grammatica quidem ratio Medium recipiat. *καὶ ἔφερεν — ἓν ἑκατόν*] *et aliud granum triginta, aliud sexaginta, aliud centum protulit* scil. *καρπούς*, *fruges*. vid. ad Matth. 13, 8.. *Ἓν — καὶ ἓν — καὶ ἓν* de Hebraeorum more h. l. in enumeratione positum est. Vid. 1 Sam. 10, 3. מְצָאוּךָ שָׁם שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים־־אֶחָד־וְאֶחָד־וְאֶחָד LXX. *εὑρήσεις ἐκεῖ τρεῖς ἄνδρας — ἕνα — καὶ ἕνα — καὶ ἕνα —*. Exod. 18, 3. 4. Marc. 10, 37. 15, 27.. Graeci in tali causâ dicunt aut *ὁ μὲν* — — *ὁ δὲ* — *ὁ δὲ καὶ*, aut *ὃς μὲν* — *ὃς δέ*, aut *ὁ μέν τις* — *ὁ δέ* — *ὁ δὲ καὶ* —, aut *ὁ μὲν* — *ὁ δέ τις* — *ὁ δὲ καὶ* —,

aut, ut raro, εἷς μὲν — εἷς δὲ —, aut πρῶτος — δεύτερος — τρίτος et similia. Corrupte multi Cdc. h. l. et v. 20. pro ἓν — ἓν — ἓν praebent ἐν — ἐν — ἐν, quod utrobique probavit *Griesbachius*, recepit *Matthaeius*. Utinam adjecissent, quo modo explicandum duxissent. Nam ἐν, ut ἀνά, distributive poni [vid. *Heupel* ad h. l.], nec docuit quisquam, neque ostendi unquam poterit. Quamquam eam opinionem jam fovere videtur *Theophylactus* ad v. 20.. Non minus inanis *Bezae* est sententia, qui ἐν τριάκοντα καὶ ἐν ἑξήκοντα καὶ ἐν ἑκατὸν transfert *cum tricesimo et sexagesimo et centesimo*. [Varro de re rust. 1, 44. — — ut ex eodem semine alicubi *cum decimo* redeat, alicubi *cum quintodecimo* —. In Sybaritano dicunt etiam *cum centesimo* redire solitum.] Nam neque ἐν est *cum*, neque τριάκοντα, ἑξήκοντα et ἑκατόν valent *tricesimum*, *sexagesimum* et *centesimum*. V. 9. Expunxi cum *Matthaeio* et *Griesbachio* αὐτοῖς post ἔλεγεν, quum in permultis libris non legatur, eam vocem a scribis *ad explanandum locum* liberalius adjectam esse arbitratus. Si minus Cdc. in eâ condemnandâ conspirarent, libenter servarem, quia hîc aptius et multo melius indicaretur, ad hominum turbam v. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω dicta esse, quam hoc tantum, esse dicta. ὁ ἔχων — ἀκουέτω] vid. ad Matth. p. 405..

V. 10. *Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτων αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παραβολήν.* 11. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα [γίνεται].* 12. *Ἵνα βλέποντες βλέπωσι καὶ μὴ ἴδωσι, καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι καὶ μὴ συνῶσι, μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς.* 13. *Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;* 14. *Ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει.* 15. *Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδόν· ὅπου σπείρεται ὁ λόγος, καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.* 16. *Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι,*

οἵ, ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν. 17. Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόςκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται. 18. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες, 19. καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰςπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. 20. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται· καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

V. 10. Eo hîc dissidet Marcus a Matthaeo 13, 10., quod hoc auctore discipuli coram plebe ita exquirunt parabolae sententiam, ut doctorem interpellent, quâ explanatâ ad alias parabolas proponendas convertitur Matth. 13, 34.; sed Marco fidejussore Jesus exponit parabolae rationem digressâ ab eo plebe discipulis privatim. Itaque quae vs. 10—25. leguntur, post concionem acta cum interioris admissionis discipulis et quia ad enarratam v. 3—9. parabolam pertinebant, hîc statim, tanquam opportunissimo loco, posita sunt. ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας] *quum autem seorsum esset.* De Adverbio καταμόνας *seorsum* [Luc. 9, 18.] vid. *Wetstenium* ad h. l.. ἠρώτων — τὴν παραβολήν] *interrogabant eum comites et duodecim discipuli de parabolae sententiâ.* Exhibui ἠρώτων e quatuor Cdc. pro ἠρώτησαν (nam ἐπηρώτων tantum habet D. et Euthymius). Nam apprime h. l. quadrat *tempus relativum*, non absolutum. Marc. 7, 17. καὶ ὅτε εἰςῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὴν παραβολήν. 10, 17. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν προςδραμὼν εἷς — ἐπηρώτα αὐτόν. Luc. 8, 9. Act. 1, 6.. Imperfecta et Aoristi crebo confunduntur a librariis [cf. 6, 12. var. lect.]. Qui οἱ περὶ αὐτὸν vocantur et a duodecim Apostolis distinguuntur, homines sunt, quibus Jesus familiarius utebatur, quamquam minus familiariter, quam duodecim Apostolis, fortasse οἱ ἑβδομήκοντα [vid. *Euthymius* ad h. l. cl. Luc. 10, 1. et 17.]. Credibile est,

quod *Grotius* monuit, Marcum verbis ἠρώτων αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα Matthaei 13, 10. [et Lucae 8, 9.] ambiguitatem tollere voluisse, quum quos Matthaeus [et Lucas] dixisset τοὺς μαθητάς, non solos Apostolos intelligendos esse doceret. Variantes lectiones ἠρ. αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τίς ἡ παραβολὴ αὕτη et ἠρ. αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν τὴν παραβολήν *Bezae* vel momentum temporis placere potuisse, permirum est, quum sint *correctiones* [cf. Matth. 13, 10. Luc. 8, 9.]. Postremo structura ἐρωτᾶν τινά τι *interrogare aliquem de aliquâ re* etiam infra 7, 17. legitur. V. 11. ὑμῖν δέδοται—τοῦ θεοῦ] *vobis concessum est divinitus, arcanam regni divini conditionem intelligere.* Infinitivum γνῶναι excludunt sedecim subsidia eumque *Millius* proleg. §. 1466. e Matth. 13, 11. et Luc. 8, 10. invectum esse affirmavit. Qui nos minime in consilii sui assensum traduxit. Non enim intelligimus haec: *vobis datum est regni dinini mysterium, euch ist das Geheimniss des Gottesreichs gegeben.* Quin excidit γνῶναι ob homoeoteleuton δέδοτ *AI* γνῶ-ν*AI*. — ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω] *illis autem, qui foris sunt* h. e. *quibus non, ut vobis discipulis, major mecum intercedit familiaritas* i. e. plebi. Alibi [1 Corinth. 5, 12 sq. Col. 4, 5. 1 Thess. 4, 12. 1 Tim. 3, 7.] οἱ ἔξω dicuntur *homines a Christianorum formulâ alieni.* Non enim, ut h. l., *familiaribus* et *discipulis*, sed *hominibus christianis* opponuntur. Tum Rabbinis ספרים חיצונים *libri exteri* vocantur *l. ethnici*, quia opponuntur *domesticis* h. e. *judaicis.* Iisdem החיצונים i. e. οἱ ἐξωτερικοί passim sunt *homines a sapientum placitis alieni* non aliam ob caussam, quam quod *sapientibus* [חכמים] ex adverso ponuntur [vid. *Lightfoot.* ad h. l.]. Quod *Wetstenius* monuit, Pythagoram et Aristotelem et ἐσωτερικοὺς et ἐξωτερικοὺς discipulos habuisse, nostrum l. parum illustrare bene vidit *Kuinoelius.* Etenim non discipuli discipulis, sed discipuli plebi h. l. opponuntur. Ceterum recte *Grotius*: *quod Matthaeus*, inquit, *dixerat illis, pulchre explicat Marcus* τοῖς ἔξω. ἐκείνοις δὲ—γίνεται] Mire dictum videtur τὰ πάντα γίνεται (*plebeculae autem omnia per parabolarum involucra fiunt = eveniunt.*). Alia subsi-

dia offerunt λέγεται (*sed plebi omnia parabolarum adjumento traduntur*), quod sane antehaberem, nisi interpretamenti speciem praeberet. Equidem mihi persuasi, nec λέγεται, nec vero γίνεται aliud esse quidquam, nisi scribarum additamenta. Similiter Lucas 8, 10. dixit: — τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, quod item corrumpere librarii conati sunt [vid. varr. lect.]. Sententia totius vs. non haec est: *vobis licet arcanum parabolae sensum comperire, non autem plebi, cui parabolas tantum, non adjunctâ interpretatione, proponi convenit* (nam obstant huic consilio quum alia, tum v. 13.), sed haec: *vobis arcanam regni divini rationem intelligere datum est divinitus, sed plebi obscurior ejus per parabolas adsignificatio destinata.* V. 12. Vocula ἵνα neque significat *quia* (!!), neque *ita, ut* [vid. *Wolf.* et *Kuinoel.* ad h. l.], sed *eo consilio, ut.* Nam dicit Jesus Jesajae 6, 9. 10. oraculo, quod liberius h. l. laudatur, non posse non constare eventum: — *plebi omnia parabolarum adjumento eveniunt, ut* (quemadmodum propheta vaticinatus est), *quum bene oculis valeant et auribus, non tamen videant et intelligant, ne quando emendentur iisque contingat venia.* ἵνα βλέποντες βλέπωσι καὶ μὴ ἴδωσι] vid. *Ruhnken.* Epist. crit. I, p. 32. καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς] Praetuli *Bengelio* jam et *Griesbachio* eximium visum ἀφεθήσεται lectioni vulgatae ἀφεθῇ. Nam primo ἀφεθῇ vulgare est, exquisitum ἀφεθήσεται, deinde illud ob conjunctivos praecedentes scripserunt librarii vel quod grammaticae timerent, ignari, Futurum hic non modo justum esse, sed longe praestare Conjunctivo, quia *id, quod e re consequatur* enuntiandum fuit: — *ne quando resipiscant et veniam consecuturi sint* [cf. *Hermann.* ad Soph. El. v. 992. et *Heindorf.* ad Plat. Cratyl. p. 36.]. Tum *Griesbachio*, qui C. C. p. 89 sq. v. τὰ ἁμαρτήματα, quorum loco alii libri τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, alii τὰ παραπτώματα suppeditant, exterminanda putat, vehementer assentior, tum quod moris esse librariis, τὰ ἁμαρτήματα voce τὰ παραπτώματα explanare non invenerim, tum quia, ut res ipsa, ita etiam lectio τὰ παραπτώματα declarat, minus obvium et dilucidum ἀφιέναι τινί [cf. Luc. 17, 3. 4. 23, 34.] a scribis esse varie exposi-

tum. Et male quidem. Nam ad *ἀφεθήσεταί τινι* non magis cogitandum *peccata*, quam ad latinum *remittetur mihi*, *quod et ipsum absolute* ponitur. Rettulit autem Jesus h. l. v. Jesajae 6, 10. וְרָפָא לוֹ h. e. *ne gens salva evadat* ad peccatorum condonationem, quod per verba quidem licebat, sed contextae orationi repugnare videtur [cf. Jes. 6, 11 sq.]. Nam haud raro hebr. רָפָא [Jer. 3, 22. 2 Chron. 30, 20.] et chald. אַסֵּא [Targ. Kohel. 3, 8.] *sanare* valet *condonare*, quoniam delicta cum vulneribus morbisque [Ps. 103, 3.] comparantur [vid. *Hartmanni*, collegae conjunctissimi, notam in *Bengelii* Archiv T. IV. p. 271.]. V. 13. *καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε*;] *καὶ* vocibus interrogativis varie praeponitur, vel ut sit *indignantis* (1 Corinth. 5, 2. *καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ;* Cic. pro lege Manilia 14, 42. *et quisquam dubitabit*, *quin huic tantum bellum transmittendum sit*, *qui ad omnia nostrae memoriae bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?* ubi vid. *Matthiae*. Est autem indignatio sita *in totâ enuntiatione*, non in *καί* s. *et* particulâ.), vel ut *leniter opponentis* [Luc. Hermot. c. 84. *καὶ τί δεῖ δακρύων, ὦ χρηστέ*;], vel ut *consequentiam declarantis*, [Matth. 3, 14.], ut h. l., ubi demtâ interrogatione supererit: ihr versteht diese Parabel nicht *und* sollt alle Parabeln verstehn? Simul patet, post *ταύτης* signo interrogationis nullum locum esse, sed decurrere verba uno tenore usque ad *γνώσεσθε;* Sed male interpretes *καὶ πῶς* — *γνώσεσθε;* sic explicare solent: *et quomodo reliquas omnes parabolas intelligetis?* Neque enim reputarunt, et dicendum ita fuisse *καὶ πῶς πάσας τὰς λοιπὰς παραβολὰς γνώσεσθε*; et *πάσας τὰς παραβολάς* vel sic plus esse et majus, quam *τὴν παραβολὴν ταύτην*. Eodem modo falluntur in talibus *ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι* [Act. 5, 29.], velut *Elmslejus* ad Eur. Med. v. 1141. *καί τις γεραιὰ προςπόλων, δόξασά που ἢ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν, ἀνωλόλυξε*—. cl. *Schaefero* ad Bos. ellips. p. 27. [Liv. 32, 21. Nabis ac Lacedaemonii. 36, 7. Philippus et Macedones.] Immo explicandum: *quomodo omnes parabolas*, *ut oportet regni messiani mysterio initiatos* (v. 11.), *intelligetis?* Est igitur Jesu dispu-

tatio *apud Marcum* (v. 10 — 13.) haec. Quum eum discipuli de parabolae sensu interrogassent, *vobis*, inquit, *discipuli, arcanae regni messiani rationis cognitio data est divinitus; plebeculae* (in quâ debet eventum habere Jesajae oraculum) *obscura ejus per parabolam adsignificatio. Quare miror, quod vos non percepistis parabolae sententiam, quos ut mysterio initiatos nullam non assequi oporteat.* V. 14. ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει.] *Qui in parabolâ sator commemorabatur* (v. 3.), *doctrinam divinam disseminare censendus est.* V. 15. Dixit Marcus οἱ παρὰ τὴν ὁδόν, quia σπειρόμενοι [cf. v. 16. et 18.] vel σπαρέντες (v. 20.), quo per totam narrationem sponte, vel potius vi ducimur, addi non opus erat. Luc. 8, 12. 13. Luc. Gall. c. 14. ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ (scil. περιβεβλημένος), ὁ τὸ τρύβλιον (scil. ὑφελόμενος) —. Catapl. c. 4. εἰ γὰρ μὴ ὁ γενναιότατος οὗτος, ὁ τὸ ξύλον, συνήργησέ μοι —. Vid. *Franc. Volckm. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 98. et 287 sq.. καὶ αἴρει — ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν] Perperam *Griesbachius* C. C. p. 90 sq. v. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν suspecta reddere conatus est. Frustra suspicionem suam lectionis diversitate corroboravit. Nam ἐν αὐτοῖς, quod ita placuit *Griesbachio*, ut, nisi omnia, quae pro ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν in Cdc. leguntur, tanquam *majoris claritatis causâ temere adjecta* arbitrari satius duxisset, genuinum habiturus fuisset, *vulgaris lectionis* est *interpretamentum; εἰς αὐτούς* iis acceptum referimus, qui haec v. cum ἐσπαρμένον arcte jungenda censuissent (*aufert Satanas doctrinam iis insitam*); postremo ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν sumtum est e Luca 8, 12.. Haeserunt autem librarii in v. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, quia v. ὅπου σπείρεται — ἀκούσωσιν male divellerant h. m.: *juxta* viam sparsi hi sunt, *ubi* (= in quibus) *doctrina spargitur; et quum eam audiverint, statim venit Satanas etc.*; quo pacto post ὅπου redundare videbantur vocc. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Sed perperam vulgo explicant ὅπου *in quibus* = *in quorum animis*, (nam latinorum scriptorum l., quae citant, toto coelo diversa sunt, velut Cic. Quinct. 9. *neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus.*) et e malâ correctione

librarius Cd. D., ut illam interpretationem sustineret, in locum v. ὅπου substituit οἷς *quibus spargitur* (proponitur) *doctrina*. Quin colon figendum est post v. παρὰ τὴν ὁδὸν et sic vertendum: *Hi autem sunt juxta viam* (v. 4.) *consiti: ubi exponitur doctrina et quum eam audierint, statim venit Satanas et sparsam in eorum animis doctrinam aufert* (*Folgende* aber sind die am Wege gesäeten: wann das Wort gesäet wird und sie gehört haben, kommt gleich der Teufel u. s. w.). Ita in promptu est, deletis vocc. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν nude admodum et male dici τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον. V. 16. Vulgatur καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι. Sed alia subsidia ὁμοίως excludunt, alia ante εἰσιν ponunt et unus Cd. Matth. praebet: καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι. Possit exsistere, qui ultimum hâc interpretatione operosius communiat: *et hi item* (= quemadmodum v. 15. memorati *juxta viam* conjici putandi sunt, sic hi) *in saxa sparguntur*, ut similitudo ad τὸ σπείρεσθαι, quod utrisque commune, unice spectet [vid. ad Matth. 15, 3.]. At ita ne sensui quidem credo satisfactum. Nam in explicatione parabolae dici omnino debebat: οὗτοί εἰσιν — οἱ σπειρόμενοι (die sind die da und da gesäet werdenden), ut vs. 15. 18. et 20.. Lectionem καὶ οὗτοι ὁμοίως εἰσὶν οἱ ἐπὶ etc. nemo probabit [cf. v. 18. et 20.]. Superest scriptura vulgata. Hanc vero et vis Codicum et incerta sedes et res ipsa in suspicionem adducit. Nam languet haec vox et vix explicari potest: *et hi sunt similiter* (= ut in enarrando pergam [?]), *qui in salebrosa loca conjiciuntur*. Quocirca ὁμοίως delevi. Addita est a scribis hâc ordiendi vs. ratione καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ offensis [vid. ad v. 18.]. V. 17. Pro ῥίζαν unus Cd. praestat ὕδωρ. Lectio mira, sed, ut apparet, falsa. Nam fruges in saxo natae non ob aquae penuriam, sed ob terrae inopiam exaruerant vs. 5.. Videtur ὕδωρ a malo hujus l. interprete subrogatum esse. De ceteris vid. ad Matth. 13, 21.. V. 18. Textus Elsevirianus e paucis Cdc. haec habet: καὶ *οὗτοί εἰσιν* οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, *οὗτοί εἰσιν* οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες, quae se pro genuinis exhibiturum fuisse, ut offensionis ple-

nissima, si idoneis libris niterentur, professus est *Griesbachius* l. l. p. 91. [!!]. Item haec olim excusaverant *Beza* et *Grotius*, ille ad epanalepsin [*hi autem sunt, qui inter spinas sunt sati, hi sunt, inquam, qui sermonem audiunt* (!!)], hic ad Hebraismum, quem ipse non in promtu habuisse videtur, provocans [!!]. Jam plerique libri conservant *οὗτοί εἰσιν* prius, praetermittunt posterius; pauci contra retinent *οὗτοί εἰσιν* posterius repudiato priori. Tum pauca eademque *Griesbachiana* h. e. *mala* subsidia B. *D. L. Ital. Cdc. Vulg.* haec offerunt: *καὶ ἄλλοι εἰσὶν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι· οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες.* Hanc scripturam valde collaudavit *Griesbachius* l. l. p. 92. et exprimendam curavit *in editione Goescheniana.* At, si quid omnino, illud perspicuum est, istam lectionem non esse, nisi *qualemcunque emendationem scripturae Elsevirianae: καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες. Matthaeius* edidit: *καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες.* Rectissime. Scilicet tria sunt maxime, quae huic loco foede deturpando occasionem dedere, primum (quod fortuitum et casui debetur), quod in viciniâ bis occurrit *οἱ*, unde v. *οὗτοί εἰσιν* facile ex alterâ ad alteram sedem aberrarunt, ut non mirum sit a. *nunc hic*, *nunc illic deprehendi*, b. in quibusdam Cdc. per *διττογραφίαν utrobique* legi c. ineptos correctores effecisse: *καὶ ἄλλοι εἰσὶν* — *οὗτοί εἰσιν*; secundum (quod potius ratione et consilio deliberato nititur), quod quum Marcus ineleganter verba junxisse videretur: *οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες*, levigandae hujus asperitatis causâ v. *οὗτοί εἰσιν* ab initio versus post *καὶ* demta post *σπειρόμενοι* posuerunt; tertium, quod haesere scribae in hoc ordiendi versus modo *καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ*, sicuti v. 16. *ὁμοίως* inculcarunt ob eandem causam. Haec omnia eo valent, ut appareat, *οὗτοί εἰσιν* in hoc vs. ab initio *semel* omnino adfuisse; lectum autem fuisse *ab initio versus*, non post *σπειρόμενοι*, quoniam tum varias lectiones probabili modo explicare non licet. Itaque certissimum est, ut arbitror, Marcum sic esse locutum: *καὶ οὗτοί*

εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες. Sed cur minus turbaverint scribae vs. 16. et 20. quaeris? scilicet propterea, quod ibi nulla fere turbandi causa esset, hic et plurimae et gravissimae [vid. supra.]. Sed nunc sententiam inquiramus. Verba οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες *sola* minime explanant τοὺς εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρομένους, sed arctissime annectamus oportet v. sqq. v. 19. καὶ αἱ μέριμναι etc., ubi mutata est vulgaris structura pro οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες καὶ μὴ κατέχοντες vel παραδεχόμενοι καὶ μὴ καρποφοροῦντες [vid. v. 16. et 17. cl. Matth. 13, 21. Marc. 5, 19. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σοὺς καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ κύριος πεποίηκεν καὶ ἠλέησέ σε. Luc. 8, 14.]. Nam ἀκούσαντες anteposui praesenti tempori tanquam aptius, ut supra v. 15. et 16. Marcus dixerat ὅταν ἀκούσωσιν et similiter Lucas 8, 13. 14. 15., etsi aliter visum est Matthaeo 13, 20. 22. 23.. Versu demum 20. dici debuit: οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον de hominibus probis et *constantibus*. V. 19. καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος] Recte expunxit *Griesbachius*, *Millio* proleg. §. 410. obsecutus, τούτου post αἰῶνος, quod e Matth. 13, 22. repetitum est. Aetas, quae ante Messiam agitur, imperfecta, imbecillis et quoquo modo misera non solum ὁ αἰὼν οὗτος in N. T. appellatur, sed etiam ὁ αἰών simpliciter [Matth. 13, 39.]. Sed αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος *curae ejus aetatis, sunt curae rerum ad eam pertinentium* = *curae rerum humanarum*. ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου] *divitiarum fraus*. Cd. *Gron.* ex interpret. praebet ἡ ἀνάπαυσις τοῦ πλούτου [vid. *Jac. Dermouti* Collectan. crit. in N. T. P. I. p. 56. Lugd. Batav. 1825.]. αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι] Has male *Grotius*, loco parallelo Luc. 8, 14. abusus, retulit ad solas *corporis voluptates*. Quin explicandum: *reliquarum rerum* (praeter divitias) *cupiditates*. Sensus v. 18. et 19.: *et hi sunt, qui secundum parabolae sententiam in spinas sparguntur, in quibus illabentes in animos rerum humanarum curae, divitiarum fallaciae et reliquarum rerum cupiditates auditam doctrinam suffocant nullasque ea fert fruges*. V. 20. καὶ οὗτοί εἰσιν — σπαρέντες] Potuerat hic, ut supra v. 16. et 18., aeque οἱ σπειρόμενοι, atque οἱ σπα-

ρέντες dici. Illo hoc significaretur: *et hi sunt, qui in bonam terram* [secundum sententiam parabolae] *sparguntur;* hoc declarat: *quos in parabolâ* (v. 8.) *in utilem terram conjici audivistis, hi sunt, qui* etc.. καὶ καρποφοροῦσιν — — ἓν ἑκατόν] scil. καρπούς. Permirum ἓν — καὶ ἓν — καὶ ἕν, cujus loco requirebatur εἷς — καὶ εἷς — καὶ εἷς, sic explicatur, ut Marcus vel *ipsa verba superius* (v. 8.) *posita* sine ullâ mutatione repetere voluisse judicetur, vel ut, quod praeferam, a re et explicatione ad parabolam subito redierit: quod genus confusiones non rarae sunt [cf. ad Matth. 24, 51.]. Posterius jam *Grotio* in mentem venerat. De pravâ lectione ἐν — καὶ ἐν — καὶ ἐν vid. ad v. 8. et de parabolae consilio ad Matth. 13, 23..

V. 21. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθῇ;* 22. *Οὐ γάρ ἐστι κρυπτόν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.* 23. *Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.* 24. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Βλέπετε, τί ἀκούετε, καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.* 25. *Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.*

V. 21. Quae v. 21—25. continentur, *discipulis* (v. 10.), non *plebi* dicuntur. Hoc non tantum inde elucet, quod v. 21. et 24. legitur καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς (discipulis) et v. 26. et 30., ubi oratio ad plebem continuatur, *in universum* καὶ ἔλεγε, sed etiam quod illae sententiae item apud Lucam 8, 16—18. discipulis exponuntur et quod eae sic comparatae sunt, ut τοῖς μαθηταῖς dici paene debuerint. Nam explanatâ discipulis parabolâ apte eos oblatâ opportunitate usus Jesus monet, ut virtuti dent operam (v. 21. 22.) et ad doctoris verba attendant (v. 24. 25.). Manifestum est igitur, v. 21—25. laxo quodam vinculo cum antecedentibus (v. 20.) contineri. Quod autem hae voces v. 21—25. alio sensu in

Matthaeo 5, 15. 10, 26. 7, 2. 13, 12. ab Jesu proferuntur, minime mirum est, quum ejusmodi proverbiales locutiones pro re natâ modo in hunc, modo in illum intellectum ferantur [vid. *Grotius* ad h. l. et *Euthymius* ad v. 25.]. Marcus h. l. ex Luca 8, 16 sq. expressit. — μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται] His vocc. in tribus Cdc. praemittitur ἴδετε *videte* h. e. *attendite*, quam vocem huic l. valde accommodatam probarem, si plures eam libri praeberent. In locum v. ἔρχεται sunt Cdc., qui ἅπτεται et καίεται h. e. *incenditur* ex emendatione substituant. At enim ὁ λύχνος ἔρχεται *lucerna venit* i. e. *affertur* per eandem προςωποποιΐαν dictum est, quam nemo vituperavit in talibus, Liban. epist. 358. ἡ δὲ (ἐπιστολή) ἔρχεται. Cic. ad Familiar. 11, 24 — *dum tibi literae meae veniant* [vid. *Elsnerus*, *Kypkius*, *Kuinoelius* ad h. l. et *Schleusnerus* Lex. I. p. 955.]. οὐχ ἵνα — τεθῇ;] Pro ἐπιτεθῇ restitui morem gerens *Griesbachio* τεθῇ. Nam ἐπὶ e praecedentibus ἐπὶ τὴν λυχνίαν ortum est errore ubivis obvio. V. 22. οὐ γάρ ἐστι κρυπτόν] Delevi τι ante κρυπτόν, a *Millio* proleg. §. 1445. jam condemnatum et a *Matthaeio* extrusum, plurimorum Cdc. auctoritate nixus. Vel casu natum est, unâ syllabâ duplicatâ ἐστι τι, vel ex inutili interpretatione [vid. fratris Quaest. Luc. p. 92 sq. et nos ad Matth. 12, 6. cl. Luc. 8, 17.]. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ] Alii libri aut ἐὰν μὴ φ. offerunt, aut εἰ μὴ ἵνα φ., aut ἀλλ' ἵνα φ., aut ὃ μὴ φ., aut ὃ οὐ φ., aut ὃ οὐ μὴ φ., quam discrepantiam peperit partim ἀλλ' ἵνα sequens, partim Lucae 8, 17. ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται, partim particulae ἐὰν = ἂν ignorata potestas. Sed quid *Griesbachius*? Eximium putat, ob recensionum credo consensum, ἐὰν μὴ φ., quod plane absurdum: *non enim est occultum, si non manifestatum fuerit* (!!). Vulgata est sanissima. — οὐδὲ ἐγένετο — ἔλθῃ] h. e. οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ *neque redditum est quidquam occultum, sed ut in lucem procederet* = *neque alio quidquam consilio tenebris involutum est, sed ut luci exponeretur* [vid. ad Matth. p. 841.]. Totus vs. sic enarrandus est: *non enim est occultum, quodcunque non manifesta-*

tum fuerit nec quidquam obscuratum est, *s e d ut patesceret* h. e. *quaecunque abscondita fuerint*, *in lucem esse protracta*, *neque aliâ quidquam mente tenebris involutum esse*, *quam ut patefieret*, *experientia docet.* Errandi causas interpretibus praebuerunt maxime voces, ὃ ἐὰν μή, et ἀλλά. Nam *Grotius*, *Heupelius*, *Kuinoelius* al. ἀλλά idem esse opinantur, quod εἰ μή *nisi* (*!!*), quod ipsum e malâ interpretatione nonnulli libri jactant, et *Beza* hanc interpretationem proponit: *non est enim* ἡ λ υ χ ν ί α *quippiam occultum*, *q u o d n o n m a n i f e s t e t u r*, *neque facta*, *ut occultetur*, *sed ut palam proferatur*. In quâ ratione illud mendosum est, quod v. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, quae debeant *in universum* accipi: *q u o d c u n q u e non in lucem p r o l a t u m f u e r i t*, explanat *quod non manifestetur*, quo vitio declinato non posse verborum οὐ γάρ ἐστί κρυπτὸν sq. Subjectum esse ὁ λύχνος vs. 21. facile intellecturus fuisset. Sed illius vitii culpam multi interpretes sustinent [v. c. *Lutherus*, *Reichardus*, *Stolzius*, *Schottus.*]. * Obiter observo, in Luca 8, 17. jam dudum Criticis e Cdc. reducendum fuisse ὃ οὐ μ ὴ γ ν ω σ θ ῇ καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. * Reliquum est, ut, quale Jesus praeceptum his proverbialibus sententiis v. 21. 22. illigaverit, disputemus. Patet autem duplex tantum sententia. Nam aut ut parabolae explicationem v. 14—20. cum aliis communicarent, aut ut vitae honestati studerent, monuisse discipulos Jesus putandus est. Illud hoc modo fieret: *quemadmodum candela non sub modio collocanda*, *vel lecto triclinari est*, *sed imponenda candelabro*, *sic vos decet*, *discipuli*, *rem nunc vobis expositam non silentio*, *quasi tenebris*, *premere*, *sed divulgare sermonibus* h. e. *in luce collocare. Nam mementote proverbii*, *quod nihil manere obscurum*, *nec tenebris quidquam destinatum esse docet.* Verum enim vero plebi parabolas tantum (nullâ adjunctâ enarratione) aptas esse Jesus dixerat (v. 11. cl. v. 34.), neque earum rationem reddidit, nisi familiaribus (v. 34.). Accedit, quod credibile est, vs. 21 sq. tale quippiam enuntiari, quod cum iis, quae proxime v. 20. praecesserant, arctius cohaereat. Quocirca *Theophylacto*, *Grotio* al. assentior, qui vs. 21. 22. Jesum existimant ad colendum virtutis studium discipulos co-

hortari. Sic sensus huc redit: *ut lucerna candelabro imponenda est, sic vos oportet, discipuli, non quidem vitam umbratilem sine virtutis splendore agere, sed eorum hominum, quos, quasi utilem terram nacta grana, multas ferre fruges audivistis v. 20., exemplum imitatos honestatem in lucem proferre. Nam intueamini proverbium, quo nihil in occulto delituisse, nec tenebris quidquam destinatum esse monemur.* V. 24. et 25. βλέπετε, τί ἀκούετε] *videte, quid audiatis* h. e. *attendite, quidnam nobis* (a me magistro) *tradatur.* [*Theophylactus:* πρὸς νηφαλιότητα διεγείρει τοὺς μαθητάς· βλέπετε γάρ, φησί, τί ἀκούετε· μηδὲν ὑμᾶς τῶν λεγομένων παρ᾽ ἐμοῦ διαφευγέτω.] De hoc Indicativo ἀκούετε vid. *Reitzius* ad Luc. Hermot. c. 61. ed. *Lehm.* T. IV. p. 446 sq.. — καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν — μετρηθήσεται ὑμῖν] Hic illustri exemplo docuit *Griesbachius* l. l. p. 93 sq., quam praesens sit Critico errandi periculum, si lectionum varietati utcumque a fonte repetendae componendaeque unice attentus, quid poscat loci ratio, neglexerit. Vs. 24. in conformatione *Elseviriana* sic habet: — βλέπετε, τί ἀκούετε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. Jam *Armenus* postrema v. καὶ προςτεθήσεται ὑ. τ. ἀ. statim post ἀκούετε collocat; duo Cdd. eadem bis exhibent in hunc modum: βλέπετε, τί ἀκούετε καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν· ὃς ἔχει γὰρ δοθήσεται αὐτῷ καὶ ὃς οὐκ ἔχει καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν· καὶ ἔλεγεν· οὕτως κ. τ. ἑ.. unus Cdc. vocc. καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν praetermittit, alius ὑμῖν post προςτεθήσεται. Verba τοῖς ἀκούουσιν septem subsidia excludunt, duo illi supra laudati libri eadem alio loco exhibent, postremo unus Cd. in eorum l. substituit αὐτοῖς, Gothus τοῖς πιστεύουσιν. Quid *Griesbachius?* Expunctis v. καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν vs. 24. ita constituit: βλέπετε, τί ἀκούετε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ κ. τ. ἑ.. *Non enim referre litigiosa verba, nisi duplex interpretamentum ad vocc.* ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ δοθή-

σεται αὐτῷ in margine notatum; quorum alterum ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν pertinuisse ad ὑμῖν post μετρηθήσεται ita, ut eo significaretur, proverbium ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν hîc alio sensu, quam Matth. 7, 2. *accipi debere, ut quod referendum sit ad τοὺς ἀκούοντας; alterum καὶ προςτεθήσεται adscriptum esse voci δοθήσεται v.* 25. *eoque indicari hoc: nova augmenta cognitionis concedi posse nemini, quin prius data studiose servarit.* Quâ quidem *Griesbachii* in v. *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* duplex glossema odorantis opinione nihil vidi vanius. Nam nec verisimile est hoc commentum, ut ad *ὑμῖν* scribas *τοῖς ἀκούουσιν,* ad *δοθήσεται* autem *καὶ* (!!) *προςτεθήσεται* addidisse opinemur, et mirum sit, si *unquam duo diversa glossemata juncta sensum fundant idoneum.* Deinde nemini non mirifica videatur *duorum glossematum* satis congruens in Cdc. haec compositio: *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.* Denique variantes lectiones eo ducunt, ut v. *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν alicubi* antiquitus exstitisse pateat, quod largiatur necesse est, qui inanem esse *Griesbachii* de temere ordini illatis v. *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* suspicionem intellexerit. Nam alii corruptionis fontes non patent, v. c. loci paralleli, qui *hîc* (i. e. in v. *καὶ προςτεθήσεται ὑ. τ. ἀ.*) nulli sunt. Quotus enim quisque *καὶ προςτ. ὑμῖν* ex Matth. 6, 33. accessisse credet? Jam in eo falluntur *Grotius* et *Matthaeius*, quod v. *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν*, quo loco in Elsevirianis exemplaribus leguntur, post *μετρηθήσεται ὑμῖν* inserenda putant. Namque ne dicam, aures haud mediocriter offendere *μετρηθήσεται ὑμῖν καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν,* ut etiam illud taceam, praeceptum *ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν* vel per naturam suam additamenta, tale praesertim, respuere, origo discrepantis scripturae nonnisi sic indagari potest, si, quo nihil certius existimo, v. *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* cum tribus subsidiis statim collocentur post *βλέπετε, τί ἀκούετε.* Quum enim illa v. de loco suo demota, ut in textu Elseviriano, post *μετρηθήσεται ὑμῖν* essent rejecta, errore

inde orto, quod ista ambo *μετρηθήσεται ὑμῖν* et *προςτεθήσεται ὑμῖν τ. ἀκ.* soni essent simillimi, negotium debuit scribis exhibere *τοῖς ἀκούουσιν*, quippe quod non jam conveniret. Quare aut ejecerunt *τοῖς ἀκούουσιν*, aut *αὐτοῖς* vel *τοῖς πιστεύουσιν* substituerunt. Et quid jam mirum, si duo libri bis praebent: *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* — *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν?* Sed etiam ad Luc. 8, 18. attendendum; ubi qui *post βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε* addunt libri *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* nonne nostram sententiam confirmant? Certo igitur scribendum: *βλέπετε, τί ἀκούετε καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν* h. s.: *attendite, quid vobis* (a magistro) *tradatur, et si audietis* (attendetis), *adjicietur vobis cum cumulo* [Matth. 6, 33.] (a doctore) = *majorem, quam quantam sperabitis, cognitionem apiscemini.* Nam interpretationem, quam quis inire possit: *attendite, quid audiatis* (= quid judicent alii) *et, si attendetis, assentientur vobis homines* vel propterea rejicio, quod *προςτίθεσθαί τινι* hoc sensu, ut declaret *alicui adstipulari,* in N. T. inusitatum. Sed ne praetermittam argumentum, quo nostra de h. v. lectione sententia corroboretur, longe certissimum, digitum intendo ad insignem, quae in h. l. regnat, concinnitatem. Effectum est enim, ut duae sententiae partes sibi ad amussim oppositae respondeant *βλέπετε, τί ἀκούετε* — *καὶ προςτεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν*, ut in sequentibus bis *ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν* et *ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ* — *καὶ ὃς οὐκ ἔχει καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.* Restat dubitatio de vocc. *ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ.* Possit enim exsistere, qui v. *ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ* etc. cohaerentiam se ullam intelligere neget. At salva res est. Nam dicitur h. l., minus justitiae, quam benignitatis rationem haberi. Itaque Jesus sic disputat: *quâ mensurâ metimini, vobis metientur. Nam* (nullus quidem hîc justi est respectus, sed valet proverbium) *quicunque habeat, ei dabitur et qui non habet, ei etiam quae habet auferentur.* Sed haec ipsa, opinor, particulae *γάρ* ignorata ratio nonnullis commendavit lectionem Elsevirianam: *quâ mensurâ metimini vobis metientur et aliquid cumuli*

loco vobis addetur. Nam quicunque habeat, ei dabitur etc.. Scripturam nonnullorum librorum *ἀντιμετρηθήσεται* pro *μετρηθήσεται* eodem argumento h. l. repudio, quo ductus sum Matth. 7, 2.. Ceterum vs. 24. ut attendant ad magistri praecepta Jesum discipulos monere, recte jam perviderant graeci interpretes. *Euthymius: ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε τὴν προςοχήν, ἐν τῷ αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν ἡ γνῶσις, τουτέστιν, ὅσην εἰςφέρετε προςοχήν, τοσαύτη παρασχεθήσεται ὑμῖν γνῶσις.* Cf. *Theophylactum* et *Victorem Antioch.*.

V. 26. *Καὶ ἔλεγεν· Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς,* 27. *καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ, καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.* 28. *Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.* 29. *Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.*

V. 26. et 27. Iis, quae v. 26—32. leguntur, continuatur ab Jesu oratio ad plebem [vid. ad v. 21.]. Primae similitudinis v. 26 — 29. memoriam Marcus conservavit solus. Male autem *Kuinoelius*, quae v. 26—32. afferuntur, eodem tempore ac loco, quo superiora v. 3—9., ab Jesu dicta esse, parum esse probabile affirmavit. Contrarium docet vs. 33. 35. 36. cl. v. 2.. Scilicet *Kuinoelius* inde, quod v. 10—25. secreti digressâ plebe cum discipulis ab Jesu habiti sermones interpositi sunt, etiam sq. v. 26. dilapsâ, quae in maris galilaei litore convenerat v. 1., hominum turbâ dicta esse perperam argumentatur [vid. ad v. 10.]. *οὕτως ἐστὶν — — μηκύνηται*] Paucorum Cdc. lectiones *καθεύδει — ἐγείρεται — βλαστάνει — μηκύνεται* possint aliquem invitare, ut v. *καθεύδῃ — ἐγείρηται — βλαστάνῃ — μηκύνηται* ab iis invecta credat, qui structurae variationem [vid. ad Matth. 13, 21.] moleste tulissent, positoque post vocc. *ἐπὶ τῆς γῆς* colo orationem sic conformandam existimet: *οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία*

τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ καθεύδει κ. τ. ἑ. *ita comparatum est regnum divinum, tanquam si quis homo sementem in terrâ fecerit; Et dormit homo et surgit noctu et interdiu* etc.. Sed plura sunt, quae ab hoc consilio animum deterreant. Nam ut istam rationem grammatica ferat, sensum tamen h. l. impedire videtur, qui nequit hic esse: *ita habet regnum divinum, ac si quis semen terrae mandaverit.*, sed *i. h. r. d., ac si quis semen terrae mandaverit, securus deinde vivat et semen progerminet et crescat ipso nesciente.* Haec v. intime cohaerent. Considerandum etiam, in *paucis* Cdc. esse Indicativum, solere scribas post ἐάν, ὅποταν simil. hunc Modum inferre, postremo exarasse eosdem etiam βάλλει pro βάλῃ, quod illi rationi minime secundum est, immo vel maxime adversum. Proinde in vulgatâ scripturâ acquiescendum putavi, quâ probatâ Marcus interjectae vs. 28. sententiae invitatu vs. 29. demum structuram variat. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν] His v. agricolae socordia indicatur, quâ de sparso semine securus facit et quod noctis est, quum dormit, et quod diei, quum de lecto surgit. Similis huic nostro ex parte est I. Ps. 3, 6.. Male *Erasmus* v. καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν (non, ut dixit *Kuinoelius*, vocc. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν) ad τὸν σπόρον v. 26. rettulit h. s.: *et tanquam si homo dormiat et semen surgat* (= crescat) *noctu et interdiu.* Nam primum quidem v. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται ita divelli nequeunt, ut posterioribus καὶ ἐγείρηται novum Subjectum impertias. Quare si quod *Erasmus* putavit, dicere Marcus voluerat, sic scribere debuerat; καὶ ὁ σπόρος ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν. Deinde v. sq. καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται superiora καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν *ad agricolam* (v. 26.) referenda esse demonstrant. Denique magnam *Erasmus* Marco obtrusit βαττολογίαν: *et* (tanquam si) *semen incrementa capiat noctu et interdiu et progerminet et assurgat.* Nam illud taceo, vel hoc pacto quemvis hunc ordinem exspectare: καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν καὶ μηκύ-

νηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. — νύκτα καὶ ἡμέραν] *noctu et interdiu.* Est hic Accusativus temporis, ut νύκτα et ἡμέραν suâ vi idem significet, quod νυκτός et ἡμέρας iique fallantur interpretes, qui supplendum esse putant κατά [Joh. 4, 52. — ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. cf. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 785. ed. II.]. ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός] *quemadmodum ipse nesciat securus rusticus. Erasmus* hanc interpretationem proponit: *ut ipsum semen nesciat* = *vi naturae*, quo modo neminem unquam locutum esse existimo. Accedit, quod v. 26. 27. 29. primarium est Subjectum ἄνθρωπος. — V. 28. Lectio unius Cdc. αὐτομάτως pro αὐτομάτη notum redolet librariorum ingenium. Nam Adjectivum αὐτόματος, η, ον *sponte suâ aliquid faciens* non minus de rebus, quam de personis ponitur [Act. 12, 10. ἥτις (ἡ πύλη) αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. Luc. Necyom. c. 1. αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται. Plurima in hanc rem exempla congessit *Wetstenius* ad h. l.]. καρποφορεῖ] Prior vocc. pars minime est iners, ut καρποφορεῖ idem valeat, quod φέρει. Sed si quis χόρτον et στάχυν non minus esse καρπούς dicat, quam πλήρη σῖτον, is vero argutetur. Quin ratio habetur verbo καρποφορεῖ vocabulorum πλήρη σῖτον. — πλήρη σῖτον] *plenum* i. e. *perfectum frumenti granum.* Haec vera est lectio. Nonnulli libri *e correctione* repraesentant πληροῖ σῖτον, unus omittit πλήρη, alius praebet πλήρης σῖτος, tertius πλήρης ὁ σῖτος. Postrema scriptura hoc uno vitio laborat, quod unius Cdc. D. auctoritate nititur. Nam vividiorem praestat et magis exquisitam orationem. Vertendum: *nam suâ sponte terra fruges fert; primum* (scil. φέρει *fert*, quod ex καρποφορεῖ petendum) *herbam, deinde spicas, denique perfecta in spicis grana.* V. 29. ὅταν δὲ — τὸ δρέπανον] Ut perspicua sit horum v. sententia, multum tamen negotii facessivit interpretibus voc. παραδοῦναι. E veteribus interpretibus nihil profeceris, ut quorum in hoc tantum opera occupetur, ut sensum quoquo modo exprimant. Huc pertinet v. c. *Euthymius* [ὅταν παραδῷ ἀντὶ τοῦ ὅταν ὥριμος γένηται·], *Syrus uterque* [vetus:

ܡܐ ܕܫܡܢ ܕܝܢ ܦܐܪܐ *quando autem pinguis redditus fuerit fructus*. philoxenianus: ܡܐ ܕܝܢ ܕܐܫܬܡܠܝ ܗܘ ܦܐܪܐ *quum autem perfectus' fuerit fructus*] et *Italus* [*et quum mutaverit* (terra) *fructum*]. Male igitur *Schleusnerus* Lex. II. p. 411. veteris Syri versione fretus *παραδιδόναι* significare *absolvi*, *maturescere* contendit. Quam potestatem ut comprobet, ad imitationem v. hebr. שָׁלַם, quod et *tradere* notet et *absolvi* utrumque valere *παραδιδόναι* frustra observat. Nam quemadmodum הִשְׁלִים, non שָׁלַם, declarat *tradere*, ita etiam LXX. הִשְׁלִים, non שָׁלַם reddiderunt verbo *παραδιδόναι* [Jos. 11, 19. In altero l., quem *Kuinoelius* laudavit, Jes. 38, 12. v. hebr. מִיּוֹם עַד־לַיְלָה תַּשְׁלִימֵנִי h. e. *a matutino tempore usque ad noctem* (= unius diei spatio) *me conficis* verterunt *utcunque* (nam praecedentia vocc. non assecuti fuerant) *ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμέρας ἕως τῆς νυκτὸς παρεδόθην* scil. *τῷ λέοντι*]. *Vulgatus*, quem secutus est *Lutherus*, interpretatur *et quum produxerit* (scil. *ἡ γῆ*, *terra*, v. 28.) *fructus*. Sed hoc pacto scriptum oportebat *ὅταν δὲ παραδῷ τὸν καρπόν*. Incert. interpres Hab. 3, 16. *ὅτι ἡ συκῆ οὐ μὴ παραδῷ τὸν καρπόν*. Tantam difficultatem tollere aliquis conetur hâc enarratione: *si autem fructus permiserit, concesserit, statim emittit falcem* etc.. Herodot. 5, 67. *ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς τοῦτό γε οὐ παρεδίδου* (scil. *τὸ ἐκβάλλειν τὸν Ἄδρηστον*) *ἀπελθὼν ὀπίσω ἐβουλεύετο μηχανὴν τῇ αὐτὸς ὁ Ἄδρηστος ἀπαλλάξεται*. 7, 18. *ποίεε δὲ οὕτω, ὅκως τοῦ θεοῦ παραδιδόντος τῶν σῶν ἐνδεήσῃ μηδέν*. Sed displicet nobis haec ratio propterea, quod *παραδιδόναι* hâc vi, ut significet *permittere*, *concedere*, nostris scriptoribus insolens est. Nam loca, in quibus jungitur cum Infinitivo, v. c. Act. 7, 42. [cf. *Schaef*. Phalar. ep. 12.], dissimilia sunt. Itaque pristinam tueor sententiam, quam Dissert. II. de nonnullis 2. P. ad Corinth. ep. locis p. 15 sq. proposui, ut *παραδοῦναι* sensu reciproco positum valere putem *se tradidisse* [= *παραδοῦναι ἑαυτόν*]. Sic sensus exit aptissimus: *quum autem fructus se tradiderit* [scil. *τῷ ἀνθρώπῳ*, de quo v. 26 sq. exponitur, *ad faciendam messem*, non, ut *Kuinoelius* dicit,

messori (*τῷ δρεπάνῳ*) vid. Dissert. II. p. 16.], *statim emittit* (*colonus* v. 26.) *messores, quia adest messis.* Hâc ipsâ ratione h. l. interpretati sunt *Beza* [*quum prodiderit se fructus*], *Henr. Stephanus* in Thes. [*quum exseruerit se fructus*], *Heupelius, Wolfius* al.. Multis autem v. activis potestatem reciprocam Graeci impertiverunt. cf. v. c. *κρύπτειν, κεύθειν* [*se abscondere*], *ἀποῤῥίπτειν* [*se projicere*; vid. *Schaefer.* ad Bos. ellips. p. 127.], *ἀναλαμβάνειν* [*se recipere, colligere*; vid. *Heupel.* ad h. l.; loca, in quibus plene dicatur *ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν*, pete e *Fritzschii* Quaest. Luc. p. 236.], *παρέχειν* [*se tradere* = *corpus praebere* de *παίδων ἐρασταῖς* Luc. Ver. Histor. II. c. 19.], et quae nostro l. etiam similiora, *ἐφιέναι se committere* [vid. *Heindorf.* ad Protag. p. 563.], *ἐνδιδόναι sese offerre* [Luc. Philops. c. 15. *πάνυ γὰρ ἐνδίδωσι πρὸς ταύτην τὴν ἐπῳδὴν ἡ γυνή* —.], *ἡδονῇ διδόναι* s. *ἐπιδιδόναι* [*voluptati se tradere*; vid. *Valckenar.* Diatr. p. 233.], *ἐπιδιδόναι* [*se tradere*; vid. *Viger.* p. 182. et *Stallbaum.* ad Plat. Phileb. p. 42.] al.. Vid. omnino *Wineri* gr. p. 107.. Sed quod *Winerus* l. l. p. 213. non plane convenire usum v. *ἐπιδιδόναι* [Vig. p. 182.] cum v. *παραδιδόναι* h. l. affirmavit, si hoc dicere voluit, *ἐπιδοῦναι apud Graecos* prorsus vertisse in sensum neutralem, *παραδοῦναι* non item, contendit, quod a vero non abhorreat. Contra haud raro plene dicunt Graeci *παραδοῦναι ἑαυτὸν τῷ δεῖνι*, ut Luc. Tim. c. 23. Tox. c. 18. 31. Demon. c. 3., quae l. jam *Reitzius* notavit. Sed in nostris scriptoribus eodem modo, quo in graecis *ἐπιδοῦναι*, usurpari *παραδοῦναι*, haec l. demonstrant: Jos. 11, 19. *οὐκ ἦν πόλις, ἥτις οὐ παρέδωκε* (*quae se non tradiderit* i. e. *subjecerit*) *τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ.* 1 Petr. 2, 23. — *παρεδίδου* (*commisit se*) *δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως.* Non utar in hanc rem cum *Winero* l. l. loco dissimili LXX. Jes. 47, 3. *οὐκέτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις* h. e., ut ex Arabe polyglott. conjicias, cum quo in explicando conspirare videntur LXX., *non amplius te tradam hominibus* (scil. puniendum.). Itaque non intelligo, quî *Schleusnerus* ad *παραδῶ* mente adjicere potuerit *ἐμέ.* — *εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον*] *Statim mittit falcem* = *able-*

gat, qui falcem immittant, messores. Joel. 4, 13. שִׁלְחוּ מַגָּל כִּי בָשַׁל קָצִיר LXX. ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκεν ὁ τρυγητός. Apoc. 14, 15.. Sensus hujus collationis v. 26—29. hic est: *Quemadmodum agricola sparso semine usque ad messem officio suo perfunctus est, sic ego expositâ doctrinâ divinâ muneri injuncto satisfeci et permitto illius incrementa Deo, donec* m e s s i s m e t e m p u s (= tempus, quo constituendum erit regnum messianum), *ad primariam coloni provinciam* (quae est in faciendâ messe) *administrandam excitabit.* Haec autem, ut apparet ex Matth. 13, 39—43., in eo cernitur, ut velut bonum frumentum colonus in horreis, sic Messias probos homines in regno messiano reponat, improbos idem, quasi inutilia lolia igni, Tartaris tradat.

V. 30. *Καὶ ἔλεγε· πῶς ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐν τίνι αὐτὴν παραβολῇ θῶμεν;* 31. *Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὅς, ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς,* 32. *καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥςτε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.* 33. *Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν.* 34. *Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.*

V. 30. *πῶς ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*] *q u o m o d o regnum divinum comparemus* —? Recepi πῶς, quod magni jam fecerat *Griesbachius*, pro *τίνι ὁμ. τ. βασ. τ. θ.* h. e. *c u i n a m r e i regnum div. assimilemus* —? Nam *τίνι* ex alterâ vs. parte repetitum. *ἢ ἐν τ ί ν ι αὐτὴν παραβολῇ θῶμεν*] *aut per quamnam id similitudinem ponamus* (i. e. *proponamus*)? oder durch welches Gleichniss sollen wir das Himmelreich hinstellen? Primum exhibui e permultis libris *τίνι* pro *ποίᾳ*. Etenim quum *τίς* h. l. idem sit, quod *ποῖος* [vid. *Hermann.* ad Viger. p. 731.], *ποίᾳ* merito censetur interpretamentum vocis *τίνι*. Deinde e paucioribus Cdc. dedi *ἢ ἐν*

τίνι αὐτὴν παραβολῇ θῶμεν. Legebatur ἢ ἐν τίνι παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν; *aut per cujus generis similitudinem regni divini imaginem delineemus? (oder vermöge welches Gleichnisses sollen wir das Himmelreich vergleichend darstellen?)* Sed παραβάλωμεν non est, nisi glossema v. θῶμεν. Idem valet de lectione in margine vers. philox. notatâ *proponemus* i. e. προθῶμεν. Postremo moneo, reperiri Cdc., qui pro ὁμοιώσωμεν et παραβάλωμεν praebeant ὁμοιώσομεν et παραβαλοῦμεν, quod utrumque *Bezae* placuit. Et sane ferri hoc potest. Rom. 6, 1. τί οὖν ἐροῦμεν; Hermog. de form. or. 1, 11. — οἷόν ἐστι καὶ τό· τί ἐροῦμεν, ἢ τί φήσομεν. Sed quominus *Bezam* imiter, illud maxime obstat, quod pro θῶμεν, quam genuinam scripturam arbitror, nullum librum video offerre θήσομεν. V. 31. Conformatio *Elseviriana* ita habet: ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς κ. τ. ἑ.. Hanc lectionem, quam confirmat Cd. D., qui pro ὡς ex Matth. 13, 31. et Luc. 13, 19. arrepta jactat v. ὁμοία ἐστί, haud piget tueri. Nam concinne refertur ad superiora: πῶς ὁμοιώσωμεν et per βραχυλογίαν hoc dicit, quod paullo latius sic edisseras: οὕτως ὁμοιώσομεν, ὡς ἄν τις κόκκῳ ὁμοιώσειε h. m.: *quomodo contendamus regnum divinum —? ut id aliquis cum sinapi granulo conferat. Wie sollen wir das Himmelreich vergleichen? — Wie es einer mit einem Senfkorne vergliche* —. Major Cdc. pars ὡς κόκκον σινάπεως, ὃς κ. τ. ἑ. suppeditat, quod olim probavit *Millius* proleg. §. 1040. 1246., recepit *Matthaeius* et *Griesbachius*. Si integrum esset κόκκον, deberemus cum v. θῶμεν v. 30. consociare h. m.: *tanquam sinapi granulum regnum divinum ponamus*, non cum v. ὁμοιώσωμεν v. 30. h. s.: *comparando faciamus regnum divinum tanquam sinapi granum.* Quamquam enim Hebraei struunt כ בְּמָשַׁל et כְּ הִתְמַשֵּׁל, tamen et ipsi raro hoc faciunt [Ps. 49, 13. 21. Job. 30, 19.], et consulto hanc juncturam declinaverunt LXX. Ergo mireris, quod LXX eam ingressi sunt Jes. 1, 9., qui l. affertur Rom. 9, 29. — ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν, quum Jesajas vulgarem structuram inierit. Errant autem, qui in ὁμοιοῦσθαι ὥς τι et כְּ נִמְשַׁל et כְּ et ὡς redundare credunt. Quin est constructio ad sensum. De-

clarat נִמְשַׁל בְּ et ὁμοιοῦσθαι ὥς τι *comparando fieri ut aliquid* et הִמְשִׁיל בְּ et ὁμοιοῦν τι ὥς τι *comparando aliquid facere ut aliquid.* Apparet igitur, v. ὡς κόκκον σινάπεως propterea vix posse ad ὁμοιώσωμεν referri, quod ὁμοιοῦν τι ὥς τι semel tantum in N. T. idque in l. e V. T. petito legatur. At adulterinum esse κόκκον affirmavimus. Superest, ut, quo jure ita statuerimus, ostendamus. Contendimus igitur, librarios v. ὡς κόκκῳ σινάπεως ratione parum perceptâ κόκκον hâc lege emendasse, ut cum παραβάλωμεν s. παραβαλοῦμεν, quorum alterutrum in suis Cdc. jam male haberent, jungeretur. Hoc quum ex iis Cdc. evinci potest, qui v. 30. genuinam lectionem cum ejus interpretamento commistam repraesentant: ἢ ἐν τίνι παραβολῇ αὐτὴν θῶμεν; παραβάλομεν (volebant scribere librarii παραβάλωμεν vel παραβαλοῦμεν) αὐτὴν ὡς κόκκον. et ex veterum interpretum commentariis. *Euthymius:* ὡς κόκκον σινάπεως] παραδείξομεν αὐτὴν δηλονότι. Illustraverat idem suum παραβαλοῦμεν voce παραδείξομεν. Ceterum παραβάλλειν τι ὥς τι eodem usu sensuque recte diceretur, quo ὁμοιοῦν τι ὥς τι, sed non ut hoc, ita illud exemplis confirmari posse librarii reputarunt. Jam enarrationes *Syri* ܐܝܟ ܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ ܗܝ et *Vulgati sicut granum sinapis* nonne sunt in v. ὡς κόκκῳ σινάπεως transferendis haerentium objectamque difficultatem quovis modo tollentium interpretum? *Millii* [l. l.] sententia, correxisse scribas κόκκῳ, ut hoc voc. ad παραβάλωμεν rite accommodarent v. 30., et sumit, quod non concedam, integrum esse v. 30. παραβάλωμεν et, si vel hoc concessero, idcirco improbabilis est, quod librarii non sustulerunt ὡς. Nam structuram παραβάλλειν τι ὥς τινι nihili esse scire profecto debuerant. Postremo qui κόκκῳ ex Matth. 13, 32. et Luc. 13, 19. huc derivatum esse putant, propterea non persuadent, quod utrobique longe aliter, quam in Marco, oratio conformata est. — ὃς — — τῶν ἐπὶ τῆς γῆς] Nonnulli libri praebent μικρότερον pro μικρότερος, ut v. 32. μεῖζον pro μείζων. Ad sensum quidem nego quidquam interesse, utrum dictum sit μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων et πάντων τῶν λαχάνων μείζων, an μι-

κρότερον et *μεῖζον*. Nam si *μικρότερος* et *μείζων* defendes, Marcus dicet hoc: *esse τὸν κόκκον minorem seminibus omnibus in terrâ* et *fieri eundem majorem omnibus oleribus*; sin *μικρότερον* praeferes et *μεῖζον*, Marcus eandem sententiam h. m. enuntiabit: *esse sinapi granum omnibus seminibus minus semen* et *fieri idem omnibus oleribus majus olus*. Nihilominus quivis Masculinum Marco, Neutrum emendantibus ob v. *πάντων τῶν σπερμάτων* et *πάντων τῶν λαχάνων* scribis tribuet. Aristoph. Pace v. 130. *μόνος πετεινῶν*. Achill. Tat. 1, 14. *ἵππε πάντων θηρίων ἀγριώτατε*. Luc. Am. c. 43. *καὶ νόσων χαλεπώτατος φθόνος*. Vid. *Meinecke* ad Menandr. p. 193 sq. et *Schaefer*. ad Eur. Phoeniss. v. 1730.. V. 32. *καὶ ὅταν σπαρῇ*] Aliquot Cdc. offerunt *ὅταν αὐξηθῇ* —, *ὅταν φυῇ* —, *ὅταν βλαστήσῃ*. Jam qui defendere voluerit *ὅταν σπαρῇ*, ei sic disputandum sit: *sublatum esse σπαρῇ, quia mire repeti visum fuerit ὅταν σπαρῇ v. 32. cl. v. 31.. At v. 31. legi ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, quod significare quando in terrâ satum* (= in terram conjectum) *fuerit, sed v. 32. esse ὅταν σπαρῇ, quod valere: ubi terrae mandatum fuerit.* Sed credo haud defuturos, qui discrimen illud v. *ὅταν σπαρῇ* additis et demtis vocc. *ἐπὶ τῆς γῆς* tenue magis, quam verum existiment et sententiam postulare dicant vel *αὐξηθῇ* (quod tamen haud dubie Matthaeo 13, 32. surreptum est), vel *φυῇ*, vel *βλαστήσῃ* vel simile verbum. Ac vereor, ne hîc subsit duplex *διττογραφία*. Nam ut in v. *καὶ ὅταν σπαρῇ* aliud latet et *σπαρῇ* e praecedente vs. natum est, ita deleam quoque ut permira v. 31. vocc. *ἐπὶ τῆς γῆς* post *ὅταν σπαρῇ*, quae irrepserunt e sq. *τῶν ἐπὶ τῆς γῆς*. De ceteris hujus vs. v. vid. ad Matth. 13, 32. et de ratione hujus similitudinis v. 31. 32. ad Matth. 13, 31. — V. 33. Vocula *πολλαῖς* hîc illîc intercidit, non quod reputassent librarii *non multas parabolas tum temporis ab Jesu propositas Marcum retulisse*, ut censet *Kuinoelius* (sic enim plane absurde fecissent), sed proclivi errore: *παραβολαῖς πολλαῖς*. Luc. de merc. cond. c. 17. *ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτα πολλὰ περὶ σοῦ στρέφουσι*. D. Meretr. 10, 2. *πολλὰ τοιαῦτα ἔστρεφον*. Est autem

πολλαῖς prorsus necessarium ad sententiam. Nemo enim quisquam sic loqui sustineat: *et hujuscemodi collationibus usus exposuit iis doctrinam divinam* [vid. ad 2, 2.], quum dicere debuerit: *omnino hujusmodi similitudinibus usus exp. i. d. d.,* vel *hujusmodi multis similit. usus exp. i. d. d.*. Minus igitur caute *Millius* proleg. §. 1404. *πολλαῖς* e margine in ordinem translatum esse affirmavit. — *καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν*] Propagavi *ἠδύναντο* repudiato *ἐδύναντο*, quod magni fecit *Griesbachius*. Vidi enim, plurimos libros illi formae in Marco patrocinari. Cf. 1, 11. *ηὐδόκησα*. 5, 3. *ἠδύνατο* 6, 5. *ἠδύνατο* 19. *ἠδύνατο*. 31. *ηὐκαίρουν* 7, 24. *ἠδυνήθη* 14, 5. *ἠδύνατο*, quibus in l. ut Cdc. plerumque varient, tamen in v. *εὐδοκεῖν*, *εὐκαιρεῖν* simil. Augmentum, in v. *δύνασθαι* et *ἐθέλειν* [vid. *Buttmanni* ausf. gr. Gr. p. 324.] duplex Augmentum majorem a libris auctoritatem habere cognoscas. Ceterum v. *καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν* neque significant *ut digni erant audire* (ita *Grotius* ea enarrat, male provocans ad Matth. 9, 15. post *Euthymium*: — *καθὼς ἦσαν ἄξιοι ἀκούειν*), neque *quamdiu* [*!!*] *audire volebant* [*?!*] (sic *Heumannus* interpretatus est), neque *ut intelligere* s. *capere* [*βαστάζειν* Joh. 16, 12.] *poterant* [ita longe plerique explicuerunt], sed *ut audire doctrinam divinam poterant* = *ut doctrina div. iis tradi poterat.* Supra enim v. 11. Jesus confessus erat, aptissimas esse plebi instituendae parabolas. V. 34. *ἐπιλύειν dissolvere* h. l., ut vernaculum *auflösen*, sensu metaphorico *explicare* (propositas, quasi *προβλήματα*, parabolas) declarat. Exempla largâ manu dedit *Wetstenius* ad h. l.. Neque aliter usi sunt Latini verbo *solvere.* Cic. Fin. 1, 7. *quâ viâ captiosa solvantur.* Quod *ἐπιλύειν* h. l. respondere verbo hebr. פָּתַר Genes. 40, 8. et chaldaico פְּשַׁר [vid. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 1863.] *interpretari* monent, verum quidem est, sed ad illustrandam verbi *ἐπιλύειν* metaphoram non plus confert, quam si quis *ἐπιλύειν* vernaculo *erklären* respondere dicat. * Obiter observo, me saepe multumque miratum esse, quod l. II Petr. 1, 19. 20. *καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, — — — τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι*

πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται. tantopere exercere potuerit interpretes. Quovis paene pignore contendam, veram hanc esse, quae cuivis se facile offerat, enarrationem: *et firmiora argumenta vatum habemus oracula, quibus recte animum advertitis* — — —, *hoc prae ceteris tenentes, omnia V. T. oracula non esse propriae interpretationis* (*eigentlicher* Auslegung, cui opponatur impropria et figurata). Hoc pacto Petrus indicaverit, prophetas non pedestri simplicique, sed ligatâ grandique oratione usos esse; cujus rei v. 21. apte hoc affertur argumentum, quod prophetae a divino acti spiritu cecinerint. Sed ne quis v. *ὅτι πᾶσα προφητεία* — *οὐ γίνεται* quo voluimus modo accipi posse neget, a Platone de re publ. II. p. 366. E. *ἴδιοι λόγοι* opponuntur *τῇ ποιήσει.* *

V. 35. *Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης· Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν.* 36. *Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνουσιν αὐτόν, ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ.* 37. *Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥςτε [αὐτὸ] ἤδη γεμίζεσθαι.* 38. *Καὶ ἦν αὐτὸς ἐν τῇ πρύμνῃ, ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτόν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;* 39. *Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.* 40. *Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε; οὕτως οὐκ ἔχετε πίστιν;* 41. *Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούει αὐτῷ;*

V. 35. Distat h. l. Marcus a Matthaeo 8, 18.. Nam quam rem hic eo die, quo in monte Jesus concionatus esset, evenisse perhibet, eam ille ad eum diem refert, quo Jesus in maris galilaei litore plebem instituisset, quod propterea, opinor, sibi licere existimavit, quod Lucas 8, 22., tempore non definito, rem accidisse *aliquando* (*ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν*)

narraverat. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ] *illo die*, *quo Jesus plebem docuerat* (cf. v. 1. et 33.). Non enim v. 10. [vid. ad v. 21.], sed versu demum 36. καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνουσιν αὐτὸν κ. τ. ἑ. dimissam esse concionem legimus. Male *Grotius* interpretatur *quadam die*, *aliquando*, quod v. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ nunquam significant. Probat *Grotii* explicationem *Kuinoelius* argumento e diversâ Matthaei 8, 18. narratione repetito; quae ratio hâc argumentatione nititur, *non concedendum esse*, *ut Evangelistae talibus in rebus discordent; ergo pacem obtrudendam esse invitis* (?!). V. 36. παραλαμβάνουσιν αὐτόν, ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ] Recte quidem *Elsnerus* impugnavit hanc plerorumque interpretum et distinctionem et enarrationem — παραλαμβάνουσιν αὐτόν, ὡς ἦν, ἐν τῷ πλοίῳ *dimissâ plebe discipuli eum*, *ut erat*, *in navem assumserunt*, s. *receperunt* hoc argumento, quod sic scriptum oportuerit εἰς τὸ πλοῖον, sed non melius ipse h. locum constituit h. r.: καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνουσιν αὐτόν· Ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ γίνεται λαῖλαψ κ. τ. ἑ.. *Et dimissâ turbâ assumserunt eum comitem*. *Quum esset in navi et alia itidem navigia cum eo essent, tunc ingens procella coorta est* etc.. Huic consilio plurima infesta sunt. Primum nova sententia ὡς ἦν κ. τ. ἑ. vinculo male destituta est καὶ ὡς ἦν etc., vel ὡς δὲ ἦν ἐν τῷ πλοίῳ. Deinde δέ post ἄλλα non declarat *itidem*, sed voculae καὶ — δὲ valent h. l. *et* — *vero* [Joh. 8, 17.], ut alibi *etiam* — *vero* [Joh. 15, 27]. Tum καί consecutivum [vid. ad Matth. p. 187 sq.] ante γίνεται tali in l. summam habet offensionem. Postremo et displicet haec sententiarum conjunctio: *quum esset Jesus in navi constitutus et quum essent cum eo alia navigia*, *tunc coorta est magna tempestas* (quasi vero in eo nescio quid ponderis insit, quod tempestas exstiterit, *quum Jesus in navi comitantibus aliis navigiis collocatus esset*), et v. παραλαμβάνουσιν αὐτόν, ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ arctius cohaerere nimis manifestum est. Pejus etiam *Heumannus* interpretatus est: *receperunt eum discipuli*, *ut esset* (!!) *in majore navi*, cui hoc unum haud piget obvertere, non posse v. ἐν τῷ πλοίῳ,

nisi de eâ navi accipi, quâ conscensâ Jesus plebem docuerat v. 1.. Quin consocianda sunt v. *παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ* h. r.: *et dimissâ plebe comitem eum assumserunt discipuli, u t e r a t in navi* (wie er in dem Schiffe war) i. e. h. l. *ad iter minime compositum*. Luc. As. c. 24. *κάτω ἀφῆκαν ὡς ἦν ἐν τῷ δεσμῷ*. Liv. 27, 43. Cum iis literis, *sicut erant*, signatis L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium Consulem traduntur. 27, 51. C. Claudius Consul — caput Hasdrubalis — projici ante hostium stationes captivosque Afros vinctos, *ut erant*, ostendi, duos etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem et expromere quae acta essent jussit. Tibull. 3, 1, 18. — ite domum cultumque illi donate libellum, *sicut erit:* nullus defluat inde color. Hinc autem quod Apostoli Jesum quo fuerit in navi habitu sibi adjunxisse comitem dicuntur, *statim* eos dimissâ plebe mare trajecisse colligas. Similiter Graeci cogitationem *protenus, illico* enuntiare solent formulâ *ὡς ἔχω*. Vid. *Duker*. ad Thucyd. 3, 30. — *ἐμοὶ δοκεῖ πλεῖν ἡμᾶς ἐπὶ Μυτιλήνην, πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι, ὥσπερ ἔχομεν.* et *Hermann*. ad Soph. Philoct. v. 808. *ὦ γαῖα, δέξαι θανάσιμόν μ' ὅπως ἔχω.* Male admodum nonnulli v. *ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ* ad gestum et posituram corporis retulerunt, ut *Euthymius: ὡς ἦν ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐκάθητο ἐν τῷ πλοίῳ· ἐν τούτῳ γὰρ καθήμενος ἐδίδασκεν, ὡς προείρηται.* — *καὶ ἄλλα δὲ — μετ' αὐτοῦ*] *Griesbachius* in locum v. *πλοιάρια* e nonnullis Cdc. suffecit *πλοῖα*. Male. Est enim *πλοῖα* inde natum, quod modo praecesserat *ἐν τῷ πλοίῳ* et statim sequitur *εἰς τὸ πλοῖον*. Sunt autem haud dubie genuina v. *καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ* neque ullo modo me movent hae lectiones: *καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὄντα μετ' αὐτοῦ πλοῖα*, — *καὶ ἄλλα δὲ πλοῖα πολλὰ ἦσαν μετ' αὐτοῦ*, — *καὶ πολλὰ δὲ πλοῖα ἦν μετ' αὐτοῦ*, — *καὶ πολλὰ πλοῖα ἦν μετ' αὐτοῦ*, quarum partim *e correctione* manaverint, ut quam primo loco nominavimus, quae iis debetur, qui v. *καὶ ἄλλα δὲ* etc. ex v. *παραλαμβάνουσιν* apta voluissent, partim *ex confusione* v. *ἄλλα et πολλά*, quae facile misceri a scribis potuerant. Quod autem *Euthymius* [*μετ' αὐτοῦ, τοῦ πλοίου δηλονότι*] *Er. Schmidius*,

al. ad *μετ' αὐτοῦ* cogitant *τοῦ πλοιαρίου*, mire faciunt. Tum dicendum erat *πρός* s. *ἐπ' ἐκείνῳ praeter illud.* Omnino significant haec v.: *cum Jesu.* Potuerant etiam discipuli afferri h. r. *μετ' αὐτῶν* [*cum discipulis*], quod ipsum pauca subsidia exhibent, nisi par fuisset, magistrum potius memorari. Nihil habet offensionis haec sententia: *et alia vero navigia cum Jesu* (= *cum Jesu navigio*) *erant.* Nam comparantur *reliqua navigia cum Jesu*, quum contendi debuissent *cum Jesu lembo.* Est igitur haec oratio similis illi *κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι*, de quâ disserui Conjectan. p. 2 sq.. Adde Demosth. Epitaph. 30, 8. — *οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ τῷ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ προσομοιοῦν ἀνθρώπῳ, τὴν ἄλλην δὲ δράκοντι*, ubi male conj. *Reiske αὐτόν.* Achill. Tat. 1, 6. *πάντα ἦν μοι Λευκίππη τὰ ἐνύπνια· διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν, ἡπτόμην, πλείονα εἶχον ἀγαθὰ τῆς ἡμέρας*, ubi perperam *Villoison.* conj. *τῶν τῆς ἡμέρας.* Cic. ep. ad Brut. lib. I. ep. 4. Alia omnia sic abunde adsunt, ut *cum quolibet antiquorum* comparari possint *tuae virtutes.* Ibid. ep. 12. Nullo enim modo poterat *causa Lepidi* distingui *ab Antonio.* Nonnulli *Antonii*, quod recte aspernatur *Orellius.* Liv. 36, 7. Ille quidem *ferae bestiae* vinctae aut clausae et refringere claustra cupienti *regis iram verbis aequabat.* Juvenal. III, 74. *Isaeo* torrentior sermo. Cf. *Beier.* ad Cic. Off. I. p. 176.. V. 37. *καὶ γίνεται λαῖλαψ* (non *λαίλαψ*) *ἀνέμου μεγάλη*] *et coorta est magna venti procella.* Nihil verius est scripturâ vulgatâ. Lectio *καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλου* inconsiderata est scribarum emendatio. Vid. *Fritzsche* ad Luc. Alex. c. 23. p. 235.. Adde Cic. Or. I, 45, 199. non solum ad causarum usum *forensem*, ubi nonnulli libri male *forensium.* In Q. Caecil. Divinat. 19, 61. — quam *publicam* (aliqui pessime *publici*) muneris societatem. *τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον*] Perperam haec Vulgatus, quem *Lutherus*, *Hombergius*, *Elsnerus*, *Reichardus*, al. imitati sunt, sic reddidit: *et fluctus mittebat* (np. procella) *in navim.* Nam *ἐπιβάλλειν* h. l. sensu intransitivo notat *se injicere* = *irruere* [vid. *Hermann.* ad Vig. p. 778.] h. r.: *fluctus autem irruebant in navem.* Male pauci Cdc. prae-

bent *ἐπέβαλεν* — *ἐνέβαλεν* — *ἔβαλεν*. Nam Imperfecto h. l. opus est. Vid. ad v. 3.. — *ὥςτε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι*] *ut navigium jam oppleretur* np. *fluctibus*. Multo deterior vulgatâ lectio est, quam *Griesbachius* impense commendavit *ὥςτε ἤδη γεμίζεσθαι τὸ πλοῖον*. Sed velim plures libri (omittit *αὐτὸ* tantum Cd. 102. *Griesb.* et *Arm.*) offerant: *ὥςτε ἤδη γεμίζεσθαι*. Suspicor enim, tam *αὐτό*, quam *τὸ πλοῖον* non esse, nisi explicationes scribarum. Ceterum v. *βυθίζεσθαι* et *καταποντίζεσθαι*, quae pro *γεμίζεσθαι* nonnulli Cdc. jactant, interpretamenta sunt voc. *γεμίζεσθαι*. V. 38. *καὶ ἦν αὐτὸς — καθεύδων*] Rectissime *Griesbachius* e Cdc. *ἐν τῇ πρύμνῃ* dedit pro *ἐπὶ τῇ πρύμνῃ*. Nam *ἐπὶ* e s. v. *ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον* natum. Male nonnulli, ut *Schulzius* l. l. Vol. III. Fasc. I. p. 95., arcte copulant v. *ἦν καθεύδων*, ut idem dicant, quod *ἐκάθευδε* Matth. 8, 24.. Apertum est enim, cohaerere vocc. *καὶ ἦν αὐτὸς ἐν τῇ πρύμνῃ* et *ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον καθεύδων* h. r.: *et erat* (= versabatur) *ipse in puppi, porrecto in pulvinar corpore dormiens.* Sed ut permira sit locutio *ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον καθεύδων super pulvinar* (reclinato corpore) *dormiens, auf das Kopfkissen* (sich gelegt habend) *schlafend*, nihil tamen mutandum esse existimo. Nam quod praestat Cd. x *Matth.* *ἐπὶ προςκεφαλαίου* est emendantis scribae. Eodem modo judico de lectione *Cd. e. Matth.* *καθήμενος* pro *καθεύδων* [cf. v. 1.]. *Theophylactus: καθεύδει δὲ ἐπὶ τὸ προςκεφάλαιον τὸ τοῦ πλοίου, ξύλινον δὲ πάντως ἦν τοῦτο.* Unde *Theophylactus* pulvinar *ligneum* fuisse, rescivit? Nos putabamus, *τὸ προςκεφάλαιον*, hebr. כֶּסֶת [Ezech. 13, 18.] *pulvinar*, dici *culcitram*, quam, ut commodius vel sedeas, vel jaceas, tibi substernas. Bene autem *Kuinoelius: Michaelis ad h. l.*, inquit, *sine ullâ idoneâ ratione suspicatus est, Jesum gubernaculum tractasse et fessum labore obdormivisse. Hâc de re nihil textus habet* —. *καὶ διεγείρουσιν αὐτόν*] *et excitaverunt eum* (dormientem). Verbum *διεγείρειν excitare* et *διεγείρεσθαι expergefieri* v. 39. non idem declarat, quod *ἐγείρειν* et *ἐγείρεσθαι* simplex, sed cogitationem v. simplicis fortius enuntiat. V. 39. *διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ*] *exper-*

gefactus increpuit procellam, scil. quod saeviret h. e. *ad sensum: ventum composuit* [vid. ad Matth. p. 325.]. — σιώπα, πεφίμωσο] Observandum est, duos Imperativos sine copulâ se excipere tantum *in oratione gravi et sublimi.* [Huc pertinet Tragicorum σίγα, σιώπα et quod praeco apud Graecos in judiciis pronuntiare solebat ἄκουε, σίγα. Tacit. Annal. 4, 8. Augusti pronepotes *suscipite*, *regite* vestram meamque vicem *explete.*] Quare in Horatio Od. III, 4, 1. *Descende coelo, et dic age tibia regina longum Calliope melos* non debebat *Jani et* cum uno Cd. ejicere. καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος] *et cecidit ventus*, sive, ut latini poetae loquuntur, *et posuit ventus* (und *es legte sich* der Sturm). De hoc usu v. κοπάζειν vide *Wetstenium* ad Matth. 14, 32. καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη] *et exstitit magna malacia* i. e. *maris tranquillitas.* Hoc eo magis debet mirum videri, quod vulgo non statim solent, postquam ventus conticuit, moti tempestate fluctus componi, sed per longius temporis spatium saevit mare procellâ incitatum. Scilicet eximium ab Jesu editum esse miraculum h. l. Marcus narravit. Nam quum magnâ coortâ procellâ transmittentes mare galilaeum cum magistro discipuli tantopere jactarentur, ut metu trepidarent, Jesus et silere frementem ventum et conticescere jussit tumultuantes maris fluctus. Utrumque paucis verbis ab eo effectum est; posterius etiam contra, quam ad vulgarem rerum consuetudinem unice attento fieri potuisse videatur. Nam quum Jesus dixisset σιώπα, πεφίμωσο protenus secuta est *magna malacia.* Hinc vero emergit, optime comparatam esse lectionem vulgatam — ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· σιώπα, πεφίμωσο. *increpuit ventum et dixit mari: tace, obmutesce.* Nam vocabulis καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος ratio habetur verborum ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ; verbis autem καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη respicitur ad vocc. [καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· σιώπα, πεφίμωσο. [cf. v. 41. τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούει αὐτῷ;] Lectio ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἶπε· σιώπα, πεφίμωσο. non est, nisi exigentium h. l. ad Matth. 8, 26. scribarum correctio. V. 40. τί δειλοί ἐστε; οὕτως οὐκ

ἔχετε πίστιν;] Fugisse videtur VV. DD. vera hujus l. ratio. Vulgatur haec scriptura: *τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;* Variant libri: *τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε πίστιν;* — *τί οὕτω δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε πίστιν;* — *τί δειλοί ἐστε; οὕτω πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;* — *τί δειλοί ἐστε οὕτω; οὔπω ἔχετε πίστιν;* Jam ne quis scribendum putet: *τί δειλοί ἐστε; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; cur timidi estis? quomodo non alitis fiduciam?* illud obstat, quod certum est e varr. lect., *aut οὕτω, aut οὔπω, alterutrum* quidem, genuinum esse. Sed quaeritur, utrum a Marco profectum sit. *Griesbachius* C. C. l. l. p. 95. eximium existimat *τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε πίστιν;* ceterum *οὕτω* neque studiose defendens, neque certo decreto condemnans. Is vero fallitur. Nam *οὔπω* neque aptum hîc est, ubi Jesum vituperare discipulos oportebat, quod fiduciam in se collocarent nullam, et invectum a librariis est monentibus, *sanctos Apostolos non omnino destitutos fiduciâ fuisse, sed tum temporis; eos enim profecto ad bonam frugem adductos esse postea.* [Cf. 8, 21., ubi *πῶς οὐ συνίετε* eodem consilio nonnulli pervertunt *οὔπω συνίετε;* 7, 18., ubi pro *οὐ νοεῖτε* male nonnulli ostentant *οὔπω νοεῖτε*, et nostro l. Cd. brix.: *quomodo nondum —?*]. Frustra *Griesbachius* ad 8, 17. provocavit, quum ibi *οὔπω νοεῖτε* —; unice aptum sit. Jam possit alicui plausibilis videri lectio vulgata: *τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;* ut visa est *Kuinoelio*. Sed propterea cum V. D. non fecerim, quod *οὕτω* post v. *τί δειλοί ἐστε* rejectum multum habet offensionis: *cur timidi estis sic? quomodo nullam habetis fiduciam?* Cf. tamen *Schaeferus* ad Demosth. T. II. p. 234.. Neminem autem puto a se impetraturum, ut cum *Valla* sic interpungat: *τί δειλοί ἐστε; οὕτως; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; cur meticulosi estis? siccine? quomodo nullam habetis fiduciam?* [*!!*] Aut plane fallor, aut scripserat Marcus: *τί δειλοί ἐστε; οὕτως οὐκ ἔχετε πίστιν; cur timidi estis? adeone non alitis fiduciam?* Haec loquendi forma *οὕτως (οὐ)*, sive per interrogationem, sive simpliciter expressa, est *indignantis*. Matth. 26, 40. *οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;* [ubi vide, quae obser-

vavimus] Marc. 7, 18. *οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε*; Gal. 3, 3. *οὕτως ἀνόητοί ἐστε*; 1 Corinth. 6, 5. *οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς* —; Joh. 18, 22. *οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ;* Hom. Odyss. 8, 167. *οὕτως οὐ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα διδοῦσιν.* Luc. Musc. Enc. c. 11. *οὕτως οὐδὲ ἡ κωμικὴ χάρις ἀπηξίωσεν* —. Plat. Euthyd. §. 38. — *οὕτως εἶ Κρόνος* —; Aristoph. Acharn. v. 530. *οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.* Luc. Q. H. S. C. c. 25. *οὕτως οὐ ξιφίδιον, οὐ λογχάριον εὗρεν, ὡς ἀνδρεῖός γε αὐτῷ καὶ ἡρωϊκὸς ὁ θάνατος γένοιτο.* De Sacrif. c. 2. *οὕτως οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ἀμισθὶ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν.* Cic. pro A. Cluentio 61, 170. — *adeone* erat stultus, ut illam, quam tum ille vivebat, vitam esse arbitraretur —? Est autem ea, quam nos adscivimus, scriptura ejusmodi, ut ex eâ solâ omnes variationes facile possint derivari. Nam quum male esset *οὕτως* ad v. praecedentia *τί δειλοί ἐστε* rejectum, nimis nuda visa est scribis haec oratio: *οὐκ ἔχετε πίστιν;* Itaque alii facili confusione ex *οὕτω* natum *οὔπω* [vid. *Bornemann.* ad Xenoph. Conviv. 9. §. 3. p. 220.] ob causam supra manifestatam cupide arripuerunt, alii non difficilius ex *οὕτως* ortum *πῶς* amplexi sunt. Postremo ad sensum optime nostram lectionem convenire tam est perspicuum, ut illum maxime contuitis *Revio* et *Grotio* verum suboluerit, quum ita, mire quidem, scribendum esse judicarent: *τί δειλοί ἐστε; οὕτω πως οὐκ ἔχετε πίστιν;* Nam enclitico *πως* hîc quidem locus est nullus. V. 41. *καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν*] *et magnopere metuerunt* scil. *discipuli.* Nam de his *in Marco* (cf. v. 38.) sermo est. *Grotius* sumit illa v. impersonaliter *et valde metuerunt homines*, male ille consternatus l. parallelo Matth. 8, 27.. Noli autem mirari, quod Apostolis laeti eventus miraculum metum incusserit. Nam si quis majus omnium exspectatione virtutis suae specimen edidit, non admiratio tantum viri incessit homines, sed obrepit iis etiam interdum, qui reverentiae finitimus est, metus. Ad hanc normam loca sunt exigenda, in quibus יָרֵא [1 Reg. 3, 28.], פָּחַד [Jer. 33, 9.] et *φοβεῖσθαι* [cf. Luc. 1, 65. 5, 26.] idem esse, quod *θαυμάζειν* sibi per-

suasit *Kuinoelius* ad h. l.. τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι —;] *quis tandem hic est*, *quod* —? Eadem σύνταξις invenitur Luc. 8, 25.. Conf. Hom. Il. 4, 32. τί νύ σε Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅτ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις —; ὑπακούει αὐτῷ] Male vulgatur ὑπακούουσιν αὐτῷ, quod librarii Matthaeo 8, 27. et Lucae 8, 25. subduxerant. — Quae vs. 1 — 20. et vs. 30 — 34. leguntur ita Marcus e Matthaei commentariis 13, 1 — 23. v. 31. 32. et v. 34. 35. hausit, ut nonnunquam simillimis, ac prope iisdem, verbis uteretur [vid. v. c. Marc. 4, 2. cl. Matth. 13, 2.. Marc. 4, 4 — 7. cl. Matth. 13, 4 — 7.. Marc. 4, 17. cl. Matth. 13, 21.]. Idem colligi potest e Marc. 4, 33., ubi indicare videtur scriptor, consulto se Matth. 13, 24 — 30. 33. 36 — 43. reticuisse. Sed etiam Lucae librum h. l. Marcus consuluit. Nam et Marc. 4, 13. aliquam refert orationis Luc. 8, 10. imaginem, et quae Marc. 4, 21 — 25. reperiuntur, non alio in h. l. consilio relata sunt, quam quod ea Lucas praecedenti parabolae annexuerat 8, 16 — 18.. Collationem v. 26 — 29. e suâ penu Marcus promsit. Hanc ei in memoriam reduxisse Matthaei 13, 24 — 30. ejusdem argumenti parabolam, quum in eâ ipsâ *hominum dormientium* mentio injiciatur, quantoque brevior hâc illa fuerit, tanto facilius Marcum ab se impetrasse, ut suam similitudinem, praetermissâ Matthaei parabolâ, perscriberet, suspicatus est *Griesbachius* in Opusc. acad. T. II. p. 374. ed. *Gabler*. Cujusmodi disputationibus non multum effici nobis videri fatemur. Est enim res ejusmodi, ut fieri aeque potuerit, ac non potuerit. Versus 35 — 41. e Luca 8, 22 — 25. expressi sunt. Scilicet praeteritâ Lucae narratione 8, 19 — 21. jam supra [Marc. 3, 31 sq.] ab ipso traditâ eo lubentius Marcus 4, 35 sq. in Lucae 8, 22 sq. auctoritate persistit, quum et rem memoriâ dignam proxime ab eo memorari et a Matthaeo jam prius expositam [8, 18 sq.] viderit. Cf. *Griesbach*. l. l. p. 373. *Saunier*. l. l. p. 68 sq. et *de Wettius* in l.: Lehrbuch der historisch kritischen Einleitung u. s. w. T. II. p. 163. [Berlin 1826.].

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Quum primum in Gadarenorum terram Jesus escendisset, obviam ei ex sepulchris processit homo malorum daemonum furiis instinctus, adeo ille saevus, ut a nemine domari posset v. 1 — 4., tantoque actus furore, ut in sepulchris montibusque degeret et semet ipse lapidibus contunderet v. 5.. Quippe non unus, sed permulti daemones viri miseri corpus occupaverant v. 9.. Qui quum Messiam adventare cognovissent, ne se domo suâ extruderet, eum obtestati sunt v. 6. 7.. Sed antiquas sedes sibi utique deserendas esse jubente Messiâ viderunt. Quare hoc saltem eum rogarunt, ne e Gadarenorum, ipsis percarâ, regione se abire juberet, sed ut porcorum, qui in ejus loci viciniâ tum forte pascerentur, corpora intrare sibi permitteret v. 8. 10 — 12.. Et voti damnati sunt. Itaque relicto homine porcos ingressi tanto universum gregem furore consternarunt, ut de praecipitio, in quo pascebantur, in subjectum mare sues praecipitarentur et omnes perirent v. 13.. Trepidâ fugâ dilapsi pastores rem retulerunt in urbem et vicos agrestes v. 14.. Quo nuntio exciti incolae ad Jesum confluxerunt. Sed incussit iis miraculo reddita furibundo sobrietas metum. Quocirca tanti portenti effectorem orarunt, ut finibus suis excederet v. 15—17.. Volebat persanatus vir, impellente grati animi sensu, Jesum comitari. Sed ita Jesus hoc subitum consilium improbavit, ut illum eo potius gratum declarare animum juberet, ut suis beneficium divinitus collatum enarraret v. 19.. Itaque ab eo per regionem decapolitanam miraculi fama perlata est v. 20.. Trajecto mari et Galilaei ad dilectum doctorem undique convolarunt et convenit eum in maris litore Jairus, synagogae princeps, omnique eum prece oravit, ut aegrotanti filiae, quae tantum non animam ageret, benigne subveniret v. 21 — 23.. Cui voto Jesus annuens cum Jairo, magnâ hominum multitudine comitante, abiit v. 24.. In quâ viâ mulierculae, eo sanguinis profluvio affectae, ut nullus id medicus persanare potuerit, hoc ipso est bona valetudo restituta, quod piâ fiduciâ Jesu vestes tetigisset v. 25 — 34.. Sed jam exspirasse Jairi filiam nuntiabatur v. 35.. Tum Jesus bono patrem animo esse jussit et fiduciam alere v. 36., paucisque verbis, quum in Jairi aedes pervenisset, videntibus valdeque admirantibus parentibus et tribus Apostolis, quos solos portenti

testes esse voluerat, puellae non vitam tantum, sed etiam sanitatem reddidit v. 36 — 42.. At illos, qui aderant, miraculum divulgare vetabat v. 43..

V. 1. Καὶ ἦλθεν εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς τὴν
χώραν τῶν Γαδαρηνῶν. 2. Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ
τοῦ πλοίου εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων
ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, 3. ὃς τὴν κατοίκη-
σιν εἶχεν ἐν τοῖς μνήμασι, καὶ οὐδὲ ἁλύσεσιν οὐδεὶς
ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι, 4. διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέ-
δαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ᾽ αὐ-
τοῦ τὰς ἁλύσεις καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι· καὶ
οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. 5. Καὶ διαπαντός,
νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐν τοῖς μνήμασι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν
ἦν, κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις. 6. Ἰδὼν
δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν ἔδραμε καὶ προσεκύνη-
σεν αὐτῷ, 7. καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ λέγει· τί ἐμοὶ
καὶ σοί, Ἰησοῦ, υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σὲ
τὸν θεόν, μή με βασανίσῃς. 8. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ·
ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου.
9. Καὶ ἐπηρώτα αὐτόν· τί σοι ὄνομα; λέγει αὐτῷ·
Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν. 10. Καὶ
παρεκάλει αὐτὸν πολλά, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω
τῆς χώρας. 11. Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τῷ ὄρει ἀγέλη χοί-
ρων μεγάλη, βοσκομένη. 12. Καὶ παρεκάλεσαν αὐ-
τὸν λέγοντες· πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς
αὐτοὺς εἰσέλθωμεν. 13. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐ-
θέως, καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς-
ῆλθον εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ
τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν (ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι),
καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ. 14. Καὶ οἱ βόσκον-
τες [αὐτοὺς] ἔφυγον καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν
καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς, καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν, τί ἐστι τὸ γε-
γονός. 15. Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν καὶ θεω-
ροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον, ἱματισμένον
καὶ σωφρονοῦντα, τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα, καὶ ἐφο-
βήθησαν. 16. Διηγήσαντο δὲ αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς

ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ καὶ περὶ τῶν χοίρων. 17.
Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν
ὁρίων αὐτῶν. 18. Καὶ ἐμβαίνοντος αὐτοῦ εἰς τὸ
πλοῖον παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς, ἵνα ᾖ μετ᾽
αὐτοῦ. 19. Καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ λέγει αὐ-
τῷ· ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σοὺς καὶ
ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ κύριος πεποίηκε, καὶ
ἠλέησέ σε. 20. Καὶ ἀπῆλθε καὶ ἤρξατο κηρύσσειν
ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ
πάντες ἐθαύμαζον.

V. 1. *καὶ ἦλθεν*] Hoc praetuli scripturae vulgatae *καὶ ἦλθον*, quam acceptam referimus librariis, Jesum, comitibus adjunctis discipulis, mare Galilaeae trajecisse [cf. 4, 36 sq.], monentibus. Nam Jesus est, de quo exponitur (der Held der Erzählung). De more ejus nomen apposuerunt Evangelistaria *καὶ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς*. Eandem legem secutus v. 38. veram lectionem *καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον*, quae praecipuas partes Jesu recte defert, et falsam *καὶ ἔρχονται εἰς τὸν οἶκον* facile dijudices. — *εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν*] Nonnulli libri praebent *Γερασηνῶν*, quod non displicuit *Griesbachio*, plures *Γεργεσηνῶν*, quod probavit *Millius* proleg. §. 996. et *Bengelius*, plerique *Γαδαρηνῶν*, quod h. l. genuinum duxit *Millius* ad Marc. 5, 1. et *Matthaeius*. Recte. Nam ut ad Matth. 8, 28. disputata praeteream, ne uno opere eandem incudem tundere judicer, hoc addo unum, et Hieronymum de locis hebr. T. III. p. 186. et scholiorum scriptores [v. c. *Euthymium* ad Matth. 8, 28. et Victorem Antioch. ad Marc. 5, 1.] in unius Origenis auctoritate totos fuisse eorumque virorum testimoniis non infirmari illorum sententiam, qui scripturam *Γεργεσηνῶν* non esse, nisi qualemcunque Origenis nimio favore ab interpretibus et scribis exceptam hariolationem, existimant. Neque labefactari illam Theophylacti ad h. l. [*τὰ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν ἔχει*] auctoritate, qui PP. graec. *κρίσιν* penitius cognoverit, opinabitur. Ceterum peculiarem de h. l. et de l. parallelis Excursum scripsit *Matthaeius* Nov. T. ed.

min. T. I. p. 770 — 776., quo Matthaeo *Γεργεσηνῶν*, Marco et Lucae *Γαδαρηνῶν* vindicare conatus est. V. 2. *ἐξελθόντι αὐτῷ — ἀπήντησεν αὐτῷ*] Vid. ad Matth. 8, 1. et *Wineri* gr. p. 63.. Propagavi *ἀπήντησεν*. Nam *ὑπήντησεν* et paucorum nititur Cdc. auctoritate et ex Matth. 8, 28. et Luc. 8, 27. videtur invectum. *ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ*] Scil. *ὤν*. *homo in impuro genio collocatus* i. e. *homo intime nexus et junctus cum pravo genio*. Male et *Grotius* *ἐν* valere putavit *cum* et *Gualtperius* hypallagen commentus v. *ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ* posita esse pro *ἄνθρωπος, ἐν ᾧ πνεῦμα ἀκάθαρτον* sibi persuasit [!!]. Inanem esse *hypallagis*, nullâ subjectâ sententiâ, sonum, docere conabor Excursu I.. Non temere Marcus hominem a maligno actum genio Jesu e cymbâ egresso *statim* obviam e sepulcris processisse monuit, sed ut malum daemonem advenisse poenas de se capturum Messiam extemplo sensisse indicaret [vid. 3, 11.]. Quod autem Marcus *unum* furibundum virum, non duos [Matth. 8, 28.], obviam se tulisse Jesu narravit, inde factum est, quod Lucae fidem adjunxit, cui per universum hoc caput se applicuit [vid. Marc. 4, 35 — 5, 43. cl. Luc. 8, 22 — 56.]. Utrum Matthaei, an Lucae narratio propius videatur ad veritatem accedere, id exquirere non hujus est loci [vid. ad Matth. 8, 28. et ad Luc. 8, 27.]. V. 3. Probavi *τοῖς μνήμασι*, quod recte in ordinem receperat *Griesbachius* auscultans *Millio* prol. §. 1100. et *Bengelio*. Quod vulgatur *τοῖς μνημείοις* ortum est ex praecedentibus v. v. 2. *ἐκ τῶν μνημείων*. Ceterum Articulus *ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τ. μν.* non frustra est adjectus, sed hunc s. praestat: *qui suum* (= *perpetuum*) *domicilium habebat in sepulcris* [cf. ad Matth. p. 328.]. *καὶ οὐδὲ — — δῆσαι*] Substitui *οὐδέ* e quattuor Cdc. [vid. *Wetsten.* ad h. l.] in l. v. *οὔτε*, quod hic nihili est. Nam sensus esse debet: *et ne catenis quidem quisquam poterat eum vincire*. Minime autem mirum videri debet, quod nonnunquam conjecturâ est in N. T. *οὔτε* mutandum in *οὐδέ*. Nam vel in profanis scriptoribus, quorum sunt Cdc. diligentius multo, quam N. T. libri, excussi et in particulis quoque ad vivum resecti, multis in locis hodieque

est *οὔτε* in *οὐδέ* e conjecturâ mutandum. Non igitur Luc. 12, 26. ipsâ conjecturâ reponere dubitarem *Εἰ οὖν οὐδὲ ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε;* si non pauci quidam libri [vid. *Wetsten.* et *Birch.* ad h. l.] vitiosum *οὔτε* recte emendarent *οὐδέ.* Jacob. 3, 12. bene quidem repudiavit *Griesbachius* hanc lectionem: *οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.* [vid. *Millius* Proleg. §. 1208.], sed inconsideratius scripsit *οὕτως οὔτε ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.* Libri recte praebent *οὐδέ* (h. e. auch nicht), si fides est *Wetstenio* ad h. l.. Sed jure *Griesbachius* 1 Corinth. 3, 2. — *ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε.* e Cdc. adoptavit. Hoc *ἀλλ' οὐδέ quin ne — quidem* (ja sogar nicht einmal) usus est pervulgati. Act. 19, 2. — *ἀλλ' οὐδέ, εἰ πνεῦμα ἅγιον ἔστιν, ἠκούσαμεν.* Demosth. de falsâ legat. 352, 21. *Reiske.* *περὶ δὲ Φωκέων ἢ Θεσπιέων ἢ ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς ἀλλ' οὐδὲ μικρόν.* Luc. Q. H. S. C. c. 33. — *ἀλλ' ὃ οὐδεὶς ἄν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος, μωμήσασθαι δύναιτο.* Hermotim. c. 7. *καὶ οὗτοι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας — ἅπαντα ταῦτα περιαιρεθέντες — ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον εὐδαιμονοῦσι, πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων ταῦτ' εἶναι* [vide fratris notam ad Lucian. D. D. III. p. 5.]. Act. 4, 12. *οὐδέ* non commendandum, sed recipiendum erat *Griesbachio*: *καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὐδὲ γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανόν, τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.* Item Ephes. 4, 27. *μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ* haud dubie praeferre ille debuerat lectioni vulgatae *μήτε δ τ. τ. δ..* Apoc. 12, 8. bene *Griesbachius* restituit *οὐδέ*: *καὶ οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῷ ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ,* sed temere Luc. 7, 9. magni fecit *οὔτε,* quum ibi *οὐδὲ* et plane necessarium sit: *οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.* et rectissime ab editoribus propagetur. Non minus certum est, *οὐδέ* legendum esse 1 Thess. 2, 3. *ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὐδὲ ἐν δόλῳ.* et Gal. 1, 12. *οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Nam *οὐδὲ — οὔτε,* si modo unquam, de

quâ re mihi non facile persuadebunt [vid. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 1225. Leipzig 1827.], certe non illic sibi possunt respondere. Ratio, quâ ductus *οὐδέ* — *οὔτε* ex adverso poni posse recte negare mihi videar, haec est, quod, quum, ubi post *οὔτε* infertur *οὐδέ*, ponderosiorem sententiam ducat *οὐδέ*, priori loco positâ voce *οὐδέ*, posteriori *οὔτε* praepostere gravior enuntiatio praeponeretur debiliori. Hanc ipsam ob causam vocem *μηδὲ* apud Graecos nunquam excipit *μήτε* [vid. *Matthiae* l. l. p. 1226.]. Mendo igitur laborat locus Act. 23, 8. *Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.* Emendandum est aut *μηδὲ* — *μηδὲ*, aut *μήτε* — *μήτε*. Hoc propter Cdc. auctoritatem potius videtur [vid. *Wetsten.* ad h. l.]. Superest, ut de l. Luc. 20, 36. dicatur. Ferri hic posset quodammodo *οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται*, si vera esset *Schaeferi* ad Dionys. Hal. p. 409. et ad Demosth. T. II. p. 579. [cf. *Hermann.* ad Soph. Trachin. v. 1015.] opinio, *τὲ γὰρ* idem esse, quod *καὶ γὰρ etenim*, *namque*, h. s.: *etenim mori amplius nequeunt.* Sed nondum mihi illud praeceptum liquere fateor [vid. ad Lucae l. l.]. Quamquam, si vel verissimum sit, multo melius ad loci illius rationem respondere arbitror, quod pauci Cdc. repraesentant [cf. *Wetsten.* ad h. l.] *οὐδὲ γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται*· h. e. *nam ne mori quidem possunt amplius.* — Ad Marci l. revertor, unde profectus sum. Ibi spernenda est eorum auctoritas librorum, qui post *οὐδείς* inculcant *ἔτι* h. s.: *et ne catenis quidem quisquam amplius poterat eum constringere.* Est enim haec eorum correctio, qui vinculis coercere prospero primum eventu conatos esse nonnullos miserum virum, sed auctis deinde per furorem ejus viribus frustra, monerent. — Vocc. *ἅλυσις catenam* significat, velut rem, quae solvi nequeat. Originem hujus vocis clarius patefacit altera, quâ in veteribus scriptoribus passim legitur, forma *ἄλυσις* [vid. *Schaefer.* ad Gregor. Corinth. p. 523.]. Explicat Gregorius l. l. *τὰς ἁλύσεις* voce *ἀμφιδέας*. — *δῆσαι*] In hujus v. l. nonnulli libri sufficiunt vel *πεδῆσαι* h. e. *compedibus constringere*, vel *δαμάσαι* [cf. v. 4] i. e. *perdomare.* Sed haec quidem sunt in-

terpretamenta. — V. 4. *διὰ τὸ αὐτὸν* — — *συντετρίφθαι*] Hanc lectionem sanam esse (etsi paullo asperiorem justoque minus elegantem; melius enim Marcus sic fuisset locutus: *διὰ τὸ πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδεμένον αὐτὸν διεσπακέναι τὰς ἁλύσεις καὶ τὰς πέδας συντρίψαι·* vel *ὅτι πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδεμένος διέσπακε τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συνέτριψε**) ei facile appareat, qui duobus, quae arctissimo vinculo cohaereant, membris *διὰ τὸ* — *δεδέσθαι* et *καὶ* — *συντετρίφθαι* *unam* comprehendi *sententiam* perspexerit h. r.: *quia saepe pedicis et manicis constrictus fuerat, ruptae autem ab eo manicae et contritae pedicae fuerant* = *quia pedicis et manicis saepe circumdatus manicas discerpserat et pedicas contriverat.* Proinde *e correctione* fluxerunt hae, quas paucissimi libri ostentant, scripturae: *διὰ τὸ αὐτὸν πολλὰς πέδας καὶ ἁλύσεις, αἷς ἔδησαν αὐτόν, διεσπακέναι καὶ συντετριφέναι καὶ οὐδεὶς ἴσχυσεν αὐτὸν δαμάσαι* et *ὅτι πολλάκις αὐτὸν δεδεμένον πέδαις καὶ ἁλύσεσιν, ἐν αἷς ἔδησαν, διεσπακέναι καὶ τὰς πέδας συντετριφέναι, καὶ μηδένα αὐτὸν ἰσχύειν δαμάσαι.* (Sic? debuerat pro *ὅτι* exarare *διὰ τὸ* absurdus librarius Cd. D., unde posterior est scriptura desumta.) Prior illa emendatio orationem reddit elegantiorem et magis concinnam; sed posterior hoc habet vitii, quod vocc. *καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι,* quae sui prorsus juris sint, praecedentium v. imperio subjecit, quâ re sententia perditur: *et ne vinculis quidem quisquam coercere eum poterat, quia, quum saepe esset pedicis manicisque ligatus ruptis ab eo manicis contritisque compedibus nemo eum domare poterat.* Sic enim perverse hoc diceretur: *non potuisse quemquam ne vinculis quidem hominem constringere, quia nemo eum domare potuerit* (!!). — *Ἁλύσεις* h. l. dicuntur *manicae.* Docet hoc et vox *πέδαι compedes,* quae *ταῖς ἁλύσεσιν* opponitur, et res ipsa. Nam *manicas* si qui valent viribus *discerpunt* (*διασπῶσιν*), *compedes* vel qui summo sunt corporis robore frangere quidem nequeunt, sed eas *comminuunt* (*συντρίβουσιν*). — *καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι*] *ἴσχυε,* quae est vera lectio, ita regredi lectorem jubet in memoriam

verborum οὐδεὶς ἠδύνατο v. 3., ut *in universum* Marcus loquatur *et nemo eum domare poterat;* ἴσχυσε significaret *et nemo eum domare tum potuerat*, qui sensus propterea non in h. l. convenit, quoniam hîc Marcus et morem hominis (vs. 3. cl. vs. 5.) et summum ejus, cui nulla injici frena potuerint, furorem generatim exponit (v. 4.), priusquam quidnam conspecto Messiâ fecerit et quibus ab eo modis ad sanam mentem reductus fuerit, exsequatur (v. 6 sq.). Procul a vero aberraverit, qui vs. 3. et 4. in v. *καὶ οὐδὲ ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι διὰ — — — συντετρίφθαι, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι·* duplicem apodosin quaesiverit, quae est v. c. 1 Corinth. 3, 21. 22. Ὥςτε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· *πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν*, εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλώς, εἴτε Κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωή, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα, *πάντα ὑμῶν ἐστιν* et Cic. Brut. 80, 278. Tu istuc, M. Calidi, nisi fingeres, *sic ageres*, praesertim quum istâ eloquentiâ alienorum hominum pericula defendere acerrime soleas, *tuum negligeres?*, ubi ejus usus oblivio inutiles conjecturas peperit: — ageres, praesertim istâ eloquentiâ? quum alienorum etc. et: — ageres? tu, istâ praesertim eloquentiâ, quum alienorum etc. [vid. ad Matth. 5, 18. et 27, 40.]. Hoc enim pacto omissâ voce καί ante οὐδείς (v. 4.) oratio sic deberet procedere: *καὶ οὐδὲ ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι* διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις — — — συντετρίφθαι, *οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι.* Quin plane nihil hîc est ejusmodi. Sententia quidem versus 3. καὶ οὐδὲ ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι repetita est verbis καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι, sed ita, ut plus dictum sit posteriori loco: *et nemo poterat eum perdomare* (*bändigen*), quam priori: *et ne vinculis quidem quisquam poterat eum ligare* (*fesseln*). Patet igitur, locato vs. 3. post δῆσαι, non colo, sed commate, colo autem vs. 4. post συντετρίφθαι totius loci hanc esse rationem: *Obviam e navi egresso Jesu statim processit homo a pravo genio actus, qui sedem suam in sepulcris habebat et ne catenis quidem quisquam vincire eum poterat, propterea quod, quum manicis compedibusque saepe*

esset coercitus manicae discerptae ab eo et compedes comminutae fuerant: *et* (id quod inde, quod vel vinculorum vim homo furibundus eluserat, quivis facile existimet) *nemo eum perdomare poterat.* V. 5. *διαπαντός, νυκτὸς καὶ ἡμέρας,*] Pauca quaedam subsidia, quum offerant vel *καὶ διαπαντὸς ἐν τοῖς* etc., vel *καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς* etc., jubent nos alterutro, aut unâ voce *διαπαντός*, aut solis vocabulis *νυκτὸς καὶ ἡμέρας* contentos esse. At enim superadjecta v. *νυκτὸς καὶ ἡμέρας* perpetui temporis, quae subest voculae *διαπαντός*, cogitationem gravius inculcant: *semper, noctu et interdiu* [vid. ad 1, 13.]. *ἐν τοῖς μνήμασι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν*] Hoc dedit *Griesbachius*, quum vulgo legeretur *ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν*. Argumentum, cur alterum anteferre alteri debeamus, res suppeditat nullum. Codicum igitur, quibus est in hujuscemodi rebus componendis summa vis tribuenda, auctoritati mihi erat obediendum. — *ἦν, κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις*] Male positâ post *κράζων* virgulâ conjungi v. *ἦν κράζων, καὶ κατακόπτων* recte vidit *Beza.* Non enim sensus esse potest: *semper in sepulcris et montibus clamabat et contundebat se lapidibus*, sed debet verbis haec contineri sententia: *semper*, *noctu et interdiu*, *in sepulcris et montibus erat* (i. e. vitam degebat), *clamans et contundens se lapidibus* (h. e. ita, ut clamaret et lapidibus se contunderet). Hinc virgulam retraxi post v. *ἦν*. Vocc. *κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις* minime significant, ut nonnulli arbitrantur, *pedes ad lapides offendens* per imprudentiam, opinor, sed *contundens se lapidibus* i. e. *vulnera sibi ipse lapidibus inferens.* V. 6. *ἀπὸ μακρόθεν*] Haud pauci libri *ἀπό* excludunt, eorumque auctoritati sese adstrinxit *Millius* Prolegom. §. 1500. Perperam. Ut enim saepe in N. T. reperiatur Pleonasmus *ἀπὸ μακρόθεν* [Matth. 27, 55. Marc. 14, 54. 15, 40. Luc. 16, 23. Apoc. 18, 10 sq. cl. *Lobeck.* ad Phryn. p. 46. et 93.], videntur tamen eum interdum moleste tulisse librarii [vid. Matth. 26, 58. var. lect.], ut vix dubitem, quin Lucas 18, 13. scriptum reliquerit *καὶ ὁ τελώνης ἀπὸ μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν κ. τ. ἑ.*, *ἀπό* male deleverint scribae. Non idem valet *ἔδραμε,*

quod προςέδραμε [cf. *Schleusner*. Lex. s. v. τρέχω], sed vertendum est: *cucurrit ejusque genibus advolutus est* (*er lief und fiel vor ihm nieder*). Etenim malus genius, qui transversum egit miserum hominem, quum vel e longinquo tantum conspecto Jesu, eum Messiam esse, facile cognovisset, ut imminens supplicium ab se deprecaretur, continuo *in viam se dedit* et appropinquanti obviam processit [vid. 1, 24. 34. 3, 11.]. V. 7. καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ λέγει] Exhibui λέγει, quod jam *Griesbachio* valde placuerat, pro εἶπε, quod est in textu recepto. Est enim Praesens exquisitius. Nam si quis, ut εἶπε corroboret, ad Praeterita, quae et praecedant [v. 6.], et sequantur [v. 9. et 10.], attendi jubeat, non ille meminerit, quum saepe in temporibus varietur, tum in λέγει sic posito id esse perfrequens. Ita mox v. 19. καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ. Accedit, quod εἶπε e Luc. 8, 28. ductum esse videtur. — υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου] *Fili Dei celsissimi* h. e. *Messia* [Luc. 1, 32.]. Vocatur Deus ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος [Hebr. 7, 1.], hebraice אֵל עֶלְיוֹן [Genes. 14, 18.], יְהוָֹה עֶלְיוֹן [Ps. 47, 3.], אֱלֹהִים עֶלְיוֹן [Ps. 57, 3.] et ὕψιστος, hebraice עֶלְיוֹן [Ps. 21, 8.], ut qui in coelo, dignissimo ejus numine loco, suam habere sedem existimaretur. Apparet igitur, enuntiandae summae Dei majestati illa nomina reperta esse. Quamquam existimo, qui ea primi constituerint, ita iis summam Dei dignitatem celebrasse, ei ut tanquam veri nominis Deo tacite fictitia numina opponerent et multum illo inferiora et quibus error hominum et superstitio vim majestatemque tribuisset. — ὁρκίζω σὲ τὸν θεόν, μή με βασανίσῃς] h. e. non, ut *Beza* enarravit, *jubeo te interposito per Dei nomen jurejurando confirmare* (ich lasse dich bei Gott schwören), *fore, ut me non vexes*, sed, ut recte explicuit *Grotius*, *oro obtestorque te per Deum* (ich beschwöre dich bei Gott), *ne me crucies* (= noli me cruciare) scil. eo, quod me ex hominis corpore, quod occupavi, quasi domo meâ, extrudas [cf. v. 8. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ· ἔξελθε etc. Theophylactus: *βάσανον νομίζουσιν οἱ δαίμονες τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου· διὸ φασὶ, μὴ βασανίσῃς, τουτέστι, μὴ ἐξαγάγῃς ἡμᾶς ἐκ τοῦ κατοικητηρίου ἡμῶν, ἤτοι τοῦ ἀν-*

θρώπου·]. Cf. 1 Thess. 5, 27.. Obstat *Bezae* consilio vel constructio, quae haec esse deberet: *ὁρκίζω σὲ τὸν θεόν, μή με βασανίσαι*. Ceterum de v. *ὁρκίζω* adeundus est *Lobeckius* ad Phryn. p. 361. et de Accusativo personae, per quam vel jures, vel obtesteris, *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 756.. V. 9. *τί σοι ὄνομα*;] Hunc v. ordinem conservandum putavi, quum alterum, quo in haud paucis libris vocc. disponuntur, originem suam debere v. sequentibus *λεγεὼν ὄνομά μοι* manifestum sit. — *λέγει αὐτῷ, Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν*.] In his v. haud mediocriter turbant librarii. Elseviriana exemplaria e multis Cdc. haec praestant: *καὶ ἀπεκρίθη λέγων, λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν*., alii libri praebent: *καὶ λέγει αὐτῷ, λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι* etc., postremo unus alterve offert: *τί ὄνομά σοι; λέγει αὐτῷ, λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι* etc.. Jam scriptura *ἀπεκρίθη λέγων* ab explicatoribus est profecta, qui uno primum verbo *ἀπεκρίθη* admonerent, *responderi* verbis: *λεγεὼν ὄνομά μοι*; ad quod mox accessit *λέγων*, e proximo illud vocc. *λεγεὼν* fusum. Itaque excudendum curavi, non quidem *καὶ λέγει αὐτῷ* (nam hoc *καὶ* adeo est inelegans, ut ex initio membri *καὶ ἐπηρώτα* derivare nihil dubitem), sed *λέγει αὐτῷ, λεγεὼν κ. τ. ἑ.*. Miror autem, *Griesbachium* C. C. P. II. p. 96. *καὶ λέγει*, excluso *αὐτῷ*, quod omnes Cdc., qui pro *ἀπεκρίθη λέγων* suppeditant *λέγει*, tueantur, malle, quum praesertim *καὶ λέγει* demto *αὐτῷ* in respondendo nimis nudum videatur. Praeterea *Griesbachius* l. l. etiam de origine lectionum permire sic disputat: *a Marco exaratum καὶ λέγει, λεγεὼν ὄνομά μοι etc. scribarum aures offendisse*; *hinc alios αὐτῷ post λέγει adjecisse, alios λέγει mutasse in ἀπεκρίθη, unde temere conflato ἀπεκρίθη et λέγει natum esse ἀπεκρίθη λέγων*. Non tantum est in librariis N. T. aurium fastidium, ut ob id unum tantopere turbent. — Vocc. *ὁ λεγεὼν* Latinorum *legio* est, ita in recentiorum Graecorum linguam receptum [cf. *Heupel*. ad h. l.], ut ad genus virile referretur. Eadem vox etiam talmudicae dialecto attributa est, in quâ sonat לִגְיוֹן et לִגְיוֹן [vid. *Buxtorf*. Lex. talm. p. 1123.] et potestates habet duas, unam *magnae mul-*

titudinis [cf. Beresch. R. 20., ubi *legio olivarum* לגיון אחד של זיתים opponitur *uni puero*], alteram *principis*, *praefecti*, *ducis legioni s. exercitui praepositi* [cf. *Buxtorf.* l. l.]. Hanc vim nonnulli interpretes, ut *Schleusnerus* Lex. II. p. 16 sq. et *Reichardus* h. l. obtinere arbitrati sunt h. s.: *vocor dux* scil. malorum geniorum i. e. *Βεελζεβούλ, ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων* [Matth. 12, 24.]. Sed evertitur haec interpretatio quum verbis seq. *ὅτι πολλοί ἐσμεν*, quorum loco ejusmodi aliquid requirebatur, cujusmodi est *ὅτι πολλοὺς ἔχω ὑπ᾿ ἐμαυτὸν* [Luc. 7, 8.], tum verbis vs. 10. *ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ* et v. 12. *πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους*, quibus locis hanc explicationem unice veram esse vincas: *dicor Legio* (= inditam gero magnae *multitudinis* adsignificationem habens Legionis nomen); *nam multi sumus*. Ceterum Cd. D. paucique alii jactant *λεγιών*. Nimirum vox latine sonat *legio*. Eadem de causâ Cd. D. 4, 36. dedit *ἄλλαι δὲ πλοῖαι πολλαί*. Quippe *navis* Latinorum est generis feminini. Reprehensione igitur dignissimus est *Griesbachius*, qui Comment. crit. l. l. *λεγιών* caeco sui Cd., tanquam filiae, amore ductus admiratus fuerit. Nam quod Rabbinorum scribendi et pronuntiandi modum formâ *λεγιών* expressum esse cum *Paulo* affirmavit, nihil plane e talmudicâ formâ לִגְיוֹן consequi, quo causam suam tueretur, non reputavit. Etenim non de primâ v. *λεγεών* syllabâ, sed de mediâ quaerebatur.

V. 10. Observandum est, vs. 7. 9. et 10. hominem, summo percitum furore, confundere pravum genium, malorum suorum auctorem, et se ab illo crudeliter vexatum. Cujus rei memor nec laudabit vs. 9. lectionem *ὄνομα ἡμῶν* pro *ὄνομά μοι*, nec probabit hoc vs. *παρεκάλουν* pro *παρεκάλει*, neque ibidem *αὐτὰ* (alii Cdc. non melius *παρεκάλει αὐτὸν πολλά, ἵνα μὴ αὐτὸν ἀποστείλῃ*) pro *αὐτοὺς* h. e. *multos illos, qui viri corpus occupaverant*, *genios* (vs. 9.). Nam recte videntur istae lectiones pro emendandi periculis haberi eorum, qui in *παρεκάλει* — *αὐτοὺς* haesissent [cf. Luc. 8, 31. var. lect.]. Sensus: *et multum eum rogabat qui se Legionem vocari et ex magno constare numero professus erat* (v. 9.), *ne ipsos* (h. e. *suos*, *qui* se facerent Legionem, *daemones*) *e regione*

abigeret. Adv. ἔξω hic non valet *foris* i. e., quum praeverbii vim h. l. obtineat, *extra* i. q. ἐκτός [vid. *Wahl.* Clav. p. 292., nam quid hoc est ἀποστέλλειν τινὰ ἔξω τῆς χώρας Jemanden *ausserhalb der Gegend* schicken?], sed *foras* i. q. ἐκ, ut v. ἔξω τῆς χώρας declarent *e regione*. At quid causae tandem fuisse putabimus, quod nollent e regione istâ excedere daemones? *Grotius* illud fuisse existimat, quod multi ibi fuerint teste Josepho A. J. 17, 11. Judaei מִינְּרִין [vid. *Buxtorf.* Lex. talmud. p. 1178.], i. e. ἀποστάται, in quos, tanquam exsontes divini foederis et potestati suae commissos non minus crudeliter consulere Satanae satellites crederentur, quam in eos, qui, quum a virtutis christianae regulâ aberravissent, Satanae imperio subjicerentur [1 Cor. 5, 5. 1 Timoth. 1, 20.]. Hoc, ut minime absonum, ita e longinquo tamen arcessitum videtur. Quid, si e Marci sententiâ noluerunt regionem deserere daemones, cujus, quum diu ibi fuissent commorati, non minor eos cepisset, quam homines patriae, amor? — V. 11. Rectissime *Matthaeius* et *Griesbachius* pro vulgato, sed inepto πρὸς τὰ ὄρη e Cdc. reposuerunt πρὸς τῷ ὄρει i. e. *ad montem*, *an* dem Berge, quum eam lectionem merito olim probassent *Grotius* et *Millius* proleg. §. 1100.. Sed ne quis inde, quod v. πρὸς τῷ ὄρει diversam in libris sedem habent, quum in aliis post ἐκεῖ, in aliis post χοίρων, in aliis post μεγάλη, in aliis post βοσκομένη collocentur, ea ex Lucae 8, 32. ἐν τῷ ὄρει invecta a librariis, colligat, plane illa necessaria, et quidem post ἐκεῖ, esse considerandum est, quum exclusis vocc. πρὸς τῷ ὄρει non intelligas, quî v. 13. porci *de praecipitio* (κατὰ τοῦ κρημνοῦ) in mare ruere potuerint; iisque praetermissis sumsisset nos scire Marcus, quod ipse docere debuerat. Est autem fons lectionis πρὸς τὰ ὄρη totus palaeographicus. Nam ubi ὄρει ἀγέλη in ὄρη ἀγέλη transierat, fieri non poterat, quin τῷ in τὰ mutato evaderet futile quiddam: πρὸς τὰ ὄρη. Sed alia sedes verbis πρὸς τῷ ὄρει assignata est tum, quod junctae voces ἐκεῖ πρὸς τῷ ὄρει displicerent [vid. ad 1, 13.], tum quia mallent πρὸς τῷ ὄρει ad βοσκομένη trahi, ut apud Lucam 8, 32.. Restat, ut de vocabulo μεγάλη disputetur.

Hoc defendo, utpote aptissimum [vid. v. 13., unde porcorum gregem duo circiter millia complevisse discimus], a *Griesbachii* l. l. p. 99. suspicione, effictum esse a scribis ex Matth. 8, 30. — χοίρων πολλῶν — et Luc. 8, 32. — χοίρων ἱκανῶν. Immo hinc introductum est a nonnullis propagatum πολλῶν pro μεγάλη. Intercidit hîc illîc μεγάλη ob homoeoteleuton, quia sequitur βοσκομένη. Postremo μεγάλων pro μεγάλη ex praegresso χοίρων natum est. Verte: *erat autem ibi ad montem magnus porcorum grex, qui in pascuis esset.* — V. 12. καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν λέγοντες] Textus recepti haec est conditio: καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες. Sed bona Cdd. pars aut omittunt πάντες solum, aut v. πάντες οἱ δαίμονες cuncta, aut deletâ voce πάντες locant οἱ δαίμονες post λέγοντες. Denique Cd. D. pro v. οἱ δαίμονες sublato verbo πάντες suppeditat τὰ δαιμόνια. Jam *Griesbachius* in edit. abjecit πάντες, cujus rei suasor exstiterat *Millius* Proleg. §. 1466., sed in Comment. crit. l. l. p. 99 sq. condemnavit haec omnia πάντες οἱ δαίμονες. Eadem *Pauli* est ad h. l. sententia. Nec nos dubitavimus, in horum VV. DD. sententiam discedere. Nam solent tali modo peccare librarii, ut Subjecta de suo apponant. Sic sexcentis in l. Evangeliorum ὁ Ἰησοῦς male inculcarunt. Nihilominus nostrum consilium *Griesbachii* consilio interponeremus et cum *Matthaeio* faceremus, qui v. πάντες οἱ δαίμονες retinuit, turbarum causam in eo cerni ratus, quod mirati essent antiquitus nonnulli hanc sententiam: *omnes pravas naturas* (unâ voce) *domicilii in porcis constituendi beneficium ab Jesu expetivisse*, immemores, ipsos Evangelistas magnorum portentorum amore duci, nisi Codicum in formis οἱ δαίμονες et τὰ δαιμόνια fluctuantium diversitas omnem de glossemate dubitationem praecideret, quemadmodum, ut hoc utar, nemo erit, quin Luc. 4, 5. deleta velit v. ὁ Διάβολος, pro quibus alii praebent ὁ Σατανᾶς et Luc. 7, 9. exterminata voce ὁ κύριος (alii Cdc. ὁ Ἰησοῦς). Rectissime igitur *Griesbachius* l. l. p. 100. voce πάντες οἱ δαίμονες *librariorum quod Marcus literis consignasset miraculum subjecto verbis* πάντες οἱ δαίμονες *adjecto amplifican-*

tium esse dixit. — ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰςέλθωμεν] h. e. *ut nobis intrare eos* (porcos) *liceat.* Cf. v. 18. Notiones verbis graecis δεῖν, δύνασθαι, θέλειν, ἐξεῖναι, latinis *debere* et *licere* comprehensas a scriptoribus graecis et latinis passim reticeri, pervulgatum est. Vid. *Lobeckius* ad Phrynich. p. 753 sq. et clariss. *Goerenzius* ad Cic. Acad. II, 18, 58. *nam nobis satis est, ova illa internoscere.* Or. III, 24, 95. Quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem, Latine ea, de quibus disputavimus, *tradi ac perpoliri:* ubi male *Pearcius* excidisse *posse* suspicatus est. Plato Conviv. p. 369. 16. *Bekker.* κἀγὼ εἶπον, ὅτι παντάπασιν ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς ὁ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ ἡγεῖ τὴν συνουσίαν γεγονέναι ταύτην ἣν ἐρωτᾷς, ὥςτε κἀμὲ παραγενέσθαι (i. e. ut ego quoque interesse *potuerim*). Lucian. Nigrin. c. 25. fin. ἠξίου γὰρ τὸν πλοῦτον καταφρονεῖν διδάξοντα πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν (i. e. se gerere *debere*) ὑψηλότερον λημμάτων. Est autem haec malorum daemonum *apud Marcum* vs. 9—11. sententia: *se e carâ patriâ expelli eo videri iniquius, quod ibi adesse videant porcos ex hominis corpore ejectis aptum domicilium praebituros* [vid. ad Matth. p. 332.]. — V. 13. καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως] Non dixerim, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς *librarios* ex Luc. 8, 32. petiisse, *Marcum* autem dedisse, quod quattuor Cdc. repraesentant καὶ ἔπεμψεν αὐτοὺς (Cd. D. et MS. Cant. Colb. Corb. εὐθέως κύριος Ἰησοῦς ἔπεμψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς χοίρους). Nam ut primo obtutu haud displiceat lectio καὶ ἔπεμψεν αὐτούς, quippe quae concinne admodum referri videatur ad superius: πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους v. 12., plane ut apud Lucam 8, 32. sibi respondent: ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς — καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς; non satis tamen plena et absoluta haec est oratio: καὶ ἔπεμψεν αὐτούς, nisi addatur εἰς τοὺς χοίρους: id quod librarius Cd. D. sensit vere. Quare lectionem καὶ ἔπεμψεν αὐτοὺς ad vocc. vs. 12. πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους a scribis accommodatam esse existimo. Marcum autem suum librum ex Matthaei et Lucae commentariis composuisse ita apertum est, ut qui neget aut coecutiat aut praejudicio improbe ducatur, necesse sit. Vid. ad v. 15.

Vocc. ὁ Ἰησοῦς post εὐθέως vulgo lectum expuli. Nam in aliquot subsidiis plane deest, in paucis vel ὁ κύριος, vel κύριος Ἰησοῦς in ejus locum substitutum conspicimus [cf. ad v. 12.] — ἦσαν δὲ — — ἐν τῇ θαλάσσῃ] Hic quoque haud exiguas turbas moverunt librarii. Nam sunt Cdc., qui haec vocc. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ excludant omnia. Sed hoc fieri plane non potest. Nam deletis his v. nec periisse porcos, nec quid fuerit, quod in trepidam se fugam conjicerent subulci (vs. 14.), compertum haberemus. Lapsi sunt scribae a v. θάλασσαν ad vocem θαλάσσῃ. In aliis Cdc. v. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι praetermittuntur, quod ad sensum quidem ferri potest. Nam quum Marcus *magnum* fuisse porcorum gregem v. 11. dixerit, ut qualicunque eos numero deinceps comprehenderet, non erat necesse. Denique aliquot libri vocc. ἦσαν δὲ abjiciunt et tria subsidia in illorum locum ἦσαν γάρ sufficiunt. *Griesbachius* Comment. crit. l. l. p. 100. insititia esse v. ἦσαν δέ, Marcum autem scripsisse putat: καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς δισχίλιοι, καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ *et ruit grex* (= ruerunt porci) *de praecipitio, circiter duo millia, et in mari suffocati sunt.* Hoc pacto scriptor loqueretur, tanquam pro ἡ ἀγέλη posuisset οἱ χοῖροι et ἐπνίγοντο propter praecedens ὡς δισχίλιοι locavisset. Alioquin enim dicendum fuisset: καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη —, ὡς δισχιλίων χοίρων οὖσα, καὶ ἐπνίγη ἐν τῇ θαλάσσῃ (cf. Luc. 8, 33.). Sed quivis sentit, ita orationem evadere valde molestam. Nec miror, quod v. ἦσαν δὲ in nonnullis subsidiis interciderunt, quum ἦσαν facillime absorbere potuerit proxime praecedens θάλασσαν. Proinde vulgatam scripturam conservare non dubitavi. Lectio ἦσαν γάρ, quae probata *Millio* est, etsi item explanari potest, quum in sententiis intermediis et parentheticis tam γάρ (Marc. 5, 42. ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα cl. 5, 28. 16, 4. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.), quam δὲ (Marc. 15, 25. ἦν δὲ ὥρα τρίτη) locum habeat (hic ita versandum esset: erat autem grex satis copiosus; *nam erant fere bis mille sues*), tamen eam, ut in tantâ testium inopiâ, nego adoptandam esse. Ceterum non aliter possunt

Marci verba vs. 13. intelligi, nisi ut ex homine ejectos genios domicilio delecta porcorum corpora revera ingressos esse putemus. V. 14. καὶ οἱ βόσκοντες [αὐτοὺς] ἔφυγον] Vulgabantur haec v.: οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον. Sed καὶ οἱ nos in ordinem recepimus, οἱ δὲ Matthaei 8, 33. esse arbitrati, αὐτούς autem pro τοὺς χοίρους jam reposuit *Griesbachius*. Sed haud cunctanter καὶ οἱ βόσκοντες ἔφυγον scripsissem, ut tam αὐτούς, quam τοὺς χοίρους tanquam scribarum additamenta despicerem, si libri hanc veniam dedissent. Hâc lege Participium οἱ βόσκοντες vim haberet Substantivi, ut Matth. 8, 33. Luc. 8, 34. 7, 14. οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. [cf. ad Matth. p. 101.] — καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς] Bene *Griesbachius* pro ἀνήγγειλαν dedit ἀπήγγειλαν *nuntiaverunt*. Nam structura ἀναγγέλλω εἴς τινα τόπον *in locum renuntiare* offensionem habet. — Verba εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς sine ullâ discrepantiâ in omnibus Cdc. (nisi quod unus apud *Matthaeium* εἰς τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἀγρούς suppeditat) leguntur. Neque in Lucâ 8, 35. variatur. Et fundunt ea v. sensum aptissimum: *nuntiaverunt in urbem* (Gadaram cf. v. 1.) *et oppidi agros* (ubi par est multos fuisse homines occupatos). Non dissimile est illud Horatii Od. I, 1, 17. — otium et *oppidi* laudat *rura sui:* quod male tentatum vindicant loco Plin. H. N. 19, 4. *usque ad eum moris non fuerat, in oppidis haberi rura* et aliis l.. Quamquam magis placet ob v. ἐξῆλθον, quod statim sequitur, altera explicatio, quam interpretes satis multos ingressos esse cognovi: *nuntiaverunt in urbem* (Gadaram) *et in pagos agrestes* [cf. 6, 36. 56. et *Lightfoot.* ad n. l.]. Sed utrumcunque tandem praeferendum esse duxeris, *Courieri* tamen retundere debebis audaciam, qui ad Luc. As. p. 260. h. l. et Luc. 8, 34. emendari jussit εἰς τὴν ἔπαυλιν (*villam*) καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. — καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν, τί ἐστι τὸ γεγονός] Perperam *Griesbachius* C. C. l. l. p. 100 sq. loco v. ἐξῆλθον, quod e Matth. 8, 34. et Luc. 8, 35. huc serpserit, rectius e Cdc. exhiberi ἦλθον dixit. Nam est ἐξῆλθον prorsus necessarium: *et egressi sunt* (np. ex urbe et vicis), *ut quidnam acci-*

disset cognoscerent. Aut quis ita loquitur: *καὶ ἦλθον — καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν et venerunt, ut quae acta res esset viderent et venerunt ad Jesum?* Haud vidi magis turpem pleonasmum. Nam quod *Griesbachius* l. l. observat ἔρχεσθαι h. l. denotare *proficisci*, *abire*, *exire*, is vero error est. Nam quid aliud aut sit aut esse possit ἔρχεσθαι etiam iis in l., in quibus vulgo enarrant *proficisci*, *abire* v. c. Matth. 14, 12. Luc. 2, 26. Joh. 6, 24. Act. 28, 14. *καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν* (ubi fac attendas ad v. 13. *δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους*), quam *venire*, equidem non assequor. V. 15. *θεωροῦσι — σωφρονοῦντα*] Demtâ voce *καί* ante *ἱματισμένον*, quae a multis abest libris, haec vocc. sic distinguenda esse putavi: *θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα.* Patet igitur, v. *ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα,* ut in Lucâ 8, 35., ita e Participio *καθήμενον* apta esse, ut corporis mentisque habitum indicent, quo ὁ *δαιμονῶν* recuperatâ sanitate sederit: *viderunt τὸν δαιμονιακὸν sedentem, ita ut vestimentis amictus et sanae mentis esset.* Vocem *καί,* quam extrusi, vel toties in viciniâ repetitum *καί*, vel verae structurae ignoratio peperit. Debet autem magnopere displicere, sive eam pro simplici copulâ habueris [h. r.: *viderunt τὸν δαιμονιακὸν sedentem, et vestitum mentisque compotem eum, qui Legionem habuerat.* Quasi vero aut in hoc praecipua vis sit, quod iste homo *sederit*, aut ὁ *δαιμονιζόμενος* et ὁ *ἐσχηκὼς τὸν Λεγεῶνα* non unus idemque, sed duo dicantur homines.], seu v. *καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα* explanaveris *et vestitum et mentis compotem.* Quod quum bene sensisset Syrus, invertit vocc. ordinem in hunc modum: *θεωροῦσι τ. δ. ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα καὶ καθήμενον.* — Verbum *ἱματίζω vestire*, quod ab *εἷμα vestimentum* ductum est, nusquam nisi h. l. et Luc. 8, 35. legitur. — Sed quum *ἱματισμένον* haud dubie genuinum sit (nam quis hoc vocc. unius libri graeci [vid. *Wetsten.*] et unius Vulgatae antiquae Codicis [*S. Germ.* 2.] auctoritate deleat?), Marcum Lucae Evangelio et usum et abusum esse, nobili exemplo intelligas. Recte enim Lucas furibundum hominem sedisse *ἱματισμένον καὶ σω-*

φρονοῦντα monuit 8, 35., *ut qui v.* 27. *virum nullas per furorem induisse vestes observaverit*, male Marcus, qui ejus viri insaniam tantummodo in universum descripserit (v. 3—5.), *incessisse eum nudum tacuerit.* — τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα] Haec v. non habent nonnulla subsidia *Griesbachiana* h. e. *mala* [v. c. Cd. D. Vulg. et simil.], unus liber mosq. tollit v. τὸν ἐσχηκότα et Coptus interpres exprimit vocc. τὸν ἐσχηκότα τοὺς δαίμονας. Mihi aliquando in mentem venit, Marcum scripsisse, ut in uno est Mosq. X.: θεωροῦσι — — σωφρονοῦντα, τὸν Λεγεῶνα. Id quum fuerit quod dicas vernacule *den Legionsmann* h. e. *eum, qui se a pravorum geniorum legione constrictum teneri professus erat* (v. 9.), librarios, ne quis erraret, sensum his v. descripsisse τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα et quibus haec v. glossema olere visa fuerint, cuncta praetermisisse. Sed nunc vix vera mihi videtur haec sententia. Nam et nititur ea infirmo fundamento, quum unus iste liber τὸν ἐσχηκότα omittat ob ὁμοιοτέλευτον τὸν Λεγεῶνα, et inusitate Marcus posuerit τὸν Λεγεῶνα h. sensu: *qui antea habuerat daemonum legionem.* Non magis a nobis impetramus, ut societatem coeamus cum *Millio* proleg. §. 411. et 1361., *Bengelio, Griesbachio* C. C. p. 101. et *Wassenberghio* in Dissert. de Glossis N. T. praemissâ Selectis e Scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. I. p. 36., quibus sunt v. τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα glossematis nomine, primum in margine appositi, ut τὸν δαιμονιζόμενον illustraretur, deinde in ordine loco non suo positi [vid. *Millius* l. l. §. 1361.] suspecta. Verum enim vero nec egebat interpretatione notissimum vocc. τὸν δαιμονιζόμενον et ipsa lectionis diversitas sic est comparata, ut vocc. τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα a Marco profecta esse credere debeamus. Permiro etiam casu acciderit, ut, si utique τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα interpretamentum sit v. τὸν δαιμονιζόμενον, librarii omnes velut ex composito, alieno id loco interposuerint, nullus suo inserere ne conatus quidem sit. Itaque cum *Erasmo*, *Bezâ*, *Grotio*, *Matthaeio* al. v. τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα retinui, ea minime frustra, sed magnâ cum gravitate, ut contraria hominis nunc ad sanam mentem revocati, olim summo acti

furore, conditio impensius lectori inculcaretur, adjecta esse arbitratus h. r.: *viderunt* τ ὸ ν δ α ι μ ο ν ι α κ ὸ ν *sedentem, vestibus quippe indutum et mentis compotem, eum, inquam,* q u i *d a e m o n e s h a b u e r a t, q u i L e g i o n i s s i b i n o m e n i p s i i m p o s u i s s e n t.* Ultimum est, ut *Valckenarium* in *Adnot. crit. in loca quaedam N. T.* p. 357. verba τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα sine causâ inter καινῶς a Marco ῥηθέντα mihi retulisse videri moneam. Nam quum δαιμόνιον ἔχειν proba sit et usitata in N. T. locutio [Joh. 10, 20.], quidni recte dictum sit τὸν ἐσχηκότα τὸν Λεγεῶνα de homine, cujus corpus multi occupaverant daemones, qui se ob magnum, quem efficerent, numerum vocari Λεγεῶνα ipsi professi fuerant (v. 9.)? καὶ ἐφοβήθησαν] Metu sunt perterriti gentiles, quoniam plane mutatum noti hominis statum contuiti non poterant non Jesum ὥς τινα τῶν κρειττόνων suspicere, qui summâ suâ vi nihil non efficere posse videretur [4, 41. Luc. 7, 16.]. — V. 16. Διηγήσαντο δὲ] Hoc de *Matthaei* et *Griesbachii* mente e permultis Cdc. dedi pro καὶ διηγήσαντο. Est autem totus vs. non sic struendus: διηγήσαντο — πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ καὶ π ῶ ς ἐ γ έ ν ε τ ο π ε ρ ὶ τ ῶ ν χ ο ί ρ ω ν *narraverunt autem iis, qui rei gestae interfuerant, quidnam* τῷ δ α ι μ ο ν ι α κ ῷ *et quidnam porcis accidisset,* sed in hunc modum: διηγήσαντο — πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ καὶ δ ι η γ ή σ α ν τ ο περὶ τῶν χοίρων· *spectatores autem iis exposuerunt, quidnam* τῷ δ α ι μ ο ν ι α κ ῷ *evenisset et narraverunt de porcis.* — V. 17. Ne hîc quidem supervacaneum est v. ἄρχεσθαι, sed ideo dixit Marcus ἤ ρ ξ α ν τ ο παρακαλεῖν αὐτὸν *rogare eum c o e p e r u n t*, ut indicaret, Jesum statim se sivisse permoveri, ut Gadarenorum finibus excederet, nec fuisse, quod diu multumque precibus ei instarent. — Lectio παρεκάλουν e malâ interpretatione manavit. [vid. ad Matth. p. 539.] cf. etiam Matth. 8, 34. et Luc. 8, 37.. — V. 18. καὶ ἐ μ β α ί ν ο ν τ ο ς αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον] Recepi *Griesbachio* obsecutus ἐμβαίνοντος *quum in navem ascenderet* pro ἐμβάντος. Nam et parum fortasse verisimile sit, Jesum *jam conscensâ navi* supplicem adiisse hominem sanatum, et videtur ἐμβάντος eorum esse emendatio, qui id ipsum e Lucâ 8, 37. 38.

consequi putavissent. — ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ] h. e. *ut sibi eum comitari liceret* [vid. ad v. 12.]. Nonnulli libri ordinem sic invertunt ἵνα μετ' αὐτοῦ ᾖ, quod recte factum non puto. — V. 19. καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν] Ita jure optimo e pluribus libris edidit ad *Millii* Proleg. §. 1343. et *Bengelii* consilium se componens *Griesbachius.* Vulgata scriptura ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν pravo librariorum supplemento affecta est [cf. ad v. 12.]. Sed parum accurate ista v. enarrare solent, ut Italus ea verterat [*Jesus vero non permisit ei*] et *Vulgatus* [et *non admisit eum*]. Nam *permitto, concedo tibi* graece est: ἀφίημί σοι, non σε. Joh. 12, 7. ἄφες αὐτήν valet *fac eam missam, ne molestiam ei crees.* Non minus dissimilia cetera loca sunt, ad quae provocant, v. c. Matth. 3, 15. 19, 14. Luc. 13, 8.. Quin haec est nostrorum v. ratio: καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν scil. εἶναι μεθ' ἑαυτοῦ· *nec permisit, ut sibi esset comes.* Similiter nos loquimur sermone vernaculo: *und er liess ihn nicht.* Disputant interpretes, quid sit, quod Jesus cum isto viro, qui comitem se praebuisset itineris, societatem conflare noluerit. *Theophylactus:* — ὁ δὲ δαιμονισθεὶς παρεκάλει αὐτόν, ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ· ἐφοβεῖτο γάρ, μήποτε μόνον εὑρόντες αὐτὸν οἱ δαίμονες πάλιν ἐπέλθωσιν αὐτῷ· ὁ δὲ κύριος ἀπολύει αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δεικνύων αὐτῷ, ὅτι, κἂν μὴ αὐτὸς παρῇ, ἀλλ' ἥ γε δύναμις αὐτοῦ καὶ ἡ ἐπισκοπὴ φυλάξει αὐτόν. Idem visum est *Victori Antiocheno.* Sed unde illis compertum erat, metu, ne digresso Jesu daemones pristinum domicilium repeterent, hominem abire cum Jesu cupivisse, quum eam rem Marcus ne verbo quidem subindicaverit? S. V. *Koesterus* in l.: *Immanuel oder Charakteristik der neutestamentl. Wundererzählungen p.* 232. Jesum putat τοῦ δαιμονιακοῦ societatem abnuisse propterea, quod hominem ineptum judicavisset, qui discipuli sui munus rite obiret. At enim ne hoc quidem Marcus narraverat, ut in Jesu se disciplinam daret, virum, de quo quaerimus, comitari illum voluisse. *Euthymius* rejectum eum dicit ab Jesu idcirco, ut divinâ virtute patratum miraculum et domesticis suis et popularibus narraret. Sed hoc e v. sq. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου

κ. τ. ἑ. haustum rem nondum plane conficit. Quaeritur enim, cur illum Jesus *domum potius abire*, *quam in itinere se comitari* jusserit. Equidem sic statuo, recens de recuperatâ sanitate gaudium hominem provexisse, ut ejus vellet viri comes esse, a quo summo esset modo beneficio ornatus (v. 18.), sed Jesum, qui praecipitata consilia celerem poenitentiam sequi reputasset, ut domum reversus beneficii divinitus in ipsum collati magnitudinem cognatis expromendo gratum animum ostendere mallet, auctorem ei fuisse (v. 19.). — ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σοὺς] *abi domum ad tuos*. Lucas 8, 39. scripsit tantummodo ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου. Eadem, quâ h. l. Marcus, ubertate, usus est Eurip. Iphig. Taur. v. 1355. ἔχομεν γάρ, ὧνπερ οὕνεκ᾽ Εὔξεινον πόρον Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰςεπλεύσαμεν. — καὶ ἀνάγγειλον — — ἠλέησέ σε] Justâ laude non defraudandi sunt *Matthaeius* et *Griesbachius*, quod e magno Cd. numero πεποίηκεν ediderunt, quod Praeteritum in hunc l. bene convenit. Durat enim in sanato homine effectus rerum, quas ὁ κύριος, h. e. *Deus*, πεποίηκε, sed ἠλέησέ σε est res, quae cito praetereat. Lectio vulgata ἐποίησε Lucae est 8, 39.. In v. καὶ ἠλέησέ σε agnoscere nos oportet structurae variationem, ut illa minime a vocc. praecedentibus suspendantur, quae falsa est *Grotii* sententia h. r.: ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα — πεποίηκεν καὶ ὅσα ἠλέησέ σε *nuntia iis, quanto te Deus beneficio affecerit et quanta tibi per misericordiam contingere jusserit.*, sed sui prorsus juris sint h. m.: *dic iis, quantum tibi Deus beneficium exhibuerit et tui misertum esse* [vid. supra p. 127. Add. Cic. Or. III, 31, 123., de quo l. cf. *Matthiae* in *Wolfii* Anal. T. III. p. 23.]. Jam antiquitus hanc structuram molestias facessivisse librariis, indicio haec lectio est καὶ ὅτι ἠλέησέ σε, quâ prolapsum, ut rebantur, scriptorem erigerent: *expone iis, quanta tibi Deus benevole fecerit eumque tui misertum esse.* Perperam igitur *Beza* edit. III. IV. et V. ὅτι adoptavit. Sed ita probavit *Grotii* interpretationem *Kuinoelius*, ut ὅτι post πεποίηκεν, καὶ a librariis male inculcatum diceret, quos offendisset constructionis novitas καὶ (ὅσα) ἠλέησέ σε. Scilicet haec adeo nova est

dicendi ratio, ut nusquam reperiri possit. Absurde eam *Heupelius* excusavit loco Synesii epist. 57. ἔλεον αὐτοὺς ἀνόητον ἐλεῶ. Videlicet, quod Graeci dicunt Σαρδώνιον γέλωτα γελᾶν, *ex hoc ipso* recte loqui consequitur, qui γελᾶν τι hoc sensu ponat, ut idem sit, quod γελᾶν ἐπί τινι [!!]. Falsas alias explicationes tacere liceat, ut *Erasmi*, qui vertit: *et quantopere misertus sit tui* et *Heupelii*, *qui* καὶ ante ἠλέησέ σε denotare i. q. ὃς sibi persuasit. V. 20. καὶ ἀπῆλθε καὶ ἤρξατο κηρύσσειν] *et abiit et coepit celebrare* h. e. *ubi primum abierat, statim celebravit.* — ἐν τῇ Δεκαπόλει] vid. ad Matth. 4, 25.. — ὁ Ἰησοῦς] Lectiones κύριος et θεός mala sunt interpretamenta. Nam ut Jesus quâ fuit pietate effectum miraculum ad Deum auctorem rectissime rettulerat v. 19., ita ὁ δαιμονισθεὶς portento recuperatae sanitatis gratiam Jesu maxime benignitati habendam esse existimavit. *Euthymius*: ὁ μὲν Χριστὸς μετριοφρονῶν τῷ πατρὶ τὸ ἔργον ἀνέθηκεν, ὁ δὲ θεραπευθεὶς εὐγνωμονῶν τῷ Χριστῷ τοῦτο ἀνετίθει. — Ut de narrationis vs. 1 — 20. indole recte judices, vide et praepositum huic capiti argumentum et quae dicta sunt ad Matth. p. 332.. De fontibus autem, ex quibus hic Marcus hauserit, disserendi erit locus infra ad 5, 43..

V. 21. *Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ᾽ αὐτόν, καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.* 22. *Καὶ ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος, καὶ ἰδὼν αὐτὸν πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ,* 23. *καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν πολλά, λέγων, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται.* 24. *Καὶ ἀπῆλθε μετ᾽ αὐτοῦ καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.* 25. *Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα,* 26. *καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα,* 27. *ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.* 28. *Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, ὅτι κἂν*

τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι σωθήσομαι, 29. *Καὶ εὐ-*
θέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς καὶ ἔγνω
τῷ σώματι, ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος. 30. *Καὶ*
εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελ-
θοῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε· τίς μου ἥψατο
τῶν ἱματίων; 31. *Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐ-*
τοῦ· βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε καὶ λέγεις·
τίς μου ἥψατο; 32. *Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν*
τοῦτο ποιήσασαν. 33. *Ἡ δὲ γυνὴ φοβηθεῖσα καὶ*
τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτῇ, ἦλθε καὶ προς-
έπεσεν αὐτῷ καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.
34. *Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ*
σε· ὕπαγε εἰς εἰρήνην καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστι-
γός σου. 35. *Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος ἔρχονται ἀπὸ τοῦ*
ἀρχισυναγώγου, λέγοντες· ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε·
τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; 36. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς*
εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχι-
συναγώγῳ· μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε. 37. *Καὶ οὐκ*
ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον
καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. 38.
Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ θεω-
ρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά. 39.
Καὶ εἰςελθὼν λέγει αὐτοῖς· τί θορυβεῖσθε καὶ κλαί-
ετε; τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. 40.
Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐκβαλὼν πάντας παρα-
λαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου καὶ τὴν μητέρα
καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰςπορεύεται, ὅπου ἦν τὸ
παιδίον, 41. *καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου*
λέγει αὐτῇ· Ταλιθά, κοῦμι (ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμε-
νον τὸ κοράσιον, σοὶ λέγω, ἔγειρε). 42. *Καὶ*
εὐθέως ἀνέστη τὸ κοράσιον καὶ περιεπάτει (ἦν γὰρ
ἐτῶν δώδεκα), καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ. 43.
Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλά, ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο,
καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

V. 21. *καὶ διαπεράσαντος — εἰς τὸ πέραν*] *quum Jesus rursum navi transmisisset in ulteriorem ripam h. e.* in eam,

quae in Galilaeam projecta erat. Nam ante trajectum in Gadarenorum ditione, h. e. in Peraeâ, versabatur (vs. 1 sq.). — *συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτόν*] Parum accurate haec v. convertunt *magna turba ad eum convenit*, ut nonnullorum Cdc. lectionem *πρὸς αὐτὸν* exprimant, quae e malâ fluxit vulgatae scripturae interpretatione. Nam *ἐπὶ* hujusmodi in locis eam sive rem, sive personam indicat, *quam ut consequaris* proficisceris, ut respondeat vernaculae voci *nach* h. r.: *magna hominum turba confluxit, ut eum indipisceretur. es versammelte sich eine grosse Volksmenge nach ihm.* Parthen. 15, 4. *Ἀπόλλωνα δὲ Δάφνη ἐπ' αὐτὴν ἰόντα προϊδομένη μάλα ἐρρωμένως ἔφευγεν.* Hom. Odyss. 3, 421. *ἐπὶ βοῦν ἴτω.* Luc. D. D. 11, 1. *Ἔα, ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν, ἐμὲ γοῦν αὐτὴν τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν, ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἴδην κατάγων Ἀγχίσου ἕνεκα τοῦ Ἰλιέως, ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον* —. Vid. *Valckenarius* ad Herod. 7, 193. et ad Phoeniss. 79.. — *καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν*] *et erat Jesus prope mare Galilaeae.* Cd. D. et It. Cdd. veron. corb. vind. brix. colb. omittunt v. *καὶ ἦν*. Male. Nam factum hoc est, ut plebem quidem ad litus obviam Jesu processisse, sed Jairum Capharnaumi ad eum venisse crederemus h. e. ut Marcus, qui rem ad litus ablegavit, cum Matthaeo conspiraret, qui 9, 18. [cf. ad Matth. p. 347.] eandem Capharnaumi accidisse perhibuerat. V. 22. *καὶ ἔρχεται — Ἰάειρος*] Delevi *ἰδού* post *καί* vulgo lectum, e Lucâ 8, 41. id Marco obtrusum esse cum *Millio* Proleg. §. 401. et *Bengelio* ratus. Perperam *Kuinoelius*, vel e Marci sententiâ Jairum *Capharnaumi* Jesum adiisse hoc argumento affirmat, quod formula *καὶ ἰδού* in narrationum principio ita nonnunquam collocari soleat, ut quae eam sequantur, *statim* post proxime praecedentia evenisse minime indicet: quod a *Storrio* in l.: über den Zweck d. evang. Gesch. u. der Briefe Joh. p. 313. demonstratum esse. Quae observatio si ullum usum habet, nullum certe h. l. praestat, ubi Marcum ob id ipsum v. *καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν* adjecisse manifestum sit, ut Jairum *in litore* Jesum convenisse et *a litore* Jesum cum eo abiisse (v. 24.) sciremus.

Alioquin enim, ut vocc. *καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν* adderentur, non opus erat. Nam iis omissis et plebem Capharnaumi ad Jesu aedes se effudisse [cf. 2, 2. 3, 20.] et eodem venisse Jairum, ut relicto suo domicilio Jesus in Jairi domum contenderit [cf. v. 24. et 28.], lector facile assequeretur. *ὁ ἀρχισυνάγωγος synagogae praefectus*, hebraice vocatur ראשׁ הַכְּנֶסֶת *synagogae caput.* Erat is summus earum rerum, quae ad synagogam pertinebant, gubernator. Quare et ut omnia in conventu sacro recte atque ordine fierent, v. c. ut idonei viri docerent [Act. 13, 15.], ne quis quae a sabbati religione abhorrere viderentur, committeret [Luc. 13, 14.] operam dedit, et quaestiones de iis exercuit, qui religionem violassent curavitque, ut condemnati vel flagris caederentur, vel sacro coetu expellerentur [cf. *Vitringae* Archisynagogus Observ. novis illustr. Franeck. 1685. 4.]. — *καὶ ἰδὼν αὐτὸν πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ*] His verbis Marcus, quanta fuerit synagogae praefecto Jesu reverentia, manifestat. Nam *quum in Jesu conspectum venisset*, supplex ejus pedibus advolutus est. Scilicet augustum Evangelistae Jesum in scenam producunt et quae agit insignibus miraculis includunt. — V. 23. *καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν πολλά*] *et multum eum obtestatus est.* Reposui *παρακαλεῖ*, quod jam *Griesbachio* placuerat, pro *παρεκάλει*. Nam quin *παρεκάλει* e Lucâ 8, 41. *καὶ, ἰδοὺ, ἦλθεν ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα Ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ παρεκάλει αὐτὸν κ. τ. ἑ.* in h. l., ubi *ἔρχεται* et *πίπτει* praecesserit, temere a librariis translatum fuerit, nihil plane dubito. Itaque non vereor, ne quis me hoc tale ausum meo gladio jugulet [vid. ad v. 7.]. *τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει*] *filiola mea in ultimis est* [Petron. 101.], *ultime affecta* [Apulej. Metamorph. I.] *est, tantum non agit animam* [cf. ad Matth. p. 347 sq.]. Hanc ipsam locutionem *ἐσχάτως ἔχειν* e Diod. Sic. Excerpt. Vales. p. 242. et similes, velut *ἐσχάτως διακεῖσθαι* e Diod. Sic. 18, 48., *ἐν ἐσχάτοις εἶναι* e Luciani Abd. c. 14. *de aegrotis* collocatas protulerunt *Elsnerus*, *Wetstenius*, *Kypkius* al. ad h. l.. Nihilominus vere *Phrynichus*: *ἐσχάτως ἔχει*, inquit, *ἐπὶ τοῦ μοχθηρῶς ἔχει καὶ*

σφαλερῶς τάττουσιν οἱ σύρφακες [vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 389. et *Fischer.* D. V. L. N. T. p. 704.]. Plus autem significat ἐσχάτως ἔχειν, quam κακῶς ἔχειν *male habere* h. e. *aegrotare*, scil. idem, quod θανασίμως ἔχειν *in summo vitae discrimine versari.* Hebraei dicunt, hominis tanto in periculo constituti vitam *ad Orcum tendere* [Ps. 88, 4. חַיַּי לִשְׁאוֹל הִגִּיעוּ cf. v. 5.]. — ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται.] In enodandâ structurâ ἵνα — — τὰς χεῖρας male laboraverunt et librarii et interpretes. Hinc Cd. D. haec jactat: ἐλθέ, ἅψαι αὐτῆς ἐκ τῶν χειρῶν σου [It. Cdd. corb.: — *tange eam de manibus tuis*] (sic), et alii libri habent: ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇ s. ἐπιθήσῃ (hoc ἐπιθήσῃ plane hic nihili et barbarum) αὐτῇ τὰς χεῖρας. Haec posterior lectio quo consilio invecta fuerit, *Euthymii* docet annotatio [καθ᾽ ὑπερβατόν ἐστιν ἡ τῶν ῥητῶν σύνταξις, ὅτι παρεκάλει αὐτὸν πολλά, ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇ αὐτῷ τὰς χεῖρας καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα τὸ ἐν μέσῳ.], qui ejusmodi hyperbaton excogitaverit, quod nusquam inveniatur. Nam verborum ordinem hunc esse sibi persuasit: παρακαλεῖ αὐτὸν πολλά, ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇ αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως — — ζήσεται, λέγων, ὅτι — ἔχει. Obversata sunt *Euthymio* ejusmodi loca, cujusmodi est v. c. Marc. 7, 32.. Quin continetur verbis ἵνα τὰς — — χεῖρας Imperativi circumlocutio, ut bene intellectum est a *Syro* [ܬܳܐ ܣܺܝܡ ܐܺܝܕܳܟ ܥܠܶܝܗ̇ *veni, impone ei manum tuam*] et *Vulgato* [*veni, impone manum super eam*]. Ephes. 5, 23. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Xenoph. Exped. Cyri 1, 7, 3. ὅπως οὖν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας, ἧς κέκτησθε καὶ ὑπὲρ ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω. Luc. D. D. 20, 2. — ἄπιτε οὖν καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι —., ubi Scholiographus καὶ ὅπως] σκοπεῖτε. Sed quum hic usus ellipticus sit, in promptu est, ante v. ἵνα vel παρακαλῶ σε cum *Grotio* e praecedentibus vocc. καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν πολλά (*obtestor te, ut manus ei imponas*) mente repetendum, vel cum *Bezâ* et *Palaireto* δέομαί σου supplendum (*rogo te, ut venias* etc.), vel, quod equidem maluerim, e praegressis v. vs. 22. καὶ ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων

ducendum esse ἥκω h. r.: *veni, ut profectus ei manus imponas, quo salva sit* [vid. ad Matth. p. 840 sq.]. Pro αὐτῇ pauci quidam libri praebent αὐτῷ e malâ correctione, ob proxime praegressum τὸ θυγάτριον. Perperam *Griesbachius* magnifice ostentat in margine ἵνα σωθῇ, quum hoc ἵνα e prioribus ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς malum huc pedem intulisse perspicuum sit. Postremo verissima est scriptura καὶ ζήσεται. Nam lectiones ζήσῃ et ζήσηται (sic. vid. *Fischer.* ad Weller. II. p. 251. et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 722.) ab iis natae sunt, qui ultima v. ab ὅπως suspendenda esse credidissent. Sed sunt sui juris h. s.: *et* (impositis a te manibus) *vivet*, h. e. *non exspirabit.* Hinc nos quoque colo interpunximus post v. σωθῇ. V. 25—27. Sustuli vs. 25. τὶς post γυνὴ vulgo locatum. Nam quum discrimen hoc intercedat, ut γυνὴ sit ein Weib [Marc. 7, 25. Luc. 9, 38.], γυνή τις *irgend ein* Weib [Luc. 8, 27. 10, 25. 33. 38. 14, 2.] ita, ut in notione *nescio quis* magnum pondus recumbat, nocere τὶς h. l. sensui patet. Non igitur mirum est, quod τὶς in fictarum narrationum exordiis saepe positum conspicimus. Luc. 10, 30. Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ—. 16, 1. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον—. 16, 19. Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον —. γυνὴ — — δώδεκα] *mulier, quae duodecim annos sanguinis profluvio laborabat.* [vid. ad Matth. p. 349. et infra ad v. 29.] Formula εἶναι ἐν ῥύσει αἵματος ex eo usu explicanda est, quo Graeci εἶναι ἐν νόσῳ [Soph. Aj. v. 270. ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ, αὐτὸς μὲν ἥδεθ' —, ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.], Romani *in morbo esse* dicunt [Cic. Tusc. III, 4. Qui autem in morbo sunt sani non sunt et omnium insipientium animi in morbo sunt.]. V. 26. καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν] *et* (quae) *multa perpessa erat a multis medicis.* Nam quum omnino medici judaici minus essent eorum morborum, quorum in ipso esset corpore sedes, quam vulnerum, quae corpus aperuissent, curandorum periti [vid. *Wineri* bibl. Realwörterb. p. 59.], tum quantum defuit ipsis peritiae, tantum molestis praeceptis et superstitiosis incantationibus compensare conati

sunt [cf. *Rosenmuelleri* altes und neues Morgenland T. III. p. 227.]. Quantâ consiliorum mole mulieres sanguinis profluvio affectas obruere soliti fuerint, e Talm. Babyl. Schabb. f. 110. docuit ad h. l. *Lightfootus.* Censoria Rabbinorum est in medicos virgula Kidduschin fol. 82, 1. טוב שברופאים לגיהנם והכשר שבטבחים שותפו של עמלק *optimus medicus dignus est geennâ et justissimus lanius socius est* (impii) *Amaleci.* Ceterum Marcum 5, 25—34. et Lucam 8, 43—48. cum Matthaeo 9, 20—22. comparanti non erit obscurum, in hoc illos elaborasse, ut amplificatâ Matthaei narratione summi cujusdam ab Jesu perpetrati miraculi fidem facerent. Sic Marcus Lucae vestigia premens *multis* se feminam, sed frustra medicis tradidisse monuit [Plin. H. N. 29, 5. — *Hinc illa infelicis monumenti inscriptio: turbâ se medicorum periisse.* Menander.: *πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ᾽ ἀπώλεσεν*], ut quorum ars eo tantummodo valuerit, ut *omnes feminae opes* exhaurirentur et *malum augesceret:* a diuturno morbo, qui tum forte in eam ingruerit, quum ad Jesum accessisset [vid. ad vs. 29.], *hoc ipso temporis articulo* liberatam esse, quo *Jesu vestimenta tetigisset* prosperamque esse valetudinem plane sibi restitutam *corpore sensisse* (vs. 29.): cognovisse Jesum, salubrem vim ex suo corpore effluxisse conversumque interrogasse, quisnam vestimenta sua attigisset (v. 30.). Hanc magistri, qui ab hominum turbâ quummaxime premeretur et tantum non elideretur, vocem vehementer admirantibus Apostolis, *rem omnem* (coram *universâ* plebe Luc. 8, 47.), ut gesta fuerit, mulierculam exposuisse (v. 33.). Atque sic effectum erat, ut et summum ab Jesu patratum miraculum et idoneo id testimonio confirmatum esse recte lectores existimarent. — *καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα*] His v. hanc subesse sententiam *et* (quae) *omnes suas opes impenderat* bene ab interpretibus intellectum est. Syrus vetus: ܘܐܦܩܬ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܗ̇ philoxenianus: ܘܐܢܦܩܬ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܗ̇ܘܐ ܠܗ̇ Ital. et Vulg.: — *et erogaverat omnia sua.* Sed nescivisse multos, quî hunc sensum e v. *καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα* exsculperent, li-

brorum discrepantia argumento est. Textus *Elsevirii* sic comparatus est: *καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ ἑαυτῆς πάντα.* Sed magna Cdc. pars praebet: *καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα*, quod *Bengelio* olim probatum *Matthaeius* et *Griesbachius* exhibent. Duo libri *κ. δ. τὰ παρ᾽ αὐτῇ πάντα* offerunt, unus pessime *τὰ παρ᾽ αὐτὴν πάντα.* Postremo nonnulli *κ. δ. τὰ ἑαυτῆς πάντα* exstinctâ voce *παρ᾽.* Verissimum est *Matthaeii* et *Griesbachii* judicium. Nam quum non assecuti essent scribae, quo modo v. *τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα omnes mulierculae facultates* declarare possent, alii sublato *παρ᾽* emendarunt *τὰ ἑαυτῆς πάντα sua omnia,* quod ita deinceps in alios Cdc. transfusum est, ut *παρ᾽* retineretur, *κ. δ. τὰ παρ᾽ ἑαυτῆς πάντα,* ut est in exemplaribus Elsevirianis, alii correxerunt *τὰ παρ᾽ αὐτῇ πάντα.* Male, opinor. Nam ut Graeci talia dixerint, cujusmodi est Soph. Oed. Tyr. v. 610. *φίλον γὰρ ἐσθλὸν ἐκβαλεῖν, ἴσον λέγω, καὶ τὸν παρ᾽ αὑτῷ βίοτον* (= *τὸν αὑτοῦ βίοτον*), *ὃν πλεῖστον φιλεῖ.* [vid. ibi *Erfurdt.* et *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 1172.], minime tamen formulam *τὰ παρά τινι quae apud aliquem sunt* ita usurpaverunt, ut *opes alicujus* denotaret. Patet autem verborum *καὶ δαπανήσασα τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα* duplex interpretatio. Nam quum *παρ᾽ ἑαυτοῦ διδόναι* valeat *e facultatibus suis dare* [cf. *Wesseling.* ad Herod. 8, 5. Luc. Toxar. c. 22. *ὁπόσην ἂν πλείστην ἐπιδοῦναι παρ᾽ αὑτοῦ δύνηται.*], possit exsistere, qui Attractionem h. l. rimetur et vocc. *κ. δ. τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα* capiat pro *καὶ δαπανήσασα παρ᾽ αὐτῆς τὰ πάντα*, id ut sit *et quae ex suis opibus insumserat omnia.* Sed multo simplicior altera est explicatio. Nimirum observandum est, *παρά* ita interdum cum Genitivo conjungi, ut *ad sensum* a nudo Genitivo non discrepet. Xenoph. Cyrop. 5, 5, 5. *ἀλλ᾽ εἰ δυνατόν, σαφέστατα κατίδωμεν, ὁποῖόν ἐστι παρ᾽ ἐμοῦ ἀδίκημα.* (injuria, quae *a me venit* h. e. illata est = *mea injuria*). Lucian. D. Mort. 13, 4. — *ἐπαίδευσε μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης* (*quae veniunt a fortunâ* = *quae sunt fortunae*). Scytha c. 10. *ἡ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς.* Ev. Lucae 10, 7. *Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθί-*

οντες καὶ πίνοντες *τ ὰ π α ρ᾽ α ὐ τ ῶ ν* (= τὰ αὐτῶν). Philipp. 4, 18. — πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου *τ ὰ π α ρ᾽ ὑ μ ῶ ν* (= τὰ ὑμῶν i. e. *vestra dona*). Sunt igitur, ut haec ad Marcum transferam, vocc. κ. δ. τὰ παρ᾽ αὐτῆς πάντα *sensu* non diversa ab his: καὶ δαπανήσασα τὰ αὐτῆς πάντα *et* (quae) *o m n e m s u a m r e m impenderat.* — καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, *ἀ λ λ ὰ μ ᾶ λ λ ο ν* εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα] *et* (quae) *n u l l u m f r u c t u m p e r c e p e r a t* (= nullam levationem morbo invenerat), *s e d m a g i s* (sondern eher) *in deteriorem conditionem inciderat.* Voces ἀλλὰ μᾶλλον posuit Marcus *semet corrigens*, ut declarent *sed potius*, *immo potius*, quo sensu et Graeci [vid. *Palairet.* Observ. philol. p. 432.], et nostri [Rom. 8, 34. Gal. 4, 9.] verbis μᾶλλον δὲ lubentius utuntur. Vide tamen Lys. orat. XVI. apolog. Mantith. §. 5. *Bekker.* p. 573. *Reiske.* καίτοι οὔτε ἡμᾶς εἰκὸς ἦν εἰς τοιοῦτον καιρὸν ἀφιγμένους ἐπιθυμεῖν μετέχειν τῶν ἀλλοτρίων κινδύνων, οὔτ᾽ ἐκεῖνοι φαίνονται τοιαύτην γνώμην ἔχοντες, ὥςτε καὶ τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ τοῖς μηδὲν ἐξαμαρτάνουσι μεταδιδόναι τῆς πολιτείας, *ἀ λ λ ὰ μ ᾶ λ λ ο ν* ἠτίμαζον αὐτοὺς οὐ συγκαταλύσαντας τὸν δῆμον. et Orat. XXXI. §. 23. et 3.. [cf. *Carol. F o e r t s c h* commentatione crit. de locis nonnullis Lysiae et Demosth. Lips. 1827. 8. p. 13 sq.] V. 27. ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ] Plat. Phaed. §. 14. τί δέ, ὦ Κέβης, οὐκ *ἀ κ η κ ό α τ ε* σύ τε καὶ Σιμμίας *π ε ρ ὶ τ ῶ ν τ ο ι ο ύ τ ω ν* Φιλολάῳ συγγεγονότες; Matth. 7, 25. al.. Speciosa est lectio ἀκούσασα *τ ὰ* περὶ τοῦ Ἰησοῦ (*quum audivisset q u a e d e J e s u n a r r a b a n t u r, r e s a b e o g e s t a s* i. q. τὰ κατὰ s. περὶ s. ἀμφὶ *τ ὸ ν Ἰ η σ ο ῦ ν*), sed parum illa testata. ἐλθοῦσα *ἐ ν τ ῷ ὄ χ λ ῳ* ὄπισθεν] Quattuor Cdd. εἰς τὸν ὄχλον. Male. Nam mulier *in hominibus* erat, qui multi Jesum sequebantur (cf. v. 24.). Cur a tergo venerit furtimque vestes tetigerit, dictum est ad Matth. p. 349.. Restat, ut structurae laquei v. 25—27. expediantur. Debet autem non tam Participiorum οὖσα vs. 25. — ἐλθοῦσα v. 26., ut quibus legitime adjecta sit copula, adverti concursio, quam ἀσυνδέτως posita duo ἀκούσασα et ἐλθοῦσα vs. 27., quae cum antecedentibus Participiis nihil habent commercii. Sunt solvenda in hunc modum: καὶ γυνή (οὖσα ἐν ῥύσει — — εἰς

τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα, haec omnia sunt quasi parenthetica et morbi rationes exponunt) ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἐλθοῦσα [i. e. ἦλθε καὶ] — ἥψατο —. *et mulier*, *quae* — — — *in pejorem conditionem inciderat*, *postquam de Jesu audiverat*, *quum in turbâ venisset a tergo* (= *postquam de Jesu audiverat*, *venit a tergo et*) *tetigit ejus pallium.* Vid. ad Matth. 28, 2.. Omnino non temere, sed certis legibus Participia sine copulâ cumulantur, et singuli loci accuratius sunt, quam vulgo fieri solet, perpendendi. Cf. ad Matth. p. 98.. Adde *Reitzium* ad Luc. Tox. c. 2. et *Heindorfium* ad Plat. Protag. p. 562. Plat. Phaed. §. 12. — ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ, ubi Cdd. Aug. Tub., duo *Bekkeri* et membr. Bodl. καὶ πειθόμενον. V. 28. ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ] Vocc. ἐν ἑαυτῇ e Cdc. recipere non dubitavi. Sunt enim plane necessaria, ut ea e Matth. 9, 21. petita esse perperam existimaverint *Millius* et *Wetstenius.* Quippe ἔλεγε solum non potest significare: *apud animum suum reputabat.* Nam quae loca citant, ut λέγειν idem nonnunquam valere, quod λέγειν ἐν ἑαυτῷ, s. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ [Matth. 3, 9. Apoc. 18, 7.] demonstrent, Luc. 1, 24. Matth. 6, 31. 12, 44. 16, 7. Luc. 5, 39. 11, 24. 17, 10., in iis omnibus λέγειν notat *dicere.* Neque eo rem comprobant, quod Hebraeis אָמַר idem interdum esse contendunt, quod אָמַר בְּלִבּוֹ [Genes. 17, 17.]. Nam primum quidem in omnibus l., ad quae provocant, junctum est אָמַר cum Infinitivo, praefixâ literâ ל Exod. 2, 14. 2 Sam. 21, 16. 2 Chron. 1, 18. 28, 10., ut sit *cogitare aliquid facere* et, si graece verbum subjiciens verbo convertere placuerit v. c. 1 Chron. 1, 18. וַיֹּאמֶר שְׁלֹמֹה לִבְנוֹת בַּיִת לְשֵׁם יְהוָה, sic dicendum tibi sit: καὶ ἔλεγε Σολωμὼν οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ ὀνόματι κυρίου h. e. καὶ διενοεῖτο s. ἤθελε Σολωμὼν οἰκοδομῆσαι οἶκον τ. ὀ. κ.. Minime igitur ex his l. consequitur, אָמַר nullâ adjectâ voce *apud animum suum reputare* hoc pacto declarare, ut verba proxime sequantur, quae quis mente volverit. Deinde hebraicae dictionis origo non inde ducenda videtur, quod אָמַר in illâ locutione significaret *apud*

animum reputare, ut *aliquid facere secum reputare* idem valeret, quod *aliquid moliri*, sed quod formula *dicere*, *te aliquid facturum* esse, quae primum quidem de ejusmodi consiliis, quae quis se cepisse *diceret*, tantummodo usurparetur, paullatim etiam, quae est Hebraeorum simplicitas, ad ea traduceretur, quae pectore clausa tenerentur [Exod. 2, 14. הַלְהָרְגֵנִי אַתָּה אֹמֵר *an tu te occisurum me dicis? = an necem mihi moliris?*]. *κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι*] Hoc *κἂν* compositum est ex *καὶ* et *ἐὰν* [vid. *Hermann.* ad Viger. p. 838. et *Schaefer.* ad Demosth. T. I. p. 571.] et h. l. significat *vel si*, selbst wenn h. r.: *vel si vestes ejus tetigero, convalescam.* Joseph. B. J. 7, 23. *τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια — αὕτη ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσιν.* Luc. D. D. 21, 1. — *ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταβαρήσειν αὐτόν, κἂν τὴν γῆν κἂν τὴν θάλασσαν προςλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην.* V. 29. *καὶ εὐθέως — τοῦ αἵματος αὐτῆς*] Quamquam Graeci *ξηραίνεσθαι* de fluviis et fontibus ponere solent, nove tamen et minime eleganter h. l. dicitur *ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς.* Hinc possit exsistere, qui *praegnantem*, quam vocant, structuram hîc deprehendat, quâ cohaereant vocc. *ἐξηράνθη τοῦ αἵματος αὐτῆς*, nec potius v. *ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς.* Sic *ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς* tantundem esset, quod *ἡ πηγὴ ἐξηράνθη καὶ ἐκενώθη τοῦ αἵματος αὐτῆς siccatus est fons et exhaustus eo, quem contineret, sanguine.* Hom. Odyss. 7, 282. *ἀλλ' ἀναχασσάμενος νῆχον πάλιν, ἕως ἐπῆλθον ἐς ποταμόν, τῇ δή μοι ἐείσατο χῶρος ἄριστος, λεῖος πετράων.* Sed vocc. *ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς* cum plerisque interpretibus arcte consociare satius fuerit propterea, quod Hebraei, quorum usus Marco obversatus esse videtur, hoc modo loquuntur dicentes מְקוֹר דָּמִים. Indicant autem Hebraei circumlocutione מְקוֹר דָּמִים אִשָּׁה *fons sanguinis feminae* per Euphemismum, quo turpem rem abscondant, *cunnum*, *quatenus sanguinem emittit* [Levit. 12, 7. 20, 18.], nunquam *sanguinis profluvium ipsum*, ut et allatorum l. continuitas et ratio docet. Nam *fons rei* non res quidem ipsa, sed locus est, unde res

emanat. Ita Jeremias 8, 23. optat, ut oculus sibi fiat מְקוֹר דִּמְעָה *fons lacrymarum*. Nihil igitur in Marci loco novandum esse puto, sed cum vulgo interpretor: *et confestim exaruit ejus, qui sanguinem emisit, fons* h. e. *et statim siccatus est ejus cunnus*. Ex his v. patet, e Marci sententiâ feminam quo tempore ad Jesum accederet sanguinis profluvio tummaxime laboravisse, ut bene vidit *Euthymius*: ἔγνω διὰ τοῦ σώματος, μηκέτι ῥαινομένου τοῖς σταλαγμοῖς, ὅτι τεθεράπευται. Hoc ipsum Lucas 8, 44. verbis καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς clare expresserat. — καὶ ἔγνω — μάστιγος.] Plerorumque librorum lectio ἴαται genuina est, hoc sensu: *suo mulier corpore, se sanatam esse* (dass sie geheilt *sey*) sensit. Praesens ἰᾶται plane non quadrat. Denique scripturae ἰάθη et ἴατο (dass sie geheilt worden *wäre*) sunt correctiones eorum, qui post ἔγνω repudiarent Perfectum, quod sane minus in hoc genere usitatum (Lucas 8, 47. ὡς ἰάθη παραχρῆμα), sed usitatum tamen. Structura ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος praegnans est et hunc fundit sensum: *suo femina corpore, se sanatam et a malo liberatam esse, sensit*. Idem valet de v. vs. 34. καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου *esto sana et a malo tuo liberata*. Conferri hîc potest Graecorum dictio καθαρθῆναι νόσου, quam imitati sunt Romani. Horat. Od. I, 22, 1. Integer vitae *scelerisque purus* —. Satir. II, 3, 27. Novi, et *morbi* miror *purgatum* te *illius*., ubi *Lambinus* attulit Liv. 37, 28. Quibus *purgantibus* civitatem *omnis facti dictique hostilis* adversus Romanos —. Genes. 18, 6. מַהֲרִי שְׁלֹשׁ סְאִים קֶמַח סֹלֶת *propera tria sata farinae similae* i. e. *cito affer* t. s. f. s.. 2 Petr. 3, 12. — ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις προςδοκῶντας καὶ σπεύδοντας (*properantes* h. e. *studiose expetentes*) τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας —. De voce ἡ μάστιξ expositum est supra ad 3, 10.. Ceterum vocc. καὶ ἔγνω — — ἀπὸ τῆς μάστιγος magnam, quâ editum ab Jesu miraculum extollatur, vim habere praeclare observavit *Grotius*. Scilicet non solent qui diutino morbo laborant subito convalescere, sed remanet vulgo mali sensim sensimque cedentis vestigium in corpore infirmitas,

At et morbus mulierculae extemplo persanatus et prosperae valetudinis sensus miserae est e vestigio restitutus. V. 30. *καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς — ἐξελθοῦσαν*] *et quum statim Jesus vim sanatricem ex se effluxisse cognovisset* i. e. ad sensum *animadvertisset.* V. *ἐν ἑαυτῷ* post *ἐπιγνούς* exterminavimus. Nimirum bene comparata essent ista v., si, ut nonnullis interpretibus visum est [cf. *Wolf.* ad h. l.], significare possent: *quum extemplo Jesus suo corpore sensisset, vim sanatricem ab se exisse.* Sed *ἐν ἑαυτῷ* non est unquam, nisi *apud animum suum*, quod minime in h. l. convenit. Nam falsa est *Wolfii* et *Rosenmuelleri* opinio, *τὴν δύναμιν* hîc *miraculum* et *ἐξέρχεσθαι per Hebraismum* denotare *vim exercere* h. s.: *quum statim Jesus, vim exercuisse miraculum* i. e. ad sensum *se miraculum patrasse, sciret.* At primum quidem, ut e cohaerentiâ et ipsâ verborum *ἐπιγνοὺς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν* compositione [cf. v. 28. Luc. 8, 46.] liquet, *ἡ δύναμις vim salubrem* et *ἐξέρχεσθαι exire* i. e. *effluere e corpore* denotat. Deinde loca, quae citant, dissimilia sunt. Jerem. 30, 23. הִנֵּה סַעֲרַת יְהוָה חֵמָה יָצְאָה *ecce, ira, tanquam Jehovae tempestas, exit* i. e. *proficiscitur ab Jehovah, oritur.* Ruth. 1, 3. יָצְאָה בִי יַד־יְהוָה *exiit in me manus Jehovae* i. e. *protensa Jehovae manus in me recumbit, me premit.* Jam supra v. 28. post *ἔλεγε γάρ* alii demunt, alii addunt *ἐν ἑαυτῇ* et hîc quoque *ἐν ἑαυτῷ* nonnulli libri expungunt. Facile autem quivis nobis largietur, non utrumque, sed alterutrum tantum recte se habere. Itaque illic recepi *ἐν ἑαυτῇ*, ut necessarium, hîc proscripsi *ἐν ἑαυτῷ*, ut ineptum. Praeterea animus est h. l. advertendus ad singulare hyperbaton in v. *τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν*, quorum ordo legitimus hic fuerat: *τὴν δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ αὐτοῦ* [vide *Euthymium* ad h. l.]. — *ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ ἔλεγε*] *conversus in turbâ* (quippe quae eum ab omni parte cingeret; cf. v. 24. et 31.) *dixit* [vid. *Bornemann.* in *Rosenmuelleri* bibl. exeg. Repert. Vol. II. p. 236.]. Perperam igitur et unus Cd. praetermittit *ἐν* [*ἐπιστραφείς, τῷ ὄχλῳ ἔλεγε*] et nonnullae translationes exprimunt *πρὸς τὸν ὄχλον.* — *τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων*] h. e.

quis **vestes meas** *tetigit?*, ut bene vertit *Lutherus*, non, ut *Stolzius*, *quis me prehendit vestes tangens?* [wer hat mich *an* den Kleidern berührt?] Nam hâc lege dicendum fuerat: τίς μέ ἥψατο τῶν ἱματίων; [cf. Marc. 9, 27. Act. 3, 7. et *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 639 sq.]. V. 32. Neque, ut ἰδεῖν cum uno Cd. Mosq. excludam, a me impetro; est enim ἰδεῖν aptum et nequaquam vulgare: *et circumspexit, ut videret, quae hoc* (np. ut se tangeret v. 30. 31.) *fecisset;* neque Medio περιεβλέπετο, quod facile sic emendari posset καὶ περιέβλεπε τὸ ἰδεῖν —., offendor. Nam ut Graecis Medium περιβλέπεσθαι aliud ac diversum plerumque declaret, in N. tamen T. περιβλέπεσθαι hâc vi solemne est, ut simpliciter *oculos circumferre*, *circumspicere* denotet [Marc. 9, 8. 10, 23.]. Est igitur lectio περιέβλεπεν ἰδεῖν apud *Matthaeium* temeraria vulgatae emendatio. V. 33. Male voculam καὶ ante τρέμουσα duorum Cdc. auctoritate perimas. Oriretur enim ineptum Asyndeton: *mulier autem metu conterrita, quoniam contremiscebat,* — *venit.* Verum enim vero plus est *contremiscere*, quam *in metu esse*, ut recte quidem *ex trepidatione metus*, sed non *ex metu trepidatio* concludatur. Contra igitur, omissis v. εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτῇ, bene dici potuerat τρέμουσα, φοβηθεῖσα sine copulâ. Nam tum locus sic haberet: *mulier autem venit trepidans, quia metu territata erat.* Nunc autem Asyndeton videmus in vocc. τρέμουσα, εἰδυῖα —, idque aptissimum: *femina autem metu perterrita et trepidans, quia probe norat, quid sibi accidisset, venit eique ad pedes accidit.* Post τρέμουσα pauci quidam libri, in his D., infarciunt v. δι᾽ ὃ πεποιήκει λάθρα. Hoc ineptum est glossema. *Orig.* in Catenâ in Marcum: ἐφοβήθη, ὅτι κρύφα τοῦτο πεποίηκε. *Theophyl.*: — καὶ γὰρ ἐδεδίει ἡ γυνή, ὡς κλέψασα τὴν ἴασιν. — ὃ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτῇ] Retinui ἐπ᾽ αὐτῇ, ut lectionem difficiliorem: *quid in se factum esset*, was *bey*, *an* ihr geschehen war. Variatur ὃ γέγονεν αὐτῇ —, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῇ, — ὃ γέγονεν ἐπ᾽ αὐτὴν (sic), — ὃ γέγονεν αὐτη (sic). Neque enim omnes librarii vim v. ἐπ᾽ αὐτῇ perceperant. καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν] Pro-

cui dubio genuinum est *πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν* (*dixit ei omnem rem, ut vere evenerat*, die volle Wahrheit), quippe quod tum usurpetur, *ubi causa adest non injusta, cur mentiri posse videamur.* Id quod plane consentaneum est huic mulieri. Etenim de beneficio, quo ornata fuerat, ne subolere quidem de plebe cuiquam poterat. Hom. Hymn. in Cererem v. 433. *ταῦτά τοι ἀχνυμένη περ ἀληθέα πάντ᾽ ἀγορεύω.* Demosth. Adv. Boeot. 10, 4. *Bekker. πάντα γὰρ εἰρήσεται τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς.* Thucyd. 6, 87. *εἰρήκαμεν δ᾽ ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ ὧν ὑποπτευόμεθα* —. Cicero pro Cluentio 51. causâ perspectâ et *omni veritate cognitâ.* Joh. 16, 13. *ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*, ubi *Griesbachium* lectionem *ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ* plane despicere oportuerat. Vide *Wetstenium* ad h. l. et Vigerum p. 224.. Conferri etiam potest notissimum illud *πᾶσα ἀνάγκη ἐστίν* v. c. Plat. Theaet. §. 2.. Sed ut ad primarium me munus pensumque revocem, scripturae in Marco *καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν αἰτίαν* — *κ. ε. α. π. τ. αἰτίαν αὐτῆς* — *κ. ε. αὐτῷ ἔμπροσθεν πάντων πᾶσαν τὴν αἰτίαν* — *καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς ἔμπροσθεν πάντων* non sunt, nisi ducta e Lucâ 8, 47. interpretamenta. V. 34. *ἡ πίστις σου σέσωκέ σε*] *tua tibi fiducia salutem impertivit, propter tuam fiduciam esto sanata.* Cf. supra p. 52 sq. Voci *θύγατερ* qui praemittunt *θάρσει*, a Matthaeo 9, 22. mutuati sunt. *ὕπαγε εἰς εἰρήνην*] i. e. hebr. לְכִי לְשָׁלוֹם [cf. Exod. 4, 18. לֵךְ לְשָׁלוֹם Jud. 18, 6. 1 Sam. 1, 17. 20, 42. 29, 7. 2 Sam. 15, 9. Luc. 7, 50. *πορεύου εἰς εἰρήνην.*]. Hâc formulâ Hebraei valedicentes digredientem abire jubent secundis avibus. Fundit igitur hanc sententiam: *i secundo omine*, geh' in Gottes Namen. Hujus locutionis originem non sic explicem, ut, collatâ Graecorum dictione *εἰς καλόν* i. e. *opportune* [vid. *Heindorf.* ad Plat. Phaed. §. 58. p. 93.], *εἰς εἰρήνην* [לְשָׁלוֹם] idem valuisse contendam, quod *εἰρηνικῶς* i. e. [*ex Hebraismo*] *feliciter* [vide *Bezam* ad h. l.], sed ut proprie significasse putem: *proficiscere in locum et statum pacis* h. e. *felicitatis*, geh zum Frieden, geh dem Glücke entgegen. Eundem sen-

sum finitima praestat formula Act. 16, 36. πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Jacob. 2, 16. ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, quae sic enarranda est: *ite in pace* h. e. *euntes estote in pace, adsit vobis felicitas.* Hanc dictionem pauca quaedam subsidia nostro loco obtrudunt, quum offerant ὕπαγε ἐν εἰρήνῃ. Ex iis autem, quae disserui, *Grotium* aliosque errasse patet, in locutione ὕπαγε εἰς εἰρήνην praeverbium εἰς pro ἐν locatum esse arbitratos. Disputarunt de his formulis, sed alio modo b. *Knappius* in script. var. argum. etc. p. 584 sq. et S. V. *Pottus* ad Jac. 2, 16.. καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου] cf. ad v. 29.. V. 35. ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος] *quum adhuc loqueretur.* Non frustra haec sunt v. adjecta, sed quo recte dixisse Jairum v. 23. τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει appareret, ut quam exspirasse jam tum patri nuntiaretur, quum, ut opem ei ferret, Jesus in viâ constitutus paucorum verborum colloquium cum mulierculâ nondum finivisset. Itidem gravitatem illa v. habent Matth. 17, 5. 26, 47. Luc. 8, 49. 22, 47. 60. Act. 10, 44., quae qualis quovis in loco sit, ad Luc. 8, 49. paucis, ut in re clarâ, ostendam, ut, utrum recte, an secus de Matth. 12, 46. existimaverimus, ab unoquoque intelligi possit. ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου (scil. τινές) λέγοντες] i. e. *venerunt quidam a synagogae praefecti aedibus, dicentes.* Syrus: ܐܬܘ ܡܢ ܕܒܝܬ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ *Euthymius*: ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, τουτέστιν ἀπὸ τῆς οἰκίας τοῦ ἀρχισυναγώγου. Luc. Philops. c. 5. ἐγὼ γὰρ παρὰ Εὐκράτους ἥκω σοι —. Cic. Or. I, 49, 214. M. vero Scaurus, quem non longe, ruri *apud se* esse audio —. Terent. Hecyra 5, 1, 8. sed quid Bacchidem *ab nostro affine* exeuntem video? Nec nos Germani aliter. Male igitur hic l. transfertur in It. MSC. Colbert. *venerunt ad principem synagogae, dicentes* et MSC. Corb. S. Germ. 2.: *veniunt ad archisynagogum, dicentes.* Nam ut ad Jairum venerint, id tamen non dixit Marcus, quippe quod nemo non sponte assequi posset; erat enim Jairus cum Jesu (cf. v. 22. 24. 25. ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε.); sed *a Jairi aedibus* venisse docuit. Unius libri scriptura ἔρχονται

οἱ ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου reprobanda est propterea, quod οἱ ἀπό τινος Graecis non dicuntur *alicujus domestici*, sed *discipuli* doctoris (v. c. philosophi, grammatici etc.), qui usus ab h. l. abhorret [vid. *Schaeferi* Melet. p. 26. 27.]. τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;] *cur molestus es magistro amplius* h. e. *quum mortua sit, cui persanandae tantummodo idoneus erat Jesus?* *Euthymius:* οἱ γὰρ περὶ τὸν ἀρχισυνάγωγον ἀτελῆ πίστιν εἰς Χριστὸν ἔχοντες ὑπελάμβανον, ὅτι νοσήματα μὲν πάντα δύναται θεραπεύειν, ἀναστῆσαι δὲ νεκρὸν οὐ δύναται. V. 36. Male distinguunt: ὁ δὲ Ἰησοῦς εὐθέως, ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει —., quum sic debuerint: ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει —. Arcto enim vinculo cohaerent v. εὐθέως ἀκούσας h. s.: *quum primum audivisset* [cf. supra p. 18.]. Libri quidam εὐθέως non habent, quibus nihil tribuere *Millium* proleg. §. 402. decebat. Nam duo sigmata tertio eique medio insidiata sunt ἸησοῦΣ εὐθέωΣ ἀκούσαΣ. V. 37. Sincerum est αὐτῷ συνακολουθῆσαι [*Matthaeius*, ut solet, αὐτῷ συνακ., sed *perperam* edidit.], scripturae autem ἀκολουθῆσαι et παρακολουθῆσαι librariorum pleonasmum abominatorum emendationes. Sed συνακολουθεῖν τινι [Luc. 23, 49. Lucian. D. D. 20, 15.], jemandem *zugleich* folgen, eodem usu dictum est quo ἅμα ἕπεσθαι et similia. εἰ μὴ Πέτρον — Ἰωάννην] cf. ad Matth. p. 547.. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ] Hoc exhibui ex aliquot Cdc., quum vulgo legeretur τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου. Cf. ad 1, 15. et 3, 17.. Et hîc quidem scribarum explicatio etiam eo se prodit, quod, si Syrum philox., qui αὐτοῦ τοῦ Ἰακώβου expressit, exceperis, Ἰακώβου omnes scripsere, quos oportuerat τοῦ Ἰακώβου. V. 38. Summo jure *Griesbachius* C. C. l. l. p. 101 sq. ἔρχεται, quod pertineat ad Jesum, cujus sunt in totâ narratione primariae partes, anteponit alteri ἔρχονται, quod acceptum referamus librariis, tribus Apostolis, ut Jesum in Jairi aedes sequerentur, permissum esse (v. 37.), reputantibus. Hoc modo saepe peccarunt librarii (vid. vs. 1.). Inanis igitur *Millii* est Proleg. §. 1246. suspicio, genuinum ἔρχονται emendasse scribas sive ob θεωρεῖ sequens seu locis parallelis Matth. 9, 23.

Luc. 8, 51. ductos. καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.] Ita conformatio recepta. Sed καὶ ante κλαίοντας inferunt plures libri (Cd. D. pro more ineptiens θόρυβον κλαιόντων καὶ ἀλαλαζόντων). Horum auctoritate, *Millii* prol. §. 1380. judicio et *Bengelii* exemplo confisus καὶ recepit *Griesbachius*, qui l. l. p. 102. καί, inquit, *facillime ante* κλαίοντας *e textu excidit*. Verum enim neque καὶ — καὶ interpretari hîc licet *et* — *et* (*videt tumultum*, *et lacrymantes et multum plorantes*), quia sic a scriptore disjungi τοὺς κλαίοντας et τοὺς ἀλαλάζοντας nulla prorsus ratio erat, nec quisquam ita locutus esse videtur: er sieht Getümmel *und* Weinende *und* sehr Klagende. Quin facili errore pro κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας exarantes καὶ κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας duplicarunt particulam librarii. Proinde ineptum καί rursus expunxi: *videt tumultum*, *flentes et multum ejulantes*, er sieht Getümmel, Weinende und sehr Heulende [vid. ad Matth. 9, 23.]. Luc. Nigrin. c. 17. — ἦλυθες ὄφρα ἴδῃς τὸν ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας καὶ προςαγορεύσεις καὶ δεῖπνα κ. τ. ἑ.. Char. c. 15. τὴν δὲ πληθύν, ὦ Χάρων, ὁρᾷς, τοὺς πλέοντας αὐτῶν, τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους κ. τ. λ.. — ἀλαλάζοντας] Quod olim *Beza*, renitente, ut ipse narrat, *Isaaco Casaubono*, collegâ, conjecerat ὀλολύζοντας, nunc Cd. e. *Matthaeii*, qui habet ὀλολύζοντας πολλούς, praebet *ex interpretamento*. Nam ἀλαλάζειν, quod proprie de militum proelium ineuntium, quâ pugnandi ardorem incendant, vociferatione [ἀλαλή] dicitur, interdum ad inconditum cujusvis generis clamorem, sive laetum, sive tristem transfertur. Illo pacto *prae gaudio exclamare* [Suid. ἀλαλάξατε, κροτήσατε. *plaudite*], hoc *plorare*, *lamentari*, *ejulare* notat. Vide de hoc v. Ez. *Spanhemium* ad Juliani Orat. p. 234. et *Heupelium*, *Elsnerum*, *Wetstenium*, *Kypkium* al. ad h. l., *Valckenar.* ad Phoeniss. 119. *Brunck.* ad Soph. Trach. v. 206. al.. Certatim afferunt Eurip. Electr. v. 840. ἤσπαιρεν, ἠλάλαξε (de Aegistho ab Oreste vulnerato). Bacch. v. 1130. ἠλάλαζον de maenadum ululatu. Nonn. Jo. 75, 17. ταρβαλέοι δ' ἀλάλαζον de metu exanimatis. Jerem. 25, 34. LXX. ἀλαλάξατε ποιμένες [הֵילִילוּ הָרֹעִים]. 47, 2.

LXX. καὶ ἀλαλάξουσιν ἅπαντες [וְהֵילִל כֹּל יוֹשֵׁב הָאָרֶץ]. Simili modo Hebraei verbum הֵרִיעַ *vociferari* [Job. 30, 5.] et de *clamantibus in pugnâ militibus* [1 Sam. 17, 20.], et de *exsultantibus gaudio* [Ps. 66, 1.], et de *lamentantibus* [Jes. 15, 4.] ponere solent. Conferri etiam potest voci ἀλαλάζειν vicinum verbum ἐλελίζειν, de quo vid. *Schneider.* ad Xenoph. Anab. p. 66.. V. 39. Vid. ad Matth. 9, 24. — V. 40. A Marco profectum est ὁ δὲ ἐκβαλὼν —. Nonnulli libri offerunt ὁ δὲ Ἰησοῦς [vid. ad vs. 12.] ἐκβαλὼν —; plures αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν —, e Lucâ 8, 54.. Nihilominus αὐτὸς δὲ defendit *Griesbachius* C. C. p. 102. αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ aures offendisse et ob id mutatum esse monens. Sed recte *Matthaeius* et *Griesbachius* e plerisque Cdc. ediderunt πάντας: *exire jussis omnibus* (dicitur turba lamentantium v. 38.) *comites assumsit puellae parentes* etc.. Minus testatum ἅπαντας, si solum spectes vocabulum, h. l. non male comparatum est, quandoquidem nullam reprehensionem haec habet oratio: *exire jussis cunctis* (alle zusammen) np. qui in conclavi ejulabant v. 38., *ipse est cum puellae parentibus et tribus discipulis conclave ingressus.* καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ] Dicuntur *tres Jesu comites, Petrus, Jacobus et Johannes* (v. 37.). καὶ εἰςπορεύεται, ὅπου ἦν τὸ παιδίον] Bene *Griesbachium* ἀνακείμενον post τὸ παιδίον vulgo editum sustulisse, vel e variantibus lectionibus patet clarissime. Sunt autem hae: κείμενον, κατακείμενον, κατακεκλίμενον, κατακλίμενον (sic), καταβεβλημένον. Nam quum verbum ἦν nimis nudum et mirum *de jacente mortuo* visum esset librariis, diversis modis adjuvandum censuere. Sed verborum ratio haec est: *ingressus est eo, ubi puella erat* i. e. *intravit eum locum, qui puellam habebat.* V. 41. λέγει αὐτῇ] Constructio ad sensum. Nam praecessit τὸ παιδίον cf. v. 23. [vid. *D'Orville* ad Charit. p. 353. ed. Amstd. et *Wineri* gr. p. 60.]. Ταλιθά, κοῦμι] i. e. literis syriacis expressum: ܛܠܝܬܐ ܩܘܡܝ. Est Syris ܛܠܝܐ *puer* et ܛܠܝܬܐ *puella* [cf. *Michaelis* Lex. syr. p. 346.], quae vocc. a Chaldaeis sic pronuntiantur: טליא

[i. q. hebr. נַעַר *puer*] et טַלְיְתָא [*puella* cf. *Buxtorf.* Lex. chald. p. 875.]. Scriptura *Ταβιτά* petita est a scribis Syriace indoctis ex Act. 9, 40.. At ibi *Ταβιθά* [ܛܒܺܝܬܳܐ] est nomen proprium, quod *capream* [τὴν δορκάδα Act. 9, 36.] declarat. — ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον] *quod est, si interpreteris.* ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον foret *quod transfertur.* Sed hoc in h. l. minime quadrat. — τὸ κοράσιον, σοὶ λέγω, ἔγειρε] Luc. 7, 14. νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. Cf. supra p. 56 sq.. Sed quum v. ταλιθὰ κοῦμι tantum significent *Mädchen, auf!*, non autem Mädchen, *dir gebiete ich*, auf!, Marcus insuper adjectis v. σοὶ λέγω vim Vocativi ταλιθά acuere voluisse existimandus est. V. 42. ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα] h. e. vel: (jure dixi τὸ κοράσιον) *nam nondum adulta erat, sed etiamtum puella, utpote duodecim annos nata* [cf. *Euthymius Zigab.* ad h. l.], vel: (dixi eam *ambulavisse*) *nam erat duodecim annorum, ut ire posset.* Prior ratio praeferenda videtur, ut simplicior. V. 43. καὶ διεστείλατο — τοῦτο] *et imperavit iis, ne quis rem resciret.* Cf. 9, 30. Causa cur ita Jesus praeceperit, allata a nobis est ad Matth. 12, 30.. Quattuor libri suppeditant ἵνα μηδεὶς γνοῖ. Hoc quidem γνοῖ nihili, et nonnisi aberratio videtur e longâ in brevem vocalem γνῷ — οῖ; si tamen optativum γνοίη vel γνῴη requisiverunt scribae, falsâ opinione ducti sunt. Nam quum omnino Optativus in N. T. sit rarissimus, tum praecedentibus Praeteritis et conjunctione finali ibi inveniri, nullo potest certo demonstrari exemplo. καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν] Absurde *Theophylactus*, cui *Euthymius* et *Victor* assentiuntur: — καὶ δίδωσιν αὐτῇ φαγεῖν, ὡς ἂν πιστώσηται τὴν ἀνάστασιν, ὅτι ἀληθῶς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν γέγονεν. Praeclare *Grotius*: (*jussit* ei dari cibum) *ut appareret, non vivam tantum esse, sed et recte valentem: nam graviter aegroti vix solent cibum sumere.* — Restat, ut ad fontes, ex quibus h. l. Marcus hauserit, digitos intendamus. Est autem inde a cap. IV. v. 35. — V. v. 43. Lucae [8, 22 — 56.] maxime vestigiis ingressus, ut Matthaei tamen commentarios consultos ab eo

esse e nonnullis l. appareat [5, 1. cl. Matth. 8, 28. Marc. 5, 23. cl. Matth. 9, 18. Marc. 5, 28. cl. Matth. 9, 21.]. Nam primum quidem Marcus easdem, quas Lucas l. l. persecutus est, res, servato Lucae ordine perscripsit [Marc. 4, 35—41. cl. Luc. 8, 22—25. Marc. 5, 1—20. cl. Luc. 8, 26—39. Marc. 5, 21. cl. Luc. 8, 40. Marc. 5, 22—43. cl. Luc. 8, 41—56.]. Contra Matthaeus, exposito ob procellam nobili maris galilaei trajectu, insigni deinde in Gadarenorum ditione patrato miraculo, postremo in Galilaeam reditu [Matth. 8, 23—9, 1.], priusquam editum in Jairi filiâ et illâ feminâ, quae immodico sanguinis profluvio laborabat, portentum referret [Matth. 9, 18—31.], plura, quae jam supra Marcus tradidisset [Marc. 2, 1—22.] interposuit [Matth. 9, 2—17.]. Deinde Marcum Lucae hîc auctoritatem secutum esse, quum inde elucet, quod, quas res Matthaeus breviter et in universum narravisset [Matth. 8, 28—34. 9, 18—31.], easdem Marcus Lucae invitatu pluribus verbis et multo accuratius exposuit [vid. Marc. 5, 2—5. et Luc. 8, 27. 29. cl. Matth. 8, 28. Marc. 5, 8—10. et Luc. 8, 29—31. Marc. 5, 15. 16. et Luc. 8, 35. 36. Marc. 5, 18—20. et Luc. 8, 38. 39. Marc. 5, 25—27. et Luc. 8, 43. Marc. 5, 29—32. et Luc. 8, 44—46. Marc. 5, 42. et Luc. 8, 55.], tum ex universâ narrationum indole conficitur. Nam, ut pauca exempla afferam, fidejussore Matthaeo [8, 28.] *duo* Gadareni malorum daemonum furiis agebantur, Marco et Luca auctoribus *unus* [Marc. 5, 2. Luc. 8, 27.]. Iidem miserum virum permultorum daemonum furias concepisse [Marc. 5, 9. Luc. 8, 30.] summo consensu tradunt, et *Jairi* nomine usum, qui ad Jesum venerit et fuisse eum ἀρχισυνάγωγον [Marc. 5, 22. Luc. 8, 41.] monent. At Matthaeus eum dixerat ἄρχοντα [Matth. 9, 18.] et viri nomen reticuerat. Tum illi novissimam narrationem uno eodemque modo terminant [Marc. 5, 43. Luc. 8, 56. vide contra Matth. 9, 26.]. Quid quod tanta passim Marci est et Lucae similitudo, quae singula paene v. complectatur [Vid. v. c. Marc. 5, 8. 9. Luc. 8, 29. 30. Marc. 5, 15. 16. Luc. 8, 35. 36. Marc. 5, 25. Luc. 8, 43.]. Sed quominus Lucam potius Marci libro usum esse, quam

Marcum Lucae, opineris, quum l. Marc. 5, 15. (ubi vide notam), tum illud impedimento est, quod Marcum hic quoque suam libertatem tutatum, ubertate et accuratione Lucam superare conatum esse videmus [cf. v. c. Marc. 5, 13. cl. Luc. 8, 33. Marc. 5, 20. cl. Luc. 8, 39. Marc. 5, 25 — 27. cl. Luc. 8, 43. Marc. 5, 41. cl. Luc. 8, 54.]. Vide *Griesbachii* Opusc. Vol. II. p. 375. *Saunierum* l. l. p. 77 sq. et *de Wettium* in l.: Lehrb. der historisch-krit. Einleit. u. s. w. T. II. p. 163. At quod *Saunierus* p. 80 sq., quae Marc. 4, 1 — 5, 43. leguntur, *ex hujus scriptoris mente* uno eodemque die peracta esse omnia contendit (nam quin quae Marc. 4, 1 — 5, 19. narrantur, unius sint diei, nemo dubitat, cf. Marc. 4, 35.), id neque ex eo colligi potest, quod Marcus reditum in Galilaeam in alium diem incidisse disertis verbis monere supersedit: alioquin enim eodem jure etiam Nazaretham susceptum ab Jesu iter in ejusdem diei angustias compingas (Marc. 6, 1.): neque ex l. Marc. 5, 21. (collato Lucâ 8, 40., qui rem paullo aliter animo concepit) consequitur. Nam credibile est, majori etiam summi doctoris desiderio affectos fuisse Galilaeos, multoque illos ad eum confluxisse cupidius, si Jesus non continuo, sed post intervallum ex itinere revertisset [cf. 1, 37. 45. 2, 1.].

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

E Jairi domicilio Nazaretham se Jesus cum discipulis contulit, ubi quum in sacro conventu sabbato docuisset, commoti quidem sunt sapientissimi viri institutione populares, sed generis, e quo erat oriundus, humilitatem despexerunt. Itaque Jesus nihil effecit, nisi ut Nazarethani, ut erant increduli, mirarentur paucisque sanatis aegrotis discessit et docendo in orbem obibat vicos v. 1 — 6. *Tum convocatis duodecim Apostolis coepit eos binos ablegare et*

portentorum effectores et magistros iisque mandata dedit vs. 7 — 11.. Quibus receptis illi digressi et docuerunt et ediderunt miracula vs. 12. 13.. Hoc tempore Jesu fama ad Herodem Antipam perlata est, de quo quum alii aliter vulgo judicarent, Herodes haud cunctanter iis assensus est, qui eum Johannem baptistam, ex inferis illum reversum, esse dixissent vs. 14—16.. Nam hunc ob liberiorem objurgationem carcere inclusum, ut supplicio Herodes afficeret invitus (nam ipse Johannem summi fecerat), implacabili Herodiadis iracundiâ effectum erat vs. 17 — 29.. Reversis ex legatione Apostolis Jesus cum iis, ut aliquando animum relaxarent, maritimo itinere in desertum locum abiit vs. 30—32.. Sed quum vel ibi permultos homines, qui pedestri itinere eo venissent, offendisset, multa iis praecepta impertivit et quinque eos panibus ac duobus piscibus (erant autem quinque circiter virorum millia) ingenti, quod explicare nequeas, miraculo satiavit vs. 33 — 44.. Peractâ coenâ auctor fuit discipulis, ut conscenso lembo ipsum praecederent dimissaque plebe in montem se, ut preces funderet, contulit vs. 45 — 47.. Tum quartâ noctis vigiliâ, dum acri vento, qui navigantibus Apostolis adversus esset, mare commotum esset, per mare, quasi per terram, incedens pedibus venit conticuitque eo in navem recepto ventus. Enimvero hoc miraculum in obtusis tum Apostolis hanc tantum vim habuit, ut in summam admirationem raperentur vs. 48—52.. Transmisso mari in regionem gennesareticam exscensionem fecerunt v. 53.. Ibi quoque statim agnito Jesu aegrotos ad eum attulerunt eosque in oppidorum foro hoc eventu collocarunt, ut quotquot Jesum tangerent sanitati restituerentur.

V. 1. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν πα-
τρίδα αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐ-
τοῦ. 2. Καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συν-
αγωγῇ διδάσκειν, καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο
λέγοντες· πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ
δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν
χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; 3. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ
τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου καὶ
Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελ-
φαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς; καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν
αὐτῷ. 4. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἔστι

προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. 5. Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε. 6. Καὶ ἐθαύμαζον διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν· καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ διδάσκων.

V. 1. ἐκεῖθεν] np. *e Jairi domicilio*, quod Capharnaumi fuisse videtur [cf. Matth. 9, 18. 27. 28.]. καὶ ἔρχεται] Ita B. C. L. Syr. philox. in marg. Vulgo καὶ ἦλθεν, quod ex proxime praegresso ἐξῆλθεν natum est. — εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ] Dicitur non Bethlehemum, ubi natus, sed Nazaretha, ubi educatus fuerat Jesus [vid. Luc. 4, 16. cl. 23. Matth. 2, 23. Joh. 1, 46. 47.]. V. 2. καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες] Lectio καὶ οἱ πολλοὶ ἀκούσαντες ἐξεπλήσσοντο *plebs, quum audivisset, attonita est* parum apta videtur duas ob causas. Nam primum quidem in sqq. πόθεν τούτῳ — — — γίνονται; non totius inter se congruentia judicia *plebis*, sed *similia multorum* afferuntur. Deinde, quominus ἀκούσαντες in h. l. quadrare opineris, illud obstat, quod e Marci sententiâ nondum absolutâ oratione inique de Jesu populares judicaverunt. Nam v. καὶ πολλοὶ κ. τ. ἑ. intime cohaerent cum superioribus καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν h. s.: *postquam sacro die in synagogâ docere coeperat, multi auditores perculsi sunt, quum dicerent.* Scripturam ἐξεπλήσσοντο ἐν s. ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, (ejus institutione commoti sunt) λέγοντες equidem ab explicatoribus repetere malim, quam ut v. ἐν s. ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ e locis similibus, velut Matth. 7, 28. Marc. 1, 22., temere arcessita esse credam. ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται;] Hic valde turbatur in Cdc.. Nam permulti libri, quorum se auctoritati, postquam eam admiratus fuerat *Millius* proleg. §. 1261. 1262., adstrinxit *Matthaeius* et *Griesbachius*, praetermissâ voce ὅτι praebent καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται. Pauciores in l. voculae ὅτι sufficiunt ἵνα h. r.: ἵνα καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνωνται

(h. e. *ut* — — *fieri possint*). Paucissimi haec offerunt: *καὶ αἱ δυνάμεις τοιαῦται αἱ διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γινόμεναι*. His finitima sunt, quae It. MSC. Colb. expressit: *unde huic tanta (?)? et quae est sapientia, quae data est illi; et virtutes, quae per labia* (*χειλῶν* legit pro *χειρῶν*!!) *ejus efficiuntur?* Sed haec Cdc. dissensio neque in *Griesbachii* partes animum traducit, neque, ut quicquam novi commoveamus, efficit. Nam vocula *ὅτι* vel omissa est ob *καὶ* sequens, quod, si qui *καί* pro copulâ temere habuissent, fieri facile poterat, vel, quod aliquanto verisimilius videtur, ab iis deleta est, qui salvâ voce *ὅτι* laborare sententiam credidissent. Scilicet male putabant Nazarethanos *singularem Jesu sapientiam ex ejus miraculis* colligere. Hinc alius alio modo sententiae subveniendum esse putavit. Omnes igitur lectiones, quae a vulgatâ dissident, non sunt, nisi scribarum argumentationem a miraculis ad sapientiam Jesu abominatorum *correctiones*. Quamquam qui *ἵνα* — — *γίνωνται* emendarunt quod fuerat propositum minime consecuti sunt. Ultimum est, ut, quo modo explicanda sit lectio vulgata, ostendamus. Nimirum non sine dicacitate Nazarethani divinitus Jesu collatam sapientiam eo videri monent, quod non suis illa opibus contenta sit, sed ad id etiam conducat, ut talia, qualia ipsis narrentur, miracula Jesus edat: *unde isti (tam pusillo) homini haec contigerunt? et quaenam tandem ei sapientia* (divinitus) *data est, quod* (non solum sapientis viri specimina edit docendo, sed) *etiam miracula talia* (np. qualia famâ et auditione accepimus; falso multi vertunt *tanta miracula*, quod foret *τηλικαῦται* s. *τοσαῦται*) *per eum fiunt?* Detracto dicterio nihil aliud mirari Nazarethanos apparet, quam quod homo tam abjectus et sapientis viri munere fungatur, et miracula patret. *διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ*] *per ejus manus* h. e. ex noto Hebraismo *per eum*. Nam non tam vi manuum, quam imperii sui gravitate miracula Jesus edidit [2, 11. 4, 39. 5, 34. 41.]. Solent autem Hebraei formulâ "בְּיַד־בְּ sic abuti, ut eam non tantum in iis, quae manu, sed etiam in iis, quae aliis corporis membris peraguntur, unice amplexi dictionis sensum *per*, fre-

quentent. 1 Reg. 8, 53. כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתָּא בְּיַד מֹשֶׁה עַבְדֶּךָ *quemadmodum dixisti per manum Mosis, tui ministri* (= per Mosen, tuum ministrum). Cf. Exod. 9, 35. 2 Reg. 17, 13. Act. 7, 35. Quid quod *ad res* adeo istud בְּיַד traducunt? Jes. 64, 6. וַתְּמוּגֵנוּ בְּיַד־עֲוֹנֵנוּ *et fecisti, ut conficeremur per manum peccatorum nostrorum* (per peccata nostra). V. 3. *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας;*] *nonne hic homo fabri est filius et Mariae?* Quibus argumentis *ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας* in ordinem receperim, dicendum est paullo accuratius. Discrepant libri sic, ut plerique *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας*, alii quod nos exhibuimus, alii *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας* (sic), alii *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος; ὁ υἱὸς καὶ Μαρίας* (hoc plane absurdum: *nonne hic est fabri filius? filius etiam Mariae* [*!!*]) suppeditent. Jam summo consensu Critici lectionem *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας* sinceram esse putant ceterasque omnes tanquam emendationes librariorum artem fabrilem Jesu majestati parum convenire arbitratorum, qui nostrum l. ad Matth. 13, 55. exegerint, vilipendunt [cf. *Beza*, *Millius*, *Wetstenius*, *Matthaeius* ad h. l., et *Griesbachius* C. C. p. 103.]. At primum quidem, quod *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας* et vicinas lectiones e Matth. 13, 55. petitas esse affirmant, parum est credibile. Nam si e Matthaeo hic hausissent librarii, ad verbum potius descripsissent: *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ;* Deinde Origenes lib. 6. contra Celsum p. 299. Jesum fabrum fuisse in Evangeliis memoriae prodi his verbis negavit: *οὐδαμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων εὐαγγελίων τέκτων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀναγέγραπται.* Tum displicet haec oratio: *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας —;* et quia temere Nazarethani idcirco Jesum spernerent, quod artem fabrilem exerceret, et aliam ob causam. Quippe solebant Jesu tempore judaici magistri vel ex arte, quam facerent, vel ex opificio, quod tractarent, vitam sustentare [Act. 18, 3. cf. *Wineri* bibl. Realwörterbuch p. 270.]. Poterat igitur Jesus simul faber esse,

simul doctoris sibi partes sumere sine opprobrio. Nisi forte *fabrile opificium* tum despicatui ducebatur; quod nemo hucusque demonstrare potuit. Altera ratio, cur minime nobis probetur *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας,* haec est, quod v. sq. Nazarethanos Jesum ob gentis suae ignobilitatem contemnere clare demonstrant, unde consentaneum est, primis etiam hujus versus verbis tale quiddam contineri, quo Jesu familia deprimatur et evilescat. Postremo scripturae *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας* — *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος; ὁ υἱὸς καὶ Μαρίας* nonne eo ducunt, ut *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας* probemus? At *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας* Cdc. multo maxima pars conservavit. Hoc minime mirum. Nam quum facillime librarii cum v. *τέκτονος υἱὸς* vocc. *τέκτων, ὁ υἱὸς* commutavissent, summa dehinc cupiditate haec lectio excepta et propagata est propterea, quod per manus tradita fama, cui non est, cur fidem derogemus, Jesum fuisse fabrum lignarium rettulit [vid. Justin. Mart. Dial. c. Tryphone 88. p. 316. ed. Col. Cod. N. T. apocryph. ed. *Fabric.* p. 168 sq. et Theodoret. Hist. eccles. 3, 23., qui narrat, hominem christianum a Libanio sophista interrogatum *τί ποιεῖ τοῦ τέκτονος ὁ υἱός; fabricari eum Juliano feretrum* respondisse.]. — *ἀδελφὸς δὲ — Σίμωνος;*] Lectio *καὶ ὁ ἀδελφὸς* eo alicui magis, quam vulgata *ἀδελφὸς δὲ* placere possit, quod, quum in sq. *omnes Jesu fratres* recenseantur, Jesus dicendus fuerit non *ein* Bruder Jacobi etc., sed *der* Bruder Jacobi etc.. Sed *καὶ ὁ ἀδελφὸς* tanquam *correctionem* repudiabit, qui *ἀδελφὸς* sine Articulo ante *Ἰωσῆ, Ἰούδα* et *Σίμωνος* tacite repetendum esse meminerit h. s.: *nonne hic homo fabri est filius et Mariae? frater autem (ein* Bruder) *Jacobi,* et *frater (ein* Bruder) *Joses* etc.. *καὶ οὐκ εἰσὶν — ὧδε πρὸς ἡμᾶς;*] *et nonne sunt ejus sorores hic apud nos?* Exspectaveram aut *παρ᾽ ἡμῖν*, aut *περὶ ἡμᾶς*. Luc. D. Mort. 15, 3. *ἄλλως τε ὁρᾷς, τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σέ ἐσμεν ὧδε* e *Graevii* conjecturâ, Cod. Augustani testimonio confirmatâ. Sed omnia sana. Saepe enim nostri scriptores, ut ipsorum Graecorum poetae passim, *πρὸς*

cum Accusativo, adjecto verbo quietis, sic collocant, ut non sit, nisi *apud*, i. q. *παρὰ* cum Dativo. Aeschyl. Prometh. v. 351. *οὐ δῆτ᾽, ἐπεί με καὶ κασιγνήτου τύχαι τείρουσ᾽ Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους ἕστηκε, κίον᾽ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοιν ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.* Eurip. Jone v. 916. *ὤη· τὸν Λατοῦς αὐδῶ, ὅς γ᾽ ὀμφὰν κληροῖς πρὸς χρυσέους θάκους καὶ γαίας μεσσήρεις ἕδρας.* [vid. *Brunk.* ad Apollon. Rhod. lib. II. v. 496.]. Matth. 13, 56. Marc. 9, 19. — *ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι* —; Joh. 1, 1. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν* —. 1 Cor. 16, 6. *πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ* —. v. 7. *ἐλπίζω γὰρ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς.* v. 10. *ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε, ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς.* Gal. 1, 18. — *ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε.* Eodem modo Hebraei praeverbium אֶל i. e. proprie *ad*, usurpant. Genes. 24, 11. וַיַּבְרֵךְ הַגְּמַלִּים מִחוּץ לָעִיר אֶל־בְּאֵר הַמָּיִם i. e. *apud puteum* [Bene LXX.: *καὶ ἐκοίμησε τὰς καμήλους ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος.*] Cf. de hoc usu praepositionis *παρὰ* *Brunkium* l. l. Jerem. 41, 12.. Huic generi cavendum magnopere est ne ejusmodi loca contribuamus, quae aliquam motus significationem habeant, ut in iis *παρὰ* cum Dativo poni ne potuerit quidem. Hoc vitium neque *Schleusnerus* Lex. II. p. 723., neque vero etiam *Wahlius* Clav. p. 822. satis feliciter declinavit. Pauca admonendi causa proferam. Nihil igitur huc pertinet Luc. 16, 20. *πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος.* Indicat enim *πρὸς* locum, *in quem conjectus* fuerit Lazarus. Idem valet de Act. 5, 10. — *ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς sepelierunt ad maritum ejus*, qui prior elatus fuerat (v. 6.). Luc. 22, 56. *ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις καθήμενον πρὸς τὸ φῶς* —. *ad lucem conversum* (dem Lichte zugewendet). Act. 13, 31. — *οἵτινες νῦν εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαὸν* i. e. *ad* (gegen) *populum*, (*ad quem testimonium dirigitur*). Satis autem constat, hoc sensu omnia verba dicendi cum *πρὸς* et Accusativo personae a Graecis construi. Idem sentiendum est de Act.

22, 15.. Neque Rom. 4, 2. Col. 4, 5. πρός cum Accusativo quidquam significat, nisi nostratium *gegen* non quidem, ut hostilem animum, sed ut personam indicet, ad quam actio referatur. Denique plane alienus est l. Exod. 29, 12. וְאֶת־כָּל־הַדָּם תִּשְׁפֹּךְ אֶל־יְסוֹד הַמִּזְבֵּחַ i. e. *arae fundamento adsperges*. De reliquis vide ad Matth. 13, 55 — 57. V. 5. *καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι*] *et non poterat ibi ullum edere miraculum*, scil. propter popularium incredulitatem (cf. vs. 6.). Ita bene Theophylactus, (— *οὐκ ἠδύνατο οὖν ἐκεῖ δυνάμεις ποιῆσαι, οὐχ ὅτι αὐτὸς ἀσθενὴς ἦν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνοι ἄπιστοι ἦσαν* —.) *Grotius*, al.. Perperam *Kuinoelius* post alios [vide *Wolfium* ad h. l.] *ἠδύνατο* redundare contendit h. m.: *neque patravit ibi ullum miraculum*. Nam talis quidem pleonasmus commentitius est [cf. ad Matth. 9, 15.]. Deut. 12, 16. לֹא־תוּכַל לֶאֱכֹל LXX. *οὐ δυνήσῃ φαγεῖν* explana: *non poteris edere* np. per legem divinam = non tibi edere licebit. Joh. 12, 39. *διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν* i. e. *non poterant credere* scil. ob Jesajae oraculum, quod eventu comprobari debebat (cf. v. sq.). Sic omnia loca, quibus abusus est vir eruditissimus, facile possunt rectius explicari. Praeterea vidi, qui vocc. *οὐκ ἠδύνατο* explanent *noluit*, quum *δύνασθαι* et Latinorum *posse* saepe poni pro *θέλειν* et *velle* [cf. *Valckenarium* ad Herod. 7, 133.] observent. In hunc intellectum nostra v. tulerunt v. c. It. MSC. S. Germ. 2.: *et noluit ibi virtutes multas (?) facere* —. *Stephanus* de dialectis p. 50. *Deyling*. Observ. s. P. I. p. 118. Male. Nam quae in hanc rem afferuntur loca, ea partim ne speciem quidem habent [Joh. 8, 43. *διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν* i. e. *non potestis per vestram indolem, ut qui Satanae sitis filii* (cf. v. 44.). Ovid. Metamorph. 3, 436. — *nil habet ista* (umbra) *sui: tecum venitque manetque, tecum discedat, si tu discedere possis* [np. per irriti amoris vehementiam]. Virgil. Aen. 12, 175. *Esto nunc sol mihi testis et haec mihi terra vocanti, quam propter tantos potui perferre labores.*], partim ita comparata sunt, ut denique *ad sensum* idem sit *non*

posse, quod *nolle* [v. c. si dicas: *obscoenam rem non possum contingere* i. e. non a me impetro, ut contingam = *contingere nolo.*]. Ejusmodi autem loca, in quibus verbum ἐθέλω *de rebus inanimatis* idem, quod δύνασθαι, notare VV. DD. monent [Hom. Il. 21, vs. 366. Hymn. in Cerer. v. 45. cf. *Koenius* ad Gregor. Corinth. p. 56. *Heindorf.* ad Phaedr. p. 200.] nihil prorsus ad nostrum locum conferunt Sed ut δύνασθαι idem, quod θέλειν declarare possit, absurde tamen nostro l. hanc isti verbo vim subjicias. Nam quaenam tandem haec est oratio: *et noluit ibi ullum patrare miraculum, praeterquam paucos aegrotos manibus impositis sanavit* (!!). εἰ μὴ — ἐθεράπευσε] Hic duo tenenda. Nam primum quidem pertinent v. ὀλίγοις ἀῤῥώστοις non tantum ad ἐπιθείς, sed etiam ad ἐθεράπευσε, ut plene sic loqui Marcus potuerit: εἰ μὴ ὀλίγους ἀῤῥώστους, ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε. (cf. infra v. 35.) Horat. Epist. I, 1, 14. *Nullius addictus jurare in verba magistri* (i. e. nulli magistro addictus, ut in ejus verba jurem) *quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.* Sed ut saepe scriptores invitis librariis Objectum cum secundario potius, quam primario verbo copulaverunt, ita ne hoc quidem l. defuerunt, qui Marcum his modis corrigerent: εἰ μὴ ὀλίγους ἀῤῥώστους ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε· — εἰ μὴ ὀλίγοις ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσεν αὐτούς. Pessime Coptus πολλοῖς offert pro ὀλίγοις, quod corruptionis genus minime rarum est [Vid. *F. V. Fritzsche* ad Luc. Alex. p. 227.]. Altera res, cujus lectorem commonefacere decrevi, haec est, errare, qui, ut *Wahlius*, vir doctissimus, *comment. de particulae εἰ et praepos. εἰς apud N. T. scriptores usu et potestate. Lips.* 1827. p. 28. post εἰ μὴ deesse ὅτι [Ephes. 4, 9.] existiment. Nam vel sine istâ voculâ ὅτι plenissima est haec oratio: καὶ οὐκ ἠδύνατο — ποιῆσαι, εἰ μὴ — ἐθεράπευσε *neque poterat ibi ullum edere miraculum, praeterquam paucos aegrotos impositis manibus persanavit*, vernacule: *und er konnte daselbst gar kein Wunder thun, ausser er heilte wenige Kranke, nachdem er ihnen die Hände aufgelegt hatte.* Locus Gal. 1, 7. θαυμάζω, ὅτι

οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, quem *Wahlius* cum nostro contendit, diversi est generis. Ibi enim εἰ μή *irrisionem* continet, *nisi forte* [cf. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p 1249. c.] h. r.: *quod* (evangelium) *non est aliud*, *nisi forte magni est facienda eorum auctoritas*, *qui vos conturbant et Christi doctrinam pervertere volunt* [cf. 1 Corinth. 3, 7. et *Hermann.* ad Vig. p. 730.]. Vulgaris interpretatio *at sunt quidam vos perturbantes* — neque cum particulis εἰ μή conciliari potest et infestum habet articulum οἱ ταράσσοντες. Sed novo insuper vitio *Wahlii* l. l premitur interpretatio: *die ganze Sache ist aber nichts weiter, als: es giebt Leute, die euch beunruhigen.* Non enim v. ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο ad universam rem, de quâ agitur, sed ad vocc. εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον referenda sunt. Negat autem Paulus, esse veri nominis evangelium praeter illud, quod ipse cum Galatis communicaverit (v. 8.). — V. 6. καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν] Hanc lectionem, quae vulgo propagatur, duobus modis tueri conati sunt VV. DD.. Nam *Schleusnerus* Lex. I. p. 1049. et *Kuinoelius* ad h. l. verba sic reddiderunt: *et indignabatur de eorum tenui fiduciâ.* Nollem factum. Nunquam enim θαυμάζειν significat *indignari* et perdiderunt operam, qui hanc fictitiam potestatem locis confirmare studuerunt, *Abreschius* Dilucidat. Thucyd. p. 309. et *Reiskius* in Indice Demosthenis. De N. T. locis hanc in partem a *Schleusnero* citatis Joh. 5, 28. 7, 21. Gal. 1, 6. meliora docet *Bretschneiderus* Lex. I. p. 473.. Sed altera eaque multo maxima interpretum pars ista v. sic enarraverunt: *et mirabatur eorum fiduciae inopiam.* Huic explicationi constructionis ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν obstat improbitas. Non enim quo sensu dicitur θαυμάζειν ἐπί τινι [Luc. 4, 22.], eodem θαυμάζειν διά τι in usu fuit, ut διά cum Accusativo, quemadmodum ἐπὶ cum Dativo *rem quam mireris* (den Gegenstand der Verwunderung) exprimat. Loca ab *Heupelio*, *Munthio*, *Wetstenio* aliisque allata nullius sunt ad illius structu-

rae bonitatem demonstrandam momenti ac ponderis. Aelian. Var. Hist. 12, 6. Ὅτι γελᾷν ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μεγάλως φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας, εἴγε ἐν Ῥωμαίοις μὲν Μαρίου τὸν πατέρα οὐκ ἴσμεν, *αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα* h. e. *ipsum autem admiramur ob res gestas* (ihn selbst aber *bewundern* wir *wegen* seiner Thaten) = res ab eo gestae in causâ sunt, ut eum admiremur. Num inde sequitur, probe dici θαυμάζειν διά τι *sich über* etwas *wundern?* Ejusdem generis quum cetera sunt ab illis VV. DD. prolata l., tum Ael. Var. Hist. 14, 36. et Diod. Sic. lib. 11. init. Μαρδόνιος ὁ Πέρσης ἀνεψιὸς μὲν καὶ κηδεστὴς ἦν Ξέρξου, *διὰ δὲ σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν μάλιστα θαυμαζόμενος* παρὰ τοῖς Πέρσαις. Incautius etiam provocarunt ad Apoc. 17, 7. καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· *διατί* ἐθαύμασας; quum ibi διατί valeat *cur.* Joh. 6, 21. ἓν ἔργον ἐποίησα καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο cohaerent sane vocc. κ. π. *θαυμάζετε διὰ τοῦτο*, minime tamen quo sensu existimant *et omnes miramini hoc opus* (ihr *wundert euch* alle *über* dieses Werk), sed hoc: *et hoc opus in causâ est, efficit, ut miremini.* Suo autem modo doctiss. *Kuinoelius* constructionis, de quâ disputamus, integritatem ostendit. *Construitur,* inquit, *θαυμάζειν h. l. cum particulâ (?) διὰ ——, quoniam Hebraei verbum* תָּמַהּ *sequi jubebant particulam (?)* עַל, *v. Eccles.* 5, 7. [אַל־תִּתְמַהּ עַל־הַחֵפֶץ LXX. μὴ θαυμάσῃς *ἐπὶ τῷ πράγματι*], *quae particulis (?) διὰ, ἐπὶ et περὶ in vers. Alex. respondet.* Videlicet nihil momenti habet, ut hebraicum עַל modo hoc, modo illo praeverbio recte LXX. convertisse appareat, singulorum locorum conformatio, neque est, quod, ubi bene, ubi male LXX. interpretati sint, diligenter perpendamus, priusquam ad constituendum nostrorum hominum usum LXX. translatione utamur (!). Sed ponamus, sic dici posse θαυμάζειν διά τι, ut sit *rem mirari.* Nonne vero interpretatio: *mirabatur eorum fiduciae inopiam:* inepta est ob sensum? Minime enim Jesus miratus est populares fiduciâ destitutos, sed hanc esse prophetarum sortem affirmavit, ut in patriâ suâ, inter cognatos et in suâ familiâ spernantur (v. 4.). Hanc, quam

lectio ἐθαύμαζε inducit, repugnantiam, quum bene sensisset librarius Cd. D., importune eam sustulit πίστιν exarando pro ἀπιστίαν. Ne multa. Pro ἐθαύμαζε e Cdd. reponendum est ἐθαύμαζον h. s.: *et mirabantur propter suam fiduciae inopiam* = *et Nazarethani, quâ laborabant fiduciae inopiâ, mirabantur* (np. Jesum, qui praeclare docuerat vs. 2). καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ διδάσκων] Haec scriptura optime comparata est. Nam κύκλῳ connectendum est cum verbo περιῆγε (ut supra 3, 34; vid. *Beza* ad n. l. Plat. Rep. I. p. 1. *apud Polemarchum* ἐκαθιζόμεθα οὖν παρ' αὐτὸν [κέφαλον]. ἔκειντο γὰρ δίφροι τινὲς αὐτόθι κύκλῳ·) *in orbem obibat vicos* (er durchwanderte in der Runde die Flecken) *docendo*. Verbis per περὶ compositis solet a Graecis κύκλῳ addi. Plat. Lach. p. 183. B. κύκλῳ περὶ τὴν Ἀττικὴν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιδεικνύμενος περιέρχεται. Euthyphr. c. 19. θαυμάσει οὖν ταῦτα λέγων — — καὶ ἐμὲ αἰτιάσει τὸν Δαίδαλον βαδίζοντας αὐτοὺς ποιεῖν, αὐτὸς ὢν πολύ γε τεχνικώτερος τοῦ Δαιδάλου καὶ κύκλῳ περιιόντας ποιῶν. [vid. ad 3, 34.] Male *Schleusnerus* Lex. I. p. 1335., *Reichardus*, *Schottus* al. vertunt: *obibat vicos circumjacentes*. Hoc enim foret περιῆγε τὰς κύκλῳ κώμας, quod ipsum perperam nonnulli suppeditant libri e vs. 36. et Luc. 9, 12.. Eundem in modum scribae turbaverant supra 3, 34.. Sed quod *Paulus* ultima v. καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ διδάσκων rectius ad novae narrationis exordium vs. 7., ut in *Theophylacti* editione factum est, quam ad ejus, quae vs. 1 — 6. continetur, clausulam vs. 6. referri affirmavit, non id ei assentior. Etenim hoc ipso finem imponit Marcus historiae, quam v. 1—5. narraverat, ut frustra ab Jesu populares edoctos esse moneat, quum illi Jesum pro obstinatâ increduli animi perseverantiâ mirarentur, Jesus autem relictâ, ubi sine auditorum emolumento diutius mansurus fuisset, patriâ vicos docendi causâ in orbem obiret (vs. 6.). Ceterum Marcus rem vs. 1 — 6. expositam e Matthaei 13, 54 — 58. fonte hausit, quemadmodum utrumque scriptorem conferenti facile appareat [vid. *Saunierus* l. l. p. 85 sq.]. Lucas idem et multo copiosius et alio modo et consilio alio

et alio libri loco [Luc. 4, 16 — 30.] tradiderat [vid. ad Luc. 4, 30.]. —

V. 7. *Καὶ προςκαλεῖται τοὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο, καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων,* 8. *καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς τὴν ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν, ἀλλ᾽ ὑποδεδεμένους σανδάλια καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας.* 10. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὅπου ἐὰν εἰςέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε, ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν.* 11. *Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.* 12. *Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον, ἵνα μετανοήσωσι,* 13. *καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον, καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον.*

V. 7. *ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν*] Cd. D. *ἀπέστειλεν αὐτούς*. Hoc malum est interpretamentum. Nam *coepit* tum Jesus advocatos duodecim Apostolos mittere, quos ut aliquando doctores portentorumque effectores ablegaret, Apostolos antea delegerat 3, 14 sq.. *δύο δύο*] h. e. *binos*. Vid. Genes. 7, 9. שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ אֶל־נֹחַ Marc. 6, 39. 40. collatis nostro l. Syro et Arabe. Librarius Cd. D. Hebraismi impatiens de more correxit *ἀνὰ δύο*. De reliquis vid. ad Matth. 10, 1.. V. 8. et 9. *εἰς τὴν ὁδόν*] Articulus accessit e nonnullis Cdc. [cf. *Wetstenius* et *Matthaeius*]. Necessarius est, quum sensus esse debeat: *mandavit iis, ne quid secum in imperatam ipsis viam* (cf. v. 7.) *sumerent*. Et exstat Articulus in Lucâ 9, 3., cujus vestigia h. l. Marcus premit. Quae nobis aliquis obvertat loca Matth. 10, 10. Luc. 11, 6. genere disparia sunt. Nam Matth. 10, 10. *εἰς ὁδόν* valet *in iter* i. e. reisebehufs et Luc. 11, 4. — *ἐπειδὴ φίλος*

παρεγένετο *ἐξ ὁδοῦ* πρός με vocc. ἐξ ὁδοῦ *ex aliquo itinere* significant. Xenoph. Cyrop. 4, 3, 3. — ἱππικὴ δὲ οὐκ *ἐν ὁδῷ* μὲν ἡδίων, ἢ αὐτοὺς τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι; — εἰ μὴ ῥάβδον μόνον] Mire *Wetstenius*: *non singulis*, inquit, *baculum permisit*, *sed duobus unum* [vide eundem ad Matth. 10, 10.]. Scilicet legerat vir praestantissimus v. 7., missos esse Apostolos ab Jesu δύο δύο et perperam explicuerat ῥάβδον μόνον, neque vocabulum ῥάβδος generis esse muliebris, ut dicendum fuisset ῥάβδον μόνην, quod unus Cd. apud *Matthaeium* male suppeditat, reputans, et immemor usus notissimi, quo μόνον est *tantum*. Plat. Phaedr. §. 74. κελεύσματι *μόνον* καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται. Sed ut h. l. voculae εἰ μὴ — μόνον cohaerent, ita alias πλὴν μόνον crebro conjungitur. Aristoph. Vesp. v. 1314. οἱ δ' ἀνεκράγησαν, *πλὴν* γε Θουφράστου *μόνου*. Luc. Conviv. c. 15. *πλὴν μόνου* ὡς ἐμοὶ ἔδοξε τοῦ Ἀρισταινέτου. Matth. 12, 4. 17, 8. 21, 19. 24, 36. Act. 11, 19. Philipp. 4, 15. Cf. de hoc pleonasmo ad Matth. p. 637. Vertendum: *vetuit*, *ne quid secum in viam sumerent* — — *nisi baculum tantummodo*. Dissentit igitur Marcus a Matthaeo 10, 10. et Lucâ 9, 3., quippe qui ne baculi quidem copiam in itinere faciant Apostolis et vana sunt consilia, quibus pacem inter dissidentes coagmentari posse nonnulli sibi persuaserunt, velut *Heinsii*, qui contra usum loquendi εἰ μὴ explanavit *imo nec* [vid. ad Matth. p. 366.]. ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ *ἐνδύσασθαι* δύο χιτῶνας.] Haec sunt in *Elsevirii* conformatione. Sed permulti libri hanc lectionem offerunt: ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ *ἐνδύσησθε* δύο χιτῶνας, *Millio*, *Matthaeio* et *Griesbachio* sic probatam, ut reciperent. Placet disputationem de hoc l. sanequam difficili ab examinandâ *Elsevirii* scripturâ ordiri. Potest ea duplici modo expediri, vel ut Anacolutho affectum locum putemus, vel ut eum duabus structuris, quarum utrique sua constet dignitas, variatum esse arbitremur. Illam viam qui inire voluerit, ei post vocem ἀλλ' e verbis ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς τὴν ὁδόν tacite repetendum est ἰέναι s. βαδίζειν, ut sic oratio procedat, quasi Marcus pro παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς

τὴν ὁδόν scripserit παρήγγειλεν αὐτοῖς βαδίζειν, μηδὲν ἄραντας εἰς τὴν ὁδόν. Hoc pacto recte deinceps sequitur ἀλλ' (ἰέναι s. βαδίζειν) ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας h. r.: *jussit eos nullâ re in imperatam ipsis viam secum sumtâ proficisci — — —, sed (ire) sandaliis instructos neque duas induere tunicas* (sc. jussit; ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον τὸ παρήγγειλε *Euthymius*). Ita hunc l. interpretati sunt *Grotius*, *Heupelius*, *Kuinoelius* aliique, qui post ἀλλά mente adjici voluerunt πορεύεσθαι, et vere quidem, ut opinor. Nam et constructionis laqueos expedit haec explicatio, et sensui satisfacit. Quippe jubentur Apostoli *nullâ re* praeter baculum sumtâ iter ingredi, *sed* proficisci sandaliis instructi et unâ induti tunicâ. Manifestum est igitur, ἀλλά negantibus sententiis, quae praecesserunt, oppositum affirmationem inferre. Male igitur *Victor Antiochenus* supplendum esse ἀπὸ κοινοῦ μηδέ post ἀλλά affirmavit h. r.: οὐδὲν βούλομαι ὑμᾶς ἐπιφέρεσθαι, φησίν, εἰ μήτι ἄρα ῥάβδον μόνην, μήτε δὲ πήραν, μήτε ἄρτον, μὴ εἰς ζώνην χαλκόν, ἀλλὰ μηδὲ ὑποδεδέσθαι σανδάλια, μηδὲ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. Quae quidem enarratio etiam alio vitio laborat. Perperam enim *Victor* ad ὑποδεδεμένους cogitando adjecit εἶναι [ἀλλ' ὑποδεδεμένους εἶναι σανδάλια i. q. ἀλλ' ὑποδεδέσθαι σανδάλια], quod a Marco sic non potuisset omitti. Ejusdem sententiae post *Victorem* auctores fuerunt v. c. *Beza* et *Paulus*. Ultima verba καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας non eam sententiam, quam *Grotius* iis tribuit, enuntiant: *vetuit eos modo hanc, modo illam tunicam induere, quomodo qui iter faciunt aliis in itinere vestibus utuntur, aliis, ubi in urbem aliquam advenerunt.* Nam quum Jesus, ne ullam rem excepto baculo secum ferrent, Apostolis interdixisset, ne sarcinulae quidem, in quâ reponi posset aliquando usui futura tunica, expediendae potestatem iis concessam esse, quivis sponte intelligebat. Sed hoc diserte dici intererat, adeo sine apparatu iter ineundum esse discipulis, ut non solum sine commeatu nullaque onerati sarcinâ proficiscerentur, sed ne duabus quidem tunicis simul induti iter facerent. Quid quod

verba ipsa καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας non possunt, nisi hoc significare: *neque duas simul induere tunicas?* Altera, quâ Elsevirii scripturam explanare possis, ratio haec est, ut locatâ post χαλκόν virgulâ et deletâ post σανδάλια distinctione καὶ ante v. μὴ ἐνδύσασθαι vertas *etiam* h. m.: *jussit, ne quid in iter sumerent praeter baculum, ne peram, ne panem, ne in loculos aes, sed sandaliis instructos etiam non induere duas tunicas.* Bene habet haec interpretatio ad rationes grammaticas, quum παραγγέλλειν non minus recte cum ἵνα, quam cum Infinitivo [Marc. 8, 6.] jungatur et jure suo Marcus utraque structurâ orationem variare potuerit [vid. *Matthiä* ausf. griech. Gr. p. 1300.]. Sed vehementer displicet ob sensum. Nam primum quidem in hâc oratione: *jussit eos nihil in iter sumere — sed sandaliis instructos etiam non induere duas tunicas* membrum posterius non cohaeret cum priori, quandoquidem ἀλλά, quod ajentem sententiam sequi indicat, exspectationem adeo frustratur, ut negantem, quae ferri nequeat, sententiam ducat ἀλλὰ καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. Deinde si quis ἀλλά in gradatione h. l. collocatum esse contendat, impedimento esse verborum ordinem nemo non intelligit. Non enim ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δ. χ. *at sandaliis instructos etiam non induere duas tunicas,* sed ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια μηδὲ δύο χιτῶνας ἐνδύσασθαι *at sandaliis instructos ne duas quidem vestes induere* discipulos vetare Jesus debuerat. Postremo de lectione καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας disserendum est. Eâ probatâ post ἀλλά cogitando adjiciendum foret ἰέναι, ut verbis ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια Anacoluthon insit, de quo supra dictum est, ultimis autem vocabulis καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας Marcus ab obliquâ oratione in rectam aberrans denuo structuram conturbaret h. r.: *jussit eos nullâ re in iter sumtâ proficisci — sed ire sandaliis instructos et ne induatis duas tunicas,* ut vocabula καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας Jesum ipsum loquentem inducant. Sed quamquam optimi quique scriptores graeci et latini hoc Anacoluthi genus celebrant, quo post orationem rectam obliqua

[Xenoph. Cyrop. I, 14, 13. *καὶ ὁ Ἀστυάγης, καλῶς, ἔφη, ἐποίησας προειπών, ἔνδοθεν γάρ, ἔφη, ἀπαγορεύω σοι μὴ κινεῖσθαι· χαρίεν γὰρ ἔφη εἶναι, εἰ — τὸν παῖδα ἀποβουκολήσαιμι.* Cic. Or. I, 54, 231. — sed, inquit, ut *si mihi* calceos Sicyonios *attulisses*, *non uterer*, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, *sic* illam orationem disertam *sibi* et oratoriam *videri*, fortem et virilem *non videri.*], et post obliquam recta [Xenoph. Cyrop. I, 4, 28. *ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ἀπιόντα θαῤῥεῖν, ὅτι παρέσται αὖθις ὀλίγου χρόνου· ὥςτε ὁρᾶν σοι ἐξέσται κἂν βούλῃ ἀσκαρδαμυκτί.* Luc. 5, 14. *καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν, ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ κ. τ. ἑ.* cf. *Heindorf.* ad Cic. D. N. D. p. 17.] derepente infertur, hoc tamen loco, ubi jam perturbata sit Anacolutho oratio *ἀλλ᾽ ὑποδεδεμένους σανδάλια,* nimis durum et hiulcum reddi sermonem, si *καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας* pro verâ lectione, quâ iterum orationis filum abrumpatur, habueris, nemo est, quin sentiat. Eo igitur confidentius Elsevirii scripturam restitui, quo magis variantes lectiones *καὶ μὴ ἐνδύσασθε* (sic) — *καὶ μὴ ἐνδεδύσθαι* confirmant *ἐνδύσασθαι* et quo facilius *ἐνδύσασθαι* cum *ἐνδύσησθε* confundi potuerat, quod credibile est vel propterea impense librariis placuisse, quia in locis parallelis Matth. 10, 9 sq. et Luc. 9, 3. ipsa verba, quibus Jesus discipulos compellaverit, afferuntur. Neque aliud est argumentum, quod mihi pergrave videtur, praetermittendum. Nimirum praemissa rectae, quae vs. 10. et 11. sequitur, orationi verba *καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς* lectionem vs. 9. *καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας* stabiliunt. Nam si jam vs. 9. Marcus in rectam orationem *καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας* transiluerat, non erat, quod eandem perpetuaturus versum 10. verbis *καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς* a superioribus distingueret [cf. Matth. 10, 11. Luc. 9, 4.]. Ceterum quum Matthaeo auctore 10, 10. Jesus prohibuerit, quo minus Apostoli in viam sibi compararent *ὑποδήματα,* sed fidejussore Marco eosdem proficisci jusserit *ὑποδεδεμένους σανδάλια,* fuerunt, qui repugnare *nulla in viam*

ὑποδήματα sibi comparare et *sandaliis instructum iter facere* arbitrati restituendae pacis consilia agitarent. Ita *Salmasius* ad Tertull. de pallio p. 70 sq., *Lightfootus* ad Matth. 10, 10., *Heumannus* ad h. l. al. ὑποδήματα in Matthaeo *calceamenta delicatiora*, *viliora* in Marco σανδάλια declarare affirmarunt, et *Picinellus* a *Wolfio* citatus ὑποδήματα in Matthaeo calceos, qui totum pedem tegerent, σανδάλια in Marco *soleas*, quae plantam tantummodo, interpretatus est. Verum enim nullum ejusmodi obtinet vocabulorum ὑποδήματος et σανδαλίου discrimen, quum utrumque v. soleam sive coriaceam, sive ligneam pedum plantae subligandam et supra pedem corrigiis adstringendam indicet, quâ vel hodie orientales homines calceorum loco utuntur [cf. *Harmari* Beobachtungen u. s. w. T. III. p. 304 sq.]; vide *Erasmum* et *Bezam* ad h. l. [Act. 12, 8. cl. *Buxtorfio* Lex. talm. p. 1510., qui docet, hebraicam vocem נַעַל ab Jonathane aliisque Targumistis reddi vocabulo סַנְדְלָא]. Sed nulla omnino Matthaei et Marci discordia est. Nam apud illum Jesus negat discipulis in viam comparanda esse, quae in futurum usum secum ferant, sandalia; apud hunc jubet eos sandaliis pedi alligatis ire. Quamquam si haec re verâ inter se repugnarent, non pluris hoc dissidium faciendum esset, quam alterum de baculo. Nam nisi qui in literarum apicibus male haerere consueverit, ei Jesum et in Matthaeo 10, 9 sq. et in Marco et vero etiam in Lucâ 9, 3. in universum eandem sententiam, quamvis non uno eodemque illam modo conceptam enuntiare: *non esse iter solitâ proficiscentibus curâ Apostolis apparandum, sed nullâ sollicite praeparatâ re ab iis ineundum* emergat necesse est. Ita Elisa 2 Reg. 4, 29. quum Gehasum ita proficisci juberet, ut ne quem in viâ salute impertiret, non nisi hanc sententiam adumbravit: *esse Gehaso vel maxime properandum.* V. 10. ἐκεῖ] *illic* i. e. in delectâ hospitio domo. ἐκεῖθεν] i. e. *ex illo seu oppido, seu vico, quocunque vos contuleritis.* V. 11. καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς] Lectio καὶ ὃς ἂν τόπος μὴ δέξηται ὑμᾶς *emendatio* est. Quippe cum vulgatâ non videbatur consistere ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν. Sed valet ἐκεῖθεν *illinc* h. e. inde, ubicunque vos homines

non benigne exceperint. Altera scriptura *καὶ ὃς ἂν μὴ δέξηται ὑμᾶς* Matthaei 10, 14. est. — *ἐκτινάξατε — ποδῶν ὑμῶν*] Edd. *Erasmi*, *Colinaei*, *Bogardi* habent *χνοῦν* pro *χοῦν*, fortasse operarum errore, quum *χνοῦς* *quicquid rei superficiem deturpat*, *paedor*, *lanugo* ab h. l. abhorreat, ubi vocabulum *pulverem* denotans requiritur. Verba *τὸν ὑποκάτω* omittunt D. Arm. Aeth. Vulg. It. exc. colb.. Si a melioribus subsidiis abessent, possent explicatio glossatoris videri. Ita constructio eadem foret, quae in Matthaeo 10, 14. *ἐκτινάξατε τῶν ποδῶν ὑμῶν τὸν χοῦν*. Nunc autem praetermissa esse vocc. *τὸν ὑποκάτω*, quia in Matthaeo l. l. non exstant, perspicuum est. *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς*] Sensus: *pulverem*, *qui sub vestris erit pedibus*, *excutite*, *quo iis exstet testimonium* np. temere repudiatae ab iis doctrinae divinae tamque desperatae eorum conditionis, quam aeque abominari oporteat, atque impurorum gentilium [vid. ad Matth. p. 369.]. Hanc ante pedes positam enarrationem transiluerunt et alias longe repetitas minimeque aptas multi sumserunt interpretes, v. c. *Theophylactus:* — *ἀπὸ δὲ τῶν μὴ δεχομένων αὐτοὺς ἐκτινάσσειν λέγει τὸν χοῦν, δεικνύοντας, ὅτι μακρὰν ὁδὸν ἐβάδισαν δι᾽ αὐτοὺς καὶ οὐδὲν ὠφέλησαν· ἢ ὅτι οὐδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν ἔσχον, οὐδὲ κἂν χοῦν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἐξετίναξαν, ὥςτε εἶναι τοῦτο εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, τουτέστιν εἰς ἔλεγχον.* et *Victor: ἐκέλευσε δὲ τῶν μὴ πειθομένων αὐτοῖς μηδὲ ὑποδεχομένων καὶ τὸν κονιορτὸν ἐκτινάσσειν τῶν ποδῶν, σύμβολον ὄντα ὁδοιπορίας, ἣν ὑπέμειναν ὑπὲρ αὐτῶν, ἤτοι ὡς τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ὁ κονιορτὸς ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐπανέλθοι.* — *ἀμὴν λέγω ὑμῖν — ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ*] Haec v. post *Zachariam Chrysopolitanum*, qui *Ammonii* monotessaron explicuit, damnarunt *Erasmus*, *Beza*, *Zegerus*, *Millius* proleg. §. 402., *Sabatierius* ad h. l., *Griesbachius* C. C. l. l. p. 103 sq., *Paulus*, *Kuinoelius*, ea ex Matth. 10, 15. repetita arbitrati. Usus est *Griesbachius* l. l. his fere argumentis: I. *conspirare in delendis vocc. Alexandrinos B. C. L. Copt. Armen. cum occidentalibus D. Ital. Vulgat., contra quorum consensum nullum pondus habere sexies mille codices constantinopolitanos* [*!!*]. II. *A nonnullis scholiographis ista v.*

non explicari. III. *Non apparere justam causam, cur omitti potuerint.* Sed nihil dubito, quin bene *Matthaeius* litigiosa verba, quibus nihil aliud sanius est in toto Marco, defenderit. Nam primum quidem subsidia, quibus *Griesbachii* sententia nititur, pleraque mala sunt, ut suo tempore ostendam. Deinde neglecta sunt verba, de quibus quaerimus, a quibusdam scholiographis idcirco, quia jam ad Matth. 10, 15. satis explanata fuerant. Solent autem *isti* homines verba *semel*, non *iterum*, enarrare [cf. *Matthaeius* ad h. l.]. Tum majori etiam jure, quam quo *Griesbachius* scribas *ἀμὴν λέγω ὑμῖν — ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ* e Matthaeo arcessivisse criminatus est, librarii, si qui criticam h. l. artem facere constituerant, illa vocc. omittere potuerant, quae in Lucâ 9, 5., quem inprimis hîc Marcus imitatus est, ea deesse cognoverant. Denique, cui rei equidem plurimum tribuo, si utique sunt verba Matthaei, cur tandem summo consensu libri praebent *Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις*, nulli omnino, ut est in Matthaeo, *γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας*? Imo ne hoc quidem silentio transmittendum est, cum hâc gravissimarum poenarum denuntiatione *ἀμὴν λέγω ὑμῖν — ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ* tam bene consistere v. praecedentia *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς*, ut obliteratis vocc. *ἀμὴν λέγω ὑμῖν κ. τ. ἑ.* tantum non displicere debeant. De reliquis vide ad Matth. 10, 15.. V. 12. Nonnullorum Cdc. lectio *ἐκήρυξαν* eo tantum pertinet, ut Imperfecta et Aoristos temere a librariis confundi meminerimus [cf. ad 4, 10.]. Obiter moneo, nisi mirus subsit interpretis error, corruptum h. l. esse It. Cd. colbertinum: *et exeuntes praedicate, ut poenitentiam agant* legendumque videri *praedicare*, qui sit Infinitivus historicus. V. 13. *καὶ ἤλειφον — καὶ ἐθεράπευον*] Satis quidem constat, multum Judaeos usos esse oleo in curandis morbis, maxime in vulneribus et si quod vitium cutis contraxisset [cf. Jes. 1, 6. Jerem. 8, 22. *Lightfootus* ad Matth. 6, 17. et ad n. l. et *Wetstenius* ad Luc. 10, 34. et ad n. l.]. Sed errant tamen, qui, ut *Kuinoelius*, Marci hanc esse mentem existimant: *Apostolos multos aegrotos inuncti olei virtute persanavisse* sensumque loci ita constituunt: *multos, quorum morbi ita comparati fuerint, ut oleo sanari*

possent, ab Apostolis esse sanatos. Nam nec mentione haec talis res digna erat, pervulgato olei medicamento, cujus usus nemini ignotus esset, multis prosperam valetudinem in itinere Apostolos restituisse, et, nisi fallor, e Marci sententiâ 3, 14 sq. idonei erant ab Jesu redditi discipuli, qui ad magistri exemplum [5, 8. et 34.] et *suo imperio* malos genios exterminarent, et aegrotantes convalescere *juberent* non sine miraculo [Luc. 10, 17. Act. 3, 6. 16, 18.]. At, inquis, quamnam rationem habebat unctio, si nulla oleo inerat vis medendi? Scilicet neque Jesajas letale Hiskiae ulcus persanavit ficu [2 Reg. 20, 7.], neque Jesus surdum insertis in aurem digitis [Marc. 7, 34.], neque vero Apostoli aegrotantes oleo, sed omnes miraculo, quod nostrae intelligentiae vim et notionem fugiat. Usi autem sunt ficu, aurium contactu, oleo aliisque rebus non alio sane consilio, nisi ut his adumbratis medicamentis portenti bene feliciterque cessuri fiduciam aegrotis augerent [cf. *Wolf.* ad h. l.]. Est igitur Marci sententia haec: *Apostolos multos aegrotos, postquam eos, ut bonae valetudinis portento restituendae iis exspectationem commoverent, oleo unctos persanavisse miraculo.* Admodum inepte autem Pontificii inanem *unctionis extremae* caerimoniam hoc loco confirmare conati sunt. Nihil enim hîc, nisi multis aegrotis Apostolos sanitatem portento reddidisse refertur neque omnino aut unctio moribundis christianis injungitur, aut hoc dicitur, sacro, nescio quo, oleo beneficia divina, velut peccatorum *venialium* condonationem, hominibus conferri h. e. vanum unctionis extremae ritum esse *sacramentum* [vid. Concil. trid. Sess. VII. can. 1. Catech. rom. 2, 6, 5. 9. 14.].

V. 14. *Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τὴν ἀκοὴν τοῦ*
Ἰησοῦ· φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ
ἔλεγον, ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη
καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. 15.
ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι Ἡλίας ἐστίν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι
ὁ προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. 16.
Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης εἶπεν, ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα
Ἰωάννην, οὗτος ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν. 17. *Αὐτὸς γὰρ*

ὁ Ἡρώδης ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην καὶ ἔδησεν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα, τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν. 18.
Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρώδῃ, ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου. 19.
Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι καὶ οὐκ ἠδύνατο. 20.
Ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε. 21.
Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας, 22.
καὶ εἰςελθούσης τῆς θυγατρὸς τῆς Ἡρωδιάδος καὶ ὀρχησαμένης καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ· αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς καὶ δώσω σοι. 23.
Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς δώσω σοι ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. 24.
Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς, τί αἰτήσωμαι; ἡ δὲ εἶπε, τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ.
25. Καὶ εἰςελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα ᾐτήσατο λέγουσα· θέλω, ἵνα μοι δῷς ἐξαυτῆς τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. 26.
Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.
27. Καὶ εὐθέως ἀποστείλας σπεκουλάτωρα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. 28.
Ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκε [αὐτὴν] τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκε [αὐτὴν] τῇ μητρὶ αὐτῆς. 29.
Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦλθον καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ καὶ ἔθηκαν ἐν μνημείῳ.

V. 14. *Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ] et audivit Herodes rex famam de Jesu.* Ornatur Herodes Antipas, qui esset tetrarcha [vid. ad Matth. 14, 1.], *regis* nomine eo usu, quo homines in imperio consti-

tuti communi *regum* nomine vocantur. Recepimus e nonnullis Cdc. verba τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ, quae necessaria esse *Beza* belle intellexerat. Nam quum proxime de *Apostolorum*, non de *Jesu* rebus gestis expositum fuerit v. 12. 13., oportebat a scriptore Jesum aliquo modo adsignificatum. Ac male comparatam esse scripturam vulgatam recte sensit *Syrus*, quum quam corruptam a majoribus accepisset, adjectis post Ἡρώδης verbis ܥܠ ܝܫܘܥ (περὶ τοῦ Ἰησοῦ) emendaret. Ratio quâ vulgatam *Grotius* et *Paulus* defendere studuerunt, ut sic verba distinguerent: *καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης (φανερὸν γὰρ ἐγένετο) τὸ ὄνομα αὐτοῦ et audivit Herodes rex* (nam illustre erat) *Jesu nomen* valde aspera fideque indigna est. Sunt autem illa vocabula τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ sane e Matth. 14, 1. ducta, sed a *Marco*, non ejus *librariis*, ut *Millius* ad h. l. statuit. — *καὶ ἔλεγον*] Rectissime haec paucorum librorum lectio *Grotio*, *Bengelio* in Gnom. et *Paulo* magis placuit, quam quae vulgo propagatur. Amputat enim et circumcidit inanitatem, quâ, si legeremus *καὶ ἔλεγεν*, eadem in tantulo spatio vs. 14. et 16. sententia repeteretur. Nimirum bis diceretur Herodes Jesum pro Johanne baptistâ, qui revixisset, habuisse, et ita quidem, non ut posteriori loco gravis et nervosa iteratio contineretur, sed talis, quae neque lacertos haberet et rem ut tum primum memoratam proponeret. At *ἔλεγον* absurdum est, *quia de Herode agitur*, dicat aliquis. Videlicet id facilius sumserit, quam probaverit. Quidni enim suspiciones aliorum de Jesu personâ in priori loco v. 14. 15. reponantur, ut vulgi sententias Herodis opinio excipiat v. 16.? Quod autem *Millius* ad h. l. originem lectionis *ἔλεγον* in Lucâ 9, 7. quaerit, male facit. Lucas enim in verbis ipsis dissentit, in sententiâ hâc convenit, non convenit in illâ, quod Herodem fingit ignarum et animi pendentem, quo Jesum numero esse putet, quum Marco auctore Jesum sine dubio eundem cum Johanne paullo ante exstincto existimet. Quid si vicissim objiciam *ἔλεγεν* sumtum esse e Matth. 14, 2. *καὶ εἶπε* —? Quamquam hoc quidem argumentorum genus plures cautiones habet, quam

Critici sacri existimavisse videntur. Cohaerent autem v. *φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ* et *καὶ ἔλεγον* sq., non arcte quidem, at cohaerent tamen h. s.: *nam illustre erat ejus nomen*, *quum multus esset hominum de Jesu sermo et sententiae de eo diversae* (v. 14. 15.). ὁ *βαπτίζων*] Hoc Participium vim habet Substantivi [cf. ad Matth. p. 159.]. Nihili igitur esse apparet lectionem *τοῦ βαπτιστοῦ*. Contra vs. 24. et 25. nemo Cd. L. et Syri philox. auctoritate adducetur, ut *τοῦ βαπτίζοντος* praeferat alteri *τοῦ βαπτιστοῦ*. Ceterum cf. ad Matth. p. 484 sq.. V. 15. *ἄλλοι ἔλεγον*] Non fas esse arbitror, *Griesbachii* exemplum imitari, qui voculae *δέ* post *ἄλλοι*, quae in multis est libris, locum in ordine concessit. Etenim *δέ* natum videtur (nasci certe facile potuit) e v. sq. *ἄλλοι δὲ ἔλεγον*. Languet autem haec talis oratio: *ἄλλοι δὲ ἔλεγον* et verbis *tribus* interjectis *ἄλλοι δὲ ἔλεγον* non magis, quam in Lucâ 9, 19. *οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δέ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη*, si lectio vera. Quin etiam sensus ratio melius constat h. l., *δέ* exterminato. Ita enim sibi respondent: *ἔλεγον* — *ἄλλοι ἔλεγον* — *ἄλλοι δὲ ἔλεγον* *dicebant homines* — *alii dicebant* — *alii vero dicebant* — es hiess — andere sagten — wieder andere sagten —. Cf. Joh. 7, 40. *πολλοὶ οὖν* — *ἔλεγον* — *ἄλλοι ἔλεγον* — *ἄλλοι δὲ ἔλεγον* —., ubi *δέ* minime est sollicitandum. Totus autem vs. sic constituendus est: *ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι Ἠλίας ἐστίν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι ὁ προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν* h. s.: *alii dicebant*, *Eliam* (quem plerique Messiae praecursorem animis suis destinabant) *esse; alii vero, aut prophetam illum insignem* (i. e. Messiae anteambulonem cf. Joh. 1, 21. 25. 6, 14. 7, 40.) *esse dicebant, aut aliquem* (veterum) *prophetarum*. Ergo qui Jesum *τὸν προφήτην* putarunt, in universum eum Messiae praecursorem pronuntiarunt, utrum esset Elias, an Jeremias, an Moses nihil definientes [vid. Matth. 16, 14.]. Sententia eorum, qui Jesum esse *ἕνα τῶν προφητῶν* existimaverunt, eo nititur, quod Judaeis persuasum erat, Messiae tempore in vitam redituros esse alios praeter Mosen, Eliam, Jesajam et

Jeremiam V. T. prophetas [vid. Luc. 9, 8. cl. *Bertholdti* Christol. p. 68.]. Vocula ὡς idem h. l. declarat, quod ὅτι, ut Luc. 8, 47.. Ne mira videatur vicissitudo vocum ὅτι et ὡς, quum in promptu fuerit scribere ὅτι ὁ προφήτης ἐστίν, ἢ ὅτι εἷς τῶν προφητῶν, etiam profanos scriptores, quum ὅτι et ὡς unum idemque denotet, haud raro ab ὅτι ad ὡς et ab ὡς ad ὅτι in eadem sententiâ deerrare memineris [vid. *Heindorf.* ad Plat. Hipp. maj. p. 281. C. et *Jacobsium* ad Achill. Tat. p. 566. Rom. 9, 32.]. Denique vox ἢ (nam ne hanc quidem rem justo silentio praeterire per interpretes licet) valet *vel*, quod nemo non vidisset, si Marcus sic scripsisset: ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ἢ ὅτι ὁ προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Nihil autem prorsus in conformatione receptâ novavimus, nisi quod ex *Euthymii* Cdd. et *Victore Antioch.* Articulum voci προφήτης praemisimus. *Euthymius:* τινὰ δὲ ἀντιγράφων μετὰ τοῦ ἄρθρου γράφουσιν ὅτι ὁ προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν· προςεδόκων γὰρ προφήτην, περὶ οὗ προεφήτευσεν αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς [Deut. 18, 15. 18.]. *Victor:* ὁ δὲ Μάρκος εἰπών, ὥς τινές φασιν, ὅτι ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι ὁ προφήτης (ita recte legit *Possinus*) ἐστίν, ὡς εἷς τῶν προφητῶν, αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ λέγειν ἐκείνους, περὶ οὗ φησὶν ὁ Μωσῆς. * Obiter moneo, haec *Victoris* verba integerrima esse et perperam *Matthaeium* ad Euthym. Zigab. T. II. p. 93. τὸν post ἐκείνους excidisse [!] suspicatum esse. Vult *Victor* hoc: *Marcus autem, quum, ut nonnulli* (interpretes) *dicunt*, ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι ὁ προφήτης ἐστίν, ὡς εἷς τῶν προφητῶν *scriberet, indicare mihi videtur, dicere illos homines* (np. τοὺς ἄλλους) *de quo Moses exponit prophetam.* * Ceterum ab *Euthymio* conservatam lectionem ante nos approbaverat *Dan. Heinsius* Exerc. sacr. p. 109.. Nunc de scripturâ Elsevirianâ ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. et de eâ videamus, quam testium multitudine commendatam *Grotius* et *Millius* proleg. §. 674. probarunt, *Matthaeius* et *Griesbachius* etiam receperunt, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι προφήτης ἐστίν, ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Neutra sensum fundit idoneum, et posterior ne explicari quidem potest. Nam,

ut ab hâc, quae in *Griesbachii* gratiam irrepsit, proficiscar, quid tandem sibi velit *ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι προφήτης ἐστίν, ὡς εἷς τῶν προφητῶν· alii vero dicebant, propheta est, tanquam unus veterum prophetarum*, me non intelligere fateor. Quamquam intellexit *Kuinoelius*, qui ὡς significare *scilicet, nempe* [!!] observavit. Hunc imitatus *Schottus* vertit: *alii contra Eliam esse dixerunt, alii vatem, unum quidem (!) antiquorum vatum.* Quominus cum *Rosenmuellero* interpretemur: *est propheta, V. T. prophetis similis*, et verba impediunt ὡς εἷς τῶν προφητῶν (requirebatur *οἷοι ἦσαν οἱ προφῆται*; hinc jure optimo Cic. Or. III, 43, 172. Quid ergo iste Crassus, quoniam ejus abuteris nomine, quid efficit? idem illud scilicet, *ut* ille voluit, et ego vellem melius aliquanto, quam Albucius. *Ernestus* emendavit *quod ille voluit.*) et l. 8, 28. Luc. 9, 8., e quibus hic locus explanandus est. Cui hoc bene fixum sit, ne ad hanc quidem interpretationem delabetur, quae *Grotio* obversata esse videtur: *er ist ein Prophet, wie irgend einer der Propheten* h. e. *optimum quemque prophetam dignitate aequat.* Haec ratio iniquum habet ὡς, pro quo dicendum fuerat *εἴ τις τῶν προφητῶν*, vel *εἴπερ τις*, vel *εἴ τις καὶ ἄλλος τ. πρ. si quis alius* et voculam εἷς. Quamquam enim posterioris aetatis scriptores εἷς saepenumero ponunt, ubi τὶς debebant [cf. ad Matth. p. 533.], tamen nescio, an εἷς pro τὶς in tali nexu ferri nequeat. Postremo ne Elsevirii quidem scriptura eam sententiam praestat, quam h. l. merito exspectaveris. Oporteret eam sic enarrari: *alii vero dicebant: aut propheta est, aut aliquis veterum prophetarum est* i. e. aut novus est propheta, aut eorum aliquis, qui olim exstiterunt. Hanc vero vulgi sententiam esse, negabit, qui similes locos Matth. 16, 14. Marc. 8, 28. Luc. 9, 8. 19. Joh. 1, 21. 25. 6, 14. 7, 40. diligenter perpenderit, e quibus elucet in tanto Messiae, quem proxime tum proditurum esse confidebant, desiderio Judaeos, quos Johannes et Jesus summâ admiratione affecerant, majorem de iis viris conceptam animis habuisse opinionem, quam ut eos novos prophetas arbitrarentur, sed tales eos putavisse prophetas, quos ante Messiae adventum ex inferis e suâ disci-

plinâ reverti oporteret. At, quod concedi nequit, bene respondere illam sententiam ad Judaeorum ingenium, ultro largiamur. Tum vero, ne verborum ratio displiceret, hoc opus fuisse ordine quivis intelligit *ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὡς εἷς τῶν προφητῶν ἐστιν, ἢ ὅτι προφήτης ἐστίν a. v. d. aut aliquis veterum prophetarum est, aut novus est propheta*, quamquam vel sic *novi prophetae* cogitatio magis fuerat perspicue enuntianda v. c. ἢ ὅτι προφήτης ἐστὶ τῶν νεωτέρων. Non autem vereor, ne quis *Kuinoelii* interpretationem comprobet, qui, si vera sit *Elsevirii* lectio, ἢ *et quidem* [*!!*] et ὡς *reverâ* [*!!*] notare affirmat. Sed nusquam hoc istae voces significant, ne de ineptâ, quae h. l. exiret, sententiâ conquerar: *alii vero dicebant: est propheta et r e v e r â q u i d e m unus veterum vatum* [*!!*]. Idem V. D. monet ἢ alias idem valere, quod καί. Hanc sententiam infra ad 7, 11. examinabo, ne disputationem de h. l., qui multa v. desideravit, ultra modum dilatem. Unum restat, ut explicem, quî factum sit, ut in permultis Cdc. ἢ omitteretur. Nimirum quum Articulus ante προφήτης aut casu et fortuitu facile excidisset, aut datâ operâ, quoniam nescio qui ejus vim parum percepissent [cf. Joh. 1, 21. 25. 7, 40. varr. lect.] sublatus esset, fieri non potuit, quin etiam ἢ exstingueretur, quum male plerique ὡς non pro ὅτι accepissent, sed *quasi*, *ut* enarravissent, quo facto voculae ἢ locus erat relictus nullus. *Vulgat.*: — *est propheta*, *quasi unus ex prophetis* i. e. est propheta ejusmodi, qui optimi cujusque V. T. vatum similitudinem referat [vide de hâc interpretatione supra]. Unde alii, ut librarius Cd. D., magis etiam h. l. deturparunt praetermissis verbis προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς, quo hunc sensum indipiscerentur: *est unus V. T. prophetarum.* His ita disputatis, mirum, opinor, videbitur, quum *Millii* proleg. §. 674. judicium, ἢ *insertum esse ante* ὡς *claritatis causâ*, *sed quod reverâ magis obscuret*, *quam illustret verba Evangelistae*, tum *Matthaeii*, qui ed. min. ad h. l. et ad *Euthymium Zigab.* T. II. p. 92. lectionem ὁ προφήτης temere ortam in causâ fuisse dicit, cur nonnulli ἢ adderent. V. 16. Quum tria essent genera hominum, quorum primum esse Jesum Johannem baptistam, ab inferis ex-

citatum, alterum videri eum Eliam esse, Messiae praecursorem, affirmaret, tertium vero, utrum diceret eum Messiae anteambulonem, sive Mosen, sive alium, an aliquem V. T. prophetarum, qui essent sub Messiae aetatem ad superos redituri, fluctuaret, Herodes Antipas, audito, qui de Jesu percrebruerat, rumore primam esse sententiam veram nihil haesitans contendit. — *ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης*] scil. *τὴν ἀκοὴν τοῦ Ἰησοῦ*. Nam revocat se his v. Marcus ad initium vs. 14. *ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν*] *quem jussi capite plecti Johannem, hic ex inferis reversus est.* Haec eandem habent Attractionem, quam infra 12, 10. verba *λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.*, ubi virgula post *λίθον* non magis ferri potest, quam Terent. Eunuch. 4, 3, 11. *Eunuchum quem dedisti nobis,* quas turbas dedit? post v. Eunuchum [cf. de hoc pervulgato usu *Elsnerum* ad Luc. 1, 73. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 886.]. Recte *Griesbachius* C. C. l. l. p. 112. quam modo explanavimus scripturam sinceram esse judicavit. Quamquam enim per se non male comparata est haec lectio: *ὅτι — Ἰωάννην, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν quem ego decollavi Johannem, ipse ex inferis in vitam rediit,* quod sic vernacule exprimas: — der ist *leibhaftig* von den Todten auferstanden, eam tamen contemnet, qui reliquas in hoc vs. varietates, quae vix ulli perplexam deliberationem praebuerint, diligenter consideraverit. Sunt autem hae: *ὃν ἐ. ἀπ. Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν* (ita male textus receptus; nam est haec *διττογραφία*). — *ὃν ἐγὼ ἀπ. Ἰωάννην, αὐτός ἐστιν, αὐτὸς γὰρ ἠγ. ἐ. ν.* (hoc est vitium, a correctore per istud *γάρ* male adjutum.) — *ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, οὗτός ἐστιν Ἰωάννης, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν* (hoc est nihili). — *ὃν ἐ. ἀπ. Ἰωάννην, αὐτός ἐστιν, αὐτὸς γὰρ ἠγ. ἐ. ν.* (de hoc idem valet, quod de lectione secundo loco memoratâ diximus). Nam duas ille causas, cur tantas scribae turbas ederent, fuisse facillime intelliget, unam, quod vel *αὐτός* et *οὗτος*, quod fieri facile potuerat, quidam commiscuissent, vel fugitivo nonnulli oculo e vs. 17. praeceptum *αὐτός* huic versui intulissent, alteram,

quod ἐστίν e vs. 15., ubi bis legitur, in hunc vs. prono errore traduxissent. Quamobrem et *Millius* proleg. §. 402. et 411. falsus est, Marcum exaravisse ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, *αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν* opinatus (nam qui Ἰωάννην omittunt D. Copt. cant., structuram ὃν ἐγὼ ἀπ. Ἰωάννην, οὗτος κ. τ. ἑ. graviter tulerant) et *Paulus*, qui sic edidit: ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν; Nam et interrogatio ab hoc l. plane abhorret, neque ullus Cd. praestat οὗτος αὐτὸς ἠγέρθη ἐ. ν.. V. 17. Quam Herodes Antipas de Johanne baptistâ mentionem fecerat v. 16., eâ Marcus Matthaeum imitatus 14, 2 sq., ut indigna clarissimi viri vincula et injustam necem perscribat vs. 17—29., utitur [cf. *Theophylactum* ad h. l.]. Hinc apparet, et Aoristos ἀποστείλας ἐκράτησε, ἔδησεν et ἐγάμησεν vim habere Plusquamperfectorum et sincerissimam esse lectionem αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης *ipse enim* (qui v. 16. ὃν ἐγὼ — — ἐκ νεκρῶν dixerat) *Herodes quum nescio quos misisset* [vid. ad Matth. 2, 16.], *Johannem comprehenderat* etc., ut perperam *Beza* scripturam ὁ γὰρ Ἡρώδης [cf. Matth. 14, 3.] probaverit. Sed elegantius facturus fuisset Marcus, si has res supra 1, 14., quo loco eas lector exspectaverat, rettulisset. καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ] Articulum haud paucorum librorum auctoritate expulit *Matthaeius* et *Griesbachius*, quos sequi nolui, quum facilius excidere, quam interponi potuerit et paene necessarius esse videatur. Nam verbis καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ hanc, opinor, Marcus sententiam expressit: *vinculis eum circumdederat in carcere, in dem* Gefängnisse h. e. *in publicâ custodiâ.* Certe magno opere hanc orationem mirarer: ἔδησεν αὐτὸν ἐν φυλακῇ *in aliquo carcere ei vincula injici jusserat.* Alia est conditio loci Matth. 14, 3., ubi cohaerent v. ἔθετο ἐν φυλακῇ *in* (aliquo) *carcere collocaverat, custodiae commiserat.* Cetera, quorum cognitione opus est, ut vs. 17. et 18. plane intelligas, exposui ad Matth. p. 486 sq.. Unum addo, cavendum esse, ne his versibus, ut Marcum parum esse exercitatum scriptorem ostendamus, abutamur. Possit enim existere, qui hâc oratione: *ipse enim Herodes comprehendi*

Johannem et vinculis in custodiâ constringi jusserat o b Herodiadem, q u i a eam in matrimonium duxerat. Nam dicebat Johannes Herodi etc. vehementer offensus terso elegantique scriptori sic dicendum fuisse existimet: *αὐτὸς γὰρ* — — *ἐν τῇ φυλακῇ, ὅ τ ι ἔ λ ε γ ε ν α ὐ τ ῷ· οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου· ἐ γ ά μ η σ ε γ ά ρ ὁ Ἡρώδης τὴν Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.* Nam ut sic loqui Marcus potuerit, non minus tamen bene ea est oratio comparata, quam praetulit. Quippe vinculorum Johanni injectorum causam afferre *remotiorem*, e quâ fluxit altera, decreverat — *ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ δ ι ὰ Ἡ ρ ω δ ι ά δ α.* Sed hoc *διὰ Ἡρωδιάδα* non satis clarum fuit et nimis vagum; idcirco adjecit *ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν quia Herodes eam duxerat.* Quod sequitur *ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης* propiorem vinculorum causam continens redire nos jubet ad praegressum *διὰ Ἡρωδιάδα, ob Herodiadem*, quae, si rem a capite arcessas, utique in causâ fuit, cur Johannes in vincula conjiceretur, quoniam contractum cum eâ matrimonium facultatem et materiam liberae Johannis objurgationi dedit, quam Herodes vinculis vindicandam putavit. V. 19. Dissidet h. l. Marcus a Matthaeo 14, 5 sq.. Nam hic tam abalienatum ab Johanne Herodis animum fuisse narravit, ut necandi illius consilium nihil, nisi populi, cui percarus esset Johannes, metus, oppresserit. Contra Marcus Herodem Johannis libertate (v. 18.) irritatum inclusisse quidem eum carcere, sed vel maxime suspexisse insignem virum tradidit. Itaque non nisi muliebri Herodiadis in ulciscendô inimico furore Johannem exstinctum esse. — *ἐνεῖχεν αὐτῷ*] i. e. *infensa ei erat*, ut recte *Syrus* [ܠܒܝܒܐ ܗܘܬ ܠܗ *irata erat ei*; vid. *Michaelis* Lex. Syr. p. 458.] *Boisius*, *Reichardus*, al.. Nam justo liberior est quum Ital. et Vulg. [*insidiabatur illi*] tum *Castalionis* et *Grotii* [*exitio ejus imminebat*] interpretatio. Videtur autem tantummodo talibus in l. [cf. LXX. Genes. 49, 23. Luc. 11, 53.] *ἐνέχειν* intransitivam potestatem habere, non vere habet. Proprie enim locutio est elliptica. Plene dicebatur *ἐνέχειν χόλον τινί animo suo iram*

adversus aliquem habere [Herodot. 6, 119. ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον cl. 8, 27. 1, 118.]. Sed e multo usu nemo posthac ellipsis memor fuit. Eadem ratio est verbi μηκύνειν Herodot. 2, 35., ut quod intransitivâ vi declarare videatur *latiore quam contractiore oratione uti*; sed plena dictio erat μηκύνειν λόγον. Tum ἐλαύνειν idcirco est *remigare* [Marc. 6, 48.], quoniam plena dictio fuerat ἐλαύνειν τὴν ναῦν et ἐπέχειν *animum advertere* [Luc. 14, 7.], quia τὸν νοῦν cogitando adjiciebatur. Et quis tandem hebraicam formulam נָטַר cum Dativo personae *conservare*, *fovere in aliquem* np. *iram*, אַף [Ps. 103, 9.] ignorat? Lectio unius libri ἐμαίνετο ex interpretamento nata est, ut mox nonnullorum ἐζήτει pro ἤθελεν. Deinde scriptura συνεῖχεν h. l. plane nihili est. Origo ejus latere neminem potest, Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν. Postremo v. ἤθελεν et ἠδύνατο opposita sunt: *volebat eum interficere*, *et non poterat*. V. 20. εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον] *Vaterus* enarrat: *quum haberet eum pro viro justo et sancto*. Quin verbis multo plus inest: *quum eum virum justum et sanctum esse sciret*. καὶ συνετήρει αὐτόν] De his v. in diversum tendunt interpretum sententiae. *Hammondus*, *Clericus*, *Kuinoelius*, al. explicant: *et tuebatur eum*. Idem *Vulgatus* [*et custodiebat eum*] voluisse videtur. Non ita hanc enarrationem impugnabo, ut inepte *Herodem ab Herode* Johannem defendisse dici contendam. Speciose enim Herodem *ab Herodiadis insidiis* (vs. 19.) tuitum esse Johannem aliquis obvertat. Sed nego συντηρεῖν *tueri* significare posse. Eandem ob causam quum *Bretschneideri* Lex. II. p 471. interpretationem repudio: *diligenter eum custodiebat* = *ei consulebat*, tum *Pauli: attente eum asservari jubebat*. Liceret per verbi naturam explanare: *et simul servabat eum* [Matth. 9, 17.]. Sed quisnam alter ab Herode servatus? Item verbi naturam non violaret haec explicatio: *apud se eum detinebat*. Sed ita precario sumeretur, Johannem *Tiberiade*, non *Machaerunte* in custodiâ fuisse [cf. ad Matth. p. 491.]. Omnino quae hucusque attuli minime concordant cum reliquis, quae hoc vs. narrantur; quae sunt ejusmodi, ut summum, quem Herodes Johanni tribuerit, cultum decla-

rent. Proinde non dubito, quin *v.* συνετήρει αὐτόν explicanda sint: *ejus nutum observabat*, *magni eum faciebat* [sic v. c. *Ital. MSC. colbert.*, *Erasmus*, *Grotius*.]. Proprie valet συνετήρει *apud animum suum* [συν- bey sich. Luc. 2, 19. ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα *Maria autem omnia haec verba mente recondebat*] *eum observabat*. Ob id ipsum hoc verbum *Valckenario* Adnot. crit. in loca quaedam libr. s. N. Foed. p. 357. videbatur καινῶς ῥηθέν. Vide de hujus usu verbi *Wakefield.* Sylv. crit. 4, 16. et *Valckenar.* Diatr. 265.. *Grotius*, *Boltenus*, *Kuinoelius* al. Imperfectis συνετήρει et ἐποίει vim tribuunt Plusquamperfectorum, ut Herodes Johannem magnâ observantiâ coluisse monentique ei morem gessisse dicatur, priusquam injustum ipsius matrimonium libere Johannes reprehendisset. Male. Nam et repugnat Imperfecti natura et orationis cohaerentia. In promtu est enim, hoc versu rationem reddi verborum vs. 19. ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι καὶ οὐκ ἠδύνατο h. m.: *volebat eum necare et non poterat. Nam Herodes reverebatur Johannem* — — *et apud animum suum eum observabat et* — *multa faciebat et lubenter eum audiebat.* Omnino igitur e Marci sententiâ haec Herodis in Johannem observantia ad id tempus pertinet, quo in carcerem jam esset conjectus et Herodes, vel quando Machaerunte versaretur, ad se arcessivisse Johannem cum *Paulo* existimandus est [Act. 24, 24.], vel nonnunquam Machaerunte eundem evocasse Tiberiadem. καὶ ἀκούσας αὐτοῦ — καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε] i. e. *et quum eum audivisset* [male aliquot libri praebent ἀκούων pro ἀκούσας] *multa faciebat* [= multis in rebus Johannis consilio obsequebatur] *et lubenter eum disserentem audiebat.* Si quis hoc rei veritatique repugnare, quum Johannem Herodi a consiliis fuisse parum credibile sit, affirmabit, facile ei occurri poterit. Tantâ enim auctoritate Johannem floruisse Marcus h. l. refert, quantâ eum fuisse aequum videbatur hominum Johannem summi facientium pietati. *Kuinoelii* opinationi, qui: *quidni*, inquit, *Herodes potuerit multis in rebus, vel ut placeret populo, Johannis — parere monitis, equidem non perspicio*, ipsa Marci v. 5. ὁ γὰρ Ἡρώ-

δης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον officiunt, e quibus emergit, Marco auctore Herodem non aliam ob causam Johannem coluisse, nisi quod omnia summa ei ipse tribueret, ut viro et sanctissimo et prudentissimo. Nihil igitur indigemus *Heinsii* conjecturâ: καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει *et ut eum audiret magnam dedit operam.* Sed jam antiquitus nonnullos hoc l. offensos esse, docent emendandi pericula librariorum. Et valde quidem ad sensum opportuna est lectio καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἠπόρει κ. ἡ. α. ἤ. *et auditâ Johannis sententiâ vehementer laborabat consilii inopiâ* [= non habebat, quo se verteret, utrum dimitteret uxorem, an non repudiaret; cf. vs. 18.] *et lubenter eum docentem audiebat.* Sed duo ei obstant, paucitas testium et species, quae vix fallat, *correctionis.* Male ἠπόρει e Luc. 9, 7. ductum censeas. Ibi enim est διηπόρει, nec de eadem re agitur. Futilis est altera emendatio καὶ ἀκούσας αὐτοῦ ἃ πολλὰ ἐποίει καὶ (hoc καί haud dubie correctores sustulerant) ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε Ital. MSC. Colb., *et quum audisset illum multa facere, libenter eum audiebat* et quod πολλὰ ποιεῖν significare nequit *multa miracula edere*, et quia inde, quod nescio cujus rebus gestis allectus aliquem adis doctorem, te retineri ejus institutione et delectari minime consequitur. V. 21. et 22. καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου] *quum venisset dies opportunus* sc. Herodiadi, quae tempus captaret, quo invisi Johannis supplicium ab Herode impetrabile esset. Sic bene accepta sunt haec v. ab *Italo*, *Vulgato*, *Beza*, *Grotio* al.. Contra perperam *Hammondus*, *Stolzius*, *Paulus*, *Kuinoelius* al. ἡμέραν εὔκαιρον interpretantur *diem solemnem*, *festum* i. q. v. hebr. יוֹם טוֹב. Quum enim ἡ εὐκαιρία in serioribus iisque malis scriptoribus *otium* denotet [vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 126.], possit fortasse ἡμέρα εὔκαιρος *diem*, *qui otium afferat* [cf. *Schleusner.* Lex. I. p. 978., qui adscripsit haec: *Gloss. Vet.* εὔκαιρος ἡ σχολάζουσα] notare, sed *diem festum* significare nequit. Ne tum quidem *diei solemnis* notionem indipiscaris, quum ab hoc usu proficisci placuerit, quo εὐκαιρεῖσθαι *bono tempore* i. e. *bonâ fortunâ uti*, *opulentum esse*, et ἡ εὐκαιρία

s. τὸ εὔκαιρον *divitias* designat [vid. *Schweighaeuseri* Emendat. in Suidam 19.]. Sic enim fuerit ἡμέρα εὔκαιρος *dies opes suppeditans*, *largiens*, quo sensu vereor, ut ullus scriptor ista v. posuerit. Denique hebraicum יוֹם טוֹב, quod illi comparant, prorsus dissimile est. Non enim εὔκαιρος idem valet, quod טוֹב *bonus*. Hinc conficitur, ut Graecis saepe καιρὸς εὔκαιρος *tempus opportunum* [cf. *Toup*. Opusc. I. p. 394.], ita ἡμέρα εὔκαιρος *diem opportunum* declarare, qui sensus huic loco plane congruit. Sed puto tamen *Hammondum*, quum ἡμέραν εὔκαιρον *diem festum* enarraret, aliquid secutum. Nimirum quum scriptor v. 19. frustra Herodiadem diu insidias fecisse Johanni monuisset, vs. 21., si ἡμέραν εὔκαιρον *diem solemnem* explices, ab ejusmodi verbis καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου — — τῆς Γαλιλαίας incipit, ut haec fere dicere voluisse videatur: *quum opportuna insidiis dies Herodiadi illuxisset, quâ Herodes epulas apparabat* etc., *Herodias voti denique damnata est, ut diu denegatam vindictam de inviso homine sumeret.* Sed hoc consilium ita Marcum destituere aliquis primâ specie existimet, ut ad simplicem rei, quemadmodum gesta fuerit, narrationem continuo avertatur. Hanc ut tolleret difficultatem, *Hammondum* illam explicationem excogitasse arbitror. Verum enim tantum abest, ut Marcus initum consilium illo pacto abjiciat, ei ut per hanc ipsam narrationem satisfaciat, e quâ, quomodo ulta sit Herodias Johannis objurgationem, elucet. Quamobrem ne hîc quidem [cf. ad vs. 17. et 18.], si ἡμέραν εὔκαιρον, ut debes, pro *die opportuno* acceperis, magnam video Marci negligentiam. τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ] *die suo natali* [cf. not. ad Matth. 14, 6.]. Est hic Dativus plane legitimus [vid. *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 742.]. Pessime igitur *Heupelius* commentus est ellipsin praeverbii ἐν. — τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ] Vide de hoc vocabulo in posterioris tantum aetatis scriptoribus obvio, quod sic a μέγιστος factum est, ut νεᾶν a νέος, *Heupelium* ad h. l., *Sturzium* de dialecto macedon. et alex. p. 180 sq. et *Lobeck*. ad Phryn. p. 196 sq.. Dicuntur autem h. l. Herodis proceres amici, quorum operâ et consilio in gubernandâ civitate utebatur. Sed οἱ χιλίαρχοι sunt viri, quorum in

exercitu eminebat auctoritas, i. e. *primi ordinis duces militares.* Postremo τοὺς πρώτους τῆς Γαλιλαίας *viros Galilaeae primarios* nolim equidem cum *Grotio*, qui confert τοὺς δεκαπρώτους *decemprimos* h. e. decem primarios in municipiis romanis senatores, explicare *magistratus oppidorum* (hoc enim pacto ita, opinor, dicendum fuerat: τοῖς πρώτοις τῶν πόλεων τῆς Γαλιλαίας), sed homines privatos, qui ob divitias honore a principe afficerentur. V. 22. Ne miremur, quod Salome, ut in convivio saltaret, coenationem *ingressa* fuerit, deinde, ut matrem consuleret, *inde digressa*, tenendum est, si qui proceres solemne apparavissent convivium, non ei feminas interfuisse, sed in suo quodam conclavi eas coenavisse seorsum [cf. *Wineri* bibl. Realwörterb. T. I. p. 234.]. τῆς θυγατρὸς τῆς Ἡρωδιάδος] Expuli paucorum Cdc. auctoritate αὐτῆς post θυγατρός, quum αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος non magis ferri queat, quam quod supra 1, 16. [cl. 3, 17. var. lect.] in nonnullis est libris αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος. Nam non licet v. αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος explicare *hujus ipsius Herodiadis, quam supra* [v. 17. et 19.] *dixi*, quum hoc ipsum contineatur Articulo τῆς Ἡρωδιάδος. Origo ineptae lectionis αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος reperiri facile potest. Est enim prava emendatio absurdi glossematis τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ τῆς Ἡρωδιάδος, quae ut in Matthaeo 14, 6. Cd. D. scriptura ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἡρωδιάς, quae *Herodiadis* erat filia, eam *Herodi* temere attribuit et quae *Salome* vocabatur, ei *Herodiadis* nomen indidit. De ceteris expositum est ad Matth. 14, 6. 7.. V. 23. ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι] Variant libri: ὤμοσεν αὐτῇ, εἴ τι ἄν με αἰτήσῃς, δ. σ. — ὤμ. α., ὅ, τι ἄν (al. ἐάν) με αἰτήσῃς δ σ. — ὤμ. α, ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσῃς με δ. σ. et ὤμ. α. ὅτι ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι (sic). Si quid latet in his lectionibus, est id ὃ ἄν pro ὃ ἐάν, quod ductum reor e praecedentibus v. vs. 22. ὃ ἐὰν θέλῃς. Fortasse etiam με ante αἰτήσῃς spurium est, petitum ex illis vs. 22.: αἴτησόν με. ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου] Vide de Genitivi formâ ἡμίσους communis dialecti scriptoribus loco ἡμίσεως familiarissimâ *Lobeckium* ad Phrynich. p. 246 sq.. Articulo ἕως

τοῦ ἡμίσους non opus erat. Nam ἥμισυ Neutrum plane Substantivi formam induit. Luc. Hermot. c. 60. ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ πίθου. Scyth. c. 2. ὑπὲρ ἥμισυ — αὐτοῦ. Ceterum solent principes summae, quae fingi possit, liberalitatis specimen in eo ponere, ut regnum alicui dimidium se cessuros esse prolixe promittant [vid. *Wetsten.*, qui opportune attulit Hom. Il. 10, 612. ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς. Hygin. Fab. 84. *Myrtilo aurigae ejus persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adjuvaret.* Esth. 5, 3.]. Quippe hoc est hominum ingenium, ut rei ipsis carissimae parte datâ dimidiâ ipsam munificentiae spem superatam esse existiment [1 Reg. 13, 8. Luc. 19, 8.]. V. 24. ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς] Nullum h. l. Marci esse et Matthaei dissidium recte monuit *Zegerus.* Quum enim Matthaeus 14, 8. Salomen Johannis caput sibi expetivisse ab Herodiade subornatam tantum docuerit, utrum illi ante tripudia, an post ea nefarium fuerit a matre consilium suppeditatum, prorsus non constituit. Marco posterius consentaneum visum est. τί αἰτήσωμαι;] Hoc a *Griesbachio* commendatum dedi pro τί αἰτήσομαι. Magis enim illud mihi videtur referre puellam, quid sibi expetat, ignaram et ancipitem. Eandem ob causam Luc. 3, 10. probo τί οὖν ποιήσωμεν; et v. 12. τί ποιήσωμεν; [cf. var. lect. apud *Wetstenium.*]. V. 25. καὶ εἰςελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα] i. e. *quum statim esset ad regem sedulo ingressa.* Pauca eademque mala subsidia vel εὐθέως solum, vel conjunctim omittunt v. εὐθέως μετὰ σπουδῆς. Nimirum videbantur voces εὐθέως μετὰ σπουδῆς pleonasmum inferre [cf. ad 1, 13.]. At pertinet εὐθέως i. e. *nullâ interpositâ morâ* ad celeritatem, quâ matris voluntati nihil cunctata Salome satisfecerit, μετὰ σπουδῆς ad alacritatem, quâ Herodiadis consilium exsecuta fuerit h. s.: *et quum statim prompto animo ad regem se contulisset.* ἐξαυτῆς] Quamquam et ἐξ αὐτῆς, et ἐξαυτῆς scribi solet, hanc tamen formam praetuli, quum voculae ἐξ αὐτῆς multo usu Adverbii *illico* potestatem nactae sint. Nam si exhibemus ἐξαυτῆς, Adverbium apparet [cf. διακενῆς *frustra*]; sin ἐξ αὐτῆς, origo vocis et ellipsis Substantivi ὥρας [cf. διὰ κενῆς

np. *πράξεως*] emergit. V. 26. Ellipsis voculae *ἀλλά*, quam *Schoettgenius* ad *Bosii* ellips. p. 752. ed. *Schaef.* assentiente *Kuinoelio* ante v. *διὰ τοὺς ὅρκους* mente adjici voluit, adeo nullam rationem habet, ut, si esset *ἀλλά* isto loco in ordine conspicuum, merito esset displiciturum. Redde: *et qui in magnum erat* (filiae precibus) *luctum* (ob tantam Johannis caritatem vs. 20.) *conjectus rex propter juris jurandi fidem et convivarum reverentiam noluit eam irritam reddere* i. q. *ejus preces irritas reddere*, *eam repudiare* s. *rejicere.* Syrus sensum bene expressit: ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܛܠܡܝܗ̇ *noluit eam defraudare.* Est autem *ἀθετεῖν* Activum *de hominibus* non insolens [Luc. 10, 16. Joh. 12, 48.]. Multo rarius sic legitur Passivum *ἀθετεῖσθαι repudiari* [cf. Diod. Sic. I, 41. ed. *Wessel.*]. V 27. Non eo quidem valuit *Millii* auctoritas proleg. §. 413., ut vocem *εὐθέως* deleremus, quae hîc est aptissima: *et quum extemplo speculatorem misisset*, *ferri jussit ejus caput* [cf. ad 1, 10.], sed ut excluderentur v. *ὁ βασιλεύς* e vs. 26. illa repetita, facile a nobis impetravit [vid. *Millii* prol. §. 411. collatis iis, quae diximus supra ad 1. 5, 12.]. *σπεκουλάτωρα*] Indicatur unus eorum, quos Herodes Antipas corporis stipatores habebat. Nam erant *speculatores* genus militiae romanae sub imperatoribus exortum ad ministeria observandi, nuntiandi, et supplicia sumendi ab illis adhibitum. cf. *Gesneri* Thes. s. v. *speculator* et *Wetstenium* ad h. l.. [Suet. Claud. c. 35. Convivia nunquam inire ausus est, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent militesque vice ministrorum fungerentur. Seneca de Irâ 1, 16. Centurio supplicio praepositus condere gladium speculatorem jubet. cf. de Benef. 3, 25. et *Julium Firmicum* ad 8, 26.. *Theophylactus* ad l. n.: *σπεκουλάτωρ ὁ δήμιος* (carnifex publicus) *λέγεται, στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται.*] Esse autem *speculatores* illos milites vocatos, quia *speculari* diligenter juberentur, ne quae insidiae ei collocarentur, cui essent corporis custodes, non *spiculatores* a *spiculo*, quo armati essent [Suidas: *σπεκουλάτωρος· τοῦ δορυφόρου*] *Casaubono* ad h. l. et *Gesnero* l. l. assentior. Nam

et primarium erat speculatorum munus, ut corpus custodirent, et si essent a spiculo appellati, nescio, an *spiculati* potius, quam *spiculatores* dici debuerint [cf. similia haec: *pilatus*, *loricatus*, *hastatus* h. e. pilo, loricâ, hastâ armatus.]. Ceterum latinae voci *speculator* non graeca tantum, sed etiam talmudica civitas [cf. *Lightfootus*, *Schoettgenius* ad h. l. et *Buxtorf.* Lex. talmud. p. 1533.; hebraice sonat סְפִּקְלָטוֹר et סְפוּקְלָטוֹר. Glossa ad Tanchum. fol. 72. 2. ספקלטור הורג המחוייבים מיתה למלך *speculator eos interficit*, *qui a rege ad mortem damnati sunt.*] data est. V. 29. *καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν μνημείῳ*] Haec est genuina lectio, non ea, quam Cd. D. et multae editiones repraesentant *καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ μνημείῳ*. Sensus ex illâ exit hic: *posuerunt sublatum Johannis cadaver in* (aliquo) *sepulcro* i. e. *sepeliverunt cadaver*.

V. 30. *Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.* 31. *Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ᾽ ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον· ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοὶ καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν.* 32. *Καὶ ἀπῆλθεν ἐν τῷ πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν.* 33. *Καὶ εἶδον αὐτὸν ὑπάγοντα καὶ ἐπέγνωσαν πολλοί, καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ καὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν.* 34. *Καὶ ἐξελθὼν εἶδε πολὺν ὄχλον καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.* 35. *Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγουσιν, ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ἤδη ὥρα πολλή·* 36. *ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τι φαγεῖν· οὐ γὰρ ἔχουσιν.* 37. *Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν· καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν;* 38. *Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· πόσους ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ*

ἴδετε· καὶ γνόντες λέγουσιν αὐτῷ· πέντε καὶ δύο
ἰχθύας. 39. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας
συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. 40. Καὶ
ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντή-
κοντα. 41. Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς
δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, εὐλόγησε καὶ
κατέκλασε τοὺς ἄρτους καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐ-
τοῦ, ἵνα παραδῶσιν αὐτοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας
ἐμέρισε πᾶσι. 42. Καὶ ἔφαγον πάντες καὶ ἐχορτά-
σθησαν. 43. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνων
πληρώματα, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων. 44. Καὶ ἦσαν οἱ
φαγόντες τοὺς ἄρτους ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.

V. 30. Ubi locorum reversi ex itinere (cf. vs. 7.) Apostoli Jesum convenerint, non definivit scriptor. Sed non potest attentus Marci lector, nisi sic existimare, *Capharnaumi* eos cum magistro congressos esse. Inde enim, opinor, eos ablegaverat, postquam confecto, quo relictâ Nazarethâ Galilaeam obierat, itinere Capharnaumum redierat [cf. v. 6. 7.]. *ὅσα ἐποίησαν*] Obliteravi permultorum Cdc. auctoritate vocem *καί* ante *ὅσα ἐποίησαν*, valde illam importunam. Nam et displicere *καὶ* debet, si *καὶ* — *καὶ* *quum* — *tum* interpreteris: *nuntiaverunt ei omnia*, *quum quanta fecerant*, *tum quanta docuerant*, quia nulla prorsus causa erat, cur res gestae et doctrina Apostolorum tam graviter distinguerentur, neque unde *καὶ* claudum hûc pedem intulerit, obscurum est. Quippe fraudem fecerant librariis v. seq. *καὶ ὅσα*. Parum autem circumspecte *Grotius* verbo *πάντα* ad diversa illa hominum de Jesu judicia v. 14. 15. relato nihilominus *καὶ* — *καὶ* enarravit *quum* — *tum*. Neque enim *πάντα* alio potest, nisi ad *ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν* pertinere, neque, si illo modo accipi posset, haec talis oratio cohaereret: *nuntiaverunt ei omnes de eo hominum sententias*, *quum quanta fecerant*, *tum quanta docuerant* (!). Imo sensus est: *narraverunt ei omnia quanta fecerant* (i. e. insignia, quae patraverant miracula vs. 7. et 13.), *et quanta docuerant* [h. c. suae institutionis eventum v. 12.]. V. 31. *δεῦτε*

ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον] *ite vos ipsi seorsum in desertum locum* h. e., ut bene ab *Erasmo* intellectum est, *vos soli* [vid. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 303. et *Heindorf.* ad Plat. Parmen. p. 220.], *nullo de plebe comite adjuncto.* Non licet explicare, neque: *abite vos ipsi in desertum locum* i. e. ut ego facere soleo in causâ simili (1, 45.), neque: *abite vos quoque in desertum locum, ut ego nunc eo sum discessurus* h. e. *estote mihi comites.* Nam hoc pacto Marcus scribere debuerat aut ὑμεῖς καὶ αὐτοί, aut καὶ ὑμεῖς. Lectio δεῦτε, ὑπάγωμεν εἰς ἔρημον τόπον καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον etsi bonum sensum fundit: *agite, discedamus in desertum locum et* (ibi) *paullum requiescite,* tamen haud dubie *a correctore* invecta est, cui par esset visum, Jesum, se discipulis comitem futurum, h. l. indicare. Sed Marcus Jesum cum Apostolis velle proficisci sponte intelligi posse inde putaverat, quod, nisi quando missi essent doctores (v. 7 sq.), nunquam non cum Jesu versati fuissent. Tanto autem pertinacius vulgatam scripturam tueor, tantoque minus a me impetro, ut aut cum *Bezâ* δεῦτε αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, aut, cum *Grotio*, Syri, ut ait, auctoritate δεῦτε ὑμεῖς, ὑπάγωμεν αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον (at quid hoc est?) Marco tribuam, quanto magis qui ὑπάγωμεν interposuerant v. ὑμεῖς αὐτοί exilio afficere debebant. Quid, quod e liberiore Syri translatione ܙܠܘ ܠܟܘܢ ܢܐܙܠ ܠܚܘܪܒܐ ܒܠܚܘܕܝܢ *ite vobis, abeamus in desertum, ita ut simus seorsum* nihil possum, nisi hanc lectionem exsculpere: δεῦτε, ὑπάγωμεν κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον. — ἀναπαύεσθε] Imperativo Aoristi ἀναπαύσασθε, quem *Griesbachius* magni faciendum putavit, hîc locus nullus est. Saepe librarii — εσθε et — σασθε confuderunt. ηὐκαίρουν] Aliquot Cdc. praebent εὐκαίρουν [cf. ad 4, 33.]. Hoc igitur profectionis consilium fuisse, ut Apostoli ab exhaustis laboribus paullum respirarent, Marcus profitetur, a Matthaeo dissidens [vid. not. ad Matth. 14, 13.]. Quippe tantam Capharnaumi fuisse hominum Jesu et institutionem et opem expectentium concursationem, ut ne ad cibos quidem capiendos

otium esset magistro et discipulis [cf. 3, 20.]. V. 32. *ἀπῆλθεν*] Hoc longe praeferre vulgato *ἀπῆλθον* nihil dubitavi. Est enim *ἀπῆλθον correctio* eorum, quos transitus a discipulis (vs. 31.) ad Jesum subitus offendisset. *ἐν τῷ πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν*] Conformatio *Elsevirii* ita habet: *εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ᾽ ἰδίαν.* Discrepant libri in hunc modum: *τῷ πλοίῳ*] Al. *ἐν τῷ πλοίῳ* | — Al. *ἐν πλοίῳ* | Al. *τῷ πλοιαρίῳ.* — *εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ᾽ ἰδίαν*] Al. *τῷ πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν.* | Al. *ἐν τῷ πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν.* Haec scriptura mihi unice vera visa est. Etenim neque *ἐν* satis recte, ineleganter certe, abest elisum praegresso — *εν*, neque justus est qui vulgatur verborum ordo. Hujusmodi enim formulae, quales sunt *εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν, εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἐνθάδε παρ᾽ ἡμῖν, μόνος καθ᾽ ἑαυτόν, οἴκοι παρ᾽ αὑτῷ, νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ* (Marc. 10, 30.), et sexcentae aliae [cf. ad 1, 13.] solent proxime jungi neque ullâ dirimi intercapedine. Et sic vs. 31. modo legebamus *κατ᾽ ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον.* Denotant autem v. *ἐν τῷ πλοίῳ* aut *in navi paratâ*, aut *quâ uti solebant navi*, aut *notâ illa navi, quae ibi stationem haberet.* Ceterum illud cuivis liqueat, lectionem Cd. D. Vulg. aliorumque, qui omissis v. [*ἐν*] *τῷ πλοίῳ* suppeditant *καὶ ἀναβάντες εἰς τὸ πλοῖον ἀπῆλθον κ. τ. ἑ.* esse *interpretamentum.* Ubi desertus locus, quem Jesus petierit, fuerit, Marcus non dixit, e cujus vocc. hoc tantum appareat, in ulteriore maris galilaei litore eum situm fuisse. Lucas 9, 10. eum Bethsaidae Gaulanitidis vicinum fuisse narravit. Quod si verum est, plebs, ut pedestri itinere eo veniret, eam viam inire debebat, quam ad Matth. 14, 13. indicavi. V. 33. Videor mihi hunc l. sic emendasse, ut est emendandus. Sed diligenter contemplemur lectionis discrepantiam, infra tamquam in tabulâ expositam. *Elsevir.: καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί*] Al. *αὐτὸν ὑπάγοντα.* | *οἱ ὄχλοι* a permultis abest. | *αὐτόν* al. om., al. post *πολλοί* repraesentant, al. *αὐτοὺς* pro *αὐτόν* offerunt. Apparet, *οἱ ὄχλοι* et *πολλοί* conjunctâ ferri non posse. Quodsi *πολλοί* idonei Cdc. omitterent, id delerem

ut ortum e vs. 31. οἱ ὑπάγοντες πολλοί. Sed quum hoc tueantur libri, ignorent autem οἱ ὄχλοι, hic Nominativus inducendus est, non ille opinor e Matth. 14, 13. et Luc. 9, 11. intrusus, sed insertus a quibusdam, qui quum πολλοί ad ἐπέγνωσαν tantum adjunxissent, Subjecto ad εἶδον opus esse crederent. Isti igitur remedio e re sumto οἱ ὄχλοι addiderunt. *Αὐτοὺς ὑπάγοντας* mutandum est in *αὐτὸν ὑπάγοντα*. Id docet tam *varia lectio:* nam sic demum patet origo vocis *αὐτόν* ante *πολλοί*, ubi *αὐτόν* sane delendum est, patet trajectio istius *αὐτόν* post *πολλοί* (e margine diversas sedes immigravit), denique patet ratio scripturae *αὐτούς* pro *αὐτόν*, quae est corruptelae corruptio, profecta ex aliâ corruptelâ *αὐτοὺς ὑπάγοντας*: quam *ipse sensus:* plebs enim solum Jesum curavit nullâ discipulorum ductâ ratione, atque ut *εἶδον* cum v. *αὐτοὺς ὑπάγοντας* recte componatur, *ἐπέγνωσαν* non consistit nisi cum vocc. *αὐτὸν ὑπάγοντα* [cf. v. 54. *καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτόν* —.]. Itaque prima versus pars sic constituenda est: *καὶ εἶδον αὐτὸν ὑπάγοντα καὶ ἐπέγνωσαν πολλοί* i. e. *et viderunt eum proficisci et agnoverunt* [male h. l. Vulg. *cognoverunt;* vide de discrimine v. agnoscere et cognoscere *Gernhard.* ad Cic. Lael. 1, 5. p. 12.] *multi.* — *Elsevir.: καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ καὶ προῆλθον αὐτοὺς καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.* Al. — *συνέδραμον καὶ ἦλθον ἐκεῖ.* | Al. om. *καὶ προῆλθον αὐτοὺς καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.* — *καὶ προῆλθον αὐτούς*] *καὶ προςῆλθον αὐτούς.* — *καὶ προςῆλθον αὐτοῖς.* — *καὶ προςῆλθον αὐτῷ.* — *καὶ προςῆλθεν αὐτούς.* — *καὶ προῆλθον αὐτοῖς.* — *καὶ προῆλθον αὐτὸν ἐκεῖ..... καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν*] *καὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν.* — *καὶ προςῆλθον πρὸς αὐτούς.* — *καὶ συνῆλθον αὐτοῦ.* — *καὶ συνειςῆλθον πρὸς αὐτούς.* — *καὶ συνέδραμον πρὸς αὐτόν.* Habemus hic illustre exemplum loci per *διττογραφίας* depravati. *Bis scriptum* est *ἦλθον* nunc praeposito praeverbio *συν,* quod petierunt e v. *συνέδραμον,* nunc *προς,* quod retraxerunt e voce *πρὸς αὐτόν* et insuper vulgo in *προ* corruperunt solemni errore. *Bis scriptum* est *καί* (*καὶ προῆλθον αὐτοὺς καὶ συνῆλθον*), quod fieri

debuit, ne copula deesset. *Bis scriptum* est *αὐτόν*, quod multi Cdc. in priore loco mutant in *αὐτούς* (etsi ibi quoque sunt, qui legant *αὐτόν*), unde etiam posteriore quidam praebent *αὐτούς* pro *αὐτόν*. Haud dubie scribendum est: *καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ καὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν* h. e. *pedestri itinere ex omnibus oppidis concurrerunt* s. *confluxerunt ibi* (in loco deserto) *et venerunt ad Jesum.* Jam paucis dicendum, quid mihi *Griesbachii* ratio videatur, quibus premi incommodis. Is Comment. crit. l. l. p. 112. uno Cdc. graeco, *Euthymio* et libris Italae, qui et ipsi *ἐκεῖ* in diversos locos conjiciunt, confisus, Marcum haec dedisse arbitratur: *καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον καὶ ἦλθον ἐκεῖ.* Possint sane haec v. explicari, ut vocc. *συνέδραμον ἐκεῖ confluxerunt ibi* (in desertâ regione) cohaereant, vocibus *καὶ ἦλθον διὰ μέσου* positis. At primum quidem libri, quibus *Griesbachii* sententia nititur, pauci sunt nonnullique ex iis, ut It. Cdd., mali. Deinde ipsam lectionis *Griesbachianae* indolem placere posse nego. Nimirum nemo sic loquitur: *confluxerunt, et venerunt, ibi* propterea, quod *συνέδραμον* plus est, quam *ἦλθον* male postpositum. Non igitur ad superius verbum conscenditur, sed ad inferius descenditur. Denique, quod vel maximam vim habet, est illa scriptura sic comparata, ut, unde ipsa originem duxerit, dictu facillimum sit (nam *ἐκεῖ* loco suo post *συνέδραμον* motum post *ἦλθεν* librarii prono errore rejecerunt); difficillimum vero atque haud scio an plane negatum, ex eâ reliquas lectiones derivare. *Griesbachii* certe incepto l. l. parum affuit fortuna. Multo minus *Grotii* et *Matthaeii* sententiae probabilitatis commendationem habent; quorum posterior tuetur lectionem Elsevirianam, prior autem Marcum *καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ καὶ προῆλθον πρὸ αὐτοῦ.* scripsisse *conjicit.* Vere tamen senserat *Grotius* *προῆλθον αὐτούς anteverterunt eos* ferri non posse. Requirebatur enim *αὐτῶν*, ut Luc. 22, 47. *προήρχετο αὐτῶν*, ubi male *Griesbachius* *προήρχετο αὐτούς* in ordinem recepit. V. 34. *ἐξελθὼν*] h. e. neque *e navi egressus* [cf. *Kuinoel.*], neque *quum ex aliquâ loci deserti latebra*

prodiisset [vid. *Paulus*, *Schottus* al.], sed *ubi in desertam regionem* (v. 32.) *exierat* = *ubi in desertum venit*. Matth. 11, 8. ἀλλὰ τί ἐξήλθετε; (cf. v. 7.). 24, 26. ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν· ἰδοὺ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶ, μὴ ἐξέλθητε. In hunc modum etiam Matth. 14, 14. (cf. v. 13.) explicare debueram. εἶδε πολὺν ὄχλον] Vocc. ὁ Ἰησοῦς post εἶδε, quod ex Evangelistariis accesserat [vid. *Matthaeium*], recte delevit *Griesbachius*. Nam si quis unâ serie totam narrationem legat, inepte hîc inculcari ὁ Ἰησοῦς facile sentiat. — ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτοῖς — ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.] Horum v. sensus hic est: *misertus Jesus hominum turbae*, *qui*, *tanquam oves pastore* [Num. 27, 17. 1 Reg. 22, 17. Ezech. 34, 5.], *destituti essent magistro*, *coepit eos edocere multum* (i. e. ad sensum *diu*). Cf. Matth. 9, 36., e quo loco manavit corruptela unius Cdc. apud *Wetst.* ὅτι ἦσαν ἐσκυλμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡς πρόβατα κ. τ. ἑ.. V. 35. καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης] *et quum jam tempus multum effluxisset* scil. *ex quo docere coeperat* (v. 34.). Ita etiam ultima hujus vs. v. accipienda sunt ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ἤδη ὥρα πολλή· *locus*, *in quo versamur*, *desertus est et jam tempus multum est* sc. *ex quo plebem instituere exorsus es*. Dionys. Hal. 2, 54. ἐμάχοντο καὶ διέμενον ἄχρι πολλῆς ὥρας εὐθύμως ἀγωνιζόμενοι, ἕως ἡ νὺξ ἐπιλαβοῦσα διέκρινεν αὐτούς. *Erasmi* interpretationi: *quum jam admodum tempestivum esset sumere cibum*, vel illud obstat, quod nulla hactenus est a Marco *ciborum capiendorum* mentio injecta (cf. v. 34.). Sed deterior etiam est *Bezae*, *Elsneri*, *Wetstenii* aliorumque auctoritate a plerisque recepta enarratio haec: *praeterlapsâ multâ diei parte*, collatis talibus, cujusmodi est v. c. Cic. ad Q. Fr. 2, 8. *multâ nocte veni ad Pompejum*. Att. 13, 9. *multus sermo ad multum diem*. Neque enim τὴν ὥραν *diem* denotare, neque Graecos ὥραν πολλήν, quo modo Latini *multum diem*, dixisse quisquam idoneis locis ostendit. Frustra citant Matth. 14, 15. (ubi vid. not.) et Marc. 11, 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ἡμέρας i. e. *quum serum jam esset tempus*. — προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγουσιν] *Elsevir.*: προσελθόν-

τες *αὐτῷ* οἱ μαθηταὶ *αὐτοῦ* λέγουσιν. | Al. προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγουσιν αὐτῷ. | Al. προσελθ. αὐτῷ οἱ μαθηταὶ λέγουσιν αὐτῷ. | Al. προσελθ. οἱ μαθηταὶ αὐτῷ λέγουσιν. | Al. προσελθ. οἱ μαθηταὶ λέγουσιν *αὐτῷ*. Quamquam hae turbae inde natae sunt, quod αὐτῷ cum λέγουσιν jungi scribae maluerunt communisque est hujus vs. atque supra v. 5. causa, tamen id eo tantum pertinet, ut προσελθόντες αὐτῷ ne sollicitemus. Sed αὐτοῦ post μαθηταί delendum est, quippe quod h. l. gratiam tollat et ex posteriori αὐτῷ (nam nonnulli libri Dativum bis ostentant) originem traxerit. V. 36. εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας] h. e. *in circumjacentes agros et vicos.* Vide *Elsnerum* et *Wetstenium*, qui diversa tamen confudit, conferens huc v. c. Plut. de Orac. Pyth. p. 401. C. ἀπαρχαῖς καὶ δεκάταις *κύκλῳ περιεχόμενον* τὸν θεὸν ὁρῶν., qui l. non h. l., sed Marc. 6, 6. illustrat. ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τι φαγεῖν· οὐ γὰρ ἔχουσιν.] Conformatio recepta: ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. | BL 28. 102. Copt. cant. verc. vind. ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν. missis reliquis. | D. ἵνα ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τι φαγεῖν. Colb. Vulg. *ut — emant sibi cibos, quos (escas, quas Germ. 2.) manducent.* | Armen. ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς, τί φάγωσιν· ὅτι ὧδε φαγεῖν τι οὐκ ἔχουσιν. It. veron. — *panem, quod manducent; quia hic non habent. Griesbachius*, quum ederet N. T., cum *Millio* proleg. §. 402. ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς, *τί φάγωσιν*, postea in Comment. crit. l. l. p. 114 sq. ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς *τι φαγεῖν*. Marco vindicavit. Equidem sic sentio. Vocc. ἄρτους aut glossema est verbis τι φαγεῖν adscriptum, ut contendit *Griesbachius* l. l., aut e sqq. vs., in quibus ἄρτους identidem legitur [v. 37. 38. 41. 44.], huc irrepsit et haud dubie obliterari debet. Deinde lectio τι φαγεῖν adeo exquisita et bona est, eam ut nihil cunctatus amplectar. Quanto eâ inferior est scriptura ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς, *τί φάγωσιν*. Potest haec *pro explicatione* haberi (nam quum scriptum esset ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς *τι φαγεῖν*, nonnulli interpretati sunt *quod manducent*, τί φάγωσιν (= cibum) sed male; neque enim τί, sed ὅ

ita desideres.): potest *ex errore* derivari, quo pro φαγεῖν nescio qui exaravissent φάγωσιν, quia proxime antecedit ἀγοράσωσιν (ineleganter autem se excipere ἀγοράσωσιν — φάγωσιν vix est quod moneam): potuerunt etiam loca Matth. 15, 32. Marc. 8, 2., in quibus est οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι errandi occasionem praebere. Omnium vero maxime credibile est, τί φάγωσιν esse adjectum ad explicandum illud a Marco profectum (vid. infra) οὐ γὰρ ἔχουσιν, quod sane ita accipi debet, ut mente adjiciamus τί φάγωσιν. Et quid mirum, si exstant subsidia, quae utramque lectionem, et τι φαγεῖν et τί φάγωσιν, male conflaverint? Haec aliaque consideranti mihi visus est *Griesbachius* dignissimus esse, cujus consilium probemus in eo, quod τι φαγεῖν praetulit. Verum quod plane ejicere ausus est ultima v. οὐκ ἔχουσιν, est id ad reprehendendum longe apertissimum. Male enim l. l. vocc. οὐ γὰρ (s. ὅτι ὧδε οὐκ) ἔχουσιν scholion continere dicit, quod e margine ordinem occupaverit. Videlicet ipse hoc scholion commentus est. Imo librorum discrepantia eo ducit, ut substituamus sive ὅτι ὧδε οὐκ ἔχουσιν, sive οὐ γὰρ ὧδε ἔχουσιν, sive οὐ γὰρ ἔχουσιν, quorum hoc ut simplicissimum et quod proxime ad Elsevirianam lectionem accedat exhibui. Valet autem locutio οὐκ ἔχειν h. l. non, ut alias, *pauperem esse*, sed cogitatione est ad v. οὐ γὰρ ἔχουσιν e superioribus addendum τί φάγωσιν. Proinde totus vs. ita habet: ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα — ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τι φαγεῖν· οὐ γὰρ ἔχουσιν' scil. τί φάγωσιν. i. e. *dimitte eos, ut digressi in circumjacentes agros et vicos aliquid sibi, quo vescantur, coemant: non enim habent* np. *quid comedant* (non *quod comedant*; vide paullo infra). Elseviriana scriptura, si vera esset, ita explanari deberet: *dimitte eos, ut* — — *coemant sibi panes. Nam quid edant, non habent.* Male vulgo vertunt *nam quod edant non habent*, τί idem, quod ὅ nonnunquam in N. T. notare rati [vide *Bezam*, *Grotium*, *Heupelium* ad h. l., *Winerum* in gr. p. 69.]. Hanc opinionem fateor mihi falsam videri, cui ad sententiam non perinde esse, utrum ὃ γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν, an τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν scribatur, plane sit persuasum. Illud declarat *nam*

quod comedant (i. e. *rem quam comedant* i. q. *cibum*) *non habent*; hoc significat *nam quid edant* [i. e. non *was sie essen könnten* (nam haec foret vis Optativi; cf. *Heindorf.* ad Plat. Euthyd. c. 59. p. 383.), sed *was sie essen sollten*) *non habent.* Cf. Cic. Brut. 87, 298. *Nam etsi tu melius existimare videris de eâ, si quam nunc habemus, facultate, tamen adolescentes quid in Latinis potius imitaremur, non habebamus.* et pro Rosc. Am. 15, 45. *Neque haec tu non intelligis; sed usque eo, quid arguas, non habes, ut* etc., ubi vid. *Matthiae.* Omnino N. T. l, in quibus τί pro ὅ accipiunt, rem non comprobant; quin ne speciosa quidem sunt (Luc. 17, 8. ἑτοίμασον τί δειπνήσω *para, quid coenem, richte zu, was ich speisen soll.*; eadem enarratio ineunda est in l. Rom. 8, 26. τὸ γὰρ τί προςευξώμεθα [non προςευξόμεθα, quo *Griesbachius* delectatus est] καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν. Matth. 15, 32. καὶ οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσιν *was sie essen sollten.*; Matth. 10, 19. δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τί λαλήσητε i. e. — *was ihr reden sollet, quid dicatis* s. *quid dicendum vobis sit*; de l. Matth. 20, 22. recte existimat *Winerus* l. l.), si Marc. 14, 36. — ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. exceperis. Sed potest vel hic locus diversis modis ita recte expediri, ut τί dignitatem suam tueatur, velut *non quaerendum est, quid*, vel *ne quaere, quid*, vel *ne vide* (respice), *quid ego velim, sed quid tu velis.* V. 37. δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν] *date iis vos quo vescantur.* Potior vis in postpositâ voce ὑμεῖς recumbit. ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν — φαγεῖν;] Non sunt lectiones ἀγοράσομεν pro ἀγοράσωμεν et δώσομεν pro δῶμεν, nisi solemnes librariorum confusiones. Nam quum in promtu sit, Apostolos mirari, jussos se esse tot homines suâ impensâ satiare [*Euthymius:* τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· βαρυνομένων δὲ ὁ τοιοῦτος λόγος.], rectissime quidem dixerint: *nos digressi ducentorum denariorum pretio panes, quibus plebem saturemus, coemamus?* (wir *sollen* also fortgehn und um so theuern Preis Brod einkaufen —?), sed nullo modo eos ita loqui convenit: *nos digressi — coememus?* (wir *werden* fortgehn und — einkaufen?). Eandem

ob causam inepta est explicatio, quam et nonnulli graecorum interpretum ingressi sunt [vid. Schol. in margine ed. Steph. III. ἐρωτηματικῶς ἐν τισὶν ἀναγινώσκεται, ἐν τισὶ δὲ ἀποφαντικῶς. et *Euthymium* ad h. l.], et post eos *Grotius* iniit: *digressi ducentorum denariorum pretio panes coememus et dabimus iis cibum.* Abominari enim, non probare, tantae pecuniae profusionem debent discipuli. Ceterum ita distat Marcus ab Johanne 6, 7., ut quae ille discipulos dixisse in universum perhibeat, hic ad unum Philippum referat. Quod quidem dissidium ut tolleretur, *Kuinoelius* quod *uni tantum* competat, a scriptoribus N. T. saepe *pluribus* tribui monuit [!!]. Obiter observo, Luc. 9, 13. e Cdc. haud dubie restituendum esse ἀγοράσομεν. — διακοσίων δηναρίων] *Griesbachius* edidit δηναρίων διακοσίων, vulgatam lectionem e Joh. 6, 7. repetitam esse arbitratus. Verum enim haec verborum collocatio διακοσίων δηναρίων non minus h. l. *necessaria* est, quam in Johannis l. l., quia utrobique vis et gravitas in voce διακοσίων reposita est h. m.: *vin', ut ducentorum denariorum pretio* (= tantâ pecuniâ) *panes coemamus?* Male autem ejusmodi corruptelas e locis parallelis derivare coneris, quas facilis ob similem terminationem trajectio (διακοσίων δηναρίων) progenuerit. *Grotii* explicatio: *jubes ducentos denarios, quos nunc habemus in loculis* (cf. Joh. 12, 6.), *profundi?* verbis repugnat. Opus sic fuerat ampliore quadam oratione. Tentavit eam ille ideo, quod sibi videretur plus scire, quam fortasse Marcus ipse. Postremo quantum argenti efficiant ducenti denarii, si ad nostros nummos exigantur, varie disputant. *Lightfootus* ad h. l. δηνάριον Rabbinis idem valere docet, quod זוז i. e. quartam sicli argentei partem. Haec si Marci quoque sententia fuerat, ducenti denarii triginta tres Imperiales et octo grossi cum *Michaele* censendi sunt. Sed e *Rambachii* calculo [vide *Potteri* griech. Archäol. T. III. p. 163.] ducenti denarii quadraginta duorum Imperialium et quindecim grossorum vim pondusque habuere. Apparet autem, vel si cum *Rambachio* sentias, vix credibile esse, ducentorum denariorum panes saturandis quinque circiter millibus hominum sufficere potuisse

Non igitur nisi conjecturâ h. l. ducuntur Apostoli, ducentos ad plebem satiandam denarios requiri subindicantes. Nondum enim accuratius homines, qui aderant, recensuerant [vid. *Beza*]. V. 38. Quemadmodum *καί* ante *ἴδετε* cum nonnullis Cdc. abjici non poterat, ita *αὐτῷ* post *λέγουσιν* mirifice blandiebatur: *et re cognitâ dicunt* (respondent) *ei.* V. 39. Salvum est *ἀνακλῖναι, ἀνακλιθῆναι,* quod a Matthaeo 14, 19. aliquot librarii mutuum sumserant, ne aptum quidem h. l.. Pertinet enim *αὐτοῖς* ad Apostolos h. r.: *et imperavit discipulis, ut omnes in viridi herbâ discumbere juberent.* Quî igitur dici conveniebat: *imperavit discipulis, ut omnes in viridi gramine discumberent? συμπόσια συμπόσια*] h. e. (*ut omnes discumbere juberent*) *ita, ut singula efficerent epulantium sodalitia* (nach abgeschlossenen Gesellschaften, Tischgesellschaftsweise), *catervatim.* V. 40. Non idem dicitur verbis *πρασιαὶ πρασιαί,* quod vocabulis v. 39. *συμπόσια συμπόσια,* sed plus. Formam enim illa et figuram indicant, quam singuli convivantium ordines expresserint h. r.: *et accubuerunt areolatim* i. e. *sic, ut singulae coenantium classes singulas areolas referrent.* Male *Valckenarius* l. l. *καινῶς ῥηθέν* dicit vs. 39. *συμπόσια συμπόσια* et vs. 40. *πρασιαὶ πρασιαί,* quum saepe hoc modo nostri scriptores notionem distributivam de Hebraeorum more enuntient [cf. supra ad v. 7.]. Postremo *πρασιαὶ πρασιαί* Nominativum esse legitime ad Subjectum, quod in v. *ἀνέπεσον* inest, pertinentem et vs. 39. *συμπόσια συμπόσια* Accusativum ad *πάντας* usitato modo relatum propter *Grotium* monere debueram, qui verba *πρασιαὶ πρασιαί* Adverbiorum numero esse contendit collatis dissimillimi generis locis Luc. 23, 41. Joh. 1, 14.. *ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα*] Haec v. hunc sensum fundunt: *singula coenantium sodalitia partim centenos partim quinquagenos homines habuisse (et discubuerunt ita, ut singulas areolas repraesentarent, partim centeni, partim quinquageni.)*, non quem iis subjecit *Heupelius* et *Wetstenius* ad v. 44., *singulos convivarum ordines e centum quinquaginta hominibus constitisse, quorum centenos longitudinem, quinquagenos latitudinem are-*

olarum effecisse; id quod *Er. Schmidius* ad h. l. picturis adeo illustravit. Nimirum ita et omissam oportebat vocem ἀνά ante πεντήκοντα, quam nemo paucorum Cdc. fiduciâ exstinguat, et plura adjecta verba, unde a centenis convivis altitudinem, a quinquagenis frontem areolarum descriptam esse appareret. v. 41. εὐλόγησε] Mosq. *n.* ἐμήνυσε. „Scriba per incogitantiam expressit morem ecclesiae graecae in consecrando pane, qui tollitur et *monstratur.*" *Matthaeius.* καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι] h. e. non, ut *Stolzius* sibi persuasit: *etiam duo pisces omnibus divisit Apostolis*, sed *etiam duo pisces inter omnes convivas distribuit* np. per Apostolos. Hunc sensum quum bene requisivissent, sed parum recte e vulgatâ lectione expedivissent, Syrus et Persa, ille emendavit ἐμέρισαν, ad Apostolos illud referendum, hic pravo consilio adjecit καί ante ἐμέρισε oratione sic conformatâ: — κατέκλασε τοὺς ἄρτους καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας (np. ἐδίδου)· καὶ ἐμέρισε πᾶσι. V. 43. καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνων πληρώματα] Textus receptus: καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Al. κ. ἦρ. τὸ περισσεῦον πλασμάτων (sic), δώδεκα κοφίνους πλήρεις (cf. Matth. 14, 20., non autem inepta erit haec lectio, si virgulâ post τὸ περισσεῦον posita v. κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις arcte conjungas. cf. Luc. 9, 17.) Al. κ. ἦρ. κλασμάτων δώδεκα κοφίνων πληρώματα. Al. κ. ἦρ. κλάσματα δώδεκα κοφίνους πληρώματα. Al. κ. ἦρ. δώδεκα κοφίνων πληρώματα. Al. κ. ἦρ. τὸ περισσεῦον δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Contueamur locos parallelos: Matth. 14, 20. καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Luc. 9, 17. καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς, κλασμάτων κόφινοι δώδεκα. Joh. 6, 13. — ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων. Jam etsi *Elsevirii* lectionem e Matthaeo ductam dicere nolim, de quâ re aliis fortasse facilius, quam mihimet ipsi persuaderem, tamen scriptura καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνων πληρώματα doctior est, quam quae ineptis librariis tribui possit, quum praesertim vocc. πληρώματα etiam in duabus aliis

lectionibus exstet, quarum altera (*καὶ ἦραν κλάσματα δώδεκα κοφίνους πληρώματα*) e sincerâ Marci scripturâ errore corrupta est, altera (*καὶ ἦραν δώδεκα κοφίνων πληρώματα*) a sciolo male truncata. Est autem quod probavimus *καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνων πληρώματα* sic enarrandum, ut putemus vocabulum *πληρώματα* duplicem asciscere Genitivum, unum (*κοφίνων*) tanquam *Substantivum* (neque enim ad sensum discrepat *κοφίνους πλήρεις* et *κοφίνων πληρώματα*), alterum (*κλασμάτων*), ut *pleni notionem* complectens. Vertam igitur, ut quantum liceat graecam dictionem imiter: *et sustulerunt duodecim corbium copiam frustorum. und sie hoben auf von Brodstücken zwölfer Körbe Ausfüllungen.* Cf. *Hermann.* ad Soph. Trachin. v. 1181. *οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον*; Aeschyl. Agam. v. 1253. *τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν ξυνῆκα.* Cic. ad Fam. 10, 3. Consul es designatus maximâ orbitate *reipublicae virorum talium.* Locus plane gemellus in Marco legitur infra 8, 20. — *πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε;* — *καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων*] np. *τι et (aliquid) de piscibus (und* [noch ausserdem] *einige Ueberbleibsel von den Fischen.).* V. 44. Quamquam *ὡσεί* a permultis libris abest, eam tamen ut vel cum *Millio* Proleg. §. 1181. condemnarem, vel cum *Matthaeio* et *Griesbachio* delerem, a me non impetravi. At enim e l. parallelis Matth. 14, 21. Luc. 9, 14. Joh. 6, 10. librarii eam petierunt. Ita sane judicarem, nisi etiam in Matthaeo et Johanne [vid. *Wetsten.*] aliquot libri *ὡσεί* excluderent. Hinc autem apparet, communem causam, cur in tribus Evangelistis insons vox *ὡσεί* exterminaretur, hanc esse, quod scribae putarent, detrahi de fide Evangelistarum, nisi tam vagas tamque indignas historico numeri descriptiones sustulissent, imo per istud *ὡσεί* etiam rei miraculum elevari. Sed si genuina est vox *ὡσεί*, in *Wetstenii* disputationem, quam jam ad v. 40. concussimus, magnam edet ruinam. *Numerus convivarum*, inquit, *facillime iniri potuit, dummodo ponamus, ita fuisse ordinatos, ut frons contineret quinquaginta* (quinquagenos), *altitudo vero centenos: duae autem quaevis*

centuriae facies sibi obverterent; sic XII Apostoli uno per ordines istos itu et uno reditu ministrarunt quater mille octingentis hominibus: et supererunt nonnisi duo ordines medii, quibus forte (fortasse) *ipse Christus ministravit. Atque hoc modo res intra brevissimum tempus sine ullâ confusione peragi potuit. Conf. Thucyd.* 5, 68.. Quin nihil dixit Marcus, nisi hoc: *quinque circiter virorum millia quinque Jesum panibus et duobus piscibus satiasse eosque manipulatim ita discubuisse, ut singuli manipuli partim centenos, partim quinquagenos homines haberent et areolarum figuram exprimerent.* — Sed quae vs. 7 — 44. leguntur eo ordine perscripta sunt, quo Lucas 9, 1 — 17. ea persecutus erat, si ab iis, quae vs. 17 — 29. continentur, discesseris. Nam apposito Herodis Antipae, qui Jesum esse Johannem baptistam ex inferis reversum existimaverat, judicio v. 16. Marcus ad Matthaei [14, 1. et 3 sq.] exemplum injusti annexuit de Johanne ab Herode sumti supplicii narrationem vs. 17 sq.. Proficiscitur Marcus, ut Lucas 9, 1 — 6., ab Jesu mandatis, cum quibus duodecim Apostoli ierint legati vs. 7 — 13.. Deinde Lucae 9, 7 — 9. exemplo quum aliorum, tum Herodis judicium interponit vs. 14—16.. Denique exposito ex Matthaei auctoritate 14, 3 sq. foedo Johannis baptistae interitu vs. 17 — 29. Jesum, quemadmodum Lucas 9, 10 — 19. fecerat, cum reversis ex itinere Apostolis in desertum locum secessisse ibique permultos ipsum eo secutos homines paucis panibus satiasse vs. 30 — 44., perhibet. Sed quamquam Marcus, dum has res narravit, ita Lucam imitatus est, ut ipsa Lucae v. interdum retinuerit [cf. Marc. 6, 41. cl. Luc. 9, 16], e pluribus tamen locis Matthaeum quoque consultum fuisse intelligitur. Huc et locus Marc. 6, 34. cl. Matth. 14, 14. facit, et illud pertinet, quod *maritimo itinere* Jesum in desertam regionem venisse narravit [vid. Marc. 6, 32. cl. Matth. 14, 13.]. Sed non satis habuit Marcus a Matthaeo et Lucâ narrata cum fide retulisse, nisi aliis quibusdam aliunde cognitis rebus ea locupletavisset. Itaque *binos* esse missos Apostolos tradidit 6, 7.; Johannem baptistam non Herodis, qui eum magni fecerit, sed unius Herodiadis impotenti furore

exstinctum esse 6, 19 sq. monuit atque ita homines Jesu miraculo satiatos esse in deserto, ut singuli convivantium ordines constituerentur 6, 39. 40., ad posteritatem prodidit. Vide etiam Marc. 6, 37. cl. Joh. 6, 7. [cf. *Saunierus* l. l. p. 89 sq. et *de Wettius* l. l. p. 164.].

V. 45. *Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδάν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον.* 46. *Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.* 47. *Καὶ ὀψίας γενομένης ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς,* 48. *καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν· ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς. καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτούς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς.* 49. *Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἔδοξαν φάντασμα εἶναι, καὶ ἀνέκραξαν.* 50. *Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον καὶ ἐταράχθησαν· καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν καὶ λέγει αὐτοῖς· θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε.* 51. *Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον.* 52. *Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.* 53. *Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ, καὶ προςωρμίσθησαν.*

V. 45. Vox *αὐτόν*, quam post *προάγειν* aliquot praesidia habent, *ex interpretamento* potius, quam Matthaei 14, 22. loco adjecta est. Non egemus eâ voculâ, quum sequantur v. ἕως *αὐτὸς* ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους h. r.: *jussit eos praeire* —, *donec ipse dimisisset plebem* h. e. *tum ipse eos secuturus erat.* Totus vs. sic enarrandus est: *et statim* (np. post coenam v. 41—44.) *jussit discipulos* (cf. not. ad Matth. 14, 22.; male alii explicant: *coegit discipulos invitos, ut navem conscenderent* etc.; ita v. c. *Theophylactus*: ἠνάγκασε τοὺς μαθητάς· οὐ γὰρ ἤθελον ἀποσπα-

σθῆναι αὐτοῦ, ἀλλὰ βίᾳ ἐχωρίζοντο, ἅμα μὲν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ ἀπορεῖν, πῶς ἂν ἔλθοι πρὸς αὐτοὺς πλοίου μὴ ὄντος· et *Victor Antiochenus*) *conscendere navem* (quâ usi fuerant antea v. 32.) *et praecedere in ulterius litus Bethsaidam petituros* (ulterius maris galilaei litus dicitur h. l. occidentale, in quo et Capharnaumum positum erat et Bethsaida Capharnaumo vicina; cf. ad Matth. 11, 21.; nam deserta regio, quam relicturi erant Apostoli, erat Gaulanitide inferiori prope *Bethsaidam* i. e. *Juliadem;* vid. ad v. 32.), *donec ipse plebem dimisisset*. V. 46. ἀποταξάμενος αὐτοῖς] i. e. *quum valedixisset plebi* (τῷ ὄχλῳ vs. 45.), non, ut *Beza* contendit, *q. v. discipulis*. Nam quod *Beza* verisimile esse dicit αὐτοῖς de discipulis intelligi debere, quum subducere se potius de plebis circulo Jesus soleat, quam palam illi valedicere, V. D. non animadvertit, vocc. καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ad proxime praecedentia v. ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον a Marco referri. Usus formulae ἀποτάσσεσθαί τινι, quo *valedicere alicui* significat, non Atticorum est, sed Philonis, Josephi, scriptorum sacrorum [Act. 18, 18 sq. 2 Cor. 2, 13.], ecclesiasticorum, et infimorum graecorum, ut Jamblichi et Libanii [vid. *Wetsten.* ad h. l. *Krebs.* Obs. p. 121. *Kypke* Obs. T. I. p. 259. *Fischer.* D. V. L. N. T. p. 703. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 24.]. ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι] *abiit in ejus regionis montem, ut preces funderet.* V. 47. et 48. Cf. not. ad Matth. 14, 24. 25. καὶ εἶδεν — ἐναντίος αὐτοῖς] *et vidit eos vexari in remigando; nam erat iis ventus adversus.* His v. navigationis molestia describitur, quum adversi venti vim impetu pulsuque remorum superare cogerentur Apostoli. καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς] Horum vocc. duplex potest iniri interpretatio. Nam aut hanc sententiam continent: *et volebat Jesus praeterire discipulos pedibusque, quemadmodum instituerat, mare transmittere*, (sed coactus est voce et verbis animos eorum confirmare lembumque eorum ingredi cf. v. 49. 50.), aut eo consilio a Marco adjecta sunt, ut lector intelligeret, quî Jesum in maris superficie incedentem non potuerint non videre navigantes Apo-

stoli *cuncti* v. 49. et 50. Praefero illam sententiam, quae jam *Grotii* fuisse videtur, non solum ut simpliciorem, sed etiam ut nostrorum scriptorum ingenio magis accommodatam. Nimirum ita narrat Marcus, Jesu hoc fuisse consilium, ut, quo modo coeperat, Dei adjutus virtute, *totum mare*, ejus superficiei, tanquam terrae, firmiter insistens, trajiceret. V. 49. *ἔδοξαν φάντασμα εἶναι, καὶ ἀνέκραξαν*] *spectrum esse putarunt et clamorem sustulerunt.* Pauca subsidia pro *φάντασμα* vel *φαντασίαν,* vel *φάσμα* offerunt *ex interpretamento.* Nam solent librarii alterum alteri vocabulo explicando adhibere. Plat. Sympos. c. 7. *Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ ᾅδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικός, ἐφ᾽ ἣν ἥκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες·* ubi nonnulli libri male *φάντασμα.* V. 50. *πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν*] *omnes enim eum viderunt et metu perculsi sunt.* His v. causa continetur, cur Apostoli Jesum spectrum esse opinati clamorem ediderint, haec, quod omnes eo viso in metum conjecti fuerint. Non igitur, ut doctiss. *Schulzio* l. l. T. III. Fasc. I. p. 92. visum est, vocc. *πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον,* quia vs. 49. v. *οἱ δὲ ἰδόντες αὐτόν* praecesserant, temere a Marco addita sunt. V. 51. *καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος*] *et cecidit ventus*, qui moleste flaverat navigantibus Apostolis (cf. v. 48.). vid. not. ad 4, 39. et *Schaefer.* ad Long. p. 334.. *λίαν ἐκ περισσοῦ*] Haec v. non possunt valere *magnopere et quidem supra quam credas*, sed haberi debent pro formulâ, quae coaluerit arctissimeque cohaereat *magnopere supra quam credas*, sehr ganz übertrieben, et quâ utantur, qui animo commoto loquantur. Quamquam autem alii Cdc. demunt *λίαν,* alii *ἐκ περισσοῦ* ignorant, non tamen *λίαν* solum genuinum esse, ut *ἐκ περισσοῦ* ejus interpretamentum existimandum sit, mihi persuadere potui, et ob ea, quae supra ad 1, 13. disputavi, et quia simillima haec sunt, Marc. 7, 37. *καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο.* Ephes. 3, 20. *τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν* —. cl. 1 Thess. 5, 13.. — *λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον*] *Griesbachius* C. C. l. l. p. 115. „*καὶ ἐθαύμαζον*, inquit, *abest ab alexandri-*

nis et a codicibus nonnullis, qui vetustas lectiones saepius, quam alii, servarunt; apud Syrum autem locum mutat [ibi haec leguntur ܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܘܬܗܪܝܢ ܒܢܦܫܗܘܢ i. e. ἐθαύμαζον καὶ ἐξίσταντο ἐν ἑαυτοῖς]. *Ergo suspectum est.*" Eadem ante *Griesbachium Erasmi*, *Bezae* et *Millii* Proleg. §. 403. sententia fuerat. Ego multum dissentio. Nam quemadmodum parum credibile est, quod putant, ἐθαύμαζον scholion esse v. ἐξίσταντο e margine adjectâ copulâ in ordinem translatum, quum non alias in N. T. notissimum v. ἐξίστασθαι scribae explicatione dignum judicaverint [cf. v. c. Marc. 2, 12. 5, 42. Act. 8, 13. 9, 21. 12, 16.], ita vel ex Syri trajectione, cur in paucis Cdc. vocc. καὶ ἐθαύμαζον desint, intelligitur. Scilicet quum gravius sit vocc. ἐξίστασθαι, debilius θαυμάζειν, posteriori loco posita v. καὶ ἐθαύμαζον displicuerunt. At enuntiatur verbis ἐξίστασθαι et θαυμάζειν conjunctis haec sententia: *magnam admirationem motam fuisse Apostolis* h. r.: *et magnopere supra quam credas obstupuerunt animis et mirati sunt (und sehr ganz übertrieben staunten sie bey sich* und wunderten sich). Cf. Act. 2, 7. ἐξίσταντο δὲ [πάντες] καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους —., quam orationem neque Syrus nec quisquam alius moleste tulit. V. 52. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις] i. e. *neque enim intellexerant* [quidquam] *in panibus (denn sie hatten nichts begriffen bey den Broden.* Hom. Odyss. π. v. 111. — ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ) h. e. per occasionem prioris miraculi, quo Jesus quinque panibus permultos homines satiasset v. 38 sq.. Male igitur *Beza* post συνῆκαν mente addidit τὸ πραχθέν et *Rosenmuellerus* ἐπί enarravit *post.* Cohaerent autem v. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις cum v. vs. 51. h. r.: *eo, quod Jesus per maris superficiem incesserat eoque in navem recepto venti vis ceciderat, Apostoli in magnam admirationem abrepti sunt; nec mirum. Neque enim proximum portentum mente assecuti fuerant.* ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.] Possit alicui altera lectio ἀλλ' ἦν ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη sincera, vulgata ex errore nata videri, in quem librarii facile inciderint ob ante-

gressum οὐ γὰρ συνῆκαν. Tum sensus fuerit hic: *non enim per prioris portenti opportunitatem quidquam intellexerant, sed erant callo obductâ mente* i. e. obtusâ [cf. supra ad 3, 5.]. Sed rectius, opinor, existimaverit, qui scripturam ἀλλ' ἦν ἡ κ. α. π. pravam eorum correctionem esse dixerit, qui laborare sententiam perperam putavissent: *fuerant enim, quum panes dividerentur, stupidi; nam erant stupidi.* Quin sensus hic est: *non enim, quum panes distribuerentur, quidquam intellexerant; nam erant callo obductâ mente* h. e. *tali, ut nihil omnino assequi possent.* Quod autem ἡ καρδία αὐτῶν, repudiatâ alterâ lectione αὐτῶν ἡ καρδία, propagavi, qui sensum nonnullâ lectione subactum consuluerit, probabit. Tuetur ἡ καρδία αὐτῶν, sed suo modo, *Gersdorfius* in l.: Beyträge zur Sprach-Charakteristik der Schriftst. d. N. T. T. I. p. 460.. Nam ut Marcum sacratâ lege Pronomina post Substantiva collocasse evincat, pessimis interdum subsidiis se obnoxium reddit (v. c. 7, 19. et 35.) et mire disputat de praepositi Pronominis vi (v. c. 11, 3. 12, 15.). V. 53. Textus receptus: καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ. | Al. καὶ διαπεράσαντες ἐπὶ τὴν γῆν ἦλθον εἰς Γεννησαρέτ. | Al. καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ. Certissimum est, ut mihi quidem videtur, scriptum hîc esse a Marco κ. δ. ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ *et trajecto mari venerunt ad regionem Gennesaretae.* Hujus scripturae vestigia etiam retenta videmus in illâ nullo praetereâ nomine commendabili: κ. δ. ἐπὶ τὴν γῆν ἦλθον εἰς Γεννησαρέτ. Nam Γεννησαρέτ h. l. *regio* dicitur, non urbs [vid. ad Matth. 14, 34.]. Ἐπί h. l. tolerari nequit et e vs. 52. ἐπὶ τοῖς ἄρτοις huc translatum est. Plane sic etiam Matthaeum 14, 34. (ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ.) locutum esse, nemo recte miretur. καὶ προςωρμίσθησαν] *et appulerunt* [vid. *Elsner.* et *Wetsten.* ad h. l.]. Nostri nautae dicunt: *sie legten sich vor Anker, sie legten an.* Recte *Griesbachius* C. C. l. l. p. 115 sq. v. καὶ προςωρμίσθησαν, quae in nonnullis subsidiis interciderunt, multis argumentis defendit, quorum hoc est gravissimum, quo librarios a καί ante προςωρμίσθησαν ad καί ante ἐξελθόντων vs. 54. aberravisse sumitur.

V. 54. *Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτόν,* 55. *περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας προςφέρειν, ὅπου ἤκουον, ὅτι ἐκεῖ ἐστι.* 56. *Καὶ ὅπου ἂν εἰςεπορεύετο εἰς κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ παρεκάλουν αὐτόν, ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ ἐσώζοντο.*

V. 54. Post vocc. *ἐπιγνόντες αὐτὸν* haud pauci libri vel *οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου,* vel *οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου* (cf. Matth. 14, 35.), vel *οἱ τῆς γῆς Γεννησαρέτ* repraesentant. Quae quamquam per se bene habent, tamen librariorum esse ab explicatione profecta additamenta [vid. not. ad 5, 12.], vel diversa eorum species in Cdc. ostendit [cf. *Griesbach.* C. C. l. l. p. 117 sq.]. Sunt v. *ἐπιγνόντες αὐτόν, περιδραμόντες — ἤρξαντο, impersonaliter,* ut loqui solent, accipienda. V. 55. *περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην*] *quum omnia illa vicina loca circumivissent* i. e. *quum omnia ei regioni* (ditioni gennesareticae) *finitima loca obiissent* [*εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην* = *ἐκείνου τοῦ τόπου* cf. ad Matth. 14, 35.]. Lectio *περιέδραμον — καὶ ἤρξαντο* est offensorum duobus sine vinculo Participiis librariorum. *ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας προςφέρειν*] Vulgatur *περιφέρειν,* cujus loco alia subsidia praebent *φέρειν,* alia suggerunt *ἐπιφέρειν,* alia denique *προςφέρειν* suppeditant. Nulla est dubitatio, quin dejecto de sede suâ, vel potius non suâ, sed plane alienâ v. *περιφέρειν* (*circum circa tulerunt aegrotos;* credo ne quis esset, qui non vidisset homines morbo affectos; pulcrum enimvero spectaculum et plane novum!) substituendum sit *προςφέρειν.* Ineptum *περιφέρειν* natum est e vicinis vocc. *περιδραμόντες — περίχωρον, ἐπιφέρειν* autem e praecedentibus v. *ἐπὶ τοῖς κραββάτοις,* quo corruptelae genere non usitatius est aliud. *Προςφέρειν* sensum praestat eum, qui hîc requiritur: *ad Jesum afferre coeperunt.* Neque enim alio consilio miseros

istos mortales grabbatis imposuerunt, quam ut illi per Jesum rectam valetudinem recuperarent. ὅπου ἤκουον, ὅτι ἐκεῖ ἐστι] Mirum est, interpretes [cf. v. c. *Beza*, *Grotius*, *Wetstenius*, *Kuinoelius*, *Hartmannus* in l.: Linguistische Einleitung u. s. w. p. 383., *Winerus* in gr. p. 64. al.] vocc. ὅπου — ἐκεῖ arctissime connectere, ut hebraicis vocc. אֲשֶׁר־שָׁם respondeant, et conjuncta valeant *ubi* h. r.: *ubi Jesum esse audiebant.* Constat quidem, Hebraeos peculiari voce, quae *ubi* significet, destitutos hanc inopiam ita compensare, ut voculae שָׁם i. e. *ibi* praeponant אֲשֶׁר, quod nihil, nisi *relativam notionem* afferat. Ita אֲשֶׁר־שָׁם valet *ubi*. Non minus pervulgatum est, LXX hunc usum ita imitari, ut אֲשֶׁר־שָׁם reddant οὗ — ἐκεῖ. Verum et singula loca demonstrant, et ratio ipsa docet, hoc pacto et אֲשֶׁר־שָׁם et ὅπου — s. οὗ — ἐκεῖ in unâ eademque sententiâ collocari debere [Jos. 22, 19. אֲשֶׁר שָׁכַן־שָׁם מִשְׁכַּן יְהוָֹה LXX οὗ κατασκηνοῖ ἐκεῖ ἡ σκηνὴ Κυρίου. Apoc. 12, 14. — ὅπου τρέφεται ἐκεῖ —.]. At nostro l. v. ὅτι ἐκεῖ ἐστι *sui plane juris* sunt, quippe quae a vocc. ὅπου ἤκουον suspendantur. Temere igitur voces ὅπου — ἐκεῖ consociatas esse manifestum est. Verte: *ubi audiebant*, *eum* (Jesum) *ibi esse* i. e. *eum adesse.* Joh. 6, 24. ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ —. (Sed multi adhuc N. T. loci fictorum Hebraismorum pondere ab interpretibus onerantur, v. c. Luc. 11, 33. οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας εἰς κρυπτὴν τίθησιν —., ubi Femininum κρυπτὴν de Hebraeorum consuetudine [cf. *Gesenius* in l.: Lehrgebäude u. s. w. p. 661.] pro Neutro positum esse monent. At hujus usus nullum est in N. T. idoneum exemplum. Nam male provocant ad l. Matth. 21, 41. Marc. 12, 11.. Recte *Bretschneiderus* Lex. T. I. p. 619. κρυπτὴν interpretatur *cryptam*, *cryptoporticum.* Restat igitur, ut Accentus emendetur εἰς κρύπτην τίθησιν —.) Verte: *et quum e lembo escendissent*, *homines Jesu statim agnito omnia illi regioni circumjacentia loca circumiverunt et coeperunt lectis afferre aegrotos*, *ubi eum adesse audiebant.* V. 56. ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου ἅψωνται] i. e. *ut vel fimbriam vestimenti ejus tangere liceret.* Vid. Dissert. nostr. in 2 ep. P.

ad Corinth. II. p. 120. καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ ἐσώζοντο] *et qui singulis vicibus* (jedesmal) *eum tangerent*, *prosperam valetudinem recuperabant*. Cf. *Hermann.* ad Vig. p. 820. [vide paullo ante ὅπου ἂν εἰςεποǫεύετο *ubicunque intrabat* — .].

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Quum Jesus in regione gennesareticâ esset (6, 53.), *congressi cum eo sunt Pharisaei et jureconsulti nonnulli Hierosolymis profecti vs.* 1.. *Hoc hominum genus cum Judaeorum vulgo quum alias superstitiosas caerimonias, quas a majoribus accepit, religiose obit, tum non solet cibum capere, nisi diligenter lotis manibus; quin, si a foro venerint, priusquam coenent, ipsum corpus lavant vs.* 3. 4.. *Itaque quum Jesu discipulos illotis manibus coenare vidissent, majorum eos longo usu sacrata decreta negligere indignati sunt vs.* 2. 5.. *Quorum fictam religionem Jesus gravi oratione increpans: verbis, inquit, vestris pietatem ostenditis, non integro sinceroque animo. Nam majorum decreta stabilitis, Dei praecepta antiquatis; majorum superstitiones magni facitis, virtutem pietatemque, quam Deus lege mosaicâ sancivit, cavillamini vs.* 6—13.. *Tum convocatam plebem non quod hominem intret, sed quod ex homine exeat eum polluere docuit vs.* 15. 16.. *Quam sententiam quum praeter exspectationem non intellexissent discipuli, privatim eam sic explicuit: non inquinare hominem cibos, qui in os ingerantur, sed mala consilia, temeraria verba et inhoneste facta, quae ex eo i. e. ex ejus animo proficiscantur vs.* 17—23.. *E ditione gennesaretica in Tyriorum fines se contulit, ut a laboribus, quos plebs ubivis locorum cupide accurrens ei imponeret, paullulum requiesceret. Quare ibi latere voluerat vs.* 24.. *Sed mulier, natione Syrophoenissa, religione pagana, acceptâ de eo famâ eum adiit et hâc prece obtudit, ut ex filiâ pravum genium exterminaret vs.* 25. 26.. *Cui quum primo suam operam, ut paganae, denegasset, post, bonâ mulieris indole cognitâ, ejus precibus benigne satisfecit*

vs. 27 — 30.. Vidit tamen, ne apud Tyrios quidem se delitescere posse. Itaque Sidoniorum fines ingressus est atque hinc ad mare Galilaeae contendit, proficiscens per medios fines Decapolis vs. 31.. Ibi quum ad eum allatus esset, ut sanaretur, homo surdus, qui vix loqui posset, verbo effecit, ut et audiret et recte loqueretur vs. 32 — 35.. Frustra plebi, quae miraculo interfuerat, silentium injunxit. Tanto enim magis illa rem divulgavit et inenarrabiliter portento attonita Jesu virtutem verbis celebravit vs. 36. 37..

V. 1. Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καί
τινες τῶν γραμματέων ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων.
2. Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς
χερσὶν [[τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνίπτοις]] ἐσθίοντας ἄρτον ἐμέμ-
ψαντο. (3. Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰου-
δαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθί-
ουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων,
4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθί-
ουσι, καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν,
βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκείων καὶ
κλινῶν.) 5. Καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ
οἱ γραμματεῖς· διὰ τί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπα-
τοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ
κοιναῖς χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον; 6. Ὁ δὲ ἀποκρι-
θεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας
περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται· οὗτος ὁ
λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤ-
ῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ. 7. Μάτην δὲ σέβονταί με, δι-
δάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. 8.
Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ κρατεῖτε τὴν πα-
ράδοσιν τῶν ἀνθρώπων. 9. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· κα-
λῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, ἵνα τὴν παρά-
δοσιν ὑμῶν στήσητε. 10. Μωϋσῆς γὰρ εἶπε· τίμα
τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καί· ὁ κακολο-
γῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω. 11. Ὑμεῖς
δὲ λέγετε· ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί·
κορβᾶν (ὅ ἐστι δῶρον), ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς.

12. *Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ,* 13. *ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε· καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.* 14. *Καὶ προςκαλεσάμενος πάλιν τὸν ὄχλον ἔλεγεν αὐτοῖς· ἀκούετέ μου πάντες καὶ συνίετε.* 15. *Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰςπορευόμενον εἰς αὐτόν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἐξ αὐτοῦ ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.* [16. *Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.*] 17. *Καὶ ὅτε εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὴν παραβολήν.* 18. *Καὶ λέγει αὐτοῖς· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰςπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι;* 19. *Ὅτι οὐκ εἰςπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα.* 20. *Ἔλεγε δέ· ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.* 21. *Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι,* 22. *κλοπαί, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη.* 23. *Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.*

V. 1. *Καὶ συνάγονται — ἀπὸ Ἱεροσολύμων*] ***et convenerunt ad eum Pharisaei et sacrarum literarum doctores nonnulli Hierosolymis profecti.***, non illi, opinor, ab Jesu ad epulas invitati, quemadmodum *Joh. Dav. Michaelis* interpretatur, sed, ut moti celebritate viri ac nomine eum inviserent. Nam hâc illos mente Hierosolymis in Galilaeam venisse Marcus indicare videtur. Sunt autem cum Jesu tum congressi, quum in ditione gennesareticâ versaretur [cf. 6, 53 sq.]. V. 2. *κοιναῖς χερσί, τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνίπτοις*] ***communibus manibus h. e. illotis.*** Recte videntur *Ludolphus Kusterus* ad *Millii* N. T. praefat. p. 5., *Valckenarius* l. l. p. 357. et *Was-*

senberghius Dissert. de glossis N. T. praemissâ Selectis e Scholis *Valckenarii* in N. T. T. I. p. 37. verba *τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνίπτοις* in glossae, quae e margine in ordinem irrepserit, suspicionem vocasse. Nam quanquam Marcus verba hebraica explicare solet lectoribus, ea tamen sic comparata sunt, ut eorum vis exterarum nationum homines fugere plane debuerit [cf. 3, 17. 5, 41. 7, 12 34. 15, 34.]. At *κοιναῖς χερσὶν* *communibus* i. e. *impuris manibus* non fuit ita recondita loquutio, ut *a Marco* exponenda esset. Certe neque Matthaeus 15, 11. interpretatione dignum judicavit verbum *κοινοῦν*, neque Lucas Act. 10, 14. et Paulus Rom. 14, 14. explanaverunt vocem *κοινός*. Sed *librariis* opus videbatur, et hîc et vs. 5. clarius verbum subjicere i. e. *ἀνίπτοις* haustum e vs. 3. *ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας*. Auget nostram suspicionem *τοῦτ᾽ ἔστιν*, quo nunquam Marcus in hebraicis v. enarrandis usus est, sed cujus loco dixit aut *ὅ ἔστιν* *quod est* i. q. *significat* [3, 17.], aut *ὅ ἔστ*, *μεθερμηνευόμενον* *quod significat*, *si interpreteris* [15, 34.], et quod cum *δηλονότι* aliisque vocibus inter indices glossematum est. Exstitit tamen verborum *τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνίπτοις* patronus *Wolfius* citatis his l. Act. 1, 19. Rom. 7, 18. 10, 6 sq. Philem. 12. Nimirum Act. 1, 19. obscurae graecis hominibus vocis *ἀκελδαμά* vis ostenditur, in reliquis autem ejusmodi formulae illustrantur, quarum ratio ut clarius enuntiaretur, Pauli consilium exigebat. Non sumus tamen vocc. *τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνίπτοις* expungere ausi, sed eo, ut vinculis illa circumdaremus, contenti fuimus. Non satis enim constat, utrum It. Colb. [*qui quum vidissent quosdam ex discipulis ejus non lotis manibus manducare panem*] *ἀνίπτοις χερσίν*, an *κοιναῖς χερσίν* expresserit. Quanquam illum *κοιναῖς χερσίν* liberius convertisse credibilius est. Eadem judicii ambiguitas pertinet ad Syrum [ܘܚܙܘ —— ܕܐܟܠܝܢ ܠܚܡܐ ܟܕ ܠܐ ܡܫܝܓܢ ܐܝܕܝܗܘܢ] Arabem polygl. et Erp. et Aethiopem. *ἐσθίοντας ἄρτον*] Libri sic discrepant, ut alii *ἄρτους*, quod vulgatur, alii *τοὺς ἄρτους*, alii *ἄρτον* sustentent. Recepi *ἄρτον*, quod res ipsa flagitat. Quippe viderunt

aliquando Pharisaei nonnullos discipulos impuris manibus *panem edere*, Brod essen, quod est ἐσθίειν seu φαγεῖν ἄρτον [Matth. 15, 2. Marc. 3, 20. Luc. 14, 1. 15.], non viderunt eos Brode essen, nec die Brode essen. Deinde firmat lectionem ἐσθίοντας ἄρτον vs. 5. ἐσθίουσι τὸν ἄρτον, ubi Articulus in re oculis expositâ et clare definiteque cogitatâ positus est, *huncce panem*, das Brod hier. ἐμέμψαντο] Hoc verbum in aliquot Cdc. omissum est et unus Cd. D. ejus loco exhibet κατέγνωσαν i. e. *accusaverunt*, *criminati sunt*. Tam hoc, quam illud damnarunt *Millius* Proleg. §. 1196., *Bengelius* et *Griesbachius* C. C. l. l. p. 118 sq., ut librariorum suspensam orationem moleste ferentium additamenta. Sed defendit ἐμέμψαντο *Matthaeius*. Et jure quidem. Nihil enim illi habuere, quo tuerentur causam pessimam, praeter illud unum, tenue sane et imbecillum, *interpretamenti* dico vel *correctionis speciem*. At vero quis credat, hujusmodi additamentum in permultos Codices et quidem *formâ prope eâdem* indutum potuisse irrepere? Nimirum si ἐμέμψαντο e correctione natum esset, alios Cdc. aliud glossema obsideret v. c. ἐνεκάλουν, κατηγόρουν, quibus v. h. l. utuntur Scholiastae apud *Matthaeium*. Quin fortasse ne idem quidem tempus omnes haberent, sed partim ἐμέμφοντο, partim ἐμέμψαντο praeberent. Restat, ut explicem, quibus ducti rationibus ἐμέμψαντο nonnulli librarii sustulerint. Nam quanquam aptissimum est ἐμέμψαντο, non ita tamen *visum* scribis, qui animadverterent, vs. 5. non reprehendi Apostolos, sed rem ad Jesum referri. Videlicet non reputarunt, μέμφεσθαι dici h. l. de re, quam tacitâ cogitatione, non verbis, vituperes. His victi argumentis a *Griesbachio* expulsum ἐμέμψαντο tanquam e fugâ retraximus. V. 3. Priusquam Marcus, quibus verbis indignati, quod impuris manibus Apostoli cibum caperent, Pharisaei et jure consulti Jesum corripuerint, persequatur vs. 5., quas sibi lustrationes Pharisaei ante coenam certâ lege injunxerint, lectoribus obiter explicat vs. 3. 4.. Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι] *nam Pharisaei et omnes* (omnino) *Judaei* np. qui τῆς παραδόσεως [הַמַּסֹּרֶת] praeceptis obsequebantur. Nam Sadducaei paucique alii Judaei

illa nihil curarunt [cf. *Grotius*]. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας] Si corruptum sit πυγμῇ, quod equidem posito pignore affirmare nolim, certe ex iis subsidiis, quae hucusque collata sunt, vera lectio redintegrari nequit. Nam quod unus Cd. πυγμήν, alter πυγμή, Cd. D. πυκμῇ jactat, aberranti calamo tribuendum est. Errant, qui Cd. D. librarium πυκνῇ exarare voluisse credunt, ut id idem sit, quod πυκνά s. πυκνῶς, *Erasmus* et *Beza*. Non enim, ut σιγῇ, σιωπῇ, παῤῥησίᾳ, κομιδῇ et similia vim habent Adverbiorum, ita πυκνῇ quoque aut invenitur usquam, aut inveniri potest pro πυκνά. Quin ne πυκνά quidem, si in uno alterove libro exstaret, ita nobis placeret, ut a Marco profectum esse suspicaremur. Nam quum duo Graecis significet πυκνά (= πυκνῶς), *saepe* et *valde*, prior vis ab h. l. abhorret (in promtu enim est, Marcum non hoc dicere, Pharisaeos *saepe*, per intervalla, antequam cibum caperent lavare manus consuevisse, sed purgare eos unâ lotione ante coenam manus seu *gnaviter* seu alio quodam modo solitos esse, ut vel πυγμῇ, vel si quod aliud latet vocabulum ad rationem, quâ lotionem Pharisaei peregerint, referri debeat), posterior a nostrorum scriptorum usu, in quibus πυκνά nunquam *enixe* sed ubivis *saepe*, etiam Luc. 5, 33., denotat. Et quî tandem, si Marcus ἐὰν μὴ πυκνὰ νίψωνται τὰς χεῖρας exhibuerat, notissima vox πυκνά in tot libris in πυγμῇ corrumpi potuerit? Itaque in hâc disputatione valde dissentio a *Davide Schulzio*, V. Cl., qui in tertiâ N. T. *Griesbachiani* editione [Berolini 1827.], cujus nunc demum copia nobis facta est, ad h. l. haec scripsit: „Haud dubie falsa recepta. *Pugno lavare manus*, nescio, an nemo dixerit. In N. T. nusquam usu venit πυγμή, sed πυκνά, quod h. l. multum praeferas, Luc. 5, 33. ubi de simili Judaeorum superstitione νηστεύουσι πυκνά· si fasten *tüchtig (?)* s. häufig.“ Neque facilius quidquam e veteribus translationibus erui potest. *Cantabrig. nisi primo laverint manus.* S. Germ. I. *nisi prius crebro lavent manus.* Vulgat. *nisi crebro* [Ver. *subinde.* Goth. *ufta* i. e. *saepe.* Verc. *moment* :. Corb. Vind. Colbert. *pugillo*] *laverint manus.* Syrus vetus et philox. ܒܚܦܝܛܘ i. e. *studiose, diligenter.* Ex

hoc dissensu nihil sane, nisi hoc, discas, in voce πυγμῇ enarrandâ jam antiquitus interpretes valde laborasse. Obiter moneo, minus accurate vulgo dissensionem ita notari a Criticis: „*primo* Cant. *prius crebro* Germ.“ Non enim Cantabrig. πυγμῇ reddidit *primo*, sed conversis tantummodo verbis ἐὰν μὴ νίψωνται τὰς χεῖρας *nisi primo laverint manus* plane reticuit πυγμῇ, ejus difficultatem abominatus. Item Germ. I. non convertit πυγμῇ *prius crebro*, sed unâ voce *crebro*. Quippe verbis *nisi prius lavent manus* vocc. ἐὰν μὴ νίψωνται τὰς χεῖρας exprimuntur. Sed videamus, quibus modis πυγμῇ vel expositum fuerit ab interpretibus, vel exponi debeat. Pervetus ea est interpretatio, qua πυγμῇ valere *usque ad cubitum* sumitur. *Euthymius* ad Matth. 15, 1. — ἔστι δὲ πυγμῇ νίπτεσθαι τὸ νίπτεσθαι μέχρι τοῦ ἀγκῶνος. *Theophylactus* ad n. 1.: — οὐ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται νίπτεσθαι πυγμῇ, τουτέστιν ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος· πυγμὴ γὰρ λέγεται τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος ἄχρι καὶ τῶν ἄκρων δακτύλων. Laudant hanc enarrationem eo nomine, quod Judaeorum in lavandis manibus ceremoniis apprime consentanea sit. Ita enim illos manum et brachium unâ eademque lotione lustrare consuevisse, ut affusam a ministro [2 Reg. 3, 11.] aquam cavâ manu exciperent, deinde sublatis manibus, ut usque ad cubitum deflueret, efficerent [vid. S. V. *Rosenmuelleri* altes u. neues Morgenland T. V. p. 136 sq. cl. *Buxtorfio* Lex. talm. p. 1335. s. v. נְטִילָה]. Sed ita est illa interpretatio comparata, ut intelligendi facultatem nullam graece sentienti afferat. Nam quanquam πυγμή non tantum *pugnum*, sed etiam *spatium a cubito ad digitos clausos* significat [cf. *H. Stephanum* in Thes.], tamen hoc modo de illius spatii mensurâ, quae sex digitis brevior est, quam cubitum, non de corporis parte, quae ejus spatii est, usurpatur. Et si hâc vi πυγμή poneretur, neminem tamen verbis ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας hanc subesse sententiam: *nisi usque ad cubitum laverint manus*, vel conjectando contendere deceret. Hoc enim pacto sic dicendum Marco fuerat: ἐὰν μὴ τὴν πυγμὴν νίψωνται. Non minus vitiosa *Hammondi* est, *Lightfooti* et *Heupelii* explana-

tio, qui quum Judaeos lavare manus usque ad *τὸν καρπόν* solitos fuisse memoriae proditum esse vidissent [Cholin. fol. 106. *Tradunt Rabbini: lotio manuum* לחלין עד הפרק *in rebus impuris usque ad carpum pertinet*] *πυγμῇ* idem valere voluerunt, quod עַד הַפֶּרֶק h. s.: *nisi usque ad carpum laverint manus*. Sed enim neque *πυγμή carpum* designat, neque *πυγμῇ usque ad carpum* declarare potest. Praeterea in locis rabbinicis, quibus utuntur, non de lotione ante coenam, ut in Marco, sed de lustratione vel post contractas sordes, vel in templo ante sacra agitur. *Wetstenius* praeceptorum rabbinicorum, quibus quartarius aquae manibus unius hominis lavandis destinatur [Schabbat f. 82], ratione habitâ *πυγμῇ* interpretatur *quantam pugnus capiat, aquâ* i. e. *aquae sextario*, astipulatorem nactus *Rosenmuellerum*. Verum ita certe *πυγμῇ ὕδατος* scriptum oportuerat, non illud nudum et ambiguum *πυγμῇ*. *Bretschneiderus* Lex. II. p. 367., ubi *πυγμή* permire a verbo *πύζω*, quod equidem plane ignoro, tanquam ab ultimâ stirpe repetit, aut aramaici Evangelii interpretem graecum male confudisse vel אֶגְרוֹף *pugnus* [Exod. 21, 18.] et אֲגָנוֹת [*Buxtorf.* Lex. talm. p. 22.] *phialae* (non *phiala*), vel זַרְתָּא *spithama*, deinde *pugnus* [*Buxtorf.* l. l. p. 694.] et מִזְרְקָא *pelvis* [*Buxtorf.* l. l. p. 694.], aut mendum subesse libri aramaici, quo usus fuerit Marcus, suspicatur. Temerarium sane et levem *Bretschneiderus* nobis narravit interpretem, qui talia commiscere potuerit parumque prudentem Marcum, qui aramaici libri mendum, quanquam omni sensu destitutum, secure expresserit. Praeterea illud firmis argumentis *Bretschneidero* ostendendum antea fuerat, Marcum vel aramaicâ linguâ suum librum composuisse graeceque eum ab alio homine deinde conversum esse, vel, quum graecâ ille linguâ uteretur, ab aramaicorum librorum auctoritate pependisse. Quanquam istiusmodi consilia viri sunt nodum secantis, quem expedire nequeat. Haec tam litigiosa tamque plena concertationum disputatio felicem statim exitum haberet, si demonstrari posset, Dativum *πυγμῇ* apud seriores scriptores vim habuisse Adverbii *sedulo*, *gnaviter*. At enim nullo licet hanc rem loco confirmare, nisi Epiphanii adv.

Haeres. lib. I. Haeres. 15. init. ed. *Petav.* p. 32. *Μετὰ τούτους τοὺς Σαδδουκαίους Γραμματεῖς γεγόνασιν — —, οἵτινες ἦσαν δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι — — —, π υ γ μ ῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, π υ γ μ ῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχόμενοι.*, ex quo l. argumentari non concessum est idcirco, quod a Marco Epiphanius suam jureconsultorum judaicorum descriptionem mutuam sumsit. Nihil igitur restat, nisi ut *πυγμῇ* reddamus *pugno*, non eo quidem sensu, quo sumsit *Jos. Scaliger* in elencho Trihaeresii cap. 7., ad manus formam *πυγμῇ* referens, h. r.: *nisi facto pugno* (np. in tollendis manibus, ut aqua ad cubitum deflueret; cf. supra) *manus laverint* (nam ad talem rem enuntiandam majore opus erat verborum perspicuitate), neque quo *Grotius* accepit: *nisi facto pugno* (scil. ut manum in pugnum compositam alterâ eaque cavâ manu fricarent) *laverint manus* (hoc enim pacto nemo non haec v. desideraverit: *ἐὰν μὴ τ ῇ π α λ ά μ ῃ νίψωνται τ ὴ ν π υ γ μ ή ν*), sed quo *Beza* interpretatus est: *nisi pugno manus laverint* i. e. sic, ut manum contractâ in pugnum manu fricent h. e. ad sensum *diligenter*, quemadmodum Syrus convertit. Ac non video, quidni recte dicatur *πυγμῇ νίπτεσθαι τὰς χεῖρας* hoc sensu: *s t u d i o s e sibi manus lavare*, quum sordes ab eo accuratissime expurgentur, qui pugno eas defricet et abstergat. Ceterum *Kuinoelius*, quum voci *πυγμῇ* hunc sensum subjectum esse, ut denotet *accurate*, *sedulo*, recte intellexisset, ut hanc vim *πυγμῇ* habere ostenderet, eam est consilii viam ingressus, quam nec ante eum quisquam iniit, nec post eum quenquam credo initurum. Quo magis miror, quod *Wahlius* Clav. p. 859. a *Kuinoelii* partibus stare non dedignatus est. Nam postquam *Kuinoelius* eam rationem, quâ unâ recte potest iste sensus e voce *πυγμῇ* elici, *ineptam* vocavit, in hunc modum argumentatur. Dici passim *homines robustos* a Rabbinis בעלי אגרופין (h. e. proprie *domini pugnorum* i. q. *homines p u g n o v a l e n t e s*, *a d d e p u g n a n d u m i d o n e i* cf. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 483.). Hinc apparere, *πυγμῇ* declarare *fortiter*, *accurate*, *sedulo* [*!!!*]. Quae si vera sit disputatio, inde, quod Latini

manu fortem appellant contracto certamine strenuum, *manu* significare *fortiter* et *accurate*, recte cogetur. *κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων*] *pertinaciter tenentes magistrorum per manus tradita placita.* Permire sane dictum est *κρατοῦντες τὴν παράδοσιν* h. s. *pertinaciter tenentes*, sed usui loquendi in N. T. convenienter, 2 Thess. 2, 15. V. 4. *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι*] *et a foro quum venerint* (= post negotia forensia), *nisi corpus laverint, non edunt.* Ita communi judicio hunc l. explicuerunt *Beza* et *Grotius.* Rectissime. Et priora quidem v. *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς* jam antiquitus ii vere intellexerant librarii, qui post ea vel *ὅταν ἔλθωσιν*, vel *ἐὰν ἔλθωσιν* inculcarunt. Sunt iis illustrandis talia loca admovenda: Hom. Il. 8, 53. *Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ ῥίμφα κατὰ κλισίας, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο* i. e. *ἀπὸ δ' αὐτοῦ γενόμενοι.* Theophr. Charact. 16. *περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ* i. q. *ἀπὸ ἱεροῦ γενόμενος.* [cf. *Elsner.*, *Kypke*, *Loesner* ad h. l. et *Bos.* ellips. p. 158.] Sed dubito huc referre Sirac. 31, 25. ed. *Breitinger.* *βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ τί ὠφέλησεν ἐν τῷ λουτρῷ αὐτοῦ;* quum hanc vocem sic explicandam esse videam *qui lavatur a mortuo* (= a sordibus mortui) *et rursus mortuum contrectat quidnam suo effecit lavacro?* Sed duobus vitiis eam, quam probavimus, explicationem affectam esse sibi persuasit *Kuinoelius.* „Jam supra, inquit, v. 3. notaverat Evangelista, Pharisaeos, priusquam cibum caperent, manus lavare solere, ergo per se intelligebatur, eos etiam e publico reversos, priusquam cibum caperent, *manus lavare.*" Hoc quidem argumentum non nostrae interpretationis, sed eorum esse explicationis dissolvendae, qui perperam sic enarrant *et a foro reversi*, *nisi manus laverint*, *non edunt* in promptu est. Tantum autem abest, ut e nostrâ ratione vs. 4. *ταυτολογίαν* inferat, ut ad superiorem quandam rem scriptor in eo conscendat. Pharisaei, inquit Marcus, secundum *τῆς παραδόσεως* praecepta non edunt panem, nisi diligenter lotis manibus (vs. 3.). Et a foro quando venerint, plus etiam faciunt. Nempe, nisi *corpus laverint,* cibum non capiunt (v. 4.).

Hoc igitur recte, gradationem potius, quam *ταυτολογίαν* versum 4. habere, cetera importune contendit *Winerus* gr. p. 105.. Ita enim illa v. interpretatur: *quin (?) ubi a foro venerint, nisi manus laverint (?), cibum non capiunt* = *quin contrectatis eduliis, quae inquinare nequeant, lavant manus:* sogar wenn sie unmittelbar vorher mit Esswaaren, welche doch nicht verunreinigen können, zu thun gehabt haben, waschen sie sich (??). Imo Pharisaeis e foro reversis corpus lavandum esse videbatur idcirco, quia verendum esse putarunt, ne in publico obversati foediores sordes vel imprudentes concepissent, quum aut in immundum hominem ignari incidissent, aut incautius impurissimam rem tetigissent. Deinde antiquam memoriam, quae Pharisaeos e publico reversos corpus lavare ante epulas consuevisse doceat, exstare negat *Kuinoelius*. Nam Chagiga fol. 18, 1. de coenâ *post sacrificium* agi. Videlicet quod *Kuinoelius* requisivit antiquitatis testimonium, in ipso est N. T., Luc. 11, 37. 38.. Binae nunc mihi sunt verborum *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι* interpretationes explodendae, tum eorum, qui sic vertunt *et a foro quando venerint, nisi manus aquae immerserint, non edunt*, *Lightfooti* et *Wetstenii*, tum *Kuinoelii*. Illorum ratio explicandi non cadit in verba graeca: exspectaris hoc pacto potius *ἐὰν μὴ βαπτίσωνται τὰς χεῖρας*. Nudum illud *ἐὰν μὴ βαπτίσωνται* non aliter potest, quam sic exponi: *nisi se immerserint* i. q. *corpus laverint*. *Kuinoelius* autem post alios verba ita struenda esse putavit *καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς οὐκ ἐσθίουσι, ἐ. μ. β.* *nec res in foro emtas edunt, nisi eas abluendo purgaverint.* Verum sane est, *τὴν ἀγορὰν* etiam *res ad victum necessarias, quae in foro vendantur*, significare. Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 21. *οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι] διάφορα δηλοῖ ἡ λέξις· νῦν μὲν τὴν ἐκκλησίαν, ὅθεν ὁ Νέστωρ ἀγορητής, καὶ τὸν τόπον ἔνθα πιπράσκεται τὰ ὤνια, καὶ αὐτὰ τὰ ὤνια σημαίνει.* Thucyd. 6, 44. *καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἡθροίζοντο, καὶ ἔξω τῆς πόλεως, ὡς αὐτοὺς εἴσω οὐκ ἐδέχοντο, στρατόπεδόν τε κατεσκευάσαντο ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ, οὗ αὐτοῖς καὶ ἀγορὰν παρεῖχον, καὶ τὰς ναῦς ἀνελκύ-*

σαντες ἡσύχασαν. [cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. Vol. I. p. 39 sq.] Nihilominus inepta est ea interpretatio et ad verba graeca: nequit enim consistere ob v. ἐὰν μὴ βαπτίσωνται (cf. supra), quae prave sic intellexerunt *nisi sibi laverint cibos*, quasi βαπτίζειν sit *lavare*: et ad sententiam. Nam ut emti in foro cibi lavarentur, non superstitiosi Pharisaei curarunt tantummodo, sed mundi homines et qui non sordibus delectarentur omnes. Ceterum ῥαντίσωνται h. e. *lustraverint*, quod pauci Cdc. pro βαπτίσωνται jactant, *glossema* est, quod male negat *Matthaeius*. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν] Notandus h. l. est *Winerus*, quia gr. p. 135. Infinitivum κρατεῖν *de imposito officio* locatum esse affirmavit, qui usus, ut demonstrari possit vereor. Indicat *Infinitivus* h. l. *consilium*, ut saepissime [Eurip. Jon. v. 99. *Herm.* — στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ', ἀγαθῶν φήμας ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν μαντεύεσθαι γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν. cf. *Winer.* gr. p. 134. 4.]: *et alia multa sunt, quae a majoribus acceperunt, ut firmiter tenerent.* βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν] Vocc. ξέστης, quod proprie latinae originis est, i. q. *sextarius*, notans *vas sextarii capax*, et quod in linguam talmudicam translatum sonat קִסְטָא [cf. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 2076.], h. l. omnino declarat *vas*, sive sextarium capiat, seu minus. Pocula autem et vasa, quae hic commemorantur, lignea fuerunt. Mirabilis est *Erasmi* annotatio, ξεστῶν a ξεστόν derivantis idque *urceum torno politum* interpretantis. Tale enim Substantivum ξεστόν plane inauditum est. καὶ χαλκείων] Vulgo χαλκίων. Difficilis est inter hoc et illud electio, quum utrumque, ut alias hujusmodi formas, eodem sensu [*aeramentum*] veteres dixisse videantur. Jul. Pollux 10, 17. Εὔπολις ἐν ταξιάρχοις· ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον ἔν τι τῶν λουτηρίων —. cl. c. 24.. Contra c. 26. καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη (οἰνοχόην et λυχνίον) χαλκίδια καὶ χαλκεῖα καλεῖ (Hermippus), ὡς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα. χαλκίον proprie est Deminutivum v. χαλκός, ut χρυσίον vocis χρυσός, sed χαλκεῖον derivatur a χαλκεύς *faber ferrarius*, ut sit *vas aeneum.* Praetuli χαλκείων, quum haec forma exstet LXX. 2 Par. 35, 13. Job. 41, 22.. Consulto

Marcus nullam de vasis testaceis mentionem fecit. Haec enim polluta non lavabantur, sed confringebantur [Levit. 15, 12.]. *καὶ κλινῶν*] Lecti dicuntur non ii, quo eas cubitum, sed triclinares, ut supra 4, 21.. V. 5. *καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτόν*] Dissentiunt libri, quorum alii *καὶ ἐπ. α.*, alii *ἔπειτα ἐπερ. α.*, alii *εἶτα ἐπερωτῶσιν αὐτόν* suppeditant. Recte mihi videor *καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτόν* probasse. Namque hoc habet et simplicitatis et antiquitatis commendationem; *ἔπειτα* et *εἶτα*, quorum ipsa inconstantia suspecta, sunt scribarum depravationes, vel ob alia factae, vel illatae in eum primum Codicem, *ubi defuisset* *ἐμέμψαντο* v. 2., quod si desit, parum jam convenit *καί*. Notum est enim loquendi genus, quo *ἔπειτα* et *εἶτα* post Participium infertur Hom Il. *Ξ* v. 222. *Ὡς φάτο· μείδησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη· μειδήσασα δ' ἔπειτα ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ.* Lucian. De merc. Cond. c. 16. — *οἰκτείρεις σεαυτόν, ὡς τὸ μηδὲν ὢν εἶτα ζῆν ὑπολαμβάνεις.* Virgil. Aen. 2, 391. — sic *fatus deinde* comantem Androgei galeam clypeique insigne decorum induitur. vid. *Heindorf.* ad Plat. Phaed. c. 89. p. 150. et *Hermann.* ad Viger. p. 772.. Sic h. l. v. *ἰδόντες* — *ἔπειτα* s. *εἶτα* cohaererent, si vs. 2. *ἐμέμψαντο* adulterinum esset. Permire igitur *Griesbachius* C. C. l. l. p. 119., quum vs. 2. *ἐμέμψαντο* abjecisset, tamen vs. 5. tuitus est *καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτόν*. — *οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων*] i. e. *vitam non dirigunt ad doctorum placita per manus tradita*, e pervulgato Hebraismo [Rom. 8, 4.]. *ἀλλὰ κοιναῖς χερσίν*] Variant Cdd. *ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσίν* — *ἀλλὰ κοιναῖς χερσίν* — *ἀλλὰ κοιναῖς χερσὶν ἀνίπτοις*. Vera lectio est *ἀλλὰ κοιναῖς χερσίν*, altera *ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσίν* e vs. 3. *ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας* efficta. Probarunt *ἀλλὰ κοιναῖς χερσίν* *Grotius*, *Millius* Proleg. §. 403., *Bengelius* et *Griesbachius* l. l. p. 119 sq., in hoc illi, opinor, falsi, quod *ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσίν* e vs. 2. invectum esse putarunt, ubi si recte suspecta nobis visa sunt vocc. *τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις*, non licebit porro ad confirmandam scripturam *ἀλλὰ κοιναῖς χερσίν* *Griesbachii* argumento uti: ob id ipsum Marcum vs. 2. explanasse vim vocabulorum

κοιναῖς χερσὶν, ut vs. 5. salvâ perspicuitate afferre posset verba, quae in hâc re Pharisaeis essent solemnia. Est igitur hujus l. v. 1 — 5. e nostrâ sententiâ haec conditio: *et convenerunt ad eum Pharisaei et jureconsulti nonnulli, Hierosolymis profecti. Et quum nonnullos ex ejus discipulis impuris manibus panem edere vidissent*, *apud animum suum rem vituperaverunt. (Pharisaei enim et omnes omnino Judaei, nisi diligenter lotis manibus, cibum non sumunt, pertinaciter tenentes magistrorum, quae per manus traduntur, praecepta. Et a foro quando venerint, nisi corpus laverint, non edunt: et alia multa sunt, quae observanda acceperunt, lustrationes poculorum et vasorum, et aeramentorum et lectorum.) Et interrogarunt eum Pharisaei et jureconsulti: cur tui discipuli vitam non accommodant ad magistrorum quae per manus propagantur placita, sed impuris manibus comedunt huncce panem?* — V. 6. *ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν*] Haec v. in *Cantabrig.* sic convertuntur: *quia bene prophetavit Esaias de vobis hypocritis* np. ob id ipsum mei discipuli vestra magistrorum praecepta migrant (v. 5.). Sed hoc tam *ἀσύστατον*, quam quod maxime. Bene plerique interpretes perspexerunt, ὅτι h. l., ut saepissime, ipsa alicujus verba sequi, indicare: *praeclare vaticinatus est Jesajas de vobis pietatis simulatoribus. προεφήτευσεν*] Nonnulli Cdc. *ἐπροφήτευσεν* tenent, ut Matth. 7, 22. 11, 13. 15, 7. Luc. 1, 67. Joh. 11, 51. Act. 19, 6. [Jud. 14. sine ullâ varietate *προεφήτευσε*]. Hinc *Dav. Schulzius* l. l. Praef. XLV. et ad Matth. 7, 22. verendum esse ait, ne ubique hae formae restitui debeant. Ac potuerant sane N. T. scriptores *ἐπροφήτευσα* non minus effingere, quam posteriore tempore alii barbare formarunt *περιεσσευσεν* [vide Phrynichum ed. *Lobeck.* p. 28.]. Sed quominus id credam, illud maxime obstat, quod unum tantummodo, neque id numerosum, genus Cdc. *ἐπροφήτευσεν* et similia propinat. Sunt autem hi Cdc.: BDLZ 1. 13. 33. 124. Mt. c.. Quamobrem formae *ἐπροφήτευσα* foeditatem in Grammaticomastigas potius conjiciam, perpetuo usu sancitum *προεφήτευσα* ut linguae legibus repugnans abominatos, quippe quod non e praeverbio,

et verbo simplici compositum, sed a voce προφήτης natum esset [cf. *Buttmanni* ausf. gr. Sprachl. T. I. p. 343.]. ὡς γέγραπται] Jes. 29, 13.. Hic l. ita a Marco laudatur, ut *Matthaeus* 15, 8. 9. eum e LXX. attulerat [vid. ibi not.]. Hoc unum interest, quod Marcus dixit οὗτος ὁ λαός, Matthaeus cum LXX. ὁ λαὸς οὗτος, quod ipsum ex his fontibus B. D. paucique alii Marco obtrudere conati sunt. Iidem fere jactant ἀγαπᾷ pro τιμᾷ et ἀφέστηκεν s. ἄπεστιν pro ἀπέχει, quae nihili esse apparet. V. 7. διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων] Haec v. Marcus, ut Matthaeus l. l., sic intellecta voluit: *quum doctrinas tradant, hominum dico placita.* Non igitur Anonymi conjecturae apud *Bowyerum* διδάσκοντες διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων gratia conciliatur ex It. Colbert. et Vulg. [*docentes doctrinas et praecepta hominum*], et multo minus e l. Coloss. 2, 22. — κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. V. 8. Esse ex hoc vs. aliquod mendum tollendum, tum sententiae perversitas, quam postrema ejus pars continet, tum magna docet librariorum in eo constituendo dissensio. Vulgo ita habet: ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Verba ἀφέντες — τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων unus Cd. omittit, alii ea obliterato γὰρ ad finem versus rejiciunt. Item vocc. βαπτισμοὺς ξεστῶν — πολλὰ ποιεῖτε in nonnullis libris praetermittuntur. Summa est autem librariorum in verbis καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε discordia. Sic enim variant: καὶ ἄλλα παρόμοια, ἃ ποιεῖτε τοιαῦτα πολλὰ — καὶ ἄλλα παρόμοια πολλὰ ποιεῖτε — καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ παρόμοια ποιεῖτε — καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα ποιεῖτε πολλά — καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα ποιεῖτε — καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλά — καὶ ἄλλα παρόμοια πολλὰ αὐτοῖς ποιεῖτε — καὶ ἄλλα προσόμοια τούτοις πολλὰ ποιεῖτε — καὶ πολλὰ παρόμοια τούτοις. Tanta autem in ultimis v. scripturae diversitas eo magis mira videtur, quod infra vs. 13. nulla est Cdc. discrepantia, nisi quod pauci pro τοιαῦτα πολλὰ praebent πολλὰ τοιαῦτα et Cd. D. τὰ αὐτὰ πολλά

(sic.). Jam prima versus v. ἀφέντες γὰρ — τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων nemo sollicitabit. Sunt enim plane necessaria. Nam quum Jesus Jesajam de Pharisaeis cecinisse affirmasset, quum hanc sententiam enuntiaverit *temere me simulatorum colit natio, qui verbis me honorant, sed alienissimum a me animum gerunt, quum humana commenta tradat*, illud merito exspectabatur, ut Jesus quadrare in Pharisaeorum mores Jesajae vocem demonstraret. Hoc fecit verbis ἀφέντες γὰρ — — τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, quibus Pharisaeos neglectis Dei praeceptis totos esse hominum placitis emancipatos contendit. Gravi autem in his Jesus et oratione utitur et oppositione: ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων *nam repudiatâ Dei praeceptione hominum quae per manus traduntur placita mordicus tenetis.* Sed in eo aliquis ambigat, utrum turbas in v. ἀφέντες γὰρ — — τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων illud excitaverit, quod librarii ab ἀνθρώπων v. 7. ad ἀνθρώπων v. 8. defecissent, ut *Wetstenius* putavit, an aliud. Errare *Wetstenium* ex iis intelligetur, quae deinceps dicentur. Ad ingentem Cdc. discrepantiam in v. βαπτισμοὺς ξεστῶν — τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε nullus Criticus animum advertit praeter *Bezam* et *Kuinoelium.* Ille germanam lectionem a Syro conservatam esse existimat καὶ πολλὰ παρόμοια τούτοις. Decipitur. In promtu est enim, lectiones, quae Dativum habent τούτοις vel αὐτοῖς, ex eorum correctione manasse, quibus ποιεῖτε offensioni merito fuisset. Si genuina essent vocc. βαπτισμοὺς ξεστῶν — πολλὰ ποιεῖτε, vel βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ ἄλλα παρόμοια πολλὰ ποιεῖτε, vel βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε scribendum esset. Non enim utrique voci ἄλλα et τοιαῦτα locus est. Sed bene vidit *Kuinoelius*, v. βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε, ut librariorum additamenta e vs. 4. et 13., delenda omnia esse. Nam primum quidem permiro sane casu accidisset, ut haec versus pars cum v. 4. et 13. ad verba conspiraret. Deinde, si ea pro spuriis habueris, posteriorum verborum καὶ ἄλλα παρό-

μοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε discrepantia facile explicari potest. Postremo, quod summum est, ultima v. *καὶ ἄλλα π. τ. π. ποιεῖτε* etiam atque etiam inepta sunt: *nam antiquatâ Dei lege hominum commenta tenetis, vasorum et poculorum lotiones, et alia similia hujusmodi multa facitis(!!).* Quivis enim intelligit, v. *καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε* idonea esse vs. 13., ubi illustre Pharisaeorum perversitatis exemplum Jesus attulerat v. 11 sq., non h. l., ubi, si sincera sint vocc. *βαπτισμοὺς ξεστῶν κ. τ. ἑ.*, ea, cujusmodi esset *ἡ παράδοσις τῶν ἀνθρώπων*, unde Pharisaei penderent, *per appositionem* constituere debeant. Quare existimo, librarios primum *βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων καὶ ἄλλα παρόμοια πολλά* e vs. 4. et 13. ad v. *τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων* in margine notasse; hoc autem verbis vs. 13. mox temere exaequatum alios post *τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων* v. 8., quo pertinebat, alios v. 7. post *ἐντάλματα ἀνθρώπων* in ordinem male intulisse. Quo facto vocc. *ἀφέντες — τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων* aut expuncta sunt, aut locum necessario mutarunt. Frustra aliquis objiciat, deletis v. *βαπτισμοὺς ξεστῶν — ποιεῖτε* versibus 8. et 9. eandem sententiam subjectam esse. Neque enim nihil est discriminis. Nam prius dicitur, quid faciant Pharisaei (v. 8.), tum, quam id male faciant (v. 9.). — V. 9. *καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ*] *Euthymius: κατ' εἰρωνείαν τοῦτό φησιν.* Ita etiam recte statuerunt *Beza, Vatablus, Castalio, Glassius* philol. s. p. 908., *Heupelius*, *Rosenmuellerus*, *Reichardus*, *Stolzius*, *Kuinoelius* al.. Solemnis est vocis *καλῶς* in ironiâ usus. Aristoph. Av. v. 139. *καλῶς γέ μου τὸν υἱόν, ὦ Στιλβωνίδη, εὑρὼν ἀπιόντ' ἀπὸ γυμνασίου λελουμένον, οὐκ ἔκυσας, οὐ προςεῖπας, οὐ προςηγάγου, οὐκ ὠρχιπέδησας, ὢν ἐμοὶ πατρικὸς φίλος.* Demosth. Philipp. III. T. I. p. 128. *Reisk. καλήν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν αὐτούς — καλὴν γ' ὁ δῆμος ὁ Ἐρετριέων, ὅτι — Κλειτάρχῳ ἐνέδωκεν αὐτόν· — καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο κ. τ. ἑ.*. Nihil huc facit scholiastae annotatio ad Aristoph. Ran. v. 915., quam *Grotius* et *Wetstenius* excitaverunt. *καλῶς*] *ὅτι καὶ νῦν τὸ καλῶς ἐπὶ παραι-*

τήσει· ἀποστρεφόμενος δὲ καὶ παραιτούμενος ὁ Εὐριπίδης λέγει τὸ καλῶς. Loquitur enim schol. de eo usu v. καλῶς, quo, ut Latinorum *recte*, declarat *gratia est* i. e. *nolo*. Quemadmodum Graeci καλός, ita Latini *praeclarus* in ironiâ frequentant. Cic. Verr. 1, 14, 42. *O commemoranda judicia praeclaramque existimationem nostri ordinis.* De Amic. 13, 47. *O praeclaram sapientiam.* Sed qui Theologi ironiae usum a legati divini gravitate abhorrere sibi persuaserant, miris modis nostrum locum vexarunt. *Heumannus* verbis καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ —; percontationem contineri putavit: *num pulchre* (i. e. jure) *praecepta divina aboletis —?* Hanc *absurdam* rationem praeiverant Ar. polygl. et Aethiops. Pejus etiam alii sic distinxerunt: καλῶς (np. ποιεῖτε)· ἀθετεῖτε —. (!!) cf. *Koecherus* in Anal. ad h. l.. *Wackefieldius* Sylv. Crit. P. 1. p. 161. καλῶς h. l. valere *valde* contendit, quia ad Theocriti Idyll. III. v. 3. Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας, καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· Scholiasta dicat τὸ καλόν, ἀντὶ τοῦ λίαν [item Soph. Oed. Tyr. v. 1001. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς. Glossator Augustanus καλῶς interpretatur πάνυ], et Plautus Mil. glor. 2, 4, 50. (nempe *comice*) sic loquutus sit: *Resipisce; si ad herum haec res pervenerit, peribis pulchre.* Sed si usu sancitum erat καλῶς φιλεῖν *impense amare* et καλῶς εἶναι δῆλον [cf. Aristoph. Lysistr. v. 919. Ἥ τοι γυνή φιλεῖ με, δήλη 'στὶν καλῶς], non illico sequitur, recte potuisse καλῶς ἀθετεῖν h. s. poni, ut *valde abolere* notaret. Deinde, ut hoc ultro largiar, nervos, quos hic l. habere debeat, *Wackefieldii* consilio incidi et elidi quivis facile sentiat. Pharisaeos antiquatis Dei praeceptis humana commenta amplexari jam v. 8. Jesus satis indicaverat. Restabat, ut hujus studii perversitatem increparet. *Christianus Fredericus Fritzsche*, pater carissimus, in *Keilii* et *Tzschirneri* Analectis Fasc. I. p. 100 sq. enarrat: *perite abrogatis praecepta divina* (in der Kunst, das göttliche Gesetz aufzuheben, habt ihr es weit gebracht), *Winerus* autem ab eo dissentiens in *Zimmermanni* Monatsschrift für Predigerwissenschaften T. II. Fasc. III. p. 263.

interpretatur: *sollerter admodum divina praecepta abo-letis.* Neuter ironiae scopulos satis feliciter praetervectus est. Nam neque peritiam, neque sollertiam Pharisaeorum in Dei praeceptione antiquandâ collaudare Jesus ex animi sen-tentiâ poterat, quod utique fecerit, quocunque illi orationem suam flexerint. Non autem assequor, quidni vel Dei legatus recte utatur sarcasmo [de quo vid. Quinctil. Inst. Orator. 8, 6. Charis. l. 4. p. 247. *Putsch.*] et ironiâ [quam etiam *dissimulationem* veteres vocarunt et quae Quinctiliano schema est ejusmodi, in quo contrarium ei, quod dicitur, intelligen-dum est; vid. Quinct. Inst. Orator. 9, 1. 2. cl. 6, 3. et Cic. De Orat. II, 67.], quum saepe fieri debeat, *ut tali tantum-modo orationis conformatione animi sensa apte exprimas,* quemadmodum *percontatio*, *admiratio* et cetera orationis σχή-ματα suo loco et tempore suo unice apta sunt. Quocirca vel Dei legato sarcasmum et ironiam concedo, modo ne his dicendi figuris abutatur, ut homines proterve laedat. Alio-quin enim non modo legatus divinus, sed ne bonus quidem vir existimabitur. Hoc quidem loco aptissima est ironia ad *justam* Jesu de Pharisaeorum improbitate *indignationem* enun-tiandam. *Praeclare*, inquit, *divinam legem evertitis*, *ut vestra, quae per manus traditis, decreta stabiliatis.* Deni-que moneo, ne tum quidem, si in Evangeliis sarcasmi inve-nirentur, qui merito displicerent, ab interprete quemquam recte postulaturum, ut eos interpretando aboleat. Nemo enim definire audeat, utrum Jesus singula verba quo scriptores narrant modo pronuntiaverit, an vero minus. ἵνα τὴν παρά-δοσιν ὑμῶν στήσητε.] Reposui στήσητε, a *Griesbachio* C. C. l. l. p. 120. recte commendatum pro τηρήσητε, quod est *glos-sema* v. στήσητε. Nequit enim alterum, στήσητε, pro inter-pretamento haberi. Planius enim τηρήσητε, quam στήσητε librariis videri debebat. *Correctionem* autem στήσητε vel idcirco esse nego, quia ἀθετεῖν et τηρεῖν satis bene ad se referuntur: *egregie Dei praecepta evertitis*, *ut vestra placita custodiatis* i. e. *tueamini.* Melior evadit sensus re-cepto illo elegantissimo στήσητε. *Praeclare evertitis*, inquit, *praecepta divina*, *ut vestra*, *quae per manus propagatis*,

commenta stabiliatis [Rom. 8, 31. Hebr. 10, 9.]. V. 10. *Μωϋσῆς γὰρ εἶπε*] np. Exod. 20, 12. 21, 17.. Cf. ad Matth. 15, 4.. *Μωϋσῆς* tenent D. 11. 15. 44. 69. 80. Mt. c. f. z.. *θανάτῳ τελευτάτω*] h. e. *absque ullâ spe veniae impetrandae morte mulctetur*, ut *Beza* recte enarravit. Hoc *θανάτῳ τελευτάτω* quanquam ab hebraico est fonte deductum [Exod. 21, 17. מוֹת יוּמָת], tamen quae ejus generis confinia sint, in graecis scriptoribus inveniuntur, velut *ὕπνῳ εὕδειν* Soph. Oed. Tyr. v. 65., ubi vide *Erfurdtium*. V. 11—13. Versus 11. ita expediendus est, uti ego Matth. 15, 5. explicui. Debet mente adjici contrarium ejus, quod ultimis vs. 10. v. comprehendebatur, h. e. *μὴ θανάτῳ τελευτάτω* h. r.: *vos contra dicitis: si quis* (modo) *patri vel matri dixerit corban (hoc verbum Deo dicatum munus denotat) est, quocunque a me juvari possis* — scil. *ne is capite plectatur*. Ita recte h. l. ceperunt *Krebsius* et *Kuinoelius*. De Graecorum more contrariae verbum significationis ex antegressis repetendi vide *Schaeferum* ad Demosth. T. II. p. 93. et not. ad Matth. 15, 5.. *κορβᾶν* i. e. hebr. קָרְבָּן [Zeph. 3, 2.] syr. ܩܘܪܒܢܐ, *munus Deo oblatum* significat, ut Marcus ipse explicat. Nemo enim verba *ὅ ἐστι δῶρον* expungere audeat praeter illum nimium glossarum vindicem, *Wassenberghium* l. l. de glossis p. 16., qui talia omnia, ut v. 34. *ὅ ἐστι διανοίχθητι*, radicitus exstirpanda duxit. V. 12. Neque reponendum est *οὐκ* e paucis Cdc. pro *οὐκέτι*, neque *οὐκέτι* pro *οὐκ* locatum est, quod *Glassio* philol. s. p. 379. perperam credidit *Kuinoelius*, quia LXX Exod. 5, 7. 9, 28. לֹא (*parum accurate*) reddiderint voce *οὐκέτι*. Utroque loco id sine ullo sententiae detrimento fecerunt. Exod. 5, 7. *Οὐκέτι προςθήσεσθε διδόναι ἄχυρον τῷ λαῷ εἰς τὴν πλινθουργίαν* ejus rei fortiter commonefecerunt lectorem, quod Israelitis *antea* datum fuerit stramen et 9, 28. — *καὶ ἐξαποστελῶ ὑμᾶς καὶ οὐκέτι προςθήσεσθε μένειν*. hanc memoriam graviter redintegrarunt, quod Pharao saepe verba Mosi dedisset [Exod. 8, 32.]. Sensus: *neque amplius* (i. e. antiquato praecepto divino) *permittitis, ut quisquam quidquam*

benigne praestet parentibus. Οὐδὲν ποιεῖν τινι plane est nostrum *nichts für einen thun*, ut Dativus sit *commodi*. Horat. Epist. II, 1, 218. *Multa quidem* *n o b i s* *f a c i m u s* *mala saepe poëtae* —. Vitiose in quibusdam Cdc. αὐτοῦ post πατρί, in aliis post μητρί excluditur. Si alterutrum deleas, perit loci concinnitas. Nam bina membra sibi opposita sunt, tum hoc: v. 10. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα = v. 11. ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, tum illud: v. 10. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου = v. 12. καὶ οὐκέτι — τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. V. 13. ἀκυροῦντες — παρεδώκατε] i. e. *vestris praeceptis*, *quae per manus accepta propagare* *s o l e t i s*, *Dei praeceptum abrogantes*. Non igitur v. ᾗ παρεδώκατε frustra sunt adjecta, ut visum est *Joh. Dan. Schulzio* in *Keilii* et *Tzschirneri* Anal. Vol. III. Fasc. 1. p. 89.. καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε] *et similia hujus generis multa facitis* np. cujus erat cavillatio, quâ Dei de adjuvandis parentibus praeceptionem antiquarunt (v. 11. 12.). — Sed quum supra ad Marc. 6, 15. [cf. not. ad Matth. 5, 17.], me ad h. l. de eorum opinione, qui ἢ passim idem valere, quod καί existimant, dicturum nonnulla promiserim, fungar nunc necessario mihi officio et fidem meam liberabo. Fuerunt igitur multi jam antiquitus in hâc sententiâ, ut ἢ idem, quod καί et Latinorum *aut* i. q. *et* valere arbitrarentur. Schol. Ven. ad Iliad. *α*. v. 117. ὁ γὰρ ἢ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ καὶ παρείληπται τῷ ποιητῇ. Priscian. 18, 21. p. 182. ed. *Krehl.* Ἀλλά *conjunctionem illi et pro* γάρ *et pro* γοῦν *ponunt*, *quomodo et nos* *a t* *et* *v e l* *et* *a u t* *pro* *e t*, *et pro* *s a l t e m*, *vel* *a u t e m*, *etiam pro* *v a l d e* *invenitur*. Hoc decretum *Schleusnerus* Lex. I. p. 1026. ad linguam hebraicam traduxit, ibi אוֹ idem significare, quod וְ opinatus. Jam si in universum rem consideres, non solum diversam, sed plane contrariam potestatem esse vocularum וְ et אוֹ, καί et ἢ, *et* et *aut* intelligitur. Illae enim copulant et conjungunt, hae discriminant et disjungunt. Unde ἢ ita saepe suum locum tuetur, ut ne potuerit quidem καί poni, v. c. Luc. 2, 24. — καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων ἢ δύο νεοσσοὺς περι-

S 2

στερῶν. Nam lex mosaica [Levit. 12, 8.] exigebat, ut *aut* par turturum, *aut* duo pulli columbae offerrentur. Eadem est natura l. Apoc. 3, 15. *ὄφελον ψυχρὸς ἦς, ἢ ζεστός*. Praecedebant enim v. *οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός*. Duo tamen fuere, quae opinioni, ἢ hîc illîc idem declarare, quod *καὶ*, ansam darent: unum, quod sententia interdum non valde mutatur, sive ἢ collocatum sit, seu *καί*: alterum, quod utramque vocem librarii haud raro confuderunt [v. c. Joh. 8, 14. 1 Corinth. 11, 27. 13, 1. var. lect.]. Ita non multum sane interest, utrum Matth. 10, 37. *ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος*. dictum sit, an *ὁ φιλῶν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος*, sed interest tamen aliquid ad modum cogitandi. Illud est: *qui patrem aut matrem majore, quam me amore complectitur* etc., hoc foret: *qui patrem et matrem (= parentes) impensius amat, quam me*. Quare ne his quidem in locis ἢ idem denotat, quod *καί* planeque falsa est ea opinio, de quâ loquimur. Quam normam ibi sequi nobis conveniat, ubi Cdc. in ἢ et *καὶ* discrepant, non est dictu difficile. Considerandum est enim, utrum, judicio ex orationis continuitate facto, ad scriptoris consilium conjunctio melius, an disjunctio respondeat. Quare 1 Corinth. 13, 1. nihil haesitans praefero *ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων* —. Nam Apostolum in eo occupatum, ut nihil omnium rerum melius esse amore, nihil praestabilius, nihil pulchrius doceret, melius decebat haec sententia: *si hominum simul, simul angelorum linguis loquar*, quam haec: *si aut hominum linguis aut angelorum loquar* (cf. v. 2.). Item Joh. 8, 14. ut defendi possit *ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε, πόθεν ἔρχομαι ἢ ποῦ ὑπάγω.*, multo tamen melius placet — *πόθεν ἔρχομαι καὶ ποῦ ὑπάγω*, quum vocc. *ὑμεῖς δὲ* — — *ὑπάγω* de scriptoris voluntate argutam contineant oppositionem eorum, quae proxime antecedunt — *ὅτι οἶδα, πόθεν ἦλθον καὶ ποῦ ὑπάγω*. Ephes. 5, 3 sq. *Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις, καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία*

minime idem est ἢ πλεονεξία, quod καὶ πλεονεξία, quemadmodum *Schleusnerus* opinatur, sed indicio sunt v. ἢ πλεονεξία et ἢ εὐτραπελία, genuinam esse eorum scripturam librorum, qui ἢ αἰσχρότης ἢ μωρολογία praebent. 1 Corinth. 11, 27. Ὥςτε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. ita verum est ἤ, ut concuti nequeat. Nam versuum 26. et 28., qui habent καί, dispar ratio est. Ibi Paulus explicat, quid facto opus sit ante coenam sacram h. e. ante usum panis *et* vini. Inde enim illa constat, ut sacrum panem comedas et vino sacro fruaris. Sed vs. 27. dicit, quantâ in noxâ sit, qui alterutram sacrae coenae quasi partem profanaverit h. e. qui irreverenter *v e l* panem sumserit, *v e l* e sacro poculo biberit. Vel sic autem apparet, male abusos esse Pontificios versu 27., ut jure se poculum plebi denegare ostenderent. Commento igitur, ἢ idem valere, quod καί, ad eos explodendos nihil indigemus. Vidi autem, interpretes ad illud de eadem dignitate vocum ἢ et καὶ decretum saepe confugisse propterea, quod ad vocabulorum quorundam discrimina parum attenderant. Hoc factum est a *Kuinoelio* Luc. 9, 25., quo loco ἑαυτὸν ἀπολέσαι et ζημιωθῆναι non differre sibi persuasit. At sensus est: *frustra totius mundi opes congessisse, si quis s u i j a c t u r a m f e c e r i t* (= commiserit, ut aeternae vitae beatitate plane excidat) *aut d a m n u m a c c e p e r i t* (h. e. ita egerit, ut aeterna felicitas ei minuatur). In eundem errorem raptus est *Kuinoelius* Act. 1, 7. οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ κ α ι ρ ο ὺ ς —. ubi sic explanare debuerat: *non vestrum est scire tempora aut opportunitates* —. Superest illud locorum genus, in quibus disjunctio non ad diversas res, sed ad diversa, quibus res appellatur, vocabula pertinet. Rom. 14, 13. — ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόςκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον. *quin hoc decernite potius, ne quis o f f e n s i o n e m fratri objiciat, a u t* (ut alio verbo dicam) *o f f e n d i c u l u m.* Cf. Rom. 14, 21.. Postremo hebraicum אוֹ non longam disputationem postulat, quum *Gesenius* Lex. maj. I. p. 15. אוֹ non significare *et* belle perviderit. Unde in eo

subsistam, ut loca a *Schleusnero* l. l. citata nullam vim habere demonstrem. Maleach. 2, 17. בְּאֱמָרְכֶם כָּל־עֹשֵׂה רָע טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה וּבָהֶם הוּא חָפֵץ אוֹ אַיֵּה אֱלֹהֵי הַמִּשְׁפָּט׃ h. e. *quando dicitis: omnes homines malefici placent Jehovae iisque delectatur*, *aut* (np. בְּאֱמָרְכֶם *quando dicitis*): *ubinam est Deus, qui jus reddat?* Duci se *Schleusnerus* h. l. passus est parum accuratâ LXX translatione. Ita etiam Prov. 30, 31.. Ibi vero זַרְזִיר מָתְנַיִם אוֹ תָיִשׁ significare *equus bellator aut hircus* vel ex eo manifestum est, quod v. 29. scriptor *tres* numeraverat, de quibus dixerat הֵמָּה מֵיטִיבֵי צָעַד. Hi sunt *leo*, *equus bellator* (*aut hircus*) et *rex*. — V. 14. *καὶ προςκαλεσάμενος πάλιν τὸν ὄχλον*] Si esset, quo recte defenderetur *καὶ προςκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον*, quod in vulgaribus est exemplis, nihil sane me *Gersdorfii* in l. Beiträge u. s. w. p. 497. *λεπτολογία* deterreret, quominus retinerem. Damnavit is *πάντα τὸν ὄχλον* propterea, quod Marci usui consentaneum sit tantummodo *πᾶς ὁ ὄχλος* [2, 13. 4, 1. 9, 15. 11, 18.], dissentaneum *παντὸς τοῦ ὄχλου*, *παντὶ τῷ ὄχλῳ*, *πάντα τὸν ὄχλον*. In promtu est enim, si exstet tantum *πᾶς ὁ ὄχλος* in Marco, non *παντὸς τοῦ ὄχλου* et s. p., *casui* hoc tribuendum esse, non *consilio* scriptoris tenuemque *Gersdorfii* observationem minime eo valere, ut, sicubi inveniatur *πάντα τὸν ὄχλον* et satis testatum et idoneum, id in suspicionem adducatur. Nam si Marcus dicere voluerat, Jesum *totum populum* convocasse, quibus, obsecro, aliis verbis id efferre *potuerat*, quam his: *πάντα τὸν ὄχλον* et quâ aliâ formulâ v. 19. *omnium ciborum* notionem eloqui, nisi hâc: *πάντα τὰ βρώματα*? Verum enim *πάντα τὸν ὄχλον* quid sibi h. l. velit, exputare non possum. *Quem* enim dicat Marcus *totum populum*, das ganze Volk? Imo *turbam*, *plebem*, *faecem populi* intelligit. Frustra objicias Marc. 2, 13., ubi *πᾶς ὁ ὄχλος* *universa turba* dicitur, quam Jesus in conventu sacro in summam sui admirationem conjecerat [Marc. 2, 12.]. Pejus etiam obtendas Marc. 4, 1. 9, 15., ubi *πᾶς ὁ ὄχλος* pertinet ad eum, qui ante memoratus erat *ὄχλος πολύς*. Denique Marc. 11, 18. *πᾶς ὁ ὄχλος* utique est *totus populus*, qui Jesu favebat, et opponitur jureconsultis et sacer-

dotibus Jesu infensis. Praeterea unde *πάντα τὸν ὄχλον* originem suam repetat, facile potest constitui. Ortum est *πάντα* e sq. *πάντες*, ut recte monuit *Millius* Proleg. §. 403., et *Griesbachius* C. C. l. l. p. 121.. Perperam *Paulus* et *Gersdorfius* l. l. *πάντα* e *πάλιν* natum esse contenderunt. Non enim, ut *πάλιν* et *πάλαι* simil., sic *πάλιν* et *πάντες* solent confundi a librariis. His ducti rationibus *πάλιν* recepimus vel eo gratiosum, quod Marcus hâc voce praecipue delectatur. Quanquam haec ipsa res voculae *πάλιν* h. l. invidiam conflare possit. Quippe semper, ut res postulat, habet *πάλιν*, quo referatur, ut Marc. 2, 1. cl. 1, 21. 2, 13. cl. 1, 16. 3, 1. cl. 1, 20. 3, 20. cl. v. 7. 8, 13. cl. v. 10.. Quod h. l. secus est. Non enim Marcus in antecedentibus narravit, convocatam esse aliquando ab Jesu plebem. Quae difficultas ut tolleretur, *Millius* l. l. et *Griesbachius* l. l., Jesum ante coenam (v. 2.) populum docuisse et nunc post epulas eundem iterum convocasse putarunt. Hoc illi precario sumserunt debueratque id Marcus vs. 1. 2. diserte dicere. Equidem Marcum voce *πάλιν* eo respexisse existimo, quod Jesus etsi non illo tempore, vel paullo ante, at saepius tamen jam antea plebem convocaverit: *et quum* (ut non semel antea) *iterum plebem convocasset.* Ceterum in hâc re nonnullam esse scriptoris negligentiam, non eo infitias. Nam elegantis scriptoris fuerat, aut supra commemorare, si quando turbam Jesus congregaverat, aut h. l., id saepius factum esse antea, disertis verbis dicere. Sed alia negligentiae exempla vidimus supra 2, 23. 24. 4, (31.) 32.. *ἀκούετέ μου πάντες καὶ συνίετε*] *audite me omnes et intelligite.* V. 15. Male *Griesbachius* virgulam collocavit post *τοῦ ἀνθρώπου*, quum non quidem verba *οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου*, sed vocc. *οὐδέν ἐστιν — εἰςπορευόμενον εἰς αὐτόν* arcte cohaereant h. r.: *nihil inde locorum, quod est extra hominem* (*ἔξωθεν*) *eum intrat.* Cf. v. 18. *οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰςπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι;* et v. 23. *πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται —. ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἐξ αὐτοῦ*] Recepi e paucis Cdc. *ἐξ αὐτοῦ*. Permira est enim locutio: *τὰ ἐκπο-*

ρευόμενα ἀπ᾽ αὐτοῦ ac, nisi fallor, plane inaudita. Illud taceo, quod ἀπ᾽ αὐτοῦ oppositionis congruentiam obscurat, vel potius tollit. ἐκεῖνα] Haec vox tantum abest, ut vel ad sensum redundet, vel nonnullorum praesidio librorum recte exstirpetur, ut et integerrima sit et ponderis plenissima: *sed quae ex eo egrediuntur, illa* (non alia) *hominem polluunt.* Cf. infra v. 20. et Joh. 12, 48. — ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 14, 26. 15, 26. Aeschin. in Timarch. p. 179 sq. ed. *Reiske*: — ἀλλ᾽ αἱ προπετεῖς τοῦ σώματος ἡδοναὶ — — ταῦτά ἐστιν ἑκάστῳ Ποινὴ κ. τ. λ.. Cf. not. ad Matth. 15, 11.. Sensus: *non quae in os ingeruntur, sed quae ex ore promuntur, ea hominem inquinant.* Hujus vocis sensum Jesus ipse aperit discipulis v. 18 sq.. V. 16. Utrum hic vs., quia BL. 28. 102. Mt. c. et f. exulat, excludendus sit, an retinendus, quaesitum est. Proscripsit eum *Millius* proleg. §. 1475., tutati sunt *Matthaeius* et *Griesbachius.* Verum illius esse videtur judicium. Nam *Matthaeii* disputatio et subtilior est, et si vel maxime eam probaveris, illud quidem videas, qui intercidere potuerit in Cdd. hic vs., minime autem hoc, in quo caput rei est, aptum h. l. versum esse. Ita autem ille disputavit. Duplicem in Evangeliariis h. l. lectionem ecclesiasticam esse, unam v. 5 — 16., alteram v. 14 — 24.. Qui hanc propagent libri, in iis vs. 16. propterea omissum esse, quia vs. 16. bene quidem *lectionem gravi sententiâ terminare*, sed male *in mediâ lectione* habere visus fuerit. At enim, quantopere sordeant conjuncta v. 14. ἀκούετέ μου πάντες καὶ συνίετε — v. 16. εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. dici vix potest. Deinde inutile illud additamentum non habet Matthaeus 15, 11., cujus vestigiis h. l. Marcus insistit. Denique facillime accessit notissima vox in lectione ecclesiasticâ propter sententiae, quae antegreditur v. 15., gravitatem. Hoc unum, ut v. 16. defendatur, speciose dici potest, Marcum ipsum deliberato consilio instituisse, ut Jesus nervosam v. 15. sententiam auditoribus bis inculcaret, semel, priusquam efferret, iterum, quum eam pronuntiasset. Itaque in eo acquievi, ut vs. 16. uncinis sepirem. V. 17. καὶ ὅτε

εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου] Scriptura *εἰςῆλθον* librariorum est, Jesum discipulorum coronâ cinctum ad plebem dixisse v. 14 sq. monentium. Articulus *τὸν οἶκον* accessit e Mt. 17.. Est ille ad sententiam plane necessarius, quae haec esse debet: *et quum relictâ plebe domum, in quâ degebat, intrasset* (und als er *in das Haus* eingetreten war —.). Cf. 9, 33. Nihil Articulo indigeremus, si Marcus ita loquutus fuisset: *καὶ ὅτε ἦλθεν εἰς οἶκον* h. e. *et quum domum venisset* (und als er *nach Hause* gekommen war). Cf. supra 3, 20.. *ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὴν παραβολήν*] *interrogabant eum discipuli de vocis* (v. 15.) *sensu.* Matthaeo 15, 15. auctore unus interrogavit Petrus. Reposui *τὴν παραβολήν*, quod merito placuit *Griesbachio* C. C. l. l. p. 121. Vulgabatur *περὶ τῆς παραβολῆς*. Vide nostram annotationem ad Marc. 4, 10.. *Ἡ παραβολή* hîc *locum communem*, *sententiam generalem* designat pertinetque ad Jesu vocem vs. 15. [vid. ad Matth. 13, 3.]. Hujusmodi sententiae eo interdum aliquid acuminis, quod intellectum fugiat, habent, quod qui vocem in universum dictam audivit, quonam ea referenda sit, nonnunquam animi pendet. Non satis accurate *Theophylactus τὴν παραβολὴν* enarrat *τὸν σκοτεινὸν λόγον. Παραβολὴ γάρ ἐστιν*, inquit, *ὁ σκοτεινὸς λόγος.* V. 18. *οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε*;] *adeone vos quoque* (discipuli, quos ex intimâ, quae vobis mecum est, familiaritate sapere decebat) *rudes estis* np. ut propositam a me (v. 15.) sententiam animo non perceperitis? *οὐ νοεῖτε* —;] *οὔπω*, quod pro *οὐ* aliquot libri offerunt, aptum non est, quia nondum Jesus quidquam attulit, quo non intellectam discipulis sententiam (v. 15.) illustraret, sed repetit simpliciter h. l. dictum superius, mirans, id si discipuli non fuerint assecuti: *non vos intelligitis*, *quidquid extrinsecus hominem intret non posse eum polluere?* Una tamen, quâ *οὔπω νοεῖτε* quodammodo defendi possit, patet ratio, haec: *nondum intelligitis* i. e. non vos *post longi temporis, quo mei fuistis discipuli, institutionem* intelligitis —? At hoc ipsum jam continebatur verbis praecedentibus: *οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε*; V. 19. Est hic vs., cujus lectio

recte tentari nequit (vide infra), ita explanandus, ut feci in Conjectaneis p. 40 sq.. Nam primum quidem v. *καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται* sq. non ab *ὅτι οὐκ εἰςπορεύεται* sq. pendent, sed sui sunt arbitrii. Quippe unum argumentum, quo Jesus res ore exceptas hominem contaminare negat, ut vel e ratione, quâ contrarium *quae ore proferantur hominem polluere*, vs. 20. 21. efficitur, emergit, in eo est, *quod res in os ingestae ad ventriculum pertineant* nihilque habeant cum animo commercii, qui ut vel bonus sit vel malus, ita vel decus homini paret vel ignominiam. Huic argumento Jesus obiter addit, quid deinceps fiat, ubi in ventriculum cibi abierint, nempe *deferri eos in latrinam* (*καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται* etc.). Hanc interpretationem ita probavit *Lipsius* Dissert. de Modorum usu in N. T. P. I. p. 41., ut eam tamen necessariam esse negaret. Verum enim vero si quis *ὅτι* ante v. *εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται* cogitando repetet, argumentationis orietur perversitas. Nam perperam *pro duobus argumentis* sumetur (*quia* in ventriculum abeunt cibi et *quia* in latrinam deferuntur), quod reapse sit *unum*. Deinde Participium absolutum *καθαρίζον* non refertur ad totum versum, sed ad verba tantum *καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται* h. s.: *quae res* (scil. quod in latrinam cibi abjiciuntur) *omnes esse puros cibos declarat* np. quoniam, sive puri fuissent, priusquam comederentur, habiti, seu impuri, haec *omnium* denique sors est, ut concocti in latrinam demittantur. Tralatitium usum, quo Nominativus Participii absolute ponitur, illustret Eurip. Med. v. 435. *σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν, κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα, λόγων ματαίων οὕνεκ᾽ ἐκπεσεῖ χθονός.* Thucyd. 6, 81. — *καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ ναῦς κτησάμενοι τῆς μὲν Λακεδαιμονίων ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἀπηλλάγημεν, οὐδὲν προσῆκον μᾶλλόν τι ἐκείνους ἡμῖν, ἢ καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις ἐπιτάσσειν, πλὴν καθ᾽ ὅσον ἐν τῷ παρόντι μεῖζον ἴσχυον* —. et Xenoph. Anab. 4, 1, 13. *δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν οὕτω ποιεῖν.* Vide *Hermannum ad Viger.* p. 768. Opusc. Vol. I. p. 203. et *Heindorf.* ad Protag. p. 479.. Ex iis autem, quae disputavimus, falli eum elucet, qui percontationis signum a

fine vs. 18. in v. 19. extremum cum *Reichardo* rejicere voluerit, quum hic l. sit in iis, in quibus *interrogationis lenis conversio fiat in rectae orationis genus et cum grammaticâ formâ etiam rhetorica immutetur*, ut verbis utar *Reisigii* ad Oed. Col. C. C. p. 163.. Haec igitur est nostri l. conditio: *non vos percipitis, quidquid hominem intret, non posse eum inquinare? Idcirco, quia non animum ejus, sed ventriculum ingreditur; atque in latrinam egeritur, quae res omnes cibos mundos efficit.* Codicum varietates nequaquam ita comparatae sunt, ut vitium huic versui inesse recte suspiceris. Cd. D. praebet ὀχετὸν ἐξέρχεται pro ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται *ex interpretamento*. Aliorum καθαρίζων pro καθαρίζον est calami error. Scripturae autem καθαρίζειν et καθαρίζει turpes sunt reliquiae glossematis ὃ καθαρίζει, cujus clarum vestigium est in Vind. *et purgat. Griesbachius* ob ea, quae dicit C. C. l. l. p. 122., dignissimus est, qui reprehendatur. Sic enim disputat, ut eum ignorasse pervagatum Participii usum appareat. *Vulgare* καθαρίζον, inquit, *pro quo Alexandrini et vetustiores Byzantini nonnulli habent* καθαρίζων, *retinere malimus (!). Saepissime enim librarii* o *et* ω *permutant. In hujus generis locis, praesertim subobscuris et a communi loquendi usu recedentibus(!), Codicum numero aliquid dandum est — (!).* Sed etiam interpretum Participii καθαρίζον ignorata ratio falsas opiniones genuit erroresque turbulentos. Pleraque eorum consilia ejusmodi sunt, ut vel referre ea pigeat. *Schleusnerus* Lex. I. p. 1135. post *Heinsium* et *Heupelium* v. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα Substantivi notionem continere sibi persuasit, ut idem valeant, quod τὸ κάθαρμα τῶν βρωμάτων *ciborum purgamentum* i. e. *locum, ubi homines se expurgant ab omnibus cibis* [!!]. Cum *Schleusnero* sentit *Stolzius*, qui vertat: — und kömmt nachher auf den Abtritt, *wo man sich alles Unreinen in den Speisen entledigt. Bretschneiderus* Lex. I. p. 524. καθαρίζον dicit pro καθαρίζοντα, quod ad τὸν ἀφεδρῶνα spectet, locatum esse [!!!] in eamque rem, nescio quo pacto, affert *Matthiae* gramm. gr. §. 437 sq.. Vertit: *qui alveus* (at ὁ ἀφεδρών = ὁ κοπρών non est

latine *alveus*) *ejicit* (num καθαρίζειν est *ejicere?*) *omnes cibos*. In eandem partem καθαρίζον accepit *Schottus*. Melius V. D. apud *Bowyerum* sic lectionem mutandam esse scribique debere καθαρίζοντα perspexit. Sed oportuerat eum, ut grammaticae satisfaceret, τὸν καθαρίζοντα conjicere. Non enim liceret h. l. Participium καθαρίζοντα *quia purgat* similibusve modis resolvere. *Kuinoelius* et ipse illius Participii usus immemor, καθαρίζον *per ellipsin* pro ὅ ἐστι καθαρίζον [!!] positum esse putavit eaque verba ad totum versum *male* (vide supra) rettulit. *Reichardus* Participio καθαρίζον Subjectum πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰςπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον impertiens convertit: *et per sellam familiaricam egeritur adeoque remanentes cibi partes nobiliores* (num hoc continetur verbis πάντα τὰ βρώματα?) *abitu suo* (unde haec?) *veluti expurgat*. *Paulus* plene interpungit post ἐκπορεύεται. Deinde καθαρίζων scribit hâc lege, ut ante hoc voc. οὗτός ἐστι mente adjiciatur [!!!]. Postremo v. οὗτός ἐστι καθαρίζων πάντα τὰ βρώματα valere dicit: *haec* (latrina) *est omnium ciborum expurgatrix*. Talia, quorum mihi quidem sensus plane deest, si qui concoquere poterunt, nihil ego iis invidebo. Sed etiam in ἀφεδρών vocabulum fuit, qui conjurationem faceret, *Michaelis* in notis ad h. l. et in Lex. syr. p. 196.. Nam hanc vocem *latrinam* designare indignatus, male intellectis Suidae verbis ὁ ἀφεδρὼν καὶ σημαίνει τὸ μέρος τοῦ σώματος τὸ περὶ τὴν ἔξοδον (h. e. τὴν ἕδραν, τὸν πρωκτόν, *podicem*), valere τὸν ἀφεδρῶνα *intestinum rectum* commentus est. * Obiter moneo, apud Matthaeum 15, 17. — καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται adeo insolens et plane perversum videri, ut non corruptum habere nequeam. Debueram e Mosq. 10. ρ. 6. 2. 9. 18. η. γ. haud cunctanter Articulum addere, qui prorsus est necessarius: καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. *

V. 20. ἔλεγε δέ] Hoc, quod a Syro et Persâ p., vel quia loci nexum moleste interpellare videbatur, vel ob Matth. 15, 18. male omissum est, ut ad sententiam aptissimum tuemur. Est: *porro autem dicebat*, *pergebat autem dicere*, *er fuhr aber so fort*. Itaque *Bezam* a suspicione, e Syro scriben-

dum esse *τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον κ. τ. ἑ.*, judicium cohibere decebat. V. 21. et 22. *Ἔσωθεν γὰρ — ἐκπορεύεται*] *nam intus ex hominum pectore malae cogitationes exeunt* i. e. *ex intimo hominum pectore prava cogitata proficiscuntur.* Horum aliquot exempla Jesus apponit in sequentibus. Hinc apparet, quae inde a v. *μοιχεῖαι* usque ad voc. *ἀφροσύνη* vitia recensentur, ea non quatenus perpetrentur, sed quatenus volvantur animo a scriptore considerari. *μοιχεῖαι — — ἀφροσύνη*] Quanquam in his v. nonnihil variant Cdd., ita tamen eorum dissidium comparatum est, ut partim negligentiae, partim consilio tribuendum sit. Huc correctiones refero *ἀσέλγειαι*, *βλασφημίαι*, *ὑπερηφανίαι* vel ob Matth. 15, 19., vel propterea factas, quoniam Singularis ob praecedentem numerum multitudinis librariis displicuisset. Illuc mutatus pertinet in paucis Cdc. verborum ordo [cf. *Wetstenium*]. Scriptor tres fecit pravorum cogitatorum classes. Prima [*μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι, κλοπαὶ mala adulteriorum, scortationum, caedum, furtorum consilia*] scelerum est, quae facti injuriam habent. Secunda [*πλεονεξίαι — ὀφθαλμὸς πονηρὸς perversa cogitata avaritiae, malitiae, doli mali, libidinis, invidentiae*] vitia complectitur, quae pravis animi studiis continentur. Male igitur *Wolfius* et *Kuinoelius* vocem *ἀσέλγεια injuriam* potius, quam *lasciviam* h. l. declarare hoc argumento contenderunt, quod alioquin hoc vocabulum post v. *μοιχεῖαι, πορνεῖαι*, ut 2 Cor. 12, 21. Rom. 13, 13. Gal. 5, 19. poni debuerit. Tertium genus [*βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη prava convitiorum, superbiloquentiae, temeritatis cogitata*] facinora habet, quae orationis cernuntur vitiis. Voc. *βλασφημία* h. l. non *impie dicta in Deum* significat, quemadmodum *Reichardus* interpretatur, sed *aliorum insectationem hominum per maledicta, calumniam.* *Ὑπερηφανία* hic *superbia* est, *quae sermonibus ostenditur*, uno verbo *superbiloquentia.* Denique *ἀφροσύνη* h. l. significat *temeritatem in loquendo, verborum inconsiderantiam.* Longinqua consectati sunt *Grotius*, qui *incogitantiam atque incuriam rerum bonarum* cl. l. Ephes. 5, 17. explicuit, *Kuinoelius*, qui collatâ hebraicâ voce נְבָלָה 1 Sam. 25, 25., *per-*

ditam nequitiam enarravit, et *Heumannus*, qui *amentiam* exposuit i. e. *hoc vitium*, *quo quis non utitur ratione*, *benigne a Deo hominibus datâ.* Praeterea monet *Heumannus*, nihil in Theologiâ christianâ tam necessarium esse, quam ut utaris ratione, Dei dono longe praeclarissimo, nihil tam detestabile, quam si quis ratione non utatur. Nam sibi plane persuasum esse, si Turcae, Judaei et Pontificii rationi obedire voluerint, non longo tempore interjecto veram eos religionis christianae formulam secuturos esse. Itaque in morum disciplinâ christianâ aspere perstringendum esse τῆς ἀφροσύνης facinus. Haec ne commemorassem quidem, nisi pii i. e. orthodoxi (sic enim loquuntur) Theologi de rationis usu sententiam nostris hominibus commendare expediret. Etenim in ea tempora nostra aetas incidit, quibus non solùm rationis abusus, ut par est, male audiat, sed etiam rationem ipsam, quâ unâ homo beluam vincit [Marc. 9, 50. Cic. Off. 1, 4.], verborum contumeliâ onerare suae esse pietatis et sapientiae vere christianae nonnulli arbitrentur.

V. 24. *Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια*
Τύρου, καὶ εἰςελθὼν εἰς οἰκίαν οὐδένα ἤθελε γνῶναι,
καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. 25. *Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ*
περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκά-
θαρτον, ἐλθοῦσα προςέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ,
26. (*Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα τῷ γέ-*
νει·) *καὶ ἠρώτα αὐτόν, ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ ἐκ*
τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. 27. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ·*
ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα· οὐ γὰρ καλόν
ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.
28. *Ἡ δὲ ἀπεκρίθη καὶ λέγει αὐτῷ· ναί, κύριε· καὶ*
γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ
τῶν ψιχίων τῶν παίδων. 29. *Καὶ εἶπεν αὐτῇ·*
ὕπαγε· διὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον
ἐκ τῆς θυγατρός σου. 30. *Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν*
οἶκον αὐτῆς εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός, καὶ τὴν
θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.

V. 24. Duo maxime sunt, in quibus Marcus v. 24—30. a Matthaei 15, 21 sq. memoriâ discesserit. Nam primum quidem Jesum Tyri fines intrasse memoravit, qui auctore Matthaeo 15, 21. 22. in vicina tantummodo Tyriorum et Sidoniorum ditioni loca se contulerit. Deinde mulier, quae Jesum, ut pro vexatâ a malo genio filiâ ei supplicaret, adiit, fidejussore Marco v. 24. 25. in hospitio eum convenit, non in viâ publicâ suas ei preces expromsit [Matth. 15, 22. 23.]. ἐκεῖθεν] *e regione Gennesareticâ* cf. 6, 53 sq.. ἀπῆλθεν] Hoc a Marco profectum est. *Εἰςῆλθεν* et *ἐξῆλθεν* vix ferri possunt (aliter Matthaeus: *ἐξελθὼν ἐκεῖθεν — ἀνεχώρησεν*); *ἦλθεν* tolerabile foret (inde digressus *tendit* in fines Tyri), sed vel vi suâ quam *ἀπῆλθεν (abiit, discessit)* deterius fuerit. Facile hae formae a librariis permutatae sunt. *ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος*] Ita vulgaria exemplaria habent. Non recte haec v. *Erasmus* et *Beza* enarrarunt. Ille explicuit: *abiit in ea loca, quae interjacent inter Tyrum et Sidonem.*; hic, quem multi imitati sunt, interpretatus est: *discessit in ea loca, quae Palaestinam a Tyro et Sidone dirimunt.* Sane, ut huic prius respondeam, *τὰ μεθόρια* vocabulum *loca* significat, *quae faciunt terminos rei et fines constituunt.* Sed si quis, ut h. l., dicitur terminos *ingressus* esse (*ἀπῆλθεν εἰς τ. μ. T.*), is eos *trans*gressus est et regionem aliquam intravit. In promptu est igitur, eodem sensu h. l. a Marco scribi potuisse *εἰς τὰ ὅρια*, quod ex interpretamento, cujus fons est v. 31., nonnulla subsidia male offerunt. *Erasmus* autem eo peccavit, quod, si integra sint vocabula *καὶ Σιδῶνος* v. 24., conjuncte ea (v. 24. et 31.) cum praegresso *Τύρου* contexenda esse non vidit, *ut Tyri et Sidonis fines pro uno quodam terrae tractu afferantur*, non separanda. Ceterum in Tyriorum ditione tum temporis Jesum secundum Marcum fuisse, clare etiam docet v. 31.. *καὶ Σιδῶνος*] Incidit dignus vindice nodus, quem si pote solvere conabimur. Investigandum est enim, utrum vocc. *καὶ Σιδῶνος* sincera sint, an adulterina. Quae disputatio arcte cohaeret cum alterâ, utrum vs. 31. *ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος ἦλθεν εἰς κ. τ. λ.*, an

ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς τὴν θάλασσαν legi debeat. Nam si v. 24. v. καὶ Σιδῶνος insititia sint, etiam v. 31. vocc. καὶ Σιδῶνος nullo modo ferri poterunt. Versu 24. v. καὶ Σιδῶνος praebent plerique libri, omittunt DL. 28. Cant. Ver. Verc. Corb. Vind. Origenes. Versu 31. item plerique Cdc. sustentant καὶ Σιδῶνος; *sed quae subsidia v.* 24. *reticuerant* καὶ Σιδῶνος, *eorum pleraque offerunt* — Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς etc.. Inde elucet, utrobique vel vulgatam scripturam retinendam, vel eos sequendos Codices esse, qui velut factâ in vulgatam lectionem conspiratione concinant, fallique *Millium* Proleg. §. 404., qui vs. 24. καὶ Σιδῶνος defenderit, sed vs. 31. ἦλθε διὰ Σιδῶνος etc. legendum esse edixerit. Non equidem, nisi raro, hanc κρίσιν, cui nonnulli se totos addixerunt, probo, quâ uno in loco alteram eorundem librorum lectionis partem colas, alteram spernas. Mihi quidem non dubium est, quin v. 24. delenda sint v. καὶ Σιδῶνος, ac proinde v. 31. scribi debeat ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς. Primum refutare studebo, quaecunque huic rationi aut objecta sunt, aut objici posse videantur; deinde quae meam sententiam, quae eadem fuit *Griesbachii* C. C. l. l. p. 122 sq., commendent, examinabo. Ac primum quidem nostrae sententiae obstat Cdd. auctoritas, a quorum partibus si standum sit, is sit sequendus, qui v. 24. et 31. vulgatam scripturam tutari decreverit. Verum ea est alterius lectionis indoles, ut haec lis argumentis ratione inventis potius componi debeat. Deinde consentaneum esse aliquis obtendat, Marcum, quemadmodum in toto loco v. 24—31., sic etiam in hâc re ad Matthaei exemplum se adstrinxisse, ut Tyrum et Sidonem simul commemoraret [cf. Matth. 15, 21.]. At vero haud pauca h. l. Marcus vel suo arbitratu egit, vel alios sequutus auctores narravit. Ita, ne superius dicta repetam, proxime haec addit: καὶ εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν., quorum nullum est in Matthaeo vestigium. Postremo scripturae ἦλθε διὰ Σιδῶνος v. 31. prorsus refragari locorum situm aliquis dixerit. Nam quum remotior a Galilaeâ Sidon versus septentrionem fuerit, quam Tyrus, inepte facturum fuisse,

qui a Tyriorum regione ita ad mare Galilaeae contendisset, ut per Sidoniorum terram proficisceretur. Hoc verissimum est, si modo Jesu propositum fuerit, ut Tyro ad mare Galilaeum rediret *viâ brevissimâ*. Nam si justas causas habebat, cur de industriâ peteret adiretque etiam Sidonem, apparet, eum non fecisse ambages, sed iter consilio electum. Quaerendum est igitur de mente, quâ in illas regiones Jesus concessisse videatur. Jam quod *Griesbachius* l. l. Jesum, quo Pharisaeorum (v. 1.) evitaret insidias, relictis Judaeorum finibus primo Tyrum, deinde Sidonem petiisse affirmavit, temere id dixit et inconsulto. Nam si ut Pharisaeorum insidias declinaret, ad Tyrios et Sidonios venisset, *ut ibi vellet latere*, nulla prorsus causa fuisset. Non enim erant apud Tyrios et Sidonios Pharisaei. Cur ergo Tyrum contenderit Jesus? Nempe animi causâ, vel, ut dicam disertius, ut aliquamdiu genio indulgeret, solutus omni molestiâ plebis, quae vel discendi vel miraculorum visendorum beneficiorumque accipiendorum causâ ad ipsum conflueret. Hoc consilio dixit Marcus *οὐδένα ἤθελε γνῶναι*, hâc mente repudiavit Jesus primo feminae preces molestas (v. 27.) et posthac respondit, uti est apud Matthaeum 15, 24.: *οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ* — — *οἴκου Ἰσραήλ*. Sed quum ne in Tyriorum quidem regione delitescere potuisset, Sidonem usque processit. Jam natura locorum poscit, ut prius inter Tyrios, deinde apud Sidonios fuerit. Unde superatâ parte Libani et Antilibani mox ad mare Galilaeum revertit. Quare vs. 31. ita habet: *et rursum egressus e Tyri finibus per Sidonem venit ad mare Galilaeae ad* (längst) *medios fines Decapolis*. Non igitur cis Jordanem et juxta eum mansit, ut Capharnaumum in ejusque agros se conferret, sed Jordanem trajecit et Decapolin [vid. ad Matth. 4, 25.] adiit. Nunc comparemus cum illâ vulgatâ lectionem, pro quâ ego propugno. Vs. 24. vocc. *καὶ Σιδῶνος* non casu poterant in libris non paucis demi, sed probabilius multo est, ea, si non e Matthaeo 15, 21. accesserint (nam id quidem minime praestem), tamen temere hûc illata esse, quum Tyrus et Sidon in N. T. conjungi soleant [Matth. 11, 21. Marc. 3, 8. Luc. 6, 17. 10, 13 sq.].

Sed error, ut fit, peperit errorem, quumque primum καὶ Σιδῶνος vs. 24. accessisset, debuit fieri, ut v. 31. e genuino διὰ Σιδῶνος fieret rursum καὶ Σιδῶνος. Alioquin enim sensus ratio non constitisset. Multo etiam magis nobile ingenium habet v. 31. scriptura ἦλθε διὰ Σιδῶνος. Possis quidem dicere, Τύρου καὶ Σιδῶνος ἦλθεν primo depravatum sic esse: Τύρου ἦλθε καὶ Σιδῶνος, hoc autem quum sensu omnino cassum esset, utcunque emendatum serius hanc induisse speciem: ἦλθε διὰ Σιδῶνος. Sed et haec interpretatio et aliae omnes, quibus διὰ Σιδῶνος vitio natum censetur, corruunt protenus, ubi reputaveris, *quae subsidia v.* 24. *omisissent* καὶ Σιδῶνος, *eorum pleraque v.* 31. *temere* ἦλθε διὰ Σιδῶνος. Haec pervicax constantia unde explicari poterit, nisi concedatur, illos potissimum libros Marci manum h. l. conservasse? Qui quod sic paullisper defecit a Matthaeo, ne alia quidem h. l. ita congruunt, nihil ut resideat diversitatis [cf. supra]. Ex his certum esse arbitror, v. 24. καὶ Σιδῶνος expungi debere, v. 31. vero reddendum Marco esse Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος. — εἰςελθὼν εἰς οἰκίαν] Delevi Articulum τὴν οἰκίαν, quem multi Cdc. praetermittunt, ad *Matthaeii* exemplum. Jam *Theod. Beza* absurdum h. l. Articulum esse senserat. Quippe opus est hâc sententiâ: *ingressus aliquam domum, aliquod hospitium.* οὐδένα ἤθελε γνῶναι] *nolebat quemquam novisse.* Verum qui neminem nosse velit, eum non magis cognosci a quoquam cupere, per se intelligitur. Quidnam in eo Jesus maxime sequutus fuerit, paullo ante exposuimus. V. 25. et 26. ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον] De hâc verborum junctura disseruimus supra ad 1, 7.. Lectio ἣ εἶχε τὸ θυγάτριον ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ futilis est, quippe *inepte* composita ad Marc. 1, 23. 5, 2.. Nam quum ibi cohaereant v. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, absonus hîc est Articulus et certe scribi debebat ἣ εἶχε θυγάτριον ἐν πν. ἀκ.. Sed quum Marc. 1, 23. et 5, 2. ἐν a multis explicatoribus, velut *Haabio* in l.: Hebräisch-griechische Grammatik u. s. w. p. 338., male administratum fuerit, ut qui pro σύν acceperint, utar hoc tempore ad inve-

teratum aliud de praeverbio ἐν in N. T. delendum commentum. Nam persuasum sibi habent VV. DD., praepositionem ἐν haud raro ita abundare, ut v. c. Ephes. 5, 9. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτὸς *ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ* pro ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτὸς *πᾶσα ἀγαθωσύνη* collocatum sit [cf. *Haabius* l. l. p. 337.]. Cujus admirabilis licentiae rationem si quis requisiverit, ad Hebraeorum et Arabum linguam, tanquam aliquam incredibilibus mysteriis sacratam aram confugiunt. Ibi enim pari et aequali modo redundare praeverbium בְּ, quod Grammaticos (scilicet absurdam rem specioso titulo occulentes) appellare *Beth essentiae* [vide *Gesenii* Lehrgeb. p. 838 sq.]. Sic Ps. 68, 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ [i. e. *in Jah est ejus nomen*] locatum esse pro יָהּ שְׁמוֹ [h. e. *Jah est ejus nomen*]. Haec opinio quam sit absona, jam dudum fortasse VV. DD. intellexissent, si in linguis semiticis, ut in Graecâ et Latinâ, Casus declinatibus distinguerentur. Ita enim quivis vidisset, abundare praeverbium בְּ credi non posse propterea, quod alioquin nullam esset rationem Casus habiturus, qui a praepositione penderet. Quamquam *Gesenius* l. l., ut eodem Pleonasmo a Graecis ἐν, a Romanis *in* usurpari doceret, quod miror, attulit Cic. Off. 1, 19. *Etenim qui ex errore imperitae multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus*, et Eurip. Hippol. v. 695. *ed. Matth.* εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν. [i. e. *sin mihi successisset consilium, admodum in sapientibus numerarer.*]. Sed viri doctissimi sententiam in errore versari jam *Winerus* gr. p. 148. recte observavit. Sane *Mahnius*, collega conjunctissimus, in l. Berichtigungen zu den vorhandenen Wörterb. u. Comment. d. A. T. (Göttingen 1817.) p. 21. 22. et 183. loca, in quibus esse *Beth essentiae* existimatur, ita explicuit, ut בְּ non plane redundaret, et nuper *Ewaldus*, vir egregius, in l.: Kritische Grammatik der hebr. Sprache. (Leipzig 1827.) p. 607. בְּ usquam in V. T. potestate carere bene negavit. Sed quum neque ille suam mihi sententiam probarit, et hic difficillimum quemque locum non attigerit, in illam de *Beth essentiae* opinionem paullo accuratius et ita nunc inquirere placet, ut ad suum quemque locum genus revocem. Primum

genus ejusmodi I. habet, ubi *aliqui in nescio quorum numero esse* dicuntur. Jud. 11, 35. וְאַתְּ הָיִית בְּעֹכְרָי *et tu es in iis, qui moerore me afficiant.* 2 Sam. 15, 31. אֲחִיתֹפֶל בַּקֹּשְׁרִים עִם־אַבְשָׁלוֹם *Achithophel est in iis, qui cum Absalomo conjurarunt.* Ps. 54, 6. אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *Deus est in iis, qui me sublevant.* 99, 6. מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן בְּכֹהֲנָיו וּשְׁמוּאֵל בְּקֹרְאֵי שְׁמוֹ קֹרְאִים אֶל־יְהוָה וְהוּא יַעֲנֵם׃ *Moses et Aharon sunt in ejus sacerdotibus et Samuel* (est) *in iis, qui eum venerentur: preces ad Jehovam faciunt atque hic annuit iis.* 118, 7. יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי *Jehovah est in meis adjutoribus.* Qui talibus in locis בְּ redundare crediderit, is etiam, ne l. Cic. Off. 4, 19. et Eurip. Hippolyt. v. 695. rursum afferam, in Tullii Or. pro Flacco c. 19. §. 45. *Utrum enim in clarissimis est civibus is, quem judicatum hic duxit Hermippus?* supervacaneum esse *in* existimare debebit, quae opinio quam inerudita est, quam absurda? Secunda classis eorum est locorum, in quibus homines *in aliqua conditione esse* memorantur. Kohel. 7, 14. בְּיוֹם טוֹבָה הֱיֵה בְטוֹב *bono die esto in laetitiâ.* Exod. 32, 22. אַתָּה יָדַעְתָּ אֶת־הָעָם כִּי בְרָע הוּא *nosti populum, eum in perversitate esse.* Ita recte *Ewaldus* l. l.. Conferri possunt Graecorum locutiones ἐν νόσῳ εἶναι [cf. ad 5, 25.], ἐν ἡδονῇ εἶναι, simil. et Romanorum *in luctu esse*, *in rei desiderio esse* [Cic. Fam. 2, 12.] al.. *Gesenius* l. c. non cadere in Exod. l. l. Pleonasmum בְּ praeverbii et ipse sentiens, non bene explanavit: *nosti populum, eum in malis populis esse* i. q. *ad malos populos pertinere.* Scilicet רַע Substantivum cum רַע Adjectivo confudit ejusque *Adjectivi Singularem sensu collectivo* accipiendum esse dixit, quod quid sibi velit, quum ipse non intelligam, rimentur alii. Tertium genus ejusmodi loca complectitur, in quibus *vel aliquis in re vel res in aliquo inesse* affirmatur. Ps. 68, 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ *in voce Jah est ejus nomen* i. e. *voce Jah ejus nomen continetur.* Jes. 45, 14. אַךְ בָּךְ אֵל וְאֵין עוֹד אֶפֶס אֱלֹהִים *in te tantummodo numen divinum inest neque est praeterea Deus.* 26, 4. כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים — *nam in Jah Jehovâ sempiternum est praesidium.* Prov. 3, 26. כִּי יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ

nam Jehovah sit in tuâ spe = *in iis, quae spem tibi faciant*, i. e. ad sensum *nam Jehovâ confide*. Ps. 146, 5. אַשְׁרֵי שֶׁאֵל יַעֲקֹב בְּעֶזְרוֹ *fortunatum illum, cujus in auxilio sit* (= cujus in adjutoribus sit) *Deus Jacobo propitius*. Hujus generis loca bene intellexit *Ewaldus* l. l.. Quarta classis loca continet, in quibus oratio ex duabus locutionibus conflata est. 1 Chron. 7, 23. וַיִּקְרָא אֶת־שְׁמוֹ בְּרִיעָה כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ׃ Dicere potuerat scriptor vel: כִּי רָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ h. s.: *et vocavit filium quem susceperat Beriam, quia calamitas in ejus domo erat* (np. interfectis prioribus filiis v. 20. 21.), vel כִּי בְרָעָה הָיְתָה בֵּיתוֹ h. r.: *nam in calamitate domus erat* (= calamitate afflicta domus fuerat). Sed utroque genere confuso scripsit: *nam in calamitate erat in domo suâ*. Esr. 3, 3. כִּי בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם מֵעַמֵּי הָאֲרָצוֹת h. e. proprie *nam in terrore super eos erat ex populis terrarum*. Hoc rursum e duabus locutionibus conflatum est, unâ: כִּי בְּאֵימָה הֵם מֵעַמֵּי הָאֲרָצוֹת *nam in metu erant a p. t.* (= sibi metuebant a p. t.), alterâ: כִּי אֵימָה עֲלֵיהֶם מֵעַמֵּי ה״ *nam metus erat super eos a p. t.* (populorum t. metus eos invaserat.). Hos. 13, 9. שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי־בִי בְעֶזְרֶךָ i. e., si verbum subjeceris verbo: *perditum te is, Israel, nam in me* (Jehovâ) *in tuo auxilio*. Nempe in unum confudit poeta כִּי־בִי עֶזְרֶךָ *nam in me tuum auxilium repositum est*, et כִּי אֲנִי בְעֶזְרֶךָ *nam ego sum in tuo auxilio*. Cf. paullo superius Ps. 146, 5.. *Ewaldus* l. l. enarrat: *mihi adversabaris* (??), *tuo adjutori*, ut בִי idem valeat, quod עָלַי. Quod eccui probabit? Eodem modo expedirem Job. 18, 8. כִּי־שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו commistumque dicerem כִּי שֻׁלַּח רֶשֶׁת בְּרַגְלָיו et כִּי שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת רַגְלָיו, nisi veram esse putarem S. V. *Rosenmuelleri* interpretationem: *nam pedibus suis immissus est reti*. Dolendum est autem magnopere, quod V. T. explicatores adeo hoc confusarum duarum locutionum schema, quod omnibus linguis commune est, ignorant, de eo ut ne inaudivisse quidem videantur. Hâc enim re effectum est, ut loca, quae sanissima sint, inconsulto tentarent, alia vero bene se explorata habere opinarentur, quae ne e longinquo quidem intellexissent. At vero jam

pridem cuivis patebant, quae graeci Grammatici acute disputassent, velut *Hermannus* passim ad Sophoclem [ad Philoct. v. 62 sq., ad Aj. v. 190. et alias, cl. Plat. Euthyd. §. 57. σὺ γὰρ πάντως που *κάλλιον* ἐπίστασαι διαλέγεσθαι, ἢ *ἐγώ*, τέχνην ἔχων *ἰδιώτου ἀνθρώπου*]. Quintum de locis disserimus, ubi *aliquis in aliquo esse*, i. e. *aliquo cerni* dicitur. Job. 23, 13. וְהוּא בְאֶחָד *et is* (Deus) *in uno est* (er ist in Einem) h. e. *uno constat* (er besteht aus Einem). Hoc genus apud Hebraeos rarum frequentissime in Arabum scriptis invenitur. Vide *Rosenmuellerum* ad Job. 23, 13. et *Silv. de Sacy* Grammaire Arabe T. I. p. 356., cujus verba apponam, quum ad quemnam locum linguae arabicae syntaxis hactenus adducta sit, egregie doceant. Sunt autem haec: *Elle se met souvent devant l'attribut d'une proposition négative, et est en quelque sorte* (ejusmodi voces non decent Grammaticum) *explétive (!!)*. Quin quae affert exempla sic enarranda sunt: لَسْتُ بِعَالِمٍ *non sum in sciente*, i. e. ich bestehe nicht aus einem Wissenden h. e. ad sensum *nescio*. مَا ٱللّٰهُ هُوَ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُونَ *neque Deus est in negligente ejus, quod facietis* (= *neque Deus est, qui negligat id, q. f.*). وَمَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ *neque illi in credentibus sunt, und sie bestehen nicht aus Glaubenden* i. e. ad sensum *neque tales sunt, qui credant*. Ita etiam explicandae sunt formulae, quas S. V. *Rosenmuellerus* ad Job. 23, 13. adscripsit: اللّه بقدير *Deus est in potente* (Gott besteht aus einem Mächtigen) h. e. *Deus est potens*. هو بمؤمن *ille est in credente* (jener besteht aus einem Glaubenden) h. e. est talis, qui credat. Non ita sane Graeci et Romani loquuti sunt, ut v. c. *hominem esse in bono homine* dicerent. Sed neque rationi haec loquendi forma repugnat et recte cum eâ contendi potest, quod Romani *rem esse in aliquâ re* dixerunt. Ita Tullio Off. I, 19. *animi elatio* — *in vitio est* (besteht aus einem Fehler) h. e. vitiosa est, eidemque Tusc. 4, 8. *aemulatio dupliciter* — *dicitur, ut et in laude et in vitio hoc nomen sit*. Per-

gimus ad ea loca, ubi *in re* concise dictum est pro *in re administrandâ seu faciendâ*. Jud. 18, 1. בַּיָּמִים הָהֵם שֵׁבֶט הַדָּנִי מְבַקֶּשׁ־לוֹ נַחֲלָה לָשֶׁבֶת כִּי לֹא־נָפְלָה לּוֹ עַד־הַיּוֹם הַהוּא בְּתוֹךְ־שִׁבְטֵי־יִשְׂרָאֵל בְּנַחֲלָה׃ H. l. plerique בְּ in בְּנַחֲלָה abundare crediderunt. *Gesenius* autem Lex. T. II. p. 731. non melius ita interpretatus est, quasi loco hujus בְּ scriptum esset לְ. Quin mente repetendum est v. נַחֲלָה post vocc. עַד־הַיּוֹם הַהוּא e superioribus et בְּנַחֲלָה valet *in possessione* i. e. h. l. *in possessione occupandâ* h. m.: *illo tempore tribus Dan expetivit sibi agros, in quibus habitaret; non enim ad id temporis obvenerant ei* (np. agri) *inter tribus israeliticas quum agri occuparentur*. Num. 34, 2. זֹאת הָאָרֶץ אֲשֶׁר תִּפֹּל לָכֶם בְּנַחֲלָה אֶרֶץ כְּנַעַן לִגְבֻלֹתֶיהָ׃ *haec terra, quae vobis in possessione occupandâ eveniet, est terra Chanaan secundum eos, quos habet, terminos* i. e. ad sensum *ditio Chananaea tota*. Nihil huc pertinere Ps. 16, 6. vix est, quod moneamus. Postremo de iis l. exponendum est, in quibus *aliquis in nescio quibus vel aliquid facere, vel pati* dicitur. Ps. 55, 19. *Liberat me a bello, quod mecum gesserunt et constituit me in pace.* Sequuntur v. כִּי בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *nam in multis* (unter Vielen, multorum coronâ stipati) *erant mecum* np. in certamine [perpende antecedentia]. Cf. Dionys. Halicarn. de compos. verb. p. 216. *Schaef.* *Ἐν εἰδόσι* (unter Wissenden) *λέγων οὐκ οἴομαι πλειόνων δεῖν παραδειγμάτων.* et ibi *Uptonum.* Deut. 28, 62. וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט *in paucis superstites eritis.* Sed ex his, quae disputata sunt, satis apparere videtur, בְּ pleonasticum i. e. בְּ *essentiae* quum ipsis Hebraeis, et Arabibus plane ignotum fuisset, inventum esse Grammaticorum. Restaret, ut ea N. T. l. rectius explicaremus, quae ad illud commentum male fuissent ab explicatoribus detorta, nisi otium nobis fecisset *Winerus* Gr. p. 146., quem virum, ex eo, quod nuper fecit (praeclare autem de praepositionum hebraicarum ratione disputavit in l.: Exegetische Studien u. s. w. Fasc. I. p. 27 sq. Leipzig 1827.) spem futuri praecipientes linguae hebraicae syntaxin egregie esse emendaturum confidimus.

— *ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα τῷ γένει*] *erat*

autem mulier pagana, *origine* (i. e. natione Act. 18, 24. Luc. Pseudolog. c. 1. *Πάριον τὸ γένος*.) *Syrophoenissa*. Non frustra haec Marcus obiter adjecit, sed ut appareret, cur Jesus, Judaeorum sospitator (Matth. 15, 24.), non sine recusatione (v. 27.) profanae feminae desiderium explevisset. *Ἑλληνὶς* h. l. non regionis, sed religionis vocabulum est, idem valens, quod *ἐθνική*. Vocantur autem homines a mosaicâ disciplinâ abhorrentes *Ἕλληνες* in N. T. propterea, quod plerique gentiles, cum quibus erat Judaeis commercium, graece loquebantur, cujus linguae usus tum temporis celebratissimus erat. In promtu est igitur, quo jure universum hominum genus Judaeorum et Graecorum nomine comprehendatur Gal. 3, 28. Coloss. 3, 11. al.. *Συροφοίνισσα Syrophoenissa* mulierem notat ex Syriâ Phoenice, quae fuit regio inter Syriam et Phoenicen. Incolarum stirps a Chananaeis repetebatur. Quare est in Matthaeo 15, 22. *γυνὴ Χαναναία*. Non iners autem est prior vocabuli *Συροφοίνισσα* pars. Nam erant etiam *Λιβυφοίνικες* s. *Λιβοφοίνικες* i. e. *Poeni*. Sed existit hîc quaedam quaestio subdifficilis: utrum *Συροφοίνισσα*, an *Συροφοινίκισσα* legendum sit. Nam ut illud unice probetur, constans linguae lex flagitare, ne hoc plane condemnetur, discrepantia Cdd. et Marci ingenium suadere videtur. *Elsevirii* conformatio habet *Συροφοίνισσα*. Libri sic variant: *Φοίνισσα* — *Συροφοινίκισσα* — *Συροφοινικίσση* (hoc vel a terminatione laborat) — *Συραφοινίκισσα* — *Συραφοινίνισσα* — *Συροφοινίκησα* — *Σύρα Φοινίκησσα* — *Συραφοίνισσα* — *Συροφοινήκισσα*. Primo quod a *Griesbachio* ascitum est *Συραφοινίκισσα*, si non propter ultimas syllabas, certe *ob compositionis pravitatem* barbarum habeo. Debebat *Griesbachius* saltem exarare quod *Wetstenio* placuerat *Συροφοινίκισσα*, aut monstro in duas partes dissecto, ut fecit *Matthaeius*, soloecismum tollere *Σύρα Φοινίκισσα Syra Phoenissa*. [*Euthymius* ad Matth. 15, 22. *ἦν δὲ ἡ γυνὴ ἑλληνὶς σύρα φοινίκισσα τῷ γένει, τουτέστιν, ἑλληνὶς μὲν τὴν θρησκείαν, σύρα δὲ τῇ διαλέκτῳ* (?), *φοινίκισσα δὲ τῷ γένει* (?) *εἴτουν τῷ ἔθνει*.]. Venio ad posteriorem vocabuli partem. A *Φοίνιξ* (alii scribi ma-

lunt *Φοῖνιξ*: sed vide *Herm.* de emend. ratione Gr. Gr. p. 71. et ad Soph. Oed. T. v. 746., *Buttm.* in Gr. uber. T. I. p. 170. II. p. 399.) oritur *Φοίνισσα*, a *Συροφοίνιξ* [Luc. Deor. Conc. c. 4.] autem *Συροφοίνισσα*, neque, ut videtur, potest aliter. Deinde errorem pronum fuisse librariis ad *ΣυροφοίΝΙσσα* attendens aliquis dixerit. Nam hinc alios duplicatâ syllabâ *ΣυροφοιΝΙΝΙσσα* fecisse, alios novo insuper vitio *ΣυροφοιΝΙΚΙσσα* et sic porro. Postremo neque *Wetstenium*, neque ceteros Criticos aliud formae *ΣυροφοιΝΙΚΙσσα* exemplum protulisse moneas, ut haud dubie scribendum esse *Συροφοίνισσα* pateat. At vero offendit, quod in variis lectionibus aut omnibus aut plerisque obruta jacet forma mira *ΣυροφοιΝΙΚΙσσα*. Deinde ne errorem tam proclivem, quam dictum est, existimemus, reputandum nobis est, multo saepius *intercidisse mediam syllabam*, quam errore *aliquid alieni adjectum esse.* Praeterea quum permulta sint in Nominibus Propriis, quae nondum explorata habeamus, non incredibile saltem videtur, antiquitus etiam formam ignobilem *Φοινίκισσα* exstitisse [cf. *Wolf.* Anal. lit. Fasc. III. p. 61.], quae a *Φοινίκη* derivaretur. Nam a *Φοίνιξ* deduci plane non poterat. Quamquam autem haec argumenta non ejusmodi sunt, ut *Συροφοινίκισσα* satis stabiliant (videbitur enim haec forma, quoquo nos verterimus, *vitiosa)*, hunc tamen usum afferunt, ut Marcum *fortasse Συροφοινίκισσα* scripsisse concedatur, praesertim quum ille in syntaxi nonnulla sibi indulserit [vide ad 3, 11. 4, 38.]. Sed ne facerem naufragium, tam scopuloso difficilique loco versantem in legitimâ receptae conformationis formâ *Συροφοίνισσα* acquiescere decebat, a novis rebus abstinere. *ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς*] *ut perversum genium ex filiae suae corpore expelleret.* *Ἐκβάλῃ* pro *ἐκβάλλῃ* *Matthaeius* et *Griesbachius* post *Millii* Proleg. §. 1100. admonitionem ediderunt. Recte. Quamquam si eos sui consilii rationem reddere coegisses, nescio an aqua iis haesisset. Nimirum observandum hîc est „*temporum τὸ κατάλληλον, quod est ex idiomatis graecae syntaxis*,“ quae sunt *Schaeferi* verba ad Demosth. T. III. p. 432.. Nempe Graeci constanter

jungunt Tempora, quae ut paria apte coëant, ita ut, ubi Tempus Finitum sit Aoristus aliudve Tempus Praeteritum, necessario etiam esse debeat Participium, quod eo referatur, vel Verbum, quod in subjecto Membro sequatur h. r.: ἐρωτῶ σε, ἵνα μανθάνῃς· ἠρώτησά σε, ἵνα μάθοις. χαίρω τοῦτο ὁρῶν· ἐχάρην τοῦτο ἰδών. Haec certissima lex dici non potest, quoties cum damno veterum scriptorum non solum a Criticis sacris (nam hoc equidem non miror), sed etiam a Philologis male neglecta fuerit. Itaque h. l. ἐκβάλλῃ ita tantum defendi posset, si diceres Conjunctivum *Imperfecti* (non ad formam, sed ad sensum). At sic res foret ambigua. Ergo necessarium est ἐκβάλῃ. — ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς] Praeverbium ἐκ a nonnullis Cdc. abest. Male. Usus enim, qui in tali re sequendus est, respuit ἐκβάλῃ τῆς θυγατρός. Recte quidem habet ἐκβαλεῖν οἰκίας vel cum alio Genitivo, qui locum (τόπον) denotet. Sed *ex homine extrudere* vereor, ut unquam esse possit: ἐκβαλεῖν ἀνθρώπου. Sic infra v. 29. dicitur: ἐξελήλυθε — ἐκ τῆς θυγατρός σου. Multo etiam minus ferri potest scriptura ἐκβάλῃ ἀπὸ τῆς θ., quia eodem vitio premitur, quod notavi supra v. 15.. Foret enim: *ejicere e viciniâ filiae*, *herauswerfen von der Tochter weg (?)*. Arist. Nub. v. 1296. οὐκ ἀποδιώξεις σαυτὸν ἀπὸ (non, ἐκ) τῆς οἰκίας; — V. 27. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ] Lectio καὶ ἔλεγεν αὐτῇ idcirco vehementer displicere debet, quia hîc δέ adversandi vox ad sensum necessaria videtur. Affert enim Jesus rationem, quâ beneficium supplici mulierculae denegare ipsum oporteat. ἄφες πρῶτον κ. τ. ἑ.. πρῶτον] Non idem est hoc, quod πρότερον, sed valet: *permitte*, *ut omnium hoc primum sit*, *ut filii satientur*. Videndum est autem, ne, quod haud pauci fecerunt, proverbialibus sententiis, ἄφες — τὰ τέκνα et οὐ γάρ — — τοῖς κυναρίοις aliud acumen indamus, quam quod Jesus inesse voluerat. Prior vox, ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα, hunc sensum continet: *noli ante tempus postulare*, *ut beneficia in te conferam*, *quomodo canes*, *quibus victus projiciendus est satiatis filiis*, *immodeste cibum expetant illis adhuc coenantibus*. Hujus sententiae ratio posteriore voce οὐ γάρ — τοῖς κυναρίοις enuntiatur

h. m.: *nam cum aliorum injuriâ alicui beneficium dare non magis decet, quam liberorum panem projicere catellis.* Itaque prioris sententiae similitudo *in canum victus avidorum impatientiâ*, posterioris autem in eo reposita est, quod *panem liberis adimere, ut catellis impertiatur, absurdum sit* indicatque Jesus, eo tempore feminam paganam ab se opem petivisse, quo si ejus voto annueret, Judaeis, quibus ad id temporis sua Messiae opera destinata esset, injuriam facere videretur. Parum ergo illarum locutionum proverbialium voluntatem (*tertium comparationis* dicunt) perspexerunt, qui in eo haeserunt, quod mulier gentilis appellari *canis* videretur et, quo jure ita vocata sit, in diversas partes disputarunt [!!]. Ita nonnulli post *Theophylactum* ad h. l.: *κυνάρια δὲ ὀνομάζει τοὺς ἐθνικούς, ὡς μιαροὺς δοκοῦντας τοῖς Ἰουδαίοις.* hujus rei causam in eo quaesiverunt, quod Judaei homines gentiles contumelioso convicio כְּלָבִים *canes* vocare consueverunt [vide *Schoettgenium* in Hor. hebr. p. 1145. cl. 2 Sam. 3, 8. 2 Reg. 8, 13.]. At, ne superius dicta repetam, nihil certe Jesus inhumanius facere potuisset, quam ut in miseram feminam, quae suarum fortunarum spem in ipso collocavisset, judaicam contumeliam intorqueret. Magis etiam mire *Chrysostomus* T. V. Hom. CXIX p. 773. canem nominatam esse feminam ob suam in blandis precibus [v. 26. et 28.] constantiam praedicavit. Praeterea accuratâ, quam dedimus, similitudinis in utroque membro expositione sententia: *ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα·* a *Pauli* cavillatione defensa est, qui ne potuisse quidem eam ab Jesu proferri contendit, qui hunc sensum necessario inferat: *permitte, ut ante omnia idoneum Judaeorum numerum sanitati restituam. Tum tibi succurram.* Ad illud autem tempus gravi morbo implicatam nullo modo rejici potuisse. Videlicet nihil sibi Jesus, nisi hoc, voluit: tu justo citius, pagana mulier, atque eo tempore opem meam implorasti, quo, si praestarem, Judaeis injuriam facere viderer. Ceterum h. l. acerbior in Matthaeo 15, 24. 26., lenior in Marco Jesu est oratio; unde magna vis accedit sententiae meae, qui Matthaeo 15, 26. *οὐκ ἔξεστι λαβεῖν* vindicaverim. Sed quantopere Marco

Paronomasia λαβεῖν — βαλεῖν placuerit, inde patet, quod quum alia immutaret, hanc retinuit. V. 28. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη καὶ λέγει αὐτῇ] Marci ἀπεκρίθη καὶ λέγει Participii vinculis coercuerunt librarii ἀποκριθεῖσα λέγει αὐτῷ — ἀπεκρίθη αὐτῷ λέγουσα — ἀπεκρίθη λέγουσα, quippe Temporum variatione offensi. ναί, κύριε — τῶν παίδων] Duo quidem ὑποκοριστικά τὰ κυνάρια et ἀπὸ τῶν ψιχίων reprehensionis sunt expertia; sed ultimum τῶν παιδίων quid agat, non intelligo. Quare e nonnullis Cdc. [vid. *Wetsten.*] reposui τῶν παίδων. Hoc eodem redit cum superiore τὰ τέκνα et τῶν τέκνων (v. 27.). Voculae καὶ γάρ h. l. significant non *etenim*, sed *nam etiam* [cf. *Fritzsche* Quaest. Luc. p. 148.]. Unus Cd. καὶ γὰρ καί. Nimirum utrum καὶ γάρ, an καὶ γὰρ καὶ genuinum sit, id praecipue a Cdd. pendet, qui ubi in neutram partem inclinant, ibi est probabilius καὶ γάρ, quia hoc scribae significationis *etenim* alieno tempore memores saepe adjecto καί deturparunt. Scripturae καὶ τὰ κυνάρια κ. τ. ἑ. et ἀλλὰ καὶ τὰ κυνάρια etc. malae sunt eorum emendationes, qui, ut vulgo interpretes, locum parum cepissent [cf. ad Matth. 15, 27.]. Est autem post ναί e superioribus repetendum καλόν ἐστι τὸν ἄρτον τῶν τέκνων βαλεῖν τοῖς κυναρίοις atque hoc dicit similitudine, quâ Jesus denegandum esse optatum docuerat, ad suam rem deflexâ modeste magistrum refutans femina: *profecto decet, domine, victum liberorum dare catellis; nam etiam catuli de filiorum frustulis sub mensâ comedunt*, h. e. *quin, si precibus meis locum concedes, non magis injuriâ homines, qui tuorum beneficiorum jus habent praecipuum, afficies, quam filii cibo defraudantur, si quando eorum frustulis sub mensâ vescuntur catelli.* V. 29. Ὕπαγε· διὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξελήλυθε τ. δ. ἐ. τ. θ. σ.] Ita ex aliquot Cdd. rescribere nihil dubitavi. Vulgatur: Διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε· ἐξελήλυθε τ. δ. ἐ. τ. θ. σ.. Nam quum ὕπαγε vox non tam *ire*, quam *bono ire animo* jubentis tale additamentum (nam ex alio genere est ὕπαγε εἰς εἰρήνην supra 5, 34., ubi vid. not.), cujusmodi est διὰ τοῦτον τὸν λόγον, naturâ suâ non ferat [cf. Matth. 8, 13. Marc. 10, 52.], verba autem διὰ τοῦτον τὸν λόγον, ut

ad sensum, ita ad syntaxin cum ἐξελήλυθε cohaereant, duplici nomine scriptura vulgata inepta est. Quare saltem distinguendum erat: *διὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὕπαγε, ἐξελήλυθε* —. Sed nemo diffitebitur, hanc esse molestissimam dictionem. Errori ansam praebuit exitus, qui idem est in ὕπαγε et in ἐξελήλυθε. Sensus: *Bono abi animo. Ob hanc tuam orationem* (v. 28.) *jam exiit* (meo jussu) *malus daemon e filiae tuae corpore.* V. 30. Unice vera est lectio vulgata h. s.: *et quum domum suam intrasset, invenit daemonem egressum esse* (= *filiam daemone liberatam esse;* hoc *primarium* est, quum hoc ipso fine Jesum mater adierit, ut daemonem expelleret. cf. v. 26. 29.) *et filiam reperit in lecto jacentem* (quam consentaneum est antea instigante malo genio huc illuc cucurrisse. cf. 5, 3 sq.; hoc *καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης secundarium* est, quum puellae conditionem, quae abacto genio sponte sequebatur, tantum exprimat). Accedit, quod vulgata scriptura admodum concinne refertur ad v. 29. — *ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον* — *εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός.* Quae res perit, si cum nonnullis Cdc. membra invertas. Non uno modo hoc in illis libris factum est. Alii enim praebent *εὗρε τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης καὶ τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός,* alii habent *εὗρε τὸ παιδίον βεβλημένον ἐπὶ τὴν κλίνην* (L *ὑπὸ τὴν κλίνην*) *καὶ τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός.* In his *ἐπὶ τὴν κλίνην* valde mirum, *ὑπὸ τὴν κλίνην* etiam absurdum est. Scilicet sexcenties *ἐπί* et *ὑπό* scribae commiscuerunt. *Griesbachius* C. C. l. l. p. 123 sq. librarios, ut membra inverterent, eo motos fuisse dicit, quod daemonem abiisse ex eo tantum matrem colligere potuisse putaverint, quod filia in lecto jaceret. Prius igitur eos censuisse *εὗρε τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης,* posterius *εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός.* Verum quum ita ineptissime fecisse librarios existimandum sit, quidni duo membra *fortuitu,* ut saepe, confusa esse credere malumus?

V. 31. *Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἀνὰ*

μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. 32. Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον καὶ παρακαλοῦσιν αὐτόν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. 33. Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ᾽ ἰδίαν ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ, 34. καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστέναξε καὶ λέγει αὐτῷ· ἐφφαθά, ὅ ἐστι διανοίχθητι. 35. Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς. 36. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν· ὅσον δὲ αὐτὸς [αὐτοῖς] διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον· 37. Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο λέγοντες· καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.

V. 31. εἰς τὴν θάλασσαν] *ad mare.* Optime *Griesbachius* dedit εἰς [cf. ad 3, 7.] loco πρός, quod non magis glossema est, quam aliorum librorum παρά. De ceteris hujus vs. v. vide annotationem nostram ad v. 24.. V. 32. Quamquam Marcus rei, quae v. 32 — 37. narratur, memoriam solus conservavit, tamen hîc quoque Matthaeum ab eo consultum esse e duabus rebus cognoscitur. Nam primum quidem eo tempore suas nobis copias suppeditavit, quo ad Matth. 15, 30. pervenisset ibique claudos, coecos, surdos aliosque hujus generis homines ab Jesu persanatos esse legisset. Unde apparet, generalem Matthaei expositionem memorabili eum exemplo locupletare voluisse. Deinde idem utriusque scriptoris exordium [v. 28. cl. Matth. 15, 29.], similisque clausula [v. 37. cl. Matth. 15, 31.] rem comprobat. καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον] Lectio κωφὸν καὶ μογιλάλον, quam perperam probavit *Millius* Prol. §. 996., spernenda est, quum eam nec rei natura admittat, neque usus ferat [Matth. 9, 32.]. Nam vulgata hunc sensum infert: *attulerunt ei difficulter loquentem, qui surdus esset* (einen tauben Schwerredenden, quod paullo minus est, quam einen Taubstummen). Praeterea una pars librorum offert κωφὸν μογιλάλον, altera κωφὸν καὶ μογγιλάλον, ut optio sit aut probandi καί et μογγιλάλον, aut neutrum eorum.

Atqui *μογγιλάλον* in h. l. non quadrat. Exstat *μογγιλάλον* h. l. in multis bonisque Cdd.. Unde recepit *Matthaeius*, *Griesbachium* idem propterea non fecisse arguens, quod sibi timuerit *a piis manibus sancti Schrevelii*. Invenitur *μογγιλάλος* etiam in Etymol. M. s. v. *βατταρίζω* ed. *Sylburgii* p. 173. *ὁ Βάττος οὗτος τῆς κατὰ Κυρήνην ἀποικίας ἡγήσατο μογγιλάλος τις ὤν* et *μογγιλαλέω* in Theod. Prodr. Ep. 53. Valde autem dissidet *μογγιλάλος* a *μογιλάλος*. Hoc *ad dicendi laborem* pertinens, eum notat, *qui difficulter loquitur* (der kaum reden kann), seu naturali linguae vitio, sive ex morbo, velut quando ulcus sub linguâ cicatricem duxit; illud *soni pravitatem* indicans idem est, quod *μογγός* et *submissâ obtusâque voce loquentem* (einen hohl, dumpf redenden) declarat. Tali opponitur *λαμπρόφωνος sonorâ voce dicens*. Quae quum ita sint, patet, h. l. scribendum esse cum *Griesbachio* [cf. C. C. l. l. p. 124 sq.] *μογιλάλον* ob v. v. 35. *καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ καὶ ἐλάλει ὀρθῶς*. Vitio creatum est *μογγιλάλον* satis frequenti, quum in Cdc. consonae in mediis vocibus saepe perperam duplicentur. Falluntur autem, qui, ut *Vulgatus*, *Lutherus*, *Schleusnerus* Lex. II. p. 163., vocem *μογιλάλος mutum* significare putant. Nam haec a ratione ipsâ abhorrens potestas neque ex LXX translatione, neque e nostro loco ostendi potest. Quippe Jes. 35, 5. וְתָרֹן לְשׁוֹן אִלֵּם *et muti lingua exsultabit* LXX *parum accurate* converterunt *καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων*. Deinde nostro loco temere provocarunt ad vs. 37. — *καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν*. Nam portento attonita plebs v. 37. in celebrandâ Jesu virtute *hyperbolice* loquitur: *et ut surdi audiant*, *et ut muti loquantur efficit*. Ceterum nihil potest de hoc misero viro, quod quidem probabile sit, dici, nisi hoc, quum casu nescias, quo surdus redditus fuisset, sensim sensimque ei, ut fit, loquendi facultatem imminutam fuisse. Nam hoc tantum pacto fieri poterat, ut recuperato auditu statim recte loqueretur (v. 35.). *καὶ παρακαλοῦσιν — τὴν χεῖρα*] *et rogarunt eum, ut ei manum imponeret* np. membrorum, quae obtorpuerant, usum ei redditurus [cf. ad Matth. p. 349.]. V. 33. et 34.

καὶ ἀπολαβόμενος — κατ' ἰδίαν] *et quum sumsisset eum de plebe seorsum.* Haec v. non ita capienda sunt, ut Jesum infelicem virum e plebis conspectu abstraxisse, sed ex hominum turbâ eum abductum e coronae regione collocavisse putemus (cf. v. 36. 37.). Videtur hoc Jesus eo consilio fecisse, ne impellens ab omni parte plebs et sibi sanaturo et aegroto impedimento esset. *Reinhardus* Opusc. acad. T. II. p. 140. cavisse Jesum existimat, ne spectatorum inscitia vim occultam in rebus, quas faceret, quaereret et superstitioni daretur locus. Hoc et longe est repetitum et ne satisfacit quidem. Nimirum quo modo Jesus membrorum usum aegroto redderet, e longinquo vidit plebs (cf. v. 33. et 36.). Multo minus idonea est *Euthymii* disputatio: *ἀπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, τουτέστι, παρέλαβεν, ἐχώρισεν, ἵνα μὴ δόξῃ θεατρίζειν τὰ θαύματα, καὶ μάλιστα γνοὺς τινας τῶν μεμψιμοίρων ἀναμεμιγμένους τοῖς πλήθεσιν.* Nam hâc lege *domi* hominem sanare Jesus debuerat. Formulam *ἀπολαμβάνειν τινὰ seorsum aliquem sumere, seducere aliquem* multis exemplis illustrant *Elsnerus*, *Wetstenius* et *Kypkius*. Scripturam *ἐπιλαβόμενος αὐτόν* vel structurae improbitas nihili esse docet. Requirebatur *ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ quum eum prehendisset.* Verum id ab h. l. abhorret, quum sequantur v. *ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν. ἔβαλε — τῆς γλώσσης αὐτοῦ*] *digitos suos in aures ejus inseruit et sputo emisso linguam ejus tetigit.* Minime Jesus immissis digitis audiendi, ejecto sputo loquendi facultatem impertivit aegroto, ut *Theophylactus* et *Victor* contendunt, sed imperii sui, quod unâ voce *ἐφφαθά* continebatur, vi et necessitate miraculum patravit. Inseruit autem digitos auribus et sputo linguam irrigavit, ut ad salutis spem portentique exspectationem miserum hominem erigeret [cf. 6, 13.]. *καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν*] *et quum in coelum oculos sustulisset* np. eorum ritu, qui divinum numen pie venerantur (cf. 6, 41.). *ἐστέναξε*] *ingemuit* miserans, opinor, humani generis calamitates [vide *Euthymium* et *Grotium*]. Minus bene *Rosenmuellerus* et *Kuinoelius* *ἐστέναξε* ad ejusmodi preces, quae mente funderentur,

non verbis conciperentur, rettulerunt: *ingemuit* i. e. *tacite precatus est.* Sed absurde *Heinsius, Boltenius, Schottus* al. ἐστέναξε καὶ λέγει αὐτῷ converterunt: *alta voce ei dixit.* Quam quidem et a ratione et a loquendi usu abhorrentem enarrationem antiquum obtinentes eo firmare conati sunt, quod LXX. וְעַק, שִׁוַּע et אָנַק hîc illîc *parum diligenter* reddiderunt verbo στενάζειν [Job. 31, 38. 24, 12. Ez. 26, 15.]. ἐφφαθά] Est hoc Syriacum ܐܬܦܬܚ, Imperativus passivae Conjugationis Ethpael. Notat *aperitor*, ut Marcus ipse explicat ὅ ἐστι διανοίχθητι, i. e. *aurium usum habeto.* Surdi enim et caeci pro clausis habentur, quum eorum membrorum usu careant, quibus integris extrinsecus oblata mente arripiuntur ac reconduntur. Apparet igitur, cur Exod. 4, 11. פִּקֵּחַ *apertus* significet *hominem videndi facultate instructum*, et, quod magis etiam ad h. l. pertinet, quî פָּקַח עֵינֵי פ״ et פָּקַח אָזְנֵי פ״ *aperire alicujus oculos (aures)* designare debeat *videndi (audiendi) facultatem alicui dare* [2 Reg. 6, 17. Jes. 35, 5.]. Ex eo autem sequitur, ut, cujus aures apertae fuerint, is audiat (v. 35.). V. 35. Nonnulli libri εὐθέως non agnoscunt. Sed ad declarandam Jesu voluntatis (v. 34.) efficaciam necessarium est: *et statim aures ejus apertae sunt et linguae nodi soluti* [cf. 2, 12. 5, 42.]. Justin. 7, 1, 6. *Cui nomen Battos propter linguae obligationem fuit — linguae nodis solutis loqui primum coepit* [cf. *Wetsten.*]. καὶ ἐλάλει ὀρθῶς] Perpende, quantam vim sospitatoris vox ἐφφαθά habuerit. Nam qui antea vix loqui potuerat, uno Jesu verbo eo redactus est, ut non solum sine labore diceret, sed etiam *recte* loqueretur. V. 36. καὶ διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν] *et imperavit iis* (i. e. quae miraculo interfuerat plebi), *ne cuiquam dicerent. Kuinoelius* explicat — *ne statim cuiquam dicerent.* Sed illud *statim* Marco obtrudit. Noluit autem Jesus portenti famam divulgari [cf. 3, 12. 8, 26.], ne Messias existimaretur et turbae fierent [Joh. 6, 15.]. Fuerunt tamen, qui sic disputarent. Quod Jesus in Evangeliis portenta sua in vulgus dimanare noluisse dicatur, hoc ipso Evangelistas incertae

illa famae deberi, haud obscure indicasse. Nam eos, quasi veritos, ne quis illa parum et nota et explorata diceret, monuisse, Jesum eorum famam ipsum oppressisse. ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον] In his v. et ὅσον pro καθ᾽ ὅσον *quatenus* locatum esse et ante μᾶλλον per ellipsin deesse τοσούτῳ nego et pernego [vid. *Grotius*, *Heupelius*, *Bos* de ellips. p. 489 sq.]. Converte: *quantum autem ipse iis imperabat* (scil ne portenti famam disseminarent), *magis impensius praedicabant* h. e. *magis impensius rem divulgabant*, *ad quem modum valde iis imperabat* etc. (*so sehr er* ihnen *gebot*, *verbreiteten sie* den Vorfall *mehr* i. e. sie verbreiteten den Vorfall so (= in soweit) mehr, als er ihnen sehr gebot). Item errant, qui *eo* s. *hoc* ante posteriorem Comparativum mente addendum esse putant Liv. 2, 51. *quo plures erant*, *major caedes fuit* i. e. in wie weit sie zahlreicher waren, war die Niederlage grösser. Cic. Fin. 5, 13. *Cui proposita sit conservatio sui*, *necesse est huic partes quoque sui caras esse carioresque*, *quo perfectiores sint et magis in suo genere laudabiles.* Μᾶλλον sequenti Comparativo περισσότερον pondus adjicit ejusque virtutem exaggerat. Aristoph. Ecclesiaz. v. 1131. μᾶλλον ὀλβιώτερος [cf. *Hermann.* ad Vig. p. 719. *Reisig.* ad Oed. Col. Enarr. v. 734. et *Winer.* gr. p. 97.]. Eodem modo Romani *potius* et *magis* frequentant. Cic. in Pis. 14. *Mihi in tanto omnium mortalium odio — quaevis fuga potius, quam ulla provincia esset optatior.* Plaut. Capt. 3, 4, 112. *Nihil invenies magis hoc certo certius* [cf. *Ruddimanni* Instit. gr. lat. T. II. p. 105. ed. Lips.]. Indocte igitur *Curcellaeus* virgulam, quae recte habet post διεστέλλετο, post μᾶλλον transtulit. Sed quamquam scio, vocabula ejusdem stirpis conjungi, hîc tamen αὐτοῖς, quod modo praecesserit, quem usum praestet, ignoro. Quare non nollem expungere, si a Cdd. abesset. Vel illud tamen αὐτοῖς suspectum reddit, quod αὐτός aliquot libri non agnoscunt. Hoc enim αὐτός, quo aptissime Jesus plebi opponitur, non licet, opinor, cum *Millio* Prol. §. 1343. et *Dav. Schulzio* in discrimen adducere. V. 37. καὶ ὑπερπερισσῶς — πεποίηκε] *et ultra modum vehe-*

menter perculsi dicebant: praeclare omnia fecit np. in sanando homine. Male *Stolzius*, *Schottus* al. *omnia egregie agit.* Unus Mosq. x. praebet καλῶς τὰ πάντα. Sed miraculi oculis subjecti tanta in plebe admiratio est, ut eo erecta Jesum et surdis auditum et linguam mutis reddere *in universum* moneat v. καὶ τοὺς κωφοὺς κ. τ. ἑ..

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Quum Jesus in regione decapolitanâ esset (c. 7. v. 31.), praeter miraculum, quod supra (c. 7. v. 32 sq.) relatum est, edidit prorsus singulare aliud. Nam quattuor fermè hominum millia, quae per triduum ejus lateri adhaesissent, in summâ victus inopiâ septem panibus paucisque piscibus satiavit vs. 1—9.. *Quo facto in Dalmanuthae partes cum discipulis transmisit vs.* 10.. *Sed ibi Pharisaei, ejus vim exploraturi, postularunt, ut portentum ipsis de coelo ederet vs.* 11.. *Itaque quum ejus generis hominibus miraculum se exhibiturum esse negavisset, quo Pharisaeorum insidias evitaret, locum, unde profectus fuerat h. e. solitudinem Bethsaidae navi repetiit vs.* 12. 13.. *Verum ita Jesu Pharisaeorum nequitia in mente haerebat, ut inter navigandum esse, quod a Pharisaeorum et Herodis fermento (indicans hominum pravitatem) sibi caverent, discipulos moneret vs.* 15.. *Hanc quidem vocem parum intellexerunt Apostoli, quod panes secum ferre obliti fuerint, se notari arbitrati vs.* 14. *et* 16. *Unde Jesus eorum errorem redarguere coactus est. Dicit igitur, illud, quod paucis panibus permultos homines bis satiaverit miraculo, se non vituperare eos, quod nullos panes secum habeant, minus inertes viros docere potuisse vs.* 17—21.. *Bethsaidae coecum hominem Jesu obtulerunt, ut suâ ei contagione lucem redderet obsecrantes vs.* 22.. *Et satisfecit his precibus, ut tamen e vico ductum impositis manibus salivâ conspergeret ac rursus acri vultu praeditum, ne cui rem narraret, obtestaretur vs.* 23—26.. *Tum Bethsaidâ profectus est cum Apostolis in pagos Caesareae Philippi, sed ita, ut eum plebs sequeretur vs.* 27. 34.. *In hoc itinere, quemnam se homines vulgo existimarent,*

discipulos interrogavit vs. 27.. Ad id quum illi respondissent, Petrus ceterorum nomine se magistrum pro Messiâ habere dixit vs. 28. 29.. Tum Jesus, vere discipulos de se statuere significavit, sed vetuit eos suam dignitatem aliis aperire vs. 30. coepitque de malis, quae sibi imminerent, de morte, quam adire deberet, denique de suo in vitam reditu disserere vs. 31.. De hâc vero tam male ominatâ oratione Petrus doctorem objurgare coepit vs. 32.. Sed Jesus, ne temeraria Petri vox Apostolis, qui adessent, fraudi esset, Petrum tacere jussit, non ei divina, sed humana consilia cordi esse, graviter admonitum vs. 33.. Tum plebe et discipulis advocatis talem orationem habuit: si quis mihi se in disciplinam dare vult, suarum rerum oblitus supplicia perferat vs. 34.. Nam calamitatibus propter me et doctrinam divinam exhaustis, beatitas, quam Messias largietur, optime parabitur vs. 35., quâ nihil est in mundo melius et majus vs. 36. 37.. Nam quicunque neglectis Messiae praeceptis illius spem perdiderit, irreparabile damnum contraxerit. Quippe Messias, ubi quâ par est pompâ venerit, non eum in suis numerabit vs. 38.. Ceterum ita propinquus ille est Messiae adventus, ut nonnulli eorum, qui adstant, ad id temporis vitam producturi sint c. IX. v. 1..

V. 1. Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, παμπόλλου ὄχλου ὄντος καὶ μὴ ἐχόντων, τί φάγωσι, προςκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς λέγει αὐτοῖς· 2. Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι, ἤδη ἡμέραι τρεῖς, προςμένουσί μοι καὶ οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσι. 3. Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰρ αὐτῶν ἀπὸ μακρόθεν ἥκουσι. 4. Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ᾽ ἐρημίας; 5. Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς· πόσους ἔχετε ἄρτους; οἱ δὲ εἶπον· ἑπτά. 6. Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ. 7. Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι

αὐτά. 8. Ἔφαγον δὲ καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας· 9. Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.

V. 1. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις] *illo tempore* np. quo Jesus in regione decapolitanâ versans hominem surdum, qui idem esset μογιλάλος, portento sanavisset [cf. 7, 31 sq.]. *Schottus* vertit *aliquando*, errore pervulgato [vid. ad Matth. p. 106.]. παμπόλλου ὄχλου ὄντος] *quum permulta turba adesset.* Neminem, opinor, morabitur *correctio* ἐλθόντος pro ὄντος [vid. not. ad Marc. 2, 15. add. Liv. 44, 20. — *homines navibus deesse; qui sint, neque stipendium accepisse, neque vestimenta habere.*]. Sed de voce παμπόλλου quaeri potest. In multis enim Cdd. ejus loco est πάλιν πολλοῦ, in uno, utrâque scripturâ male conflatâ, πάλιν παμπόλλου, in nonnullis πολλοῦ. Praeposuerunt πάλιν πολλοῦ lectioni vulgatae *Millius* Proleg. §. 1400., *Valckenarius* l. l. p. 357., *Griesbachius* C. C. l. l. p. 126 sq. et *Gersdorfius* in l.: Beiträge u. s. w. p. 497.. Et aptum esse h. l. πάλιν πολλοῦ, lubenter concedo. Bene enim referri potest ad 6, 34., ubi magnam turbae multitudinem et instituisse in deserto, et benigne non sine miraculo exiguo victu satiavisse Jesum legebamus. Nihilominus ita mihi h. l. comparatus esse videtur, ut παμπόλλου praeferre nihil dubitem. Nam primum quidem plane nihil tribuendum est ei rei, quod πάμπολυς semel h. l. in N. T. legitur. Quasi vero nostri scriptores hanc notissimam vocem aut ignorare, aut studio evitare potuerint. Deinde illis, quos nominavi, vel casu natum esse videbatur παμπόλλου ex πάλιν πολλοῦ, vel consilio Evangelistariis illatum atque inde in Cdd. propagatum. Nam quum h. l. lectionis ecclesiasticae initium sit, fieri non potuisse, quin πάλιν, quod ad prius relatam rem lectoris animum reduceret, datâ operâ obliteraretur. Verum priori suspicioni illud obmolior, quod solent librarii non quidem πάλιν πολύς et alia hujus generis v. facile corrumpere, sed πάμπολυς *et similia Composita* aut discerpere in πάνυ

πολύς, aut truncare, ut nascatur *πολύς*, aut aliis modis male mulcare; posteriori hoc obmoveo, quod plura Evangelistaria *πολλοῦ*, quam *παμπόλλου* continent; unde concludo, quae *πολλοῦ* praebeant, nihil nisi solemnem, quam dixi, vocis *παμπόλλου* depravationem afferre. Sed quo magis Marcus verbo *πάλιν* delectatus est [2, 1. 13. 3, 1. 4, 1. 5, 21.], eo facilius *παμπόλλου* h. l. etiam in *πάλιν πολλοῦ* corrumpebatur. *παμπόλλου ὄχλου ὄντος καὶ μὴ ἐχόντων, τί φάγωσι*] *quum permagna turba adesset, neque haberent, quo vescerentur.* Vide de hâc juncturâ *Matthiä* ausf. gr Gr. p. 602 sq. cl. Virgil. Aen. II. v. 63. *Undique visendi studio Trojana juventus circumfusa ruit, certantque illudere capto.* *προςκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς λέγει αὐτοῖς*] V. *ὁ Ἰησοῦς* ante *τοὺς μαθητάς* post *Millii* Proleg. §. 1400. et *Bengelii* admonitionem jure delevit *Griesbachius*. Sed non minus recte videor mihi sustulisse *αὐτοῦ*, sive ut alii scripserunt, *αὐτοῦ* post *τοὺς μαθητάς*. Nam quum quam vocem Matth. 15, 32. nemo attrectaverit, h. l. plures Cdd. omittant, scribarum additamentum esse consentaneum est [cf. *Millium* Proleg. §. 1465.]. V. 2. *ὅτι, ἤδη ἡμέραι τρεῖς, προςμένουσί μοι καὶ οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσι*] Alii, ut *Elsevirii* conformatio habet, praebent *ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προςμένουσί μοι καὶ οὐκ ἔχουσι* etc., alii *ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς προςμένουσί μοι* etc., alii *ὅτι ἤδη ἡμέραις τρισὶ προςμένουσί μοι κ. τ. ἑ.*, alii *ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς εἰσίν, ὅτι προςμένουσί μοι κ. τ. λ.* (sic interpres Armenius), alii (i. e. Cd. D.) *ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς εἰσίν, ἀπὸ πότε* (sic; voluerat *ἀφ' οὗ*) *ὧδε εἰσίν, καὶ οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσι.* Lectionem *ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς προςμένουσί μοι κ. τ. ἑ.* probarunt *Millius* Prol §. 1343. et *Bengelius*, receperunt *Matthaeius* et *Griesbachius*. Recte, opinor. Nam quod ad Matth. 15, 32., cujus loci eadem ratio est, *ἡμέραι τρεῖς* nunquam idem quod *ἡμέρας τρεῖς* designare contendi, sane ne nunc quidem alius praeter Matthaei et Marci locos suppetit, ubi v. *ἡμέρα* ita legatur, sed meminisse debueram, temporum notationes illo pacto haud raro a veteribus reliquae orationi interponi. Luc. D. Meretr. 1, 4. *οὐ γὰρ ἑώρακα, πολὺς ἤδη*

χρόνος, αὐτόν. et Necyom. c. l. libri non pauci habent: *πολὺς γάρ χρόνος, οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει.* [Vulgare loquendi genus conspicitur Timon. c. 9. *πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ᾽ ἀνέβλεψα* —.] Adde *ὅσοι μῆνες, ὁπόσα ἔτη* [vid. *Schaefer.* ad Demosth. T. IV. p. 258.], *ἔτος τουτὶ τρίτον, δεύτερον ἔτος* [cf. *Schaefer.* l. l. T. V. p. 368.. Plene dixit Demosth. adv. Timoth. 67, 7. *Bekk. οὔπω τοίνυν πολὺς χρόνος ἐστίν, ἐξ οὗ* —., ubi *Schaeferus* T. V. p. 291. similem l. comparavit.]. Postremo quis ignorat notissimum *ὅσαι ἡμέραι, (quotquot eunt dies*, Horat. Od. II, 14, 5.) quod adeo in Adverbii ditionem concessit, ut etiam conjungi soleat *ὁσημέραι*? Itaque et in Matthaeo, et in Marco nunc unice probo *ἤδη ἡμέραι τρεῖς*, praesertim quum haec scriptura ejusmodi sit, ex eâ ut facillime turbae omnes in utroque l. commotae derivari possint planeque incredibile sit, tot variationes binis in l. *casu* exstitisse. Sed ex iis, quae supra attuli, intelligitur, v. *ἤδη ἡμέραι τρεῖς* a reliquâ oratione utrimque commate separanda esse. Haec igitur erit, si latine exprimere coneris, totius vs. ratio: *miseret me plebis, quia, jam triduum est, mihi adhaerent neque habent, quo vescantur.* V. 3. *Νῆστις*, de quo voc. vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 326., *jejunum, impransum* notat. *Νήστις,* quod pro *νήστεις* h. l. et Matth. 15, 32. aliquot libri jactant, plane nihili est. Quare miror, fuisse, qui *νήστις* ut lectionem nonnullius momenti suspiceret. *εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν*] Legebatur *εἰς οἶκον αὐτῶν.* Articulum, quo hîc carere non possumus, e pluribus Cdd. [vid. *Wetsten. Birch.* et *Matthaeium*] addidi. Contrariam in partem peccavit *Griesbachius* infra v. 26. Articulum proscribendo, qui recte esset in textu recepto. *ἀπὸ μακρόθεν*] Quum *ἀπὸ* idonei libri adjiciant, in fidem recepi. Vide supra p. 161. ad 5, 6.. *ἥκουσι*] Haud pauci libri continent *ἥκασι.* Praeteritum *ἧκα*, quod est in sordibus seriorum scriptorum, ab LXX [v. c. Deut. 32, 17. *καινοὶ καὶ πρόςφατοι ἥκασιν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν.*], Josepho, Libanio usurpatum [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 744. et *Buttmanni* gr. uber. T. II. p. 146.], vereor, ne N. T. vindicari nequeat. Nam translatio LXX multis est vitiis obruta,

quae N. T. valde abominetur. Propendent vero librarii pro sui captus mediocritate in tales delicias, vel potius ineptias. Potuerat tamen formam ἧκα *Winerus* commemorare in grammaticâ. *Grotius:* „ἥκασι] Hanc lectionem tuetur veterum interpretum auctoritas.“ Quî tandem? Vertunt enim, ut Vulgatus, *venerunt.* Id ipsum est ἥκουσι. Redde: *et si eos incoenatos domum dimisero, conficientur in viâ; nam nonnulli eorum e longinquo venerunt.* V. 4. πόθεν *Kuinoelio* idem est, quod πῶς. Recte *Beza* enarravit: *unde i. e. quo ex loco: quum videlicet in deserto essent.* Sed quod idem ἄρτων explicuit *panibus*, *nedum obsoniis*, debuerat id vel aliis v. clarius indicari, vel, si iisdem dici potuerat, saltem vocabulorum ordo mutari. ὧδε — ἐπ᾽ ἐρημίας] Non sollicitanda sunt haec verba. Cf. supra ad 1, 13. ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ὧδε omittunt D. 69. Syr. al. et pro ἐπ᾽ ἐρημίας hîc illîc est ἐπ᾽ ἐρημίαις et ἐπ᾽ ἐρημίᾳ. Nimirum ᾳ et ας, η et ης crebro confunduntur. Solitudo autem hîc quoque dici videtur, quae fuit prope Bethsaidam in Gaulanitide Luc. 9, 10. Sensus: *unde coemtis panibus hos poterit aliquis hîc in solitudine satiare?* V. 5. ἔχετε ἄρτους;] Meliore ordine nonnulli libri offerunt ἄρτους ἔχετε; ut Matth. habet 15, 34. et Marc. supra 6, 38.. Hinc non culpabo, si quis ἄρτους ἔχετε; etiam h. l. scribendum putabit. V. 6. Cf. ad Matth. 15, 36.. Scripturam καὶ εὐχαριστήσας repudiabit, qui εὐχαριστήσας ἔκλασε idem esse meminerit, quod εὐχαρίστησε καὶ ἔκλασε. Item pravo consilio nonnulli librarii correxerunt v. 23. καὶ ἐπιθείς. V. 7. καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι αὐτά.] Textus receptus habet: *καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά.* Libri sic variant: Al. καὶ ταῦτα εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι (demtis v. καὶ αὐτά); al. καὶ αὐτὰ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι (sine v. καὶ αὐτά); al. καὶ ταῦτα (s. αὐτά) εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά; al. καὶ εὐλογήσας αὐτὰ εἶπε παραθεῖναι (omissis v. καὶ αὐτά); al. καὶ εὐλογήσας αὐτὰ εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά; al. καὶ εὐλογήσας εἶπε· καὶ ταῦτα παράθετε; al. καὶ εὐλογήσας εἶπε· παράθετε καὶ αὐτά; al. καὶ εὐλογήσας εἶπε καὶ ταῦτα παρατιθέναι (al. παρατεθῆναι); al. καὶ εὐλο-

γήσας εἶπε παραθεῖναι αὐτά; Cd. D. καὶ εὐχαριστήσας καὶ αὐτοὺς ἐκέλευσε παρατιθέναι. *Griesbachius* C. C. l. l. p. 129 sq. tam καὶ αὐτά, quam καὶ ταῦτα pro librariorum additamentis spernit, Marcum scripsisse ratus: καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα, καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι. Verum neque Elsevirii scriptura satis placere potest, et multo minus *Griesbachii.* Nam in illâ justo fastidio sunt v. καὶ αὐτά *in fine versus posita*; in hâc offendit et nimis nuda, quae deletis vocc. καὶ αὐτά evadit, oratio et neglectum librorum indicium. Nam profecto de industriâ coecutiat necesse est, qui αὐτά a Marco profectum esse *e lectionis diversitate* non videat et, quum viderit, hunc verborum ordinem ipsâ simplicitate satis commendatum adoptare nolit: καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι αὐτά. *et habebant* (Apostoli cf. v. 5.) *paucos pisciculos: et fusis precibus jussit eos apponere.* Ortae sunt turbae omnes tum e vocibus καί (ante εὐλογήσας) et παραθεῖναι eodem modo desinentibus, tum ex eo, quod, quum primum παραθεῖ*ΝΑΙ ΚΑΙ* αὐτά scribi coeptum esset, haec oratio prava sane ab aliis aliter mutata est. V. 8. Lectiones καὶ ἔφαγον πάντες et ἔφαγον δὲ πάντες repetitae sunt e Matthaeo 15, 37.. Idem valet de voce πλήρεις, quam nonnulli Cdd. post v. σπυρίδας admetiuntur. Apparet autem, virgulam, quae post v. κλασμάτων vulgo ponitur, tollendam esse. Nam Marcus hoc dicit: *coenaverunt autem* (np. ii, quibus Apostoli victum apposuerunt v. 6. et 7. h. e. plebs v. 1.) *ad satietatem usque, et sustulerunt* (Apostoli) *frustorum reliquias septem corbes* = und sie hoben an *übriggebliebenen Brocken sieben Körbe auf)*; contra Matthaeus 14, 20. et 15, 37. ita loquitur: καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις. *et sustulerunt*, *quidquid frustorum superfuit*, septem *plena canistra.* Differunt haec sic. Matthaeus prius monet, frustorum reliquias non neglectas, sed studiose post coenam sublatas esse (καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων), deinde, quantum frustorum superfuerit, obiter addit (ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις). Sed Marcus nihil nisi septem corbes frustorum sublatos esse commemorat. V. 9. Non temere dixeris, voce.

οἱ φαγόντες e locis similibus, velut Marc. 6, 44. [cf. Matth. 15, 38., ubi est *οἱ ἐσθίοντες*], in h. l. irrepsisse. Sed deletis v. *οἱ φαγόντες* oratio fit meo sensu parum elegans et nimis nuda. Ceterum sententia, quam *Dav. Schulzius* in l.: Die christl. Lehre vom h. Abendm. p. 311. [cl. *Sauniero* l. l. p. 104.] de Matth. 14, 13 sq. et 15, 32 sq. tulit, etiam ad Marc. 6, 34 sq. et 8, 1 sq. pertinet. Quippe hic ab illius auctoritate pependit. Nititur illa sententia his potissimum argumentis. Utraque Matthaei et Marci narratio in plerisque conspirant. Ita locus, in quo miraculum peragitur, utrobique est solitudo trans mare Galilaeae [cf. ad v. 4.], ita easdem dubitationes utrobique expromunt Apostoli [Matth. 14, 17. 15, 33. Marc. 6, 36 sq. 8, 4.], ita nobilis coenae ratio neutrubi distat [Matth. 14, 19 sq. 15, 35 sq. Marc 6, 39. 8, 6 sq.]. Tantum in numero panum et hominum divinâ virtute satiatorum discrepantia est [Matth. 14, 17. et 21. cl. Marc. 6, 38. Matth. 15, 34. et 38. cl. Marc. 8, 5. 7. 9.]. Praeterea si Jesus simile fecisset miraculum antea, Apostolorum difficilem abjectumque animum Matth. 15, 33. Marc. 8, 4. vix intelligeres.

V. 10. *Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.* 11. *Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ᾽ αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν.* 12. *Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ λέγει· τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; ἀμὴν λέγω ὑμῖν· εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον——.* 13. *Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, πάλιν ἐμβὰς ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.* 14. *Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους, καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ᾽ ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.* 15. *Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς λέγων· ὁρᾶτε καὶ βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ τῆς ζύμης Ἡρῴδου.* 16. *Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους λέγοντες· ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.* 17. *Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην*

ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; 18. *Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες*
οὐ βλέπετε; καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ
μνημονεύετε; 19. *Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα*
εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις
κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ· δώδεκα. 20.
Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων
σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον·
ἑπτά. 21. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· πῶς οὖν οὔπω*
συνίετε;

V. 10. *εὐθέως*] *statim* scil. postquam plebem dimiserat v. 9.. *ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά*] *venit in partes* (h. e. *in regionem*) *Dalmanuthae.* Cic. Verr. I, 59, 154. *Quaerimus etiam, quid iste in ultimâ Phrygiâ, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit.* Voc. *Δαλμανουθά* non vexandum est, quum Cdd. varietates *Μαγαδά*, *Magidan*, *Magedan* (hoc in plerisque suae aetatis libris fuisse testatur Augustinus de consens. Ev. II, 51.), *Μελάγαδα*, *Μαδεγαδά*, *Μαγδαλά*, *Μαγδαλάν* non sint, nisi depravationes v. *Μαγδαλά*, quae exstat in l. parallelo Matth. 15, 39. [vid. ibi varr. lect.]. Sed nullus veterum scriptorum praeter Marcum Dalmanuthae memoriam conservavit. Est tamen probabile, non quidem, quod Augustinus l. l. ait, eundem locum binis Magdalae et Dalmanuthae nominibus vocatum esse, neque, quod aliis placuit, Dalmanutham regionis, Magdalam urbis vocabulum fuisse, sed quod *Lightfootus* Decadis chorogr. Marco praemissae cap. V. §. II. censuit, Dalmanutham ejusdem regionis, in quâ Magdala posita fuit, ignobilem vicum fuisse. Quod si vere dixit, Dalmanutha ei, qui prope Capharnaumum mare Galilaeae intuebatur, obliqua erat trans maris partem ad dextram, quum solitudo Bethsaidae [cf. v. 4.] Capharnaumo esset e regione, atque sic Jesus relictâ solitudine navigavit, ut litus legeret. *Lightfooti* originationem, esse *Δαλμανουθά* דאלמנותא [בית] *viduitatis* [np. locus], nemo, opinor, probabit. Neque facilius adducor, ut credam, quod idem proposuit, *Δαλμανουθά* locum esse eundem, qui in talmudicis scriptis passim dicitur צלמון,

formâ quidem in צלמונתא productâ et literâ צ de Syrorum more cum ר permutatâ. Nihil liquet, nisi terminatio, quae est Syriaca ܬܐ, seu chaldaica potius תָא. V. 11. Excidit Marco, ut, minus quidem eleganter, ita loqueretur: *ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ ζητοῦντες* —. Sensus: *et domo suâ profecti Pharisaei coeperunt cum eo disceptare, quum ab eo portentum expeterent de coelo* [*ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ* i. q. *οὐρανόθεν*. *Theophylact.*: *οἱ Φαρισαῖοι σημεῖον ζητοῦσιν ἐξ οὐρανοῦ, οἷον ἥλιον στῆσαι, σελήνην, κεραυνοὺς καταγαγεῖν, ἀέρα ἀλλοιῶσαι.*], *ejus facultatem explorantes.* Itaque *ζητοῦντες* — *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ* ad v. *ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ* spectat, sed *πειράζοντες αὐτὸν* ad totam sententiam *ἤρξαντο* — — *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*. Non igitur *πειράζοντες αὐτὸν* idem valet, quod *ἵνα πειράσωσιν αὐτόν*, sed de more positum Participium hanc vim habet: quod Pharisaei cum Jesu disputarunt, portentum ab eo de coelo expetentes, *hoc fecerunt, ejus vim tentantes* i. e. *eâ re ejus vim tentaverunt* [vid. infra 10, 2. cl. *Hermanno* ad Vig. p. 773. et *Heindorf.* ad Plat. Phaed. p. 249 sq.]. V. 12. *καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ*] *et quum apud animum suum valde ingemuisset*, np. ob Pharisaeorum, quae oculis subjecta erat, malignitatem (cf. v. 11.). Bene *Beza*, *Bretschneiderus* Lex. I. p. 70. al. *ἀναστενάζειν* declarare *in gemitum erumpere, alte suspirare* (aufstöhnen) monuerunt. *Kuinoelio* judice *ἀναστενάξας* idem denotat, quod *στενάξας*. Nam LXX. hebr. נֶאֶנְחָה Thren. 1, 8. reddidisse v. *στενάζειν*, sed ibidem v. 4. voc. *ἀναστενάζειν*. Scilicet illic hebraicam vocem *gemere*, hic *altâ voce suspirare* interpretati sunt. *τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ;*] *ζητεῖ σημεῖον* *B. C. D. L.* 1. 33. 118. 209 *Reding. al. haud dubie recte; nam rec. est in parall. Matth.* 16, 4. *et ἐπιζητεῖν ap. Marcum nusquam* (hoc argumentum leve videtur); *cf. praec. vs.* 11. *Dav. Schulzius.* Duo faciunt, ut ab hoc viro dissentiam, ordo verborum, qui in vulgatâ lectione melior est, et verbum *ἐπιζητεῖν* ipsum, quod huic loco optime convenit: *cur haec* (prava) *hominum natio portentum cupide expetit* (cf. v. 11. *ἤρ-*

ξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον —.). ἀμὴν λέγω ὑμῖν — σημεῖον] Pertinet ad h. l. mira *Haabii* annotatio [in l.: Hebräisch-griechische Grammatik u. s. w. p. 227.] in N. T. εἰ et ἐάν, ut hebraicum אִם *non*, *nunquam*, ἐὰν μή, quemadmodum hebr. אִם לֹא, *profecto* in jurejurando significare. Sed recte perspexerunt *Gesenius* [Lehrgeb. p. 844. 3.], *Ewaldus* [Kritische Grammatik u. s. w. p. 661.], *Bornemannus* [Biblisch-exeget. Repert. herausgeg. von *Rosenmüller* T. II. p. 269.], *Winerus* [Grammatik u. s. w. p. 174.] al., in hujus generis l. imprecationis formulam per Aposiopesin [non per *Euphemismum*, ut ait *Kuinoelius* ad h. l.] suppressam esse. Haec igitur est nostri l. natura: *affirmo vobis*, *si huic nationi portentum exhibebitur* np. *non ego dicar Jesus*, vel *gravissimas poenas Deo dependam* [1 Sam. 3, 17.] vel simile quid. Non autem iis assentior, qui ad v. εἰ δοθήσεται — σημεῖον e v. 13. mente repetunt ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ut de coelo edendum miraculum Pharisaeis Jesus denegaverit, sed *cujusvis generis miraculum* pessimis hominibus exhibendum esse Jesum negavisse credo. Ex his elucet, οὐ, quod nonnulli Cdc. pro εἰ jactant [Syrus: ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܬܬܝܗܒ ܠܗ ܐܬܐ ܠܫܪܒܬܐ ܗܕܐ], glossema esse. *Origenes* in Ezech. 14, 20. εἰ δοθήσεται τουτέστιν οὐ δοθήσεται. *Euthymius* ad h. l.: εἰ δοθήσεται, ἀντὶ τοῦ, οὐ δοθήσεται. Sed quod εἰ vel ἐάν et אִם, ubi jurejurando interposito res negatur [v. c. Jes. 22, 14., ubi jurat Jehovah אִם יְכֻפַּר הֶעָוֹן הַזֶּה לָכֶם עַד־תְּמֻתוּן LXX. ὅτι οὐκ ἀφεθήσεται κ. τ. ἑ. Hebr. 4, 3. εἰ εἰςελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου], ἐὰν μή et אִם לֹא, ubi affirmatur [Jos. 14, 9. אִם לֹא הָאָרֶץ לְךָ תִהְיֶה LXX. ἡ γῆ — σοὶ ἔσται cl. LXX. Ez. 17, 19.], legitur, causa haec est, quod sic jurare solent homines, ut, *si contrarium ejus*, *quod jurejurando firmant*, *ab ipsis committatur*, *diras sibi imprecentur*. Velut Hebr. 4, 3. *si ad meam requiem pervenient* scil. non ego dicar Jehovah i. e. *non pervenient*, et Jos. 14, 9. *si non compos eris terrae* np. ego, Moses, pessima quaeque perpetiar h. e. *compos terrae redderis*. V. 13. Textus receptus: καὶ

ἀφεὶς αὐτοὺς ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν. Discrepant libri in hunc modum: *καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς πάλιν ἐμβὰς ἀπῆλθεν ε. τ. π.* — *καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς ἐμβὰς πάλιν εἰς πλοῖον* (sic) *ἀπ. ε. τ. π.* Rectissime *Griesbachio* C. C. l. l. p. 130. suspecta visa sunt v. *εἰς τὸ πλοῖον.* Nam praeterquam quod haec vocc. a Cdd. haud paucis absunt, scripturae fluctuatio inter *εἰς τὸ πλοῖον* et *εἰς πλοῖον* (!) auget suspicionem. Accedit, quod pessime dicitur et conjungitur *εἰς τὸ πλοῖον — εἰς τὸ πέραν.* Quamquam autem scribas a *πάλιν* ad *πλοῖον* aberrare potuisse jure negavit *Griesbachius*, quum in Cdd. *εἰς τὸ πλοῖον* excludentibus non sit *ἐμβὰς πάλιν*, sed *πάλιν ἐμβάς*: vel sic tamen ab *εἰς τὸ πλοῖον* imprudentes facile deferebantur ad *ἀπῆλθεν.* Sed profecto probabilius est, *εἰς τὸ πλοῖον*, vel *εἰς πλοῖον* (!) ad integrandam sententiam e vs. 10. interpositum fuisse. Itaque edidi, non quidem *καὶ ἀφεὶς αὐτούς, ἐμβὰς πάλιν ἀπ.* etc., sed *καὶ ἀφεὶς αὐτούς, πάλιν ἐμβὰς ἀπ.* etc., quandoquidem libri ut in delendis v. *εἰς τὸ πλοῖον*, ita in ordine verborum constituendo iidem sequendi erant. Respondent sibi autem *ἦλθεν* v. 10. et *ἀπῆλθεν* v. 13., deinde *ἐμβάς* v. 10. et *πάλιν ἐμβάς* v. 13.. *Et iis* (Pharisaeis) *dimissis iterum ingressus* (ut quivis intelligit, *navem* v. 10.) *abiit in ulteriorem ripam* (i. e. eam, in quâ sita erat solitudo Bethsaidae, unde paullo ante venerat; cf. ad v. 22.). Ceterum si essent illa v. genuina, utique scribendum esset *εἰς τὸ πλοῖον* (ingressus iterum *navem vs.* 10. *commemoratam*), non, ut *Matthaeius* dedit, *εἰς πλοῖον.* *ἀπῆλθεν*] Pauca subsidia suppeditant *ἀπῆλθον*, quod est eo etiam magis mirabile, quum praecesserit *ἀφείς — ἐμβάς.* Potest haec syntaxis Anacolutho defendi, quo scriptor citatiore cursu ab Jesu ad ejus comites et discipulos transierit. Sed nemo *ἀπῆλθον* Marco, quam librariorum vel errori, vel consilio [cf. v. 14. *καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους*] tribuere maluerit. V. 14. *ἐπελάθοντο*] *viderunt, se oblitos esse*, scil. qui Marci animo obversantur Jesu discipuli. Hos cum magistro, quocum venerant (v. 10.), rursus abiisse et sponte intelligebatur et quodammodo a Marco indicatum est verbis v. 13. *πάλιν*

ἐμβάς, referendis illis ad v. 10. *ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.* Sunt igitur *οἱ μαθηταί* et *οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ* supplementa librariorum. *λαβεῖν ἄρτους*] Meliore ordine et Matth. 16, 5. et h. l. 13. 69. *Vulg. ἄρτους λαβεῖν*, quod haud scio, an ipse Marcus scripserit. *καὶ εἰ μὴ — ἐν τῷ πλοίῳ.*] *neque, nisi unum panem, secum* [*μετ᾽ αὐτῶν*, quod editiones *Erasmi*, *Aldi* et *Bogardi* repraesentant, tali in l. ferri nequit] *in navi.* „Matthaeo auctore 16, 7. 8. Apostoli putabant se propterea a magistro reprehendi, quod *non idoneum panum numerum* secum tulissent: sed Marco auctore, qui accuratius rem constituit, quod *unum tantum panem* secum tulissent.“ *Kuinoelius.* Quid in hoc discriminis sit, equidem ignoro. Cf. Matth. 16, 7. Marc. 8, 16. Quin Marcus prodit, quae v. 15—21. traduntur, acta esse in ipso maris trajectu, sed Matthaeus in finibus Magdalae, quum eo serius, quam magister, venissent discipuli. V. 15. Vulgo *ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων* —. Ex his v. *Johannes Daniel Schulzius* in S. V. *Tzschirneri* Anal. T. III. Fasc. I. p. 90. Marcum esse parum pressum nimisque redundantem scriptorem conficere conatus est. Sed praeterquam quod ibi vir eruditissimus diversi generis locos in unum confudisse videtur [v. c. 5, 34. 14, 18. 16, 18.], apparet, si illa lectio genuina sit, ita hunc l. explicandum esse: *videte* (seht zu), *cavete vobis* etc.. Quo pacto nullum verbum redundabit. Sed nihil dubitavi, iis Cdc. obtemperare, qui praebent *ὁρᾶτε καὶ βλέπετε κ. τ. ἑ.* *videte* (seht zu) *et vobis cavete* etc.. Quam sententiam iis fortasse minus probabo, qui ut quodque maxime a locis parallelis recedit, ita impensissime Marco vindicatum cupiunt. Matth. 16, 6. *ὁρᾶτε καὶ προςέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων* —. Luc. 12, 15. *ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας* — *βλέπετε — — Ἡρώδου*] Duo in causâ fuere, cur VV. DD. perdifficiles quasdam horum v. interpretationes excogitarent. Nam primum quidem non viderunt, quid fuerit, quod aeque ac infensos sibi Pharisaeos Herodem Antipam Jesus h. l. carperet, quem ne e Luc. 13, 31. quidem ei praecipue inimicum fuisse consequatur. Itaque jam antiquitus nonnulli librarii, qui

Herodianos Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. in eorum, qui Jesum hostiliter insectati fuerint, numero reponi meminissent, pro Ἡρώδου exararunt τῶν Ἡρωδιανῶν. Deinde quum VV. DD. Matthaeum 16, 6. ita loquutum esse intellexissent: ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων., quae v. ipse vs. 12. de perversâ Pharisaeorum et Sadducaeorum doctrinâ explicuit, indignam atque intolerandam rem rati, si Marcus a Matthaeo in parvi momenti re dissentiret, pacis consilia agitarunt, quae quum nunquam non alterutri Evangelistae offecerint, hîc quidem Marci verba obscurarunt. Ita veteres interpretes [v. c. *Theophylactus* ad h. l., *Euthymius* ad Matth. 16, 6.] *fermentum Herodis pravam Herodianorum doctrinam*, quorum secta Herodem pro Messiâ habuerit, explanarunt. In quâ ratione quum alia vitiosa sunt, tum hoc, quod nullo argumento Herodianorum aliquam sectam fuisse ostendi potest. Maxime autem consentaneum est, Herodianos dici Herodis aulicos [cf. ad Matth. 22, 16.]. Alii [v. c. *Heupelius*] Herodem h. l. tanquam Sadducaeum commemorari putarunt, ut *fermentum Herodis* idem sit, quod *fermentum* (h. e. prava doctrina) *Sadducaeorum* Matth. 16, 6.. Verum argumenta, quibus Herodem Sadducaeorum disciplinae addictum fuisse demonstrare student, nugatoria sunt. Nam quod ad Joseph. A. J. 18, 1. provocant, unde Sadducaeorum causae populi judaici primores maxime favisse discimus, nihil ibi *de Herode* affirmari apparet. Multo minus res eo efficitur, quod Marcus eo loco Herodis mentionem fecit, quo Matthaeus Sadducaeorum. Quae argumentatio recte procederet, si non potuisset Jesus aliam ob causam Herodem perstringere, quam quod esset Sadducaeus. Sed omnium maxime tortuosa *Kuinoelii* est sententia: *in principali Evangelio (?!) perscriptum fuisse: cavete vobis a fermento adversariorum meorum (???). Hanc vocem aliter Matthaeum interpretatum esse, aliter Marcum. Nam illum ad Pharisaeorum et Sadducaeorum doctrinam rettulisse; hunc, qui Matthaei commentarios nunquam viderit (?!), de Pharisaeorum et Herodianorum (nam Herodem pro Herodianis* [!]

nominatum esse) malitiâ perversisque moribus explicuisse. Itaque oculis in longinqua defixis neglexisse videntur VV. DD. quod ante pedes positum erat. Intelligitur enim, optimo jure Marcum ea dicentem fecisse Jesum, quibus Herodis Antipae non minus, quam Pharisaeorum mores notarentur. Scivit enim, Herodem tum ob Johannis necem (cf. 6, 17.) infamem fuisse, tum ob astutiam Luc. 13, 32. ab Jesu reprehensum. Proinde Marcum in re exigui momenti a Matthaeo discrepantem ita Jesum loquentem introducere arbitramur: *videte et cavete vobis a fermento Pharisaeorum et a fermento Herodis* h. e. *a malis Pharisaeorum et Herodis moribus.* Fermentum (*τὴν ζύμην*) rem pravam quamcunque appellari, quae alias facile corrumpat, ad Matth. 16, 6. monuimus. Unde et perniciosa doctrina [Matth. 16, 12.] et mala animi indoles [Luc. 12, 1. cl. v. talm. סיאור *fermentatio* vid. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 1414.] *τῆς ζύμης* vocabulo indicari poterat. V. 16. Omnino v. non quidem *πρὸς ἀλλήλους λέγοντες*, sed *διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους* jungi debent, nec juncta quidquam habent insoliti, non magis, quam *ἐννοεῖν πρὸς ἑαυτόν*, similia [vid. not. ad 1, 27. p. 36.]. Deinde manifestum est, *ὅτι* h. l. et Matth. 16, 7. valere *quia*, non autem, quemadmodum ad Matth. l. l. cum plerisque putavi, ipsa Apostolorum v. sequi significare. *Et apud animos suos mutuo cogitabant dicentes: quia panes non habemus* np. illa dicebat v. 15.. V. 17. Qui Cdd. *τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι* etc. et *τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ὀλιγόπιστοι, ὅτι* etc. habent, librariorum additamenta e Matth. 16, 8. cl. Marc. 2, 6. continent. Sed utinam Codex praebeat: *τί διαλογίζεσθε πρὸς ἀλλήλους, ὅτι* —. Nunc hoc dicitur: *cur mente volvitis, quod panes non habetis? οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε;*] *nondumne* (i. e. post duo praeclara miracula; cf. v. 19. 20.) *sapitis neque intelligitis? ἔτι — ὑμῶν;*] Voc. *ἔτι* aliquot Cdd. omittunt. Unus ejus loco habet *ὅτι* (sic) et Cant. Ver. Corb. Vind. Colb. *οὕτω*. Facile apparet, quum necessaria sit vox ad intendendum facta, aut *ἔτι*, aut *οὕτω* genuinum esse. Ac satis placeret *οὕτω*, si etiam in

graecis Cdd. inveniretur. Haberet enim eximiam gravitatem: *siccine callo obductam habetis vestram mentem?* Quare ἔτι retinui, quod quam facile post *συνίΕΤΕ* intercidere potuerit, bene vidit *Griesbachius* C. C. l. l. p. 130.. Et sustentat ἔτι etiam praecedens οὔπω, quemadmodum Joh. 6, 17. *οὔπω* ἐληλύθει praegressum καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει. Sensus: *etiamnum obtusam habetis mentem vestram* [cf. ad 3, 5.]? V. 18 — 28. ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πενταχισχιλίους] Arbitro *Kuinoelio* verbo κλᾶν h. l. inest notio *distribuendi*. Sed qui accuratius agere constituerit, illum sensum non ex uno verbo κλᾶν, quod nunquam non *frangere* declarat, sed ex universâ structurâ eliciet. Est autem haec praegnans. Nam κλᾶν ἄρτους εἰς ἀνθρώπους has sententias complectitur: *frangere panes* [vid. ad Matth. p. 496.] *eosque hominibus distribuere*, κλᾶν ἄρτους καὶ εἰς ἀνθρώπους διαμερίζειν αὐτούς. Hoc usu tum innumerabilia alii, tum Horatius Od. II, 14, 10. dixit *enavigare undam* i. e. undam transmittere et ex eâ enavigare. Quare Jes. 58, 7. ita demum cum h. l. recte compararetur, si ibi esset numerus multitudinis פָּרֹס לָרְעֵבִים לַחְמוֹ *frangere suum panem esurientibus*. Sed quum in Jesaiâ perscriptum sit לָרָעֵב, apparet hunc esse vulgarem Dativum commodi *frangere panem in usum esurientis*. Hoc fere idem est, quod Ez. 18, 7. נָתַן לַחְמוֹ לָרָעֵב *suum panem esurienti dare*. πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε;] *quot corbes implentia frusta sustulistis?* Cf. ad 6, 43. Eurip. Jone v. 1069. *Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος*, — — ὅδωσον δυςθανάτων κρατήρων πληρώματα. οἱ δὲ εἶπον] Nullius frugis est lectio καὶ λέγουσιν αὐτῷ, quippe quae e vs. 19. repetita sit. Egregie autem in vulgatâ scripturâ sibi respondent: ὅτε τοὺς — Λέγουσιν αὐτῷ. Ὅτε δὲ τοὺς — οἱ δὲ εἶπον. Postremo de verâ horum vs. distinctione quaeritur. *Hombergius* eos in hunc modum constituit: Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες — ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε, ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πενταχισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ· δώδεκα. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετραχισχιλίους, (scil. οὐ μνημονεύετε) πόσων σπυρίδων πληρώματα

κλασμάτων ἤρατε; οἱ δὲ εἶπον· ἑπτά. Oculis instructi non videtis? et auribus praediti non auditis? neque recordamini, quum quinque panes fractos quinque hominum millibus distribuerem, quot canistra frustorum plena sustuleritis? Dixerunt ei: d u o d e c i m. Quum autem septem panes quattuor millibus dividerem, non vos meministis, quot corbes implentia frusta sustuleritis? Illi autem dixerunt: s e p t e m. Hâc ipsâ ratione hic locus administratur in nonnullis Cdc., v. c. 36. 40. 124. 131.. Verum si ita v. copulaveris et longum et per se molestum et in tam gravi et concitato loco vix tolerabilem orationis tractum in librum invexeris. Quanto melius vulgo interpungunt: *Ὀφθαλμοὺς — μνημονεύετε; Ὅτε — πενταχισχιλίους, πόσους — ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ· δώδεκα. Ὅτε δὲ — τετρακισχιλίους, πόσων — ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον· ἑπτά. Oculis ornati non videtis? et auribus instructi non auditis? et non recordamini? Quum quinque panes quinque millibus hominum dividerem* (cf. 6, 38 sq.), *quot tum corbes frustorum plenos sustulistis? Dixerunt ei: d u o d e c i m. Quum autem septem panes quattuor millibus distribuerem* (cf. 8, 5 sq.), *quot corbes implentia frusta tum sustulistis? Illi vero dixerunt: s e p t e m.* — Disputatio v. 17—20. sic procedit: *non debebat vobis in mentem venire, me vos pungere, quod panes non habeatis, quum ea nuper, quibus ipsi interfuistis, miracula ediderim, ut non debeam, si vel paucissimi sint panes, magnopere sollicitus esse. Enimvero neque oculi vobis constare videntur, neque aures, nec memoria. Ita parum meministis, quorum ipsi testes fuistis. Ergo dicite, quid nuper miri a me factum sit.* Puto igitur, Jesum vs. 18. *ὀφθαλμοὺς — μνημονεύετε*; non quidem obtusam discipulorum mentem, sed parum attentum eorum animum increpare. Apte autem ad ea, quae vel dicta vel facta sint, parum attendentibus aures oculosque esse negamus. V. 21. *πῶς οὖν οὔπω συνίετε;*] Vulgabatur *π ῶ ς ο ὐ συνίετε*; Libri sic discrepant: *ο ὔ π ω συνίετε; π ῶ ς ο ὔ π ω συνίετε;* et *π ῶ ς ο ὖ ν ο ὔ π ω συνίετε*; Quum opus sit, ut ad vs. 17. Jesus redeat, ubi dixerat *ο ὔ π ω νοεῖτε οὐδὲ σ υ ν ί ε τ ε;* recipiendum esse existimavi: *π ῶ ς*

οὖν οὔπω συνίετε; quomodo igitur nondum sapitis? — Quae Marcus c. VI. v. 45. — c. VIII. v. 21. narravit, a Matthaeo c. XIV. v. 22. — c. XVI. v. 12. duxit, si brevem illum locum exceperis c. VII. v. 32 — 37.. Quippe easdem, quas Matthaeus l. l. perscripserat, res nihil mutato ordine persecutus est. Neque complectitur utriusque scriptoris similitudo res tantummodo, sed nonnunquam etiam verba [v. c. Marc. 6, 45. cl. Matth. 14, 22. Marc. 6, 53. cl. Matth. 14, 34. Marc. 8, 2. cl. Matth. 15, 32.]. Ne Matthaeum potius Marcum imitando expressisse, quam Marcum e Matthaeo librum composuisse putemus, tum ea loca obstant, in quibus Marcus, ut enucleatius, quam Matthaeus scriberet, aliquid de suo adjecit [v. c. 6, 45. cl. Matth. 14, 22. Marc. 7, 26. cl. Matth. 15, 22.], tum narratio, quam Marcus aliunde compertam interposuit 7, 32 sq.. Nam et locus, quo eam suo libro inclusit [cf. ad Marc. 7, 32.], et verba, quibus eam terminavit [cf. 7, 37. cl. Matth. 15, 31.], Matthaei commentarios ab eo consultos fuisse evincunt. Ceterum hic quoque Marcus ita est alterum Evangelistam secutus, ut libero uteretur judicio. Itaque alia praetermisit a Matthaeo exposita [Matth. 14, 28—31. 15, 2. 3. 12—14. 23. 34.], alia in suorum lectorum usum addidit [7, 3. 4.] ab illo non enarrata, alia suo arbitratu constituit [v. c. 7, 24. 31. cl. Matth. 15, 21. 29. Marc. 8, 15. cl. Matth. 16, 6. Marc. 8, 10. cl. Matth. 15, 39.].

V. 22. *Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλὸν καὶ παρακαλοῦσιν αὐτόν, ἵνα αὐτοῦ ἅψηται.*
23. *Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης, καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ ἐπηρώτα αὐτόν, εἴ τι βλέπει.*
24. *Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε· βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὡς δένδρα, περιπατοῦντας.*
25. *Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη καὶ ἔβλεπε τηλαυγῶς ἅπαντα.*
26. *Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ λέγων· ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν*

σου, μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.

V. 22. Quae res vs. 22 — 26. exponitur, eam unus Marcus ab oblivione hominum atque silentio vindicavit. — *καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν*] Lectio *καὶ ἔρχονται εἰς Βηθσαϊδάν* h. l. non solum propterea displicere debet, quod librarii de Jesu, viro primario, dicta cum discipulis, qui eum comitabantur, participare solent [cf. 5, 1. 38. 7, 17.], sed etiam quia continuo sequitur *καὶ φέρουσιν κ. τ. ἑ.* ad alios homines pertinens, quam quos verba *καὶ ἔρχονται* complecterentur. Nihilominus deteriorem scripturam probarunt *Millius* Proleg. §. 405., *Bengelius*, *Griesbachius*, *David Schulzius*. Quorum *Griesbachius* ne illud quidem curavit, ut in hujusmodi l. sibi constaret [vide loca modo laudata], sed a suis pependit Cdc.. *εἰς Βηθσαϊδάν*] Adi de hâc formâ notam ad Matth. 11, 21.. Pauciores libri *εἰς Βηθσαϊδά* habent, et *εἰς Βηθανίαν* D. Goth. Cant. Verc. Corb. Vind. Brix. Reding.. Haec scriptura ceteris absurda, *Paulo* eximia videtur, quia res h. l. enarrata fortasse ab Jesu tum peracta fuerit, quum in Judaeâ versaretur sacra a figendis tabernaculis appellata celebraturus [Joh. 7, 11 sq.] coecusque vir a Marco commemoratus ille sit, cujus memoria exstat in Johanne 9, 1 sq.. Sed huic suspicioni illud obstat, quod et antecedens v. 10 sq. et consequens vs. 27 sq. in Marco narratio Jesum in Galilaeâ constituit. Absona est igitur h. l. mentio *Bethaniae*, qui vicus in Judaeâ positus quindecim stadiis ab Hierosolymis distabat [Joh. 11, 18.]. Praeterea, quantopere librarii in nominibus locorum hallucinari soleant, tralatitium est [cf. Marc. 8, 10. Joh. 5, 2. var. lect.]. Est autem Bethsaida h. l. non Philippi patria [Joh. 1, 45.], quae in occidentali litore maris galilaei sita erat, quemadmodum *Theophylactus*, *Heupelius*, *Heumannus*, al. putant, sed Bethsaida Gaulanitidis [Luc. 9, 10.]. Hoc inde patet, quod haec media ferme erat inter Dalmanutham [Marc. 8, 10.] et Caesaream Philippi [Marc. 8, 27.]. Itaque Jesus relictis Dalmanuthae partibus [v. 13.] locum navi re-

petiit, ex quo paullo ante solverat Dalmanutham abiturus, h. e. solitudinem Bethsaidae [8, 1. 10. cf. *Griesbach.* C. C. l. l. p. 130 sq.]. *καὶ παρακαλοῦσιν αὐτόν, ἵνα αὐτοῦ ἅψηται*] Haec v. *Kuinoelius* convertit: *ut ei manus imponeret.* Quod ut recte fieri ostendat, LXX formulam hebraicam שָׁלַח יָד Job. 1, 12 verbo ἅπτεσθαι reddidisse monet. Verum ibi legitur רַק אֵלָיו אַל־תִּשְׁלַח יָדֶךָ *modo ne manum ei immittas* i. e. *vim ei inferas* recteque hanc sententiam LXX his verbis enuntiaverunt: *ἀλλὰ αὐτοῦ μὴ ἅψῃ*, quandoquidem *ἅπτεσθαί τινος*, ut Germanorum vox jemanden angreifen, etiam notat *vim alicui afferre*, *aliquem laedere* [cf. *Sturzii* Lex. Xenoph. T. I. p. 382.]. Nusquam igitur *ἅπτεσθαί τινος*, *manus alicui imponere* declarat frustraque *Kuinoelius* ad vs. 23. 25. provocavit. Scilicet qui coecum hominem Jesu obtulerunt, ab eo petierunt, ut illum tangere dignaretur, ex summi viri contagione opem infelici homini quaerentes [Marc. 3, 10. 5, 28.]. Sed Jesus alio modo oculorum lucem coeco reddidit. Nam plus fecit, quam quod coeci viri ductores optaverant. Scilicet manus illi imposuit oculosque salivâ conspersit [v. 23 sq.]. V. 23. *καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ*] *et quum manum coeci comprehendisset.* Non accurate *Lutherus: und er nahm den Blinden bei der Hand.* Hoc ita dicendum fuerat: *καὶ ἐπιλαβόμενος τὸν τυφλὸν τῆς χειρός.* — *τοῦ τυφλοῦ*] Haec v. omittit 69. Cd. 1. praebet *αὐτοῦ* et 131. 229. Mt. e. *αὐτοῦ τοῦ τυφλοῦ.* Hinc Marcum dedisse aliquis suspicetur *αὐτοῦ*, a glossatoribus obliteratum. *ἐξήγαγεν ἔξω τῆς κώμης*] Extra vicum duxit hominem, quia faciendum miraculum coronae jactare nolebat [cf. v. 26. 7, 36. et notam ad 5, 43.]. *Kuinoelio* judice Pharisaeorum insidias eâ re evitare volebat. Sed in Dalmanuthae partibus [v. 11.], non Bethsaidae Pharisaeos Jesu insidias paravisse Marcus rettulit. *Euthymius: ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης*] *οὐ γὰρ ἦσαν οἱ τῆς κώμης ταύτης οἰκήτορες ἄξιοι θεάσασθαι γινόμενον τὸ τοιοῦτον θαῦμα· πολλὰ γὰρ ἄλλα θεασάμενοι μεμενήκασιν ἄπιστοι.* Is, ut Theophylactus, in mente habet alteram Bethsaidam Matth. 11, 21.. *καὶ πτύσας — ἐπηρώτα αὐτόν*] Nonnulli Cdc.

male offerunt *καὶ ἐπιθείς*. Nam ἐπιθείς idem est, quod ἐπέθηκε καί [cf. ad v. 6.] *et quum in ejus oculos inspuisset, manus ei imposuit eumque interrogavit.* Sed quamquam salivae salubris vis tribuitur [cf. Plin. H. N. 28, 7.], nemo tamen ignorat, non eam tantam esse, ut coeco oculos restituat. Unde quod h. l. Jesus fecisse dicitur, portento perfecerit necesse est. Commentitium Vespasiani miraculum jam alii h. l. commemorarunt. Tacit. Hist. 4, 81. *Ex plebe alexandrinâ quidam oculorum tabe notus genua ejus advolvitur remedium coecitatis exposcens gemitu — — — precabaturque principem, ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Itaque Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus — laeto ipse vultu, erectâ, quae adstabat, multitudine, jussa exsequitur: statim coeco reluxit dies.* Cf. Suet. Vespas. c. 7. ἐπηρώτα αὐτόν, εἴ τι βλέπει] *interrogavit eum, num quid videret.* Lectio ἐπηρώτα αὐτόν, εἴ τι βλέπεις si eos testes haberet, ut Marco recte vindicaretur, ita enarranda esset, ut percontationem indirectam ἐπηρώτα αὐτόν, εἴ τι βλέπει et directam ἐπηρώτα αὐτόν· ἤ τι βλέπεις; confusas putaremus [cf. *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 141.]. Temere igitur illam scripturam ii arripiant, qui εἰ in N. T. etiam in directa interrogatione collocari opinantur. In his nomen suum nuper professus est *Lipsius* Dissert. *de Modorum usu in N. T. p.* 72., qui quum in suo libro saepe minus subtiliter et circumspecte disputaverit, tum diligentiam et acumen in eâ, quam commemoravi, sententiâ exornandâ desiderari passus est. Ac si non solum notam nostram ad Matth. 12, 10. legisset, sed aliam etiam ad Matth. 19, 3. contulisset, nescio an e terrâ se gubernaturum esse ipse intellecturus fuisset. Ita sunt, quae ad Matth. p. 593. disserui, omnia ad ejus opinionem convellendam comparata. Licebit igitur mihi paucis h. l. defungi. Auctoritatem adjunctam voluit *Lipsius Stallbaumio* ad Plat. Phileb. p. 117., qui unus e recentioribus Philologis voculae εἰ in directâ interrogatione locum esse apud Graecos putavit. Sed quot ille aptis locis suam sententiam firmavit? Nullo. Nam in duobus, quae protulit, nullum est praesidium. Plat. Phileb.

§. 83. *ΣΩ. Εἰ δὴ ταῦτ' ὀρθῶς εἰρήκαμεν, ἔτι καὶ τόδε ἐπὶ τούτοις σκεψώμεθα. ΠΡΩ. τὸ ποῖον; ΣΩ. Εἰ περὶ μὲν τῶν ὄντων καὶ τῶν γεγονότων ταῦθ' ἡμῖν οὕτω πάσχειν ἀναγκαῖον, περὶ δὲ τῶν μελλόντων οὔ*; aptum est *εἰ περὶ μέν* etc. a praecedente *σκεψώμεθα*. Alterum locum Plat. de republ. V. p. 478. D. *Ἀλλ' ἆρα, ἦν δ' ἐγώ, γνώσεως μέν σοι φαίνεται δόξα σκοτωδέστερον, ἀγνοίας δὲ φανερώτερον; καὶ πολύ γε, ἔφη. Εἰ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται; Ναί.* *Bekkerus* e Cdc. sic emendavit: *ἐντὸς δ' ἀμφοῖν κεῖται;* Deinde quum *Lipsius* Luc. 13, 23. *Εἶπε δέ τις αὐτῷ· κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι;* et similia loca [v. c. Act. 21, 37. 22, 25.] tamquam suae causae unice consentanea afferret, non minus caute fecisse nobis videtur, quam si quis in his verbis: *an pauci serventur?* np. scire pervelim *an cum Conjunctivo* directae interrogationis indicem esse contenderet. Item inertiae eum postularemus, qui vernaculum *ob* in percontatione directâ usurpari affirmaret, provocans ad talia: *ob diess so ist — ?* (scil. sage mir, will ich wissen). Quod autem *Lipsius* Matth. 17, 4. *εἰ θέλεις, ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς —;* interpretatus est *num vis, ut tria ponamus tentoria — ?* et Matth. 20, 15. *εἰ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς;* hoc sensu legi voluit pro *ἢ οὐκ ἔξεστί μοι* etc., quod nos exhibuimus, viderit, ne docti viri eum tralaticiae potius rei ignoratione peccavisse, quam per imprudentiam lapsum esse arbitrentur. V. 24. *Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε·*] Quum verbum *ἀναβλέπειν* duo significet *oculos, vultum tollere* [Xenoph. Cyr. 1, 4, 12. *οὐδὲ γὰρ λέγειν οἷός τ' εἰμί, οὐδ' ἀναβλέπειν πρὸς τὸν πάππον ἐκ τοῦ ἴσου ἔτι δύναμαι.* Marc. 6, 41.] et *videndi facultate praeditum esse, visum recuperare* [Aristoph. Plut. v. 124. *οἴει γὰρ εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα, καὶ τοὺς κεραυνοὺς ἀξίους τριωβόλου, ἐὰν γ' ἀναβλέψῃς σὺ κἂν μικρὸν χρόνον;* Marc. 10, 51.], hoc vs. et vs. 25. priorem potestatem habet. Utrobique enim coecus vir *ἀναβλέπει vultum tollit*, quo ecquid videat exploret. Male *Erasmus* v. 24. et 25. *ἀναβλέπειν* interpretatur *visum recipere*, bis hominem visum recepisse, primum utcunque (vs. 24.), deinde perspicue (v. 25.) monens. *βλέπω*

τοὺς ἀνθρώπους, ὡς δένδρα, περιπατοῦντας.] Haec est recepta lectio, nec dubito, quin recte eam *Griesbachius* C. C. l. l. p. 131 sq. ipsi Marco tribuerit. Quum arbores neque hodie ambulent, neque olim id post Orpheum fecerint, apparet, v. ὡς δένδρα ad τοὺς ἀνθρώπους, non ad περιπατοῦντας pertinere, ut hic sensus exeat: *video homines, tamquam arbores, ambulantes* i. e. *video homines indutos eâ, quae arborum est, specie ambulantes.* Recte *Victor:* — ἀμυδρῶς γὰρ ἔφασκε τοὺς ἀνθρώπους ὁρᾷν. Eo enim, quod hominum figuram ab arborum specie nondum satis discernere poterat, obscure adhuc et parum distincte videbat. *Hammondus,* quum sensum his v. complecteretur: *video homines, sed eos distinguere non possum ab arboribus, nisi quia incedunt,* intulit verbis, quod iis neque inest, neque inesse potest. Ceterum docent vocc. βλέπω — περιπατοῦντας. hominem, cui nunc Jesus subvenit, non coecum natum (alioquin enim arborum forma ei ignota fuisset), sed infortunio, nescias quo, oculis captum fuisse. Sequitur, ut notabiles Cdc. diversitates recenseamus. Unus liber, in ceteris omnibus cum lectione vulgatâ conspirans, pro περιπατοῦντας praebet περιπατοῦντα, quod affatim exornari posset, nisi esset vitium, ortum e terminatione δένδρα. Foret enim Participium, quod ad v. τοὺς ἀνθρώπους accommodari debuerat, ad proximam vocem ὡς δένδρα per negligentiam in optimis scriptoribus obviam aptatum [Plato Parmen. §. 16. ἄγνωστον ἄρα ἡμῖν ἐστι καὶ αὐτὸ τὸ καλὸν ὅ ἐστι, καὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ πάντα ἃ δὴ ὡς ἰδέας αὐτὰς οὔσας ὑπολαμβάνομεν., ubi vid. *Heindorf.*]. Non igitur illa scriptura arbores sisteret ambulantes, sed sensu congrueret cum vulgatâ περιπατοῦντας. Ipsum autem illud περιπατοῦντα conjecturâ olim expetiit *Jo. Clericus,* ita tamen, ut ambulationem conficere arbores inficete cogeret. Plura v. desiderat quod *Millius* et *Matthaeius* e multis libris ediderunt: βλέπω τοὺς ἀνθρώπους· ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Fundunt haec v. ineptum sensum, in quamcunque partem ea interpreteris. Nam si ea, ut modo fecimus, distinguas, hanc sententiam continent: *me homines videre inde patet, quod eos video ad ar-*

borum similitudinem ambulare (!!). Sin ita interpungas: *βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ, περιπατοῦντας.* hoc dicunt: *video homines (nam tamquam arbores conspicere mihi videor) ambulantes (!!!).* Denique ratio, quâ hanc lectionem *Zegerus* et *Paulus* expedire conati sunt, ut miser vir in tantâ rei novitate laeto animo exclamet: *βλέπω τοὺς ἀνθρώπους· — ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας —. video homines; — arborum specie eos obambulare conspicio.* — vel propterea est missa facienda, quod nimis argute excogitata est. Idem fortasse voluerat *Euthymius*, cui τὸ ὅτι παρέλκει. Sed non tantum inepta ad sensum lectio est, de quâ disputamus, sed etiam, si post ὁρῶ incidas, hiulca ad verborum collocationem, deinde, quomodocunque eam administres, ob repetitionem *βλέπω* — ὁρῶ inelegans et quum ὁρῶ glossema v. *βλέπω* esse possit, suspecta. Nam, ut brevi praecidam, nata est vel ex hâc lectione, quae posthac plane periit, *βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα περιπατοῦσιν* (= *βλέπω, ὅτι οἱ ἄνθρωποι ὡς δένδρα περιπατοῦσιν.*), vel, quod multo probabilius est, e *διττογραφίᾳ* eaque duplici *βλέπω ὁρῶ: ὅτι ὡς.* Sed quum dubitari nequeat, quin Jesus verbo oculos caeco reddere potuerit [Joh. 11, 43 sq.], quaesiverunt interpretes, cur idem pedetentim non sine machinâ effecerit, sed frustra; quum causam non reddiderit scriptor. Satis est, idem Jesu etiam alias placuisse [cf. 7, 33.]. „Observant interpretes, Jesum non statim plenissime coeco visum restituisse, sed initio ostendisse tantum, se ei visum restituere posse, ut coeci fidem, *quae non admodum magna fuerit (?)*, confirmaret, tum vero *haud dubie* hominem illum, cujus fides jam mirum in modum confirmata esset, instantius Jesum rogasse, ut plenissime visum restitueret, atque Jesum votis ipsius satisfecisse.“ *Kuinoelius.* Observant haec *interpretes* et multis quidem verbis [v. c. *Theophylactus* et *Euthymius*], sed nullâ voce indicavit *Marcus.* V. 25. Minus puto hunc vs. corruptum esse, quam sibi persuasit *Griesbachius* C. C. l. l. p. 132 sq.. Est sic constituendus: *Εἶτα* [nam *καί*, quod ad perpetuum Marci usum bene respondet, h. l. parum testatum est; cf. ad 7, 5.] *πάλιν*

ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι. καὶ ἀποκατεστάθη καὶ ἔβλεπε τηλαυγῶς ἅπαντα h. s.: *deinde iterum* (cf. v. 23.) *manus imposuit ejus oculis et jussit eum oculos tollere; et restitutus* (homo) *erat et videbat procul* s. *e longinquo* (ad sensum i. q. *distincte*) *omnia.* τηλαυγής Adjectivum significat *procul splendens.* Sic Hymn. Hom. in Sol. v. 13. πρόσωπον τηλαυγές, uti etiam Pindarus, commemoratur et Hymn. in Lunam v. 7. εἵματα τηλαυγέα. Valet igitur βλέπειν τηλαυγῶς *ita videre, ut splendor e longinquo repercutiatur* i. q. *procul, clare videre*, et ὁρᾶν τηλαυγέστερον Diod. Sic. I. p. 50. *in longinquius videre.* Vocc. τηλαύγημα et τηλαύγησις *splendor eminus apparens* leguntur in LXX Lev. 13, 23. Ps. 17, 14. [cf. *Toup.* ad Longin. p. 395. et *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 321.]. Nihil ergo in conformatione receptâ novandum ducimus exceptis verbis ἐνέβλεψε et ἅπαντας. Et prius quidem, ἐνέβλεψε, *oculos defixit* [ἐμβλέπειν τινί i. q. *os alicujus adspicere, aliquem intueri.* Plat. ep. 7. ἐμβλέψας μοι, καὶ μάλα τυραννικῶς. Jacobs ad Achill. Tat. p. 485. Marc. 10, 27.] non magis h. l. aptum est, quam quod alii Cdc. repraesentant ἀνέβλεψε [i. e. vel *oculos sustulit*, vel *visum recepit*], et διέβλεψε [h. e. aut *torvis oculis intuitus est*, aut *oculos aperuit, vultum sustulit*], quod *Bezae* impense placuit. Ceterae Cdc. lectiones sunt καὶ ἐνέβλεπε | ὥστε ἀναβλέψαι (haec manifesta est eademque, quia ne ipsa quidem sententiam explet, *mala correctio*) | καὶ ἔβλεψε | καὶ ἔβλεπε. Horum, quae postrema fecimus, alterutrum reponendum est. *Quippe verbum requiritur, quod simpliciter videre declaret*, uti supra v. 24. legebatur βλέπω τοὺς ἀνθρώπους —. Praetuli Tempus Imperfectum καὶ ἔβλεπε, ut ad sententiam accommodatius: *et videbat clare omnia* und nun sah er alles deutlich. * Obiter dico, Act. 22, 11. ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου —. pro ἐνέβλεπον suffragantibus nonnullis Cdc. restituendum esse ἀνέβλεπον h. s.: *da ich aber nicht aufsah* (= quum oculis captus essem; cf. ad v. 24.] wegen des Glanzes jenes Lichtes. * Deinde cum *Grotio* et *Millio* Proleg. §. 405. in locum absurdae vocis

ἅπαντας ex idoneis libris suffeci *ἅπαντα.* Non enim *omnes homines* conspexit recuperato visu (quî tandem potuerit?), sed *omnes res* (*ἅπαντα*) distincte vidit. Qui *ἅπαντας* ad homines vs. 24. memoratos referendum esse monuerunt, ibi homines in universum (*τοὺς ἀνθρώπους*), non aliquos homines (*ἀνθρώπους*) nominatos esse minus reputarunt. Nihilominus *Griesbachius* l. l. p. 133. *ἅπαντας* alteri *ἅπαντα* praeoptavit. Nam dubitari non posse, quin *ἅπαντας* obscurius sit, contra *ἅπαντα* librariis Jesu miraculum amplificantibus tribui debeat. Prius argumentum plane non assequor; posterius alias convenit, hîc prorsus ineptum est. Nam quum scriptor viro coeco legitimum oculorum usum redditum esse narrare debeat, *postremo omnia ab illo distincte visa esse* ei dicendum erat, ut *Griesbachii* suspicionem falsam esse appareat. Facile autem scribae aberrarunt ab *τηλαυγῶς ἅπαντα* ad absonum istud *τηλαυγῶς ἅπαντας*. Superest, ut de v. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ ἀποκατεστάθη* disputetur. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι*] Haec v. omittit Syrus et Persa pol. probante *Grotio.* Al. *καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι.* | Al. *καὶ διέβλεψεν.* | Al. *καὶ ἐνέβλεψεν.* | Al. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βλέψαι.* | Al. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ διέβλεψεν.* — *καὶ ἀποκατεστάθη*] Persa p. omittit. Al. *καὶ ἀπεκατεστάθη* | Al. *καὶ ἀπεκατέστη* [vide supra ad 3, 5.] | Al. *καὶ ἀποκατέστη.* Tantarum turbarum duas fuisse causas existimo, *magnam cognatorum v. ἀναβλέψαι, et ἔβλεπε viciniam*, unde enatae sunt tum scripturae *καὶ διέβλεψεν, καὶ ἐνέβλεψεν, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ διέβλεψεν*, tum eae variationes, quae deinceps pro *ἔβλεπε* in Cdc. sunt, *et pravam verborum καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι explicationem.* Erant enim, qui sic enarrarent: *et fecit, ut visum reciperet.* Itaque alii correxerunt *καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι*, alii exararunt *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βλέψαι*, alii omiserunt vocc. *καὶ ἀποκατεστάθη. Griesbachius* l. l. p. 132. extrusa vult cum Syro v. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι*, cujus disputatio quid apud alios effectura sit, nescio, me quidem parum movit. „*Librarius*, inquit, *quum ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ scripsisset, praepropere arripuit καὶ*

ἐνέβλεψε [hoc vero nego genuinum esse], *sed errorem suum statim animadvertens perrexit καὶ ἀποκατεστάθη καὶ ἐνέβλεψε κ. τ. λ. quae est lectio Cd. C.. Verum bis repetitum illud καὶ ἐνέβλεψε male habuit librarios aut lectores. Ergo alii prius immutarunt, alii posterius. Scilicet e priori fecerunt καὶ διέβλεψεν, vel καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, vel καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, καὶ διέβλεψεν.* [Verum plane dementes fuissent librarii, si *καὶ ἐνέβλεψε*, quod displicuisset, mutassent in *ἤρξατο ἀναβλέψαι*, vel *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι*!!!] *Qui vero posterius, antequam prius illud immutatum esset, corrigendum esse putarunt, in locum ejus substituerunt ὥστε ἀναβλέψαι, vel καὶ ἀνέβλεψε* etc.." Haec *Griesbachii* disputatio ita, nisi fallor, comparata est, ut vel docili et attento taedium creare debeat. Quivis enim, qui mediocriter in his rebus sit exercitatus, facile intelligat, v. *καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι* non librarios, sed Marcum referre et scripturae variationem, facilem illam quidem explicatu (cf. supra), nullum momentum facere. V. 26. *καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ*] Restitui Articulum, quem, quum h. l. sit necessarius, male delevit *Griesbachius* (cf. ad v. 3.). *μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ — κώμῃ*] Perperam vulgo vocc. *μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ* explicant: *neque cuiquam oppidanorum* (in viâ obviorum) *rem nunties* i. e. *μηδὲ εἴπῃς τινὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ.* Quin verte: *nec cuiquam narres in vico.* Sed ita aliquis duplicem repugnantiam in v. *μηδὲ εἰς τὴν κώμην — ἐν τῇ κώμῃ* deprehendat. Nam primum quidem Jesus virum jusserat *domum redire* eundemque tamen *non vult conciliabulum intrare.* Deinde *vetat eum rem in vico cum quoquam communicare,* quod facere non poterat, nisi *vicum ingressus.* Prior eo tollitur, si sumas, istum hominem non domicilium habuisse Bethsaidae v. 22., posterior hâc explicatione: *neque* (nunc) *vicum intra, neque* (si *posthac* ingressus fueris) *ibi rem cuiquam narra.* Quamquam non absurdum fuerit existimare, verbis *μηδὲ εἰς — ἐν τῇ κώμῃ* Jesu graviter interdicentis cupiditatem et ardorem adumbrari: *neque intra vicum, neque*

rem cuiquam ibi dic —. Non enim qui commoto animo loquuntur verba appendere solent. Et posteriorem quidem enarrationem veram esse puto, quia magis est simplex alterâ. Ultimum est, ut subsidiorum discrepantiam in v. *μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ* afferamus. BL 1* 209 Copt. *μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς* missis reliquis. | Colb. *ne cui diceret in castellum.* | D. Cant. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ μηδενὶ εἴπῃς εἰς τὴν κώμην.* | Verc. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ εἰς τὴν κώμην μὴ εἰςέλθῃς, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.* | 124. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.* | Al. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ.* | Al. *ὕπ. εἰς τ. οἶκόν σου, καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ.* | Al. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς.* | Al. *εἰς τὴν κώμην μὴ εἰςέλθῃς, ἀλλ' ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· καὶ ἐὰν εἰςέλθῃς εἰς τὴν κώμην μηδενὶ* (28 addit *μηδέν*) *εἴπῃς* (Arm. addit *ἐν τῇ κώμῃ*) | Al. *καὶ ἐὰν εἰςέλθῃς εἰς τὴν κώμην μηδενὶ εἴπῃς ἐν τῇ κώμῃ.* Omnes Critici praeter *Millium* Proleg. §. 399. tot tantasque turbas despexerunt. Male quidem. Nam quamquam pleraeque, quas posui, lectiones, v. c. quarta, sexta, septima, octava et nona, eatenus displicere debent, quatenus eam, quam supra commemoravi, repugnantiam violentâ correctione tollunt, illud tamen diligentem Criticum advertat necesse est, quod tantum non omnes v. *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου* suppeditant, quod *casu* factum esse sobrii viri negabunt, praesertim quum vulgatam scripturam *μηδὲ* — *μηδὲ*, cujus loco hîc quivis exspectaverit *μὴ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τ. ἐ. τ. κ.* [cf. Matth. 7, 6.], de vitio suspectam reddat. Ex his apparere mihi videtur, Marcum scripsisse aut *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ εἰς τὴν κώμην μὴ εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τ. ἐ. τ. κ.*, aut *ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου* [cf. 5, 19.], *μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.* h. s.: *abi domum tuam, neve vicum intres, neve cuiquam rem narres in urbe.* Hoc et vulgata lectio et Cdc. ab eâ dissidentium vestigia verum esse demonstrant.

Omissa sunt v. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου vel ut supervacanea post vocc. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, vel, quod potius credam, quia nullo modo consistere videbantur cum sq. v. μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς.

V. 27. *Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ
ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ λέγων αὐτοῖς· τίνα
με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;* 28. *Οἱ δὲ ἀπεκρί-
θησαν αὐτῷ λέγοντες· Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν, ἄλλοι
Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν.* 29. *Καὶ αὐ-
τὸς λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ Χριστός.*
30. *Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ
αὐτοῦ.* 31. *Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτούς, ὅτι δεῖ
τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκι-
μασθῆναι ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ
γραμματέων καὶ ἀποκτανθῆναι καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας
ἀναστῆναι.* 32. *Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει·
καὶ προςλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν
αὐτῷ.* 33. *Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν τοὺς μαθη-
τὰς αὐτοῦ ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ λέγων· ὕπαγε ὀπίσω
μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ
τῶν ἀνθρώπων.* 34. *Καὶ προςκαλεσάμενος τὸν ὄχλον
σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ εἶπεν αὐτοῖς· εἴ τις θέλει
ὀπίσω μου ἐλθεῖν ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω
τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι.* 35. *Ὃς
γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι ἀπολέσει αὐτήν·
ὃς δ᾽ ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ
τοῦ εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν.* 36. *Τί γὰρ
ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον
καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;* 37. *Ἢ τί δώσει
ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;* 38. *Ὃς
γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ
γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς
τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν, ὅταν ἔλθῃ ἐν*

τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

V. 27. *Καὶ ἐξῆλθεν — τῆς Φιλίππου*] *e t e x i i t* (np. Bethsaidâ cf. v. 22. i. q. *et Bethsaidâ profectus est;* vide not. ad 1, 38. et 6, 34.) *Jesus et ejus discipuli i n v i c o s C a e s a r e a e P h i l i p p i* h. e. vel in vicos Caesareae Philippi finitimos, vel in pagos Caesareae ditioni propter vicinitatem adscriptos v. c. eo, quod illis ibi jus diceretur. Utroque enim sensu de alicujus urbis pagis loquimur. Quamquam posteriorem interpretationem praeferet, qui Marco ob oculos fuisse Matth. 16, 13., ubi *τ ὰ μ έ ρ η Κ α ι σ α ρ ε ί α ς τῆς Φιλίππου* commemorantur, reputaverit. In uno tamen a Matthaeo l. l. Marcus recessit. Nam quum Matthaeus Jesum, quum in Caesareae Philippi partes *venisset*, discipulos, quemnam se homines esse vulgo existimarent, percontatum esse perhibuisset, Marcus ita locutus est, ut Jesum idem fecisse, quum illuc contenderet necdum in Caesareae regione esset, censere debeamus. Dixit enim: *ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς — εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐ ν τ ῇ ὁ δ ῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ κ. τ. ἑ.*. A Matthaeo et Marco valde discrepat Lucas 9, 18., qui Jesum ait, postquam quinque virorum millia exiguo victu in solitudine Bethsaidae satiavisset, montem conscendisse ibique pie meditatum discipulos interrogavisse, quemnam se plebs, paullo ante beneficio ab se ornata, esse arbitraretur. De Caesareâ Philippi tractavimus ad Matth. 16, 13.. V. 28. *οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ λέγοντες*] Hanc esse genuinam lectionem bene vidit *David Schulzius* [cf. 3, 33. 9, 38. 15, 9.]. Et librorum varietas quasi manu ducit ad id, quod ille repositum voluit. Nam quum vulgo legatur *οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν.*, Cdc. in hunc modum discrepant: *οἱ δὲ εἶπαν·* | *οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ.* | *οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ λέγοντες.* | *οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ.* | *οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ λέγοντες.* *Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν*] Male nonnulli libri ante haec v. inculcant *οἱ μέν*, quae vocc. e sq. v. *ἄλλοι Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν* facile supplentur [cf. Luc. 9, 19. *Heindorf.* ad Plat. Theaetet. §. 96. ad v. *δύο δὴ λέγω τούτω*

εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ φοράν. *Schaefer.* ad Bos. ellips. p. 329 sq. et *Elmslejus* ad Eurip. Med. p. 95., qui certatim utuntur homerico Il. 22, 157. τῇ ῥα παραδραμέτην φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.] ἄλλοι Ἠλίαν] Hoc dedi e libris [vide *Wetstenium* et *Matthaeium*] pro καὶ ἄλλοι Ἠλίαν [cf. supra p. 219.] Verte: *Johannem baptistam te esse dicunt, alii Eliam, alii vero aliquem* (veterum) *prophetarum.* Tres igitur hominum de Jesu sententiae fuere. Nam alii eum Johannem baptistam esse, ab inferis illum excitatum, putaverunt, alii Eliam, Messiae anteambulonem, alii denique aliquem V. T. prophetarum, quorum nonnullos praeter Messiae praecursorem sub Messiae aetatem Orcum relicturos esse Judaei crediderunt [cf. ad Matth. 16, 14. et ad Marc. 6, 15.]. V. 29. καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς] BCD*L 53 Copt. Cant. Verc. Corb. Colb. offerunt καὶ αὐτὸς ἐπηρώτα αὐτούς et commendarunt hoc *Griesbachius* et *Dav. Schulzius* propterea, ut arbitror, quod maxime abhorret a locis parallelis Matth. 16, 15. λέγει αὐτοῖς· et Luc. 9, 20. εἶπε δὲ αὐτοῖς. At simile veri est, ἐπηρώτα αὐτούς librariorum esse saepe repetito in his vs. verbo λέγειν offensorum *correctionem* e vs. 27. factam. σὺ εἶ ὁ Χριστός.] Quae in nonnullis libris adduntur ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ et ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος, supplementa sunt e Matth. 16, 16., ubi vide quae diximus. V. 30. Silentio praeteriit Marcus cum Luca 9, 21. honorificam orationem, quâ Matthaeo 16, 17 — 19. auctore Jesus ingenuam Petri vocem σὺ εἶ ὁ Χριστός prosecutus est. Cur hanc rem Marcus tacuerit, haud facilius dixeris, quam cur idem narrationem Matth. 17, 24 — 27. non expresserit. *Theophylactus:* — τί δὲ πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ Πέτρου εἶπεν ὁ Κύριος, καὶ πῶς ἐμακάρισεν αὐτὸν, ὁ μὲν Μάρκος παρέλειψεν, ἵνα μὴ δόξῃ χαριζόμενος τῷ Πέτρῳ διδασκάλῳ αὐτοῦ ὄντι ταῦτα λέγειν. Ita etiam *Wetstenius* judicavit. Sed nititur haec sententia falsâ opinione, Marcum fuisse Petri amanuensem [vide Prolegomena et *Saunierum* l. l. p. 115.]. καὶ ἐπετίμησεν — περὶ αὐτοῦ.] *et interminatus est iis, ne cuiquam de ipso* [qui se *Messiam* esse his verbis satis indicasset] *dicerent.* Nihil ergo indigemus verbis ὅτι

αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, quae ducta e Matth. 16, 20. pauci libri post *περὶ αὐτοῦ* exhibent. V. 31. *Kuinoelius ἀποδοκιμάζειν* h. l. non *repudiare*, sed *contumeliâ afficere* denotare affirmat, quia principes populi judaici jam eo tempore Jesum, quo haec dixerit, repudiaverint et LXX 1 Sam. 8, 7. hebr. v. מָאַס verbo *ἐξουθενεῖν* converterint. Posterius argumentum non intelligo, quum ipsum v. *ἐξουθενεῖν* 1 Sam. 8, 7. valeat *repudiare*, *contemnere;* prius autem propterea nullam vim habet, quod h. l. agi de solemni judicio, quo *proceres populi*, *pontifices et jure consulti* Jesum Messiam hâc re repudiaturi erant, quod futurum erat, ut innocentem capitis damnarent [14, 53 sq. 15, 1 sq.], vel mortis et reditus in vitam mentio, quae proxime subjecta est, docet. In locum vocis *ἀπό*, quae h. l. ne excusari quidem potest, ex BCDKL 10. 11. 60. 114. 220. Mt. e. *ὑπό* substitui. Nam quum librarii *ἀπό* et *ὑπό* tot locis, ut eorum numerus iniri nequeat, confuderint [cf. *Schaeferi* Melet. p. 84.], non modo est quaerendum, utrum majorem a libris auctoritatem habeat, sed utrum constans loquendi usus postulet. Etiam Luc. 9, 22. *ὑπό* reponere per Cdc. licet [vide *Wetstenium*]. In sq. *καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν γραμματέων* dedit *Griesbachius*, quod consilium equidem valde improbo. Nam quum arctissime ligatae sint hae tres notiones *ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων* debeantque sine ullâ mora et respiratione proferri, *τῶν* bis ejicere nullus dubito, ut factum est in conformatione receptâ. Atque ita, quemadmodum par erat, et Matthaeus 16, 21. et Lucas 9, 22. locutus est. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*] Utrum *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*, an *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* genuinum sit, ejus rei judicium penes Codices est [cf. infra ad 9, 31.]. Itaque nemo h. l. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* recte tentet, ubi melius, quam alterum, testatum sit. Valent autem v. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* non *tertio die*, ut *Kuinoelio* visum est, cujus disputationem ad Matth. p. 23 sq. refelli, sed *exactis tribus diebus*. Quamquam enim Jesus non tres integros dies in sepulchro transegit, ii tamen populari ratione pro integris numerari solent [cf. *Erasmus* ad h. l.]. Sensus: *et coepit Jesus*, *quum se Messiam esse discipulis ostendisset*, *eos edocere*, *esse in fatis*,

ut ipse multa perpeteretur, *a populi proceribus*, *pontificibus et jureconsultis repudiaretur*, *interficeretur et exactis tribus diebus in vitam rediret*. V. 32. καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει] *et apertâ oratione vocem eloquebatur* (und *offen* that er den Ausspruch). Alias se moriturum et exacto triduo in vitam rediturum esse obscurius tantum significavit [Joh. 2, 19. 21.]. Recte igitur sensum v. παῤῥησίᾳ Syrus expressit verbis ܒܦܐ ܓܠܝܐ et *Euthymius* vocabulis φανερῶς καὶ ἀπαρακαλύπτως. Ceterum Marcus aperte illud Jesum dixisse eo consilio commemoravit, ut appareret, quî Petrus, Jesu orationem bene assecutus, eum, quod mortem adire vellet, increpare potuerit. καὶ προςλαβόμενος — ἐπιτιμᾷν αὐτῷ.] *et quum* c u p i d e *eum Petrus manu prehendisset*, c o e p i t *eum increpare* (np. quod mortem se oppetiturum esse dixerat v. 31.). Nam interpellavit eum increpantem Jesus v. 33.. Ceterum vide not. ad Matth. 16, 22.. V. 33. Non accurate *Reichardus* v. ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ enarrat *discipulos* i n t u e n s. Quin hoc dicit Marcus: *Jesus autem conversus*, q u u m d i s c i p u l o s v i d i s s e t, *Petrum his verbis increpuit*. Itaque sensus hic est: Jesum dignum habuisse Petrum, quem carperet, maxime propterea, ne Petri vocem se probare ceteri Apostoli, qui proxime adstarent, arbitrarentur. ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ] *discede*, *ut a tergo mihi sis*, *scelus*, s. *pessime* [cf. ad Matth. p. 171.]. *Victor:* ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ] τουτέστιν ἀκολούθει μοι καὶ τῇ περὶ τοῦ πάθους μου ἑκουσίᾳ βουλήσει μὴ ἀνθίστασο. Qui Σατανᾶ h. l. *adversarium* explicuerunt [*Victor:* Σατανᾶ, ὅ ἐστιν, ἀ ν τ ι κ ε ί μ ε ν ε. *Er. Schmidius* al. cf. 2 Sam. 19, 23.], hanc enarrationem ad commotum Jesu animum justo leniorem esse minus considerarunt. ὅτι οὐ φρονεῖς — τῶν ἀνθρώπων.] Non divina, sed humana consilia Petrus agitavit, quia quem jubente Deo mortem suscipere aequum erat, ne calamitatibus se summitteret, graviter admonuit. V. 34. Docet Jesus eorum, quae proxime acta erant v. 31 — 33. invitatu, quid eos facere oporteat, qui suam Messiae disciplinam sequi et Messiae praemiis potiri velint v. 34 — cap. 9. v. 1.. καὶ προςκαλεσάμενος — εἶπεν αὐτοῖς.] *et advocatâ plebe cum*

discipulis dixit iis. Secundum Matthaei 16, 24. et Lucae 9, 23. cl. v. 18. narrationem ea, quae sequuntur, Jesus exposuit *discipulis.* Sed Marcus sumit, etiam tum, quum in Caesareae Philippi pagos Jesus contenderet, hominum turbam ejus lateri adhaesisse [3, 20. 5, 21. 6, 34.]. Fortasse in hanc sententiam perductus est Lucae 9, 23. verbis ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας, quae non, uti debuerat [cf. Luc. 9, 18.], ad discipulos, sed ad plebem retulisset. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν] Marco reddendum esse εἴ τις pro ὅστις bene monuit *D. Schulzius.* Sed argumentum, quo utitur, εἴ τις ad Marci usum optime respondere [cf. 4, 23. 7, 16. 9, 35.], non sufficit. Quin ὅστις sensui h. l. plane refragatur. Nam aperire Jesus debet, quid faciendum sit, *si quis* se sectari *velit*, non hoc dicere, *quicunque* suus esse discipulus velit, eum oportere sui oblivisci etc.. Hoc apparet e v. καὶ ἀκολουθείτω μοι. Non igitur mirum est, quod etiam Matth. 16, 24. et Luc. 9, 23. εἴ τις reperitur. Nihil est autem ὅστις nisi vulgare alterius interpretamentum [cf. Matth. 18, 28. var. lect.]. Deinde male *Griesbachius* ἀκολουθεῖν pro ἐλθεῖν ascivit, hoc Matthaei 16, 24. esse cum *Millio* Prol. §. 675. perhibens C. C. p. 133.. At parum aptum est ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, quia statim sequitur ἀκολουθείτω μοι, neque obscurum est, haec ipsa v. illud ἀκολουθεῖν progenuisse. Similiter nonnulli scribae et Matth. 16, 24. depravare conati sunt, et Lucam 9, 23., ubi leg. ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω —. Quod autem *Griesbachius* librariis structuram ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινός displicuisse ait, credi non potest, quum illa in N. T. usitata sit [cf. Matth. 10, 38., ubi nihil librarii moliuntur.]. Sensus: *si quis vult me sequi magistrum, suarum rerum obliviscatur suamque crucem tollat* [vide ad Matth. 10, 38.] *et* (hoc pacto) *me sequatur.* V. 35. ὃς δ᾽ ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὑτοῦ] Al. τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, quod *Bengelius*, *Matthaeius* et *Griesbachius* ediderunt. Cd. D. αὐτήν habet. Denique *Origenes* ista v. omittit: ὃς δ᾽ ἂν ἀπολέσῃ ἕνεκεν ἐμοῦ etc. et *Griesbachius* C. C. p. 134. veram scripturam ab Origene dicit conservatam. Imo verissimum est τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, uti paullo

ante legebatur [vide *Gersdorfii* Beiträge u. s. w. p. 460.]. Variatio loci [τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν] in tantulo spatio inepta satis foret, nec melius conveniret omissio verborum in binis membris, quae scriptor diligenter exaequavisset. Ita Matthaeus 16, 25. *bis* τὴν ψυχὴν αὐτοῦ et Lucas *item bis* τὴν ψυχὴν αὐτοῦ 9, 24.. οὗτος σώσει αὐτήν.] Vocem οὗτος, per se valde idoneam, cum *Griesbachio* exterminare non ausus sum, quum *Marcus ipse* eam e Lucâ 9, 24. petivisse, sed librarii ut supervacaneam delevisse videantur. Ita ut judicem, facit Lucae locus, in quo item fuerunt, qui οὗτος attrectarent. Ceterum hoc vs. Jesus veritatem superioris praecepti v. 34. ostendit h. r.: *discipuli mei suorum commodorum obliviscantur et calamitates perferant. Nam quicunque vitam suam servare velit, vitam, quâ in Messiae regno fruatur, perdet; quicunque autem vitam suam propter me et doctrinam divinam amiserit, is vitam in Messiae regno exspectandam servabit* [cf. ad Matth. p. 390.]. V. 36. Sententiae h. m. cohaerent: *est vero omnium beatissimus praedicandus, qui vitam in Messiae regno sperandam servaverit* (v. 35.). *Nam quid tandem utilitatis homini afferet, si totius mundi opes lucratus et vitae, quâ condito Messiae imperio fruatur, jacturâ punitus sit?* Male commendavit *Griesbachius* ἄνθρωπος (pro ἄνθρωπον) solum, qui simul debuisset ὠφεληθήσεται. Non enim τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος valere potest: *quid enim proderit homini?* Ὠφελεῖν est *utilitatem afferre, juvare*, ὠφελεῖσθαι *utilitatem percipere.* Quare scribendum est aut τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον; *quid enim utilitatis homini praestabit?*, aut τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος —; *quamnam enim utilitatem homo percipiet —?* Verum passiva constructio Marco obtrusa est ex Matth. 16, 26. Luc. 9, 25.. De juncturâ ζημιοῦσθαί τι *alicujus rei jacturâ puniri* (*an* etwas gestraft werden) vide *Valckenarium* ad Herodotum 7, 39.. V. 37. ἢ τί — τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;] *Vel* (ut aliis verbis idem dicam) *quidnam dabit homo, quo vitam suam redimat* (scil. quando eam amiserit)? i. e. *nullo pretio amissam vitam homo redimere poterit*; unde apparet totius mundi opibus

eam potiorem habendam esse (v. 36.). V. 38. Quemadmodum vs. 36. arcto vinculo cohaeret cum v. 35. (cf. supra), ita versu 38. non sententiae vs. 35., sed v. 37. ratio redditur. Docet autem Jesus vitam, quae in Messiae regno transigenda sit, semel amissam nullo posse pretio redimi hoc argumento, quod, si eâ, quae Messiam deceat, pompâ ipse venerit [Matth. 24, 30 sq.] futurum sit, ut eos suos esse profiteri erubescat, quicunque suum ipsius nomen suamque doctrinam in *scelestâ* (cf. ad Matth. 12, 39.) et perversâ hominum natione profiteri erubuerint atque sic felicitatis Messianae spem sibi absciderint. Perperam igitur *Griesbachius* v. 36. et 37. uncinis coercuit.

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Exactis sex post illos sermones, qui c. VIII. v. 27 — c. IX. vs. 1. relati sunt, diebus Jesus Petrum, Jacobum et Johannem, cum quibus discipulis summa ei familiaritas erat, in vicinum Caesareae Philippi montem secum abduxit, ut magnifici eos spectaculi, quod Messiae honorem in se divinitus collatum testaretur, participes redderet. Itaque ibi, inspectantibus Apostolis, singulari portento Jesu forma mutata est, vestes ejus inenarrabilem splendorem conceperunt processeruntque in ejus colloquium immortalis memoriae viri, Moses et Elias, ex inferis ad superos ad breve tempus reversi vs. 2 — 4. Hâc re tam inopinatâ, tam novâ, tam admirabili in metum sunt Apostoli conjecti iniitque Petrus consternatus ignarusque, quidnam sibi dicendum esset, mirum consilium vs. 5. et 6.. Tum nubes Jesum, Mosen et Eliam obumbravit et accidit ex eâ divina vox: hic Jesus meus est carus filius; huic auscultate vs. 7.. Quo facto quum Apostoli subito circumspexissent, Mose et Eliâ miraculo, quod explicari nequeat, ablatis Jesum solum se-

eum versantem viderunt vs. 8.. *Quum de monte descenderent, ne cui rem narrarent, nisi quando ipse in vitam rediisset, Jesus discipulis interdixit; quem illi sermonem vehementer amplexi non tamen exputarunt, quidnam sibi illud vellet: quando in vitam rediisset vs.* 9. *et* 10.. *Deinde magistrum interrogarunt, quo jure Judaei in scholis contenderent, venturum esse Eliam ante Messiam et omnia in integrum restituturum, quum modo ita in monte Elias affuisset, ut illud non faceret vs.* 11.. *Ad haec Jesus: recte quidem, inquit, illi hoc praecipiunt. Nam venire Eliam et omnia in ordinem reducere non minus pro explorato est habendum, quam illud, fore, ut ego, Messias ad divinorum sententiam oraculorum multa mala perferam et despiciar vs.* 12.. *At affuit jam Elias, quem exspectant, et male eum tractarunt, quod futurum ita esse literae sacrae docent vs.* 13.. *Quum ad discipulos Jesus venisset, jureconsultos cum iis magnâ hominum turbâ circumdatis disputare animadvertit vs.* 14.. *Et plebs quidem ad summae auctoritatis virum salutandum processit vs.* 15.. *Jesus autem jureconsultos, cur cum Apostolis jurgarentur, interrogavit vs.* 16.. *Tum homo de plebe, se puerum a malo genio pessime cruciari solitum attulisse dixit et Apostolos rogavisse, ut illum exterminarent: quod eos facere non potuisse vs.* 17. 18.. *Quo facto Jesus increpitâ Apostolorum fiduciae inopiâ puerum adduci jussit vs.* 19.. *Male tum forte eum daemon mulcavit vs.* 20. *obtestatusque est pater commemoratâ mali et diuturnitate et atrocitate Jesum, ut, si quid posset, filio benigne opitularetur vs.* 21. 22.. *At Jesus vocem si quid posset illi exprobravit, omnia in ejus, qui confidat, gratiam fieri posse, monens vs.* 23.. *Magis igitur ille precibus instare et cum lacrymis dicere: confido, domine, subveni quantumvis diffidenti vs.* 24.. *Itaque Jesus, quum plebem confluere vidisset, expulso daemone prosperam valetudinem puero restituit vs.* 25 — 27.. *In hospitio, cur ipsi malum genium exterminare nequivissent interrogantibus Apostolis Jesus: daemones, inquit, nullâ re expelli possunt, nisi precibus et jejuniis vs.* 28. 29.. *E regione Caesareae Philippi profecti, per Galilaeam obiter contenderunt nolebatque Jesus quemquam id resciscere vs.* 30.. *Nam in eo itinere se mortem obiturum et tertio die in vitam rediturum esse discipulis praedixit vs.* 31.. *Quamquam hanc illi vocem neque intellexerunt,*

neque ejus sensum quaerere ausi sunt vs. 32.. *Postquam Jesus Capharnaumum venerat, domi discipulos interrogavit, de quanam re in viâ disputassent* vs. 33.. *At instituti colloquii argumentum referre pudor iis erat. Namque disceptaverant, ecquis eorum major esset* vs. 34.. *Tum Jesus pro divinâ, quâ erat, cognitione litis inter Apostolos agitatae rationem facile assequutus, eorum modestissimum quemque principem habendum videri positumque in eorum medio puerum amplexatus, quicunque hominem ejusmodi pueri ingenium (modestiâ) referentem suo ipsius nomine benigne exceperit, tanta praemia habiturum, ac si vel sibi, vel ipsi adeo Deo id beneficii tribuisset affirmavit* vs. 36. 37.. *Hic Johannes magistrum interpellans: quod dicebas meo nomine, inquit, hoc mihi in memoriam reducit, nos hominem a nostrâ societate alienum, qui tuo nomine malos daemones ejiceret, conspicatos hâc eum re prohibuisse* vs. 38.. *Ne hoc faciatis, Jesus respondet. Nam primum quidem qui meo nomine miraculum edet, non continuo maledicta in me conferet* vs. 39.. *Deinde valere debet, quod proverbio increbruit: qui non est inimicus, putandus est amicus* vs. 40.. *Atque hoc ita in vobis ratum erit, ut quicunque vos tanquam Messiae alumnos vel minimo beneficio ornaverit, praemium habiturus sit, quicunque contra sectatoribus meis offensioni fuerit, poenam* vs. 41. 42.. *Tum Jesus has admonitiones adjecit: tanti est ab omnibus morum honestas facienda, ut si quem corporis membra ad male agendum irritaverint, illa exstirpare debeat potius, quam admisso facinore sempiternas in geennâ poenas luat* vs. 43—48.. *Quippe omnes igni i. e. laboribus et calamitatibus ad aeternam felicitatem praeparabuntur, sicut omnia sacrificia ad immolandum sale* vs. 49.. *Nihil sale i. e. sapientiâ praestantius. Estote igitur salis pleni et pacem invicem colite* vs. 50.

V. 1. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.*

V. 1. Debebat hoc vs. cap. VIII. terminari, non capitis IX initium constitui [cf. Matth. 20, 1. Act. 8, 1.]. Pertinet enim v. 1.

ad superiorem Jesu disputationem c. VIII. v. 34 sq.. Nam quum Jesus c. VIII. v. 38. se aliquando Dei splendore circumdatum sanctis ipsum angelis stipantibus venturum esse Messiam ostendisset, hoc tempus adeo vicinum esse, ut nonnulli auditorum suorum id visuri sint, c. IX. v. 1. adjicit. τινὲς τῶν ὧδε ἑστηκότων] Dicit *Marcus* quosdam vel ex Apostolis, vel de plebe. Utrique enim Jesum tum temporis circumsteterunt [c. VIII. v. 34.]. Ceterum hîc quoque *Valckenarius* l. l. deprehendit καινῶς a Marco ῥηθέν, ut id tamen claris verbis non exponeret. Aut quid hîc tricetur, ignoro, aut dicit formulam ἕως ἂν ἴδωσι τ ὴ ν β α σ ι λ ε ί α ν τ ο ῦ θ ε ο ῦ ἐ λ η λ υ θ υ ῖ α ν ἐ ν δ υ ν ά μ ε ι. Nam neque γεύεσθαι θανάτου in N. T. inauditum est [Matth. 16, 28.], et similia in graecis scriptoribus leguntur [Hom. Od. XX. v. 180. πάντως οὐκέτι νῶϊ διακρινέεσθαι ὀΐω, π ρ ὶ ν χ ε ι ρ ῶ ν γ ε ύ σ α σ θ α ι.]. Sed *venit Messiae regnum potenter*, quum venit Messias id magnâ cum rerum molitione constituens [VIII. v. 38.].

V. 2. *Καὶ μεθ᾽ ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ᾽ ἰδίαν μόνους, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. 3. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. 4. Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἡλίας σὺν Μωϋσῇ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ. 5. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· ῥαββί· καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν καὶ Μωϋσῇ μίαν καὶ Ἡλίᾳ μίαν. 6. Οὐ γὰρ ᾔδει, τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. 7. Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς, καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε. 8. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν. 9. Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.*

10. *Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν, πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες, τί ἐστι τό· ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.* 11. *Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· τί οὖν λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;* 12. *Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα, καθὼς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ.* 13. *Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἐλήλυθε καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.*

V. 2. *μεθ' ἡμέρας ἕξ*] *elapsis sex diebus* np. post eos sermones, quos Marcus 8, 27 sq. rettulit. *τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην*] Male *Griesbachius* *τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην* exhibuit exterminato ante *Ἰωάννην* Articulo. Nam quum iidem fere libri, qui Articulum ante *Ἰωάννην* tollunt, eundem ante *Ἰάκωβον* excludant, vel *τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην*, vel *τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην* scribere debebat. Hoc praeferendum videbatur, quum Marcus hoc vs. a Matthaei 17, 2. auctoritate pendeat [cf. Marc. 14, 33., ubi bene versatus est *Griesb.*]. *εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους*] Exiguae fidei lectiones *εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν μόνους* | *εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν κατ' ἰδίαν μόνους* | vel scribarum e Matth. 4, 8. petitam interpretationem continent, vel vocem *λίαν* crebro errore e sq. vs., postquam eum male occupaverat, praeceptam sistunt. *καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν*] Ante *μετεμορφώθη* 13. 28. 69. 124. addunt *ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτούς* (i. e. *τὸν Ἰησοῦν καὶ τοὺς τρεῖς μαθητὰς αὐτοῦ*), Origenes *ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτόν* (h. e. *τὸν Ἰησοῦν*). Alii post *ἔμπροσθεν αὐτῶν* adjiciunt haec: *καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος.* Illa est appendix e Luc. 9, 29.; haec e Matth. 17, 2.. De ceteris, quae ad hujus vs. intellectum faciunt, tractavimus ad Matth. 17, 2.. V. 3. Dubitari non potest, quin hic vs., ut in vulgaribus exemplaribus legitur, ubi ita habet: *καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν, ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι·* mendâ affectus sit. Id quum magna

librorum paucis in verbis fluctuatio arguit, tum ineptum genus exaggerationis docet, quod inest verbis: *στίλβοντα, λευκὰ λίαν, ὡς χιών, οἷα γναφεὺς* —. Nam quemadmodum recte *λευκὰ ὡς χιὼν ad nivis modum alba* (weiss, wie Schnee) [Matth. 28, 3.], ita prave dicitur *λευκὰ λίαν, ὡς χιὼν valde candida, ut nix (sehr* weiss, wie Schnee), quandoquidem hoc ipso fine nivis comparatio additur, ut *magni candoris* cogitatio enuntietur. Sed apparet, cohaerere v. *στίλβοντα ὡς χιών*. Complectar brevi, disseram pluribus. Sunt enim vocc. *λευκὰ λίαν* delenda, quorum prius in Ver. Colb., posterius in Rd. Ver. Germ. 2., translat. Goth. et Aeth. omissum est. Scilicet ad *στίλβοντα* alii adjecerunt interpretationis causâ *λευκά*, alii *λευκὰ λίαν* (quemadmodum vs. 2. nonnulli *ὑψηλὸν λίαν*). Putarem, *λευκά* e Matth. 17, 2. accessisse, si *iidem Cdd.* et *λίαν* demerent, et *λευκά* retinerent et *ὡς τὸ φῶς* pro *ὡς χιὼν* praeberent. Haec est igitur genuina lectio: *καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. et vestimenta ejus nivis in modum splendentia reddebantur, qualia fullo in terrâ inducto candore efficere frustra laboret.* Sed quo melius, male hîc *Griesbachio* rem cessisse, intelligatur, singulas Cdc. diversitates diligenter expendamus. Quod igitur multi libri *ἐγένοντο* tenent pro *ἐγένετο*, id neminem movebit, qui scribas in hoc genere numerum multitudinis suo periculo substituere meminerit, ut ubi variatur *ταῦτα γίγνεται* et *ταῦτα γίγνονται*, singularis numerus paene ubivis praeferendus sit. Deinde pauci Cdc. reticent *στίλβοντα* ob homoeoteleuton sq. vocis *λευκά*, postquam ea male suscepta fuerat. Item hic illic desiderantur v. *ὡς χιών*, quia posterius hujus concisi membri vocabulum finitur literâ *ν*, quemadmodum in adulterinis v., quae praecedebant, *λευκὰ λίαν*. Alii pro *ὡς χιὼν* repraesentant *ὡς τὸ φῶς* e Matth. 17, 2.. Tum vocc. *οἷα* — *λευκᾶναι* in uno subsidio excluduntur, quod non magis quemquam retinebit, quam Cd D scriptura. Is jactat *ὡς* (vel e correctione, vel pervagato errore e praeced. *ὡς χιών*) *οὐ δύναταί τις λευκᾶναι ἐπὶ τῆς γῆς*. Est enim rem exagge-

rans interpretamentum, cujusmodi et It. Vind. Ver. translatio *qualia quis non potest facere (super terram* Ver.) et haec graecorum nonnullorum librorum scriptura exhibet: οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται οὕτως (imo οὕτω) λευκᾶναι. Quamquam οὕτω λευκᾶναι cum praecedente οἷα nullo modo consistere potest. Persa autem polygl. reddens *ut homines intuitum non possent ferre* nihil, nisi vulgatam lectionem *liberius* interpretatur. Haec diligenter consideranti mirabilis videbitur *Griesbachii* C. C. l. l. p. 134. disputatio: *Marcum scripsisse tantummodo* καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν., *ad quae verba illustranda alios glossatores alia addidisse, vel* ὡς τὸ φῶς *e Matth.* 17, 2. *vel* ὡς χιὼν *e Matth.* 28, 3. (ubi est λευκὸν ὡσεὶ χιών), *vel* οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι, *vel* ὡς οὐ δύναταί τις λευκᾶναι ἐπὶ τῆς γῆς, *vel* οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται οὕτω λευκᾶναι, *vel qualia quis non potest facere, vel, ut homines intuitum non possent ferre.* Haec *Griesbachii* opinio multas ob causas improbabilis est. Potissima haec est, quod plane non intelligitur, unde huc irrepserint v. ὡς χιὼν — λευκᾶναι. Nam neque in locis parallelis Matth. 17, 2. Luc. 9, 29. leguntur et quod glossemata dicit *Griesbachius*, is quidem sonus est h. l. sensu destitutus. Omnino autem, si Marcus scripserat καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν· nullâ haec v. expositione (sunt enim planissima) et amplificatione indigebant. Hoc ex eo elucet, quod in locis parallelis idem librarii non conati sunt. Denique quotusquisque sibi persuadeat diversa diversorum hominum supplementa in plurimos Cdc. *eodem ordine* transfundi potuisse? Itaque *Griesbachius* reliquit corrupta, sana sustulit. V. 4. Scriptura καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωϋσῇ, κ. ἦ. σ. τ. Ἰ. facile exornari posset [Liv. 21, 60. atque ipse *dux cum* aliquot principibus *capiuntur*. Longin. XIV. in. καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, πῶς ἂν, εἰ τύχοι, ταὐτὸ τοῦθ᾽ Ὅμηρος εἶπεν, πῶς δ᾽ ἂν Πλάτων ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν, ἢ ἐν ἱστορίᾳ Θουκυδίδης. cf. *Schaefer.* ad Plin. Paneg. p. 698.]. Sed non tam arridendi,

quam deridendi sunt, qui talis nimirum elegantiae amore depereuntes in summo monumentorum consensu connivent. Et hic quidem ὤφθησαν paucissimos Cdc. obsidet e Matth. 17, 3., qui locus etiam alteri lectioni fundus est, quam Syrus reddidit: *καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωϋσῇ, συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ. Μωϋσῇ* pro *Μωσεῖ*, quod vulgatur v. 4. et 5. e Cdc. recepi [vid. *Wetsten.* et *Matthaeium* ad h. l., *Dermoutum* Collect. crit. P. I. p. 62. cl. *Schulzii* Praefat. ad *Griesb.* N. T. p. XIII.]. Ceterum vid. not. ad Matth. 17, 3.. V. 5 *ῥαββί, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι — Ἠλίᾳ μίαν*] *magister, commodum est, nos hic versari hujusque amoenitatem loci tribus ponendis tuguriis sublevemus, quorum tibi unum, Mosi alterum, tertium Eliae destinetur.* Haec enarratio magis idonea visa est alterâ *Hombergii*, quae hanc praebet sententiam: *opportune hic adsumus, ut tria tentoria exstruamus, tibi unum, alterum Mosi, tertium Eliae.* *καὶ ποιήσωμεν*] Variatur *εἰ θέλεις, ποιήσωμεν* et *θέλεις ποιήσωμεν.* Anceps est judicium. Potest enim *εἰ θέλεις, ποιήσωμεν* genuinum esse, quia hoc vs. paene verba Matth. 17, 4. repetuntur; potest *καὶ ποιήσωμεν* verum videri, quia Marcus aliquoties simul et Matthaeum, et Lucam [cf. Luc. 9, 33.] sequitur. Sed possunt etiam haec duo a librariis e loc. parall. illata esse, ut Marcus scripserit *θέλεις ποιήσωμεν* [cf. 10, 51. 15, 9. 12. Joh. 18, 39., et *Schaeferi* Melet. p. 121.]. Itaque vulgatam retinui, quam plerique libri testificantur. Ceterum quod dicit doct. *Schulzius* in S. V. *Tzschirneri* Anal. T. II. Fasc. II. p. 147., apte Marcum hanc narrationem vs. 2 — 13. composuisse, facile id largimur, et potest ea res vel ex argumento, quod confecimus, a quovis intelligi. Sed quod V. D. contrarium de Lucâ affirmat, qui 9, 33. Petrum figendorum in monte tabernaculorum consilium tum proposuisse perhibeat, quum Mose et Eliâ quummaxime ab Jesu discedentibus non possit non ineptum videri, graviter intercedimus. Namque Lucâ auctore Petrus aegre ferens illorum virorum abitum, ut eos retineat: *magister*, inquit, *plenus est amoenitatis hic locus ejusque commoditatem figendis tuguriis insuper augeamus.* V. 6. *οὐ γὰρ ᾔδει, τί λαλήσῃ·*] Ita conformatio recepta habet. Confirmat hanc

lectionem tum sententia, quâ h. l. opus est [cf. infra 13, 11. 14, 40.] tum nonnullorum Cdc. scripturae *ἀποκριθῇ* et *λαλῆσαι*. Et prior quidem falsa est propterea, quod vs. 5. *ἀποκριθεὶς* ante v. *ὁ Πέτρος λέγει* levius interpositum est et praecipua notio inest in *λέγει*, ut prorsus non quadret *οὐ γὰρ ᾔδει τί ἀποκριθῇ* *nam nesciebat, quidnam sibi respondendum esset.* Posterior autem *λαλῆσαι*, quam *Bengelius* et *Rosenmuellerus* admirati sunt, non est, nisi solemnis depravatio formae *λαλήσῃ*. Praeterea duas ob causas *λαλῆσαι* abominor. Nam primum quidem haec loquendi forma vehementer commoti animi propria est [cf. Eurip. Jon. v. 1446. *Herm. τί δρᾶν, τί χρῆσθαι, φράζε μοι, χρυσώματι;* Soph. Oed. Col. v. 48. *ἀλλ᾿ οὐδ᾿ ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως δίχ᾿ ἔστι θάρσος, πρίν γ᾿ ἂν ἐνδείξω τί δρᾶν.* et ibi *Hermannum* et *Reisigium*]. Sed h. l. Marcus animo quammaxime sedato Petrum nescivisse, quidnam sibi dicendum esset, monet. Deinde loquutio *οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλῆσαι·* a N. T. usu longe alienissima est. Quae restat lectio *οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσει*, eam *Matthaeius* recepit. Male, quum sententiam, quae hîc requiritur, perdat. Nam nescivit Petrus, *τί λαλήσῃ quidnam sibi dicendum esset* (was er reden *sollte)*, non ignoravit, *τί λαλήσει quidnam esset dicturus* (was er reden *würde)*. Ceterum *Griesbachius* unâ operâ et *ἀποκριθῇ*, et *λαλήσει* commendavit [!]. Haec nimirum digna *Griesbachio* accuratio grammatica. *ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.*] Repudio scripturam a *Griesbachio* magnifice ostensam *ἔκφοβοι γὰρ ἐγένοντο.* Nam quaenam tandem haec est oratio: *ἔκφοβοι γὰρ ἐγένοντο· καὶ ἐγένετο νεφέλη* —? Quin quivis intelligere debebat, *ἐγένοντο* e sq. voc. *ἐγένετο* natum esse. Adde, quod *ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι* multo est simplicius altero. Hoc igitur Marcus vs. 6. obiter commemorat: *talia dicebat Petrus, quia nesciebat, quidnam sibi loquendum esset; erant enim Apostoli inusitatâ ac prorsus singulari re, quam viderant* [v. 2—4.], *perculsi.* V. 7. *Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς*] Non est, quod structura *ἐπισκιάζειν τινί* mirationem faciat. Nam quamquam altera *ἐπισκιάζειν τινά* simplicior est et magis fre-

quentata, tamen ne illa quidem vel inusitata est [cf. Luc. 1, 35., ad quem l. vide Sel. e Schol. *Valckenarii* T. I. p. 40., Act. 5, 15. LXX. Ps. 91, 4.], vel idonea ratione destituta. Nam Dativus in eâ is est, quem vocant *commodi*, ut *ἐπισκιάζειν τινί* valeat *umbram in alicujus usum obducere* = *aliquem obumbrare.* Verte: *et exstitit nubes, quae iis* (np. viris, de quibus h. l. potissimum agitur, Jesu, Mosi et Eliae) *umbram obduceret.* Pertinebat haec nubes eo, ut majoris quam humanae conditionis virum (i. e. *Messiam)* praesens numen Jesum declararet. Recte igitur eam *Car. Fea* ad Horat. Od. I, 2, 31. cum Deorum nimbis contendit [cf. *Wetsten.* ad Matth. 17, 5.]. Item splendentia vestimenta v. 3. divinae cujusdam majestatis ei fidem fecerint, qui meminerit, quo habitu mortalibus se offerre soleant angeli Luc. 24, 4.. *καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης·*] Non debuerat *Griesbachius* *ἐγένετο*, quod pro *ἦλθε* in paucis Cdc. legitur, suspicere, quum manifestum sit, vel e Luc. 9, 35. illud invectum, vel, quod potius credam, e priori vs. parte *καὶ ἐγένετο νεφέλη* ortum esse. Sed bene *Griesbachius* et *Matthaeius* post v. *ἐκ τῆς νεφέλης* deleverunt *λέγουσα*, quod adulterinum esse Cdd. conspiratio docet [cf. Matth. 17, 5. Luc. 9, 35.]. Jam *Millius* Proleg. §. 1386. et *Bengelius* *λέγουσα* damnaverant. *αὐτοῦ ἀκούετε*] Alii *ἀκούετε αὐτοῦ.* Male. Nam *αὐτοῦ* pondus habet praecipuum, ut ad Matth. 17, 5. notavi, ubi eodem modo librarii peccarunt. V. 8. *Valckenarius* l. l. in hoc vs. aliquid repperit *καινῶς* a Marco *ῥηθέν.* Haud dubie dicit Adverbium *ἐξάπινα derepente*, quod origine suâ est Neutrum Pluralis epici Adjectivi *ἐξάπινος* [cf. *Ilgen.* ad Hymn. Hom. p. 459.], unde apud Epicos s. Jones Adverbium *ἐξαπίνης*, quod atticos scriptores adoptasse observat *Lobeckius* ad Phryn. p. 18 sq., quamquam ii formâ *ἐξαίφνης* magis delectati sunt. Sed *ἐξάπινα* serioribus scriptoribus proprium est [cf. *Kypke* in Obs. T. I. p. 174.]. In translatione LXX passim invenitur, v. c. Num. 6, 9. Jos. 11, 7. 2 Par. 29, 36. Ps. 72, 19.. *οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν.*] Vox *ἀλλά* sincera est. Qui libri pro eâ *εἰ μὴ* et *ἀλλ᾽ ἢ* tuentur, correctorum vanitati opitulantur. Sed non minus

gregarii interpretes peccant, *ἀλλά* h. l. idem declarare, quod *εἰ μή* temere opinati. Quin par est ratio hujus loci, atque Homerici Il. φ. 275. *ἄλλος δ᾽ οὔτις μοι τόσον αἴτιος Οὐρανιώνων, ἀλλὰ φίλη μήτηρ.* Ibi quam structuram ad *τόσον* attemperatam volebamus [*ἄλλος δ᾽ οὔτις μοι τόσον αἴτιος Οὐρανιώνων, ὅσον φίλη μήτηρ*], ea ad negationem *οὔτις* accommodata est. Sic Marcus h. l. rationem habuit negationis in *οὐκέτι* [*περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ (εἶδον) τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν*], quum eum verba malles conjuncta *οὐκέτι οὐδένα εἶδον* spectavisse h. m.: *περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν.* Cf. Matth. 20, 23. Thucyd. 1, 68. — *καὶ δι᾽ αὐτὸ οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμὲν* —. et quae disputavi Dissert. I. in ep. 2. ad Corinth. p. 13. Redde: *et quum subito* (male *Schottus statim* i. e. *εὐθέως*) *circumspexissent neminem amplius conspicati sunt, sed Jesum solum viderunt cum ipsis versantem.* Itaque Marcus Mosen atque Eliam, quemadmodum ad tantae majestatis spectaculum praebendum a Numine missos decebat, quum temporis momento sese obtulisse v. 4., tum derepente evanuisse perhibet v. 8.. Non enim hoc auctore Apostoli divinâ voce, quae ex nube accidit, adeo perculsi sunt, ut sensu alienati in terram prociderent paulloque post recepto animo ablatos esse sanctos viros animadverterent [Matth. 17, 6—8.], sed ad portentosum sonum nonnihil consternati quum subito circumspexissent illos sese proripuisse viderunt. Ac solere Marcum et quae Jesus mire fecisset, et quae singularia ei accidissent, eo studio exornare, quo illius aetatis homines Jesu majestati egregie consultum putare debuerint, pluribus locis comprobari, supra vidimus [cf. p. 181. et 250.]. Ad eandem igitur normam tum v. 3. interpretor *καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.* tum v. 8. enuntiatum. V. 9. Quam de hujus narrationis indole sententiam tuli ad Matth. p. 556., ei grave momentum inde accedit, quod Jesum Apostolis interdixisse, ne ante res in monte visas cum ullo communicarent, quam ipse ex inferis in vitam rediisset,

Matthaeus 17, 9. et Marcus h. l. scripsere. Nam hâc adnotatione iis occurrerunt, qui relatae rei fidem eo dubiam reddere conarentur, quod nulla ejus memoria fuisset Jesu superstite. Eodem consilio Lucas 9, 36. Apostolos rem silentio abscondidisse ac nemini eam *tum temporis* aperuisse memoravit. V. 10. *καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν, πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες*] Interpretes explicandi laborem commentis sublevare conati sunt. *Syrus*, *Euthymius* [*ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς*, *πρὸς μηδένα ἕτερον τοῦτον (τὸν λόγον) ἐξειπόντες*.] MSC. Cant. [*et verbum continuerunt apud se*], *Erasmus*, *Lutherus* [und sie behielten das Wort bei sich], *Beza*, *Bretschneider*. Lex. I. p. 613. al. male consociaverunt v. *ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς*, quam juncturam inauditam esse recte observavit *Heumannus* et S. V. *Schulzius*. Nimis igitur apertum est, vocc. *πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες* cohaerere [Marc. 1, 27. Luc. 22, 23.]. Sed vel qui hanc structurae rationem bene intellexissent, in enarrandis v. *τὸν λόγον ἐκράτησαν* multis modis peccarunt. Ita fuerunt, qui *κρατεῖν* h. l. declarare *occultare*, *reticere* opinarentur (v. c. *Schleusnerus* in Lex. I. p. 1316.) eamque significationem Scholiastae auctoritate ad Aeschyli Choëph. v. 74. *ἐμοὶ δ᾽ — δίκαια καὶ μὴ δίκαια πρέποντ᾽ ἀρχαῖς βίου βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν στύγος κρατούσῃ.* communirent, qui *κρατεῖν* explicuit verbo *καλύπτειν*. At ille sensum verborum expressit, non propriam eorum vim enucleavit: *me decet*, *juste et injuste facta dominis vitae meae*, *quum violentiae impetu feruntur*, *laudare*, *acerbum animi odium vincentem* s. *superantem*. Multo minus ad confirmandam illam commentitiam vim Theodotionis translatio potest, qui Dan. 5, 12. מְפַשַּׁר חֶלְמִין וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן *exponit somnia et aenigmatum explicationem*, non assecutus scilicet vocis אֲחִידָה (= חִידָה) *aenigma* potestatem eamque male a verbo أخذ i. q. hebr. אָחַז *comprehendere* deducens convertit: *συγκρίνων ἐνύπνια καὶ ἀναγγέλλων κρατούμενα*. *Stolzius* [das Wort fassten sie auf], *Reichardus*, *Schottus*, *Kuinoelius* al. sic enarrarunt: *et Jesu sermonem* (v. 9.) *animo exceperunt*. Sed ne hanc qui-

dem vim *κρατεῖν* habet, ut *excipere*, auffassen significet. Frustra *Kuinoelius* hunc significatum verbo *κρατεῖν* subjectum esse eo demonstrare conatus est, quod הֶחֱזִיק (sq. בְּ) nonnunquam sit *in re persistere* cl. *Buxtorfio* Lex. talm. p. 731.. Verum enim vero aliud est *rem excipere*, aliud *in re persistere.* Deinde ne verum quidem est, "בְּ הֶחֱזִיק *significare in aliquâ re persistere*, quod nunquam non valeat *rem firmiter comprehendere*, nec nisi *ad sensum* nonnunquam *rem vehementer amplecti.* Taan. f. 23. 2. שאין מחזיקין במחלוקת *quod non firmiter prehendunt dissidia* i. q. *non ea amplectuntur*, *non in iis persistunt.* Tum *Heumannus* interpretatus est *et offendit eos Jesu sermo*, *Boltenus et attentos eos Jesu verba reddiderunt*, alii *et obsequium praestiterunt Jesu sermoni.* Qui si propriam verbi *κρατεῖν* significationem exprimere statuerant, graviter lapsi sunt omnes (neque enim ejusmodi est Verbi potestas); sin sensum utcunque reddere voluerant, quo modo v. *κρατεῖν* acceperint vix dixeris. Quin duobus tantum modis vocc. *καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν* explanare licet, vel sic: *et superaverunt sermonem* (u. sie überwanden die Rede) h. e. *cupiditati res in monte visas et auditas aliis aperiendi temperarunt: ab se impetraverunt, ut nihil dicerent eorum, quae vidissent*, vel ita: (Jesu) *sermonem* (v. 9.) (quo iis, ne rem enuntiarent, interdictum erat) *firmiter tenuerunt* (*sie hielten fest an* [Jesu] Rede) np. eo, quod tacuerunt, h. e. ad sensum *rem*, *ut Jesus eos jusserat*, *reticuerunt.* Scilicet verbum *κρατεῖν firmiter tenere*, non solum de iis rebus ponitur, quae *manu* tenentur [Achill. Tat. I, 5. *Ἀναστὰς οὖν ἐβάδιζον ἐξεπίτηδες εἴσω τῆς οἰκίας, κατὰ πρόσωπον τῆς κόρης· βιβλίον ἅμα κρατῶν, καὶ ἐγκεκυφὼς ἀνεγίνωσκον·* — Athen. 290. *ῥόπαλον ἐκράτει.*], sed etiam quae *animo* [cf. *Casaubonus* ad Theophr. 19.]; quo positu quum *κρατεῖν* in N. T. inprimis frequentetur [ut supra 7, 3. 2 Thess. 2, 15.], posteriorem interpretationem haud dubie priori antepono. *τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι*] Ita in conformatione receptâ perscriptum est. Sed alia subsidia habere feruntur *τί ἐστι ὅταν* (sic) *ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.* tulit-

que ea lectio *Millii* Proleg. §. 405., *Bengelii* et *Griesbachii* assensum, quum *Matthaeius* pro vulgatâ strenue propugnaret. Recte omnino illi judicaverunt. Quamquam *Millius* l. l. parum firmo argumento, ut — ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ genuinum esse doceret, usus est. Nam Apostolos, quidnam sibi vellet τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ignorasse negavit. Eos enim, ut Judaeos, credidisse, fore, ut mortui a Messiâ in vitam restituerentur, consentaneum videri [cf. *Bertholdti* Christol. p. 176 sq. 203 sq.]. Contra hoc iis plane novum et inauditum accidisse, quod Messiam, quem morti non obnoxium fore putarent [cf. infra v. 32. Joh. 12, 34.], de suo in vitam reditu loqui v. 9. audivissent [i. e. πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες, τί ἐστι τό· ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ·]. Non male enim objicias, quum sermo sit non de aliorum in vitam reditu, sed de Messiae ipsius [cf. v. 9.], vocc. τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι inclusam hanc sententiam continere: *quid sibi vellet ab Jesu v. 9. commemoratus in vitam reditus* i. q. *quid sibi vellet Jesu in vitam reditus.* Nihilominus illud quivis largiatur necesse est, v. τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι valde esse ambigua et neminem non, loco nondum diligenter considerato, ea contra hujus l. sensum sic capere malle: *inter se disceptarunt, quidnam esset e mortuis redire.* Sed multo graviores afferre licet rationes, quibus vulgatae scripturae fides abrogetur, alteri adjiciatur. Nimirum et usus et ratio postulat, ut ubi alius verba nos non intelligere dicimus, ea ipsa ut sunt, non mutata, repetamus [cf. Joh. 16, 17. cl. vs. 16.]. Ita demum declaramus, ea nobis obscura esse. Praeterea, ne ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ glossatori praegressa v. 9. v. repetenti tribuamus, eo impedimur, quod desunt verba intermedia. Atque in eo ipso, quod desiderantur v. 10. vocc. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, praecipuam agnosco integritatis notam in lectione, quam defendo. Etenim notio praeceptoris sese τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου vocare soliti [vide ad Matth. p. 319 sq.] tam alte discipulorum animis infixa haesit, ut singulari vocabulo non posset indicari. Sic pastor dicit in Luc. As. c. 33. καὶ ἣν ἔρηται, ubi ὁ δεσπότης intelligitur, non addendus est cum *Guyeto*, et in Somnio c. 14. —

καὶ μάλιστα ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πληγὰς εὐθὺς οὐκ ὀλίγας ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. ab *Hemsterhusii* suspicione, excidisse ὁ θεῖος, de quo sane exponitur, animus cohibendus est. At hîc requiritur *τί ἐστι τό· ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ*; dicat aliquis. Noli quaerere. Codices quicunque *ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ* tuentur, praebent iidem omnes *τί ἐστι τό·* —. Id tum ex eo apparet, quod scriptum esse ferunt *τί ἐστι ὅταν*, quum certe Codices tum haberent *ν* addito *ἐστιν*, tum inde, si teneamus, scripturam *ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ* tantum pertinere ad verba *ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι*, quum prima vocabula summo consensu ita exhiberentur: *τί ἐστι τό*. Et de Syro quidem, cujus conferendi nobis copia est, vel pignore interposito id affirmamus: ܡܒܥܝܢ ܗܘܘ ܕܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܕܡܐ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ Proinde *τί ἐστι τό· ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ·* edidi. Totius versus ratio haec est: *et Jesu sermonem* (v. 9.) *firmiter tenuerunt (eo, quod rem tacerent), inter se disceptantes, quidnam sibi vox vellet: ubi ex inferis in vitam revertisset.* — V. 11. *ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον*;] Ὅτι priore loco corruptum esse (ortum quidem ex altero *ὅτι*, quod tribus verbis post legitur) idcirco non viderunt Critici, quod sibi, *ὅτι* nonnunquam idem esse, quod *διὰ τί* cum interpretum vulgo persuaserant. Eodem errore infra v. 28. depravatum *ὅτι* emendare supersederunt. At *ὅτι* declarare *cur* neque *Kypkio* ad v. 28., neque *Palaireto* et *Krebsio* ad h. l. hodie ullus credet. Non magis verum est, quod *Grotius* observavit, כִּי Jes. 29, 16. *cur* valere. Nam haec opinio de Hebraeorum כִּי aeque absurda est, quam de Graecorum *ὅτι*. Quin est כִּי l. l. *nam* ironicum. Postremo, ut me contineam, parum circumspecte *Kuinoelius* ex Genes. 12, 18. LXX. argumentatus est, quod ibi hebr. לָמָּה voce *ὅτι* conversum sit. Non enim reputavit, LXX interpretum libertate usos duas percontationes in unam contraxisse. Variatur h. l. *τί* | *τί οὖν* | *πῶς οὖν* | et *τί ἐστι τοῦτο, ὅ*, quae liberior Armenii interpretis versio est. Horum *τί οὖν* recepi, tum quia hoc

vs. Marcus singula Matthaei v. descripsit, tum quod *τί οὖν* ad sententiam aptissimum est, quâ Apostoli aliquid, quod ad rem in monte visam spectet, ad quam revolvantur voce *οὖν*, exquirant. Nam quum Eliam ad perbreve tempus rebus humanis in monte redditum esse vidissent, ut nihil eorum, quae ab eo judaici magistri effectum iri in scholis tradebant, praestaret: *quo igitur*, dixerunt, *jure nostri doctores venturum ante omnia Eliam, ut cuncta in integrum restituat, docent?* [cf. ad Matth. p. 553.] V. 12. et 13. Lectio ἔφη pro ἀποκριθεὶς εἶπεν, cui gratiam conciliare conatus est *Griesbachius*, neque multorum proborumque testium auctoritate munita est, et displicere debet idcirco, quia librarii in v. ἀποκριθεὶς εἶπε saevire solent [cf. 7, 6. 9, 17. 10, 5. var. lect.]. Multo minus cum *Schulzio* vocem *μέν*, quâ hîc opus est, attentabo et in adulterinae originis suspicionem traham, quia raro in Marco legatur, sed exstet apud Matth. 17, 11.. Nam in hoc genere nihil valet observatio usus singulorum scriptorum (neque enim optio erat Marco et ponendi et omittendi voc. *μέν* concessa), sed necessitatis, quae in omnes promiscue scriptores dominari debuerit, ratio. Verba autem *Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον — καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν·* vehementer vel vexasse interpretes, vel ab iis vexata esse non mirum est, quum tam graviter ea librarii afflixisse videantur, ut e subsidiis, quorum quidem lectiones nunc publici juris sint, locus refingi nequeat. Ex omnibus enim Cdc. diversitatibus, quae notatae sunt, una tantummodo [*καθώς* pro *καὶ πῶς*] loci emendationem nonnihil adjuvat. Interpretum opiniones sine ullo fructu profligarem, quum hujusmodi commentis nitantur, *καὶ πῶς* idem significare, quod *καθώς*, *ἀλλά* v. 13. redundare, v. 12. ante *καὶ πῶς* supplendum esse *καὶ ἐδίδαξεν αὐτοὺς λέγων* [cf. *Wolfium* et *Koecherum* ad h. l.], et ne eximii quidem, ut *Beza* et *Grotius*, quod referre operae pretium sit, attulerint. Haud dubie vocc. *καὶ πῶς γέγραπται — ἐξουδενωθῇ·* nexum pessime turbant et importune intercedunt inter *Ἠλίας μέν* et *ἀλλὰ λέγω*, quae v. ad se invicem referantur necesse est [cf. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 1264.]. Deinde vero ne ipsa quidem ad hanc

sedem pertinent, sed sensus eorum est ab h. l. longe alienissimus. Denique absurde connexa sunt verba cum praecedentibus. Sive enim *καὶ πῶς* — ; probemus (ubi sane cum *Heinsio* post *τοῦ ἀνθρώπου* interrogationis nota ponenda est), quid tandem hîc sibi vult absona ista interrogatio? Sive *καθώς* sufficiamus, non magis recte membra copulabit vox *quemadmodum: Elias omnia restituit*, *sicuti ego*, *Messias*, *secundum V. T. oracula multas calamitates exantlabo et contemnar (!!).* Quibus omnibus incommodis minime *Bezae* conjectura *καὶ καθώς* pro *καὶ πῶς* medetur. Sed in Marcum ipsum tantae loquacitatis crimen hoc minus conferam, quo magis animum advertunt in viciniâ posita: *καὶ πῶς* [al. *καθώς*] *γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν* —. et *καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν*, quorum v. repetitio in tantulo spatio vel per se vana est. Ne multa; agnosco hîc *διττογραφίαν*, quo vitio nullum crebrius est in N. T.. Delenda igitur puto verba *καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν*, quae etiam a sensu laborant; neque enim memoriae proditum erat in V. T. (*ἐγέγραπτο*), male tractatum iri Eliam, Messiae anteambulonem. Verba autem v. 12. *καθὼς* (sic enim utique scribendum) *γέγραπται* — *ἐξουδενωθῇ*· ponenda reor v. 13. post vocc. *ὅσα ἠθέλησαν*. Ita subito splendet obscurus locus. Etenim tum ab initio juncta sunt, quae et Matthaeus 17, 11. 12. composuit et jungi debent: *Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα· ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι* [*καὶ*: hoc *καί* ita quidem defendi potest, ut sequenti *καί* respondeat: *tum — tum;* sed quum per Cdc. liceat, multo ejectum malo.] *Ἠλίας ἐλήλυθε:* tum vero in posteriore membro praeclare consociata sunt, quae ob sensum intime cohaerent: *καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ*.. *Omnino Elias* (ut judaici doctores contendunt cf. v. 11.) *primum venit et in ordinem omnia redigit. At affirmo vobis, jam venisse Eliam et pro lubitu in eum homines consuluisse, sicuti etiam me, Messiam, secundum V. T. oracula valde affligent et contemnent.* Nihil hâc sententiarum conformatione fingi potest planius. Ac sententiae nostrae, cujus causas tanquam acu

enucleavimus, facilitatem illud quoque nonnihil commonstrat, quod in eam ante nos alii inciderunt, *Gratzius* in l.: Neuer Versuch, die Entstehung der drei ersten Evangelien zu erklären p. 215 sq. et *Schulzius* in S. V. *Tzschirneri* Anal. III. p. 107.. Sed quum Evangelia non ad ambiguum conjecturarum arbitrium, sed ad veterem librorum memoriam revocare propositum sit, nostrum est tollendis iis mendis contentos esse, quae librorum fide fretis corrigere liceat locumque ad hanc normam constitutum quammaxime per verba fieri potuerit tolerabiliter explanare. Nihil igitur novavimus, nisi ut v. 12. ineptam interrogationem [*venturum esse Eliam vere docent. Et quomodo in V. T. in me, Messiam, perscriptum est? Oportere me multa perpeti et contemni. Sed jam venit Elias* etc.] amoveremus scribendo *καθώς* pro *καὶ πῶς*, quas voces commutare proclive fuisse librariis quivis intelligit [*ΚΑΘΩΣ*: *ΚΑΙΠΩΣ*], et vs. 13. *καί* ante *Ἠλίας* induceremus. Ita autem non patet, nisi haec enarrandi via: *Elias quidem*, *quum antea venerit*, *in ordinem reducit omnia*, *quemadmodum in me*, *Messiam*, *in V. T. perscriptum est*, *fore*, *ut multas calamitates exhauriam et contemnar* (i. e. quod judaici doctores perhibent, venturum esse Eliam, non minus certum est, quam e V. T. oraculis illud, fore, ut ego, Messias, multa exantlem mala et contemnar.). *Sed hoc habetote*, *venisse Eliam* (dicit Johannem baptistam) *eique homines male fecisse ad arbitrium suum et libidinem*, *uti in eum perscriptum est in V. T.*. In hoc sententiarum ordine, quemadmodum obiter indicatum est in superioribus, duo vitia resident. Prava est enim haec notionum compositio: *venit Elias et omnia restituit, quemadmodum ego*, *Messias*, *secundum prisca oracula multa mala perpetiar et repudiabor*, quia calamitatum, quae Messiae instent, mentio nihil pertinet ad primariam sententiam, quâ Jesus rogantibus discipulis satis facit, *sane Eliam venire et omnia in ordinem reducere.* Contra qui curvo dignoscere rectum didicerit, quam nostra conjectura sententiarum conjunctionem infert probam esse fatebitur: — *male tractarunt Eliam*, *quemadmodum secundum*

V. T. oracula male in me, Messiam, consulent. Hunc sententiarum tenorem requiri adeo sensit *Victor Antiochenus*, eum ut vulgatae lectioni obtruderet: εἶτα πρὸς τοῦτό φησι· λέγω ὑμῖν, ὅτι ὥςπερ ἐλήλυθεν ὁ καθ᾽ ὁμοίωσιν Ἠλίου Ἰωάννης καὶ πάνδεινα πέπονθεν, οὕτω κατὰ τὰ γεγραμμένα παθεῖν δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Alterum vitium est in v. καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν. Nusquam enim in V. T. proditum est, fore, ut Elias, Messiae praecursor, male ab hominibus mulcetur. Quae a VV. DD., ut hunc nodum solverent, excogitata sunt, vi effectum reddunt, quod consilio expediri non poterat. Ita *Euthymius* locatis in parenthesi vocc. καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν v. καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν temere rettulit ad ἐλήλυθε citato l. Jes. 40, 3.. Idem placuit *Italo*, *Vulgato*, *Walaeo* multisque aliis. *Heumannus* verbis καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν ad Mal. 3, 23. respici putavit. Male. Nam qui ibi commemoratur dies Jehovae *Judaeis*, non *Eliae* mala affert. *Kuinoelius* vocabulis καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν ea dici V. T. loca sibi persuasit, in quibus injuriae a civibus perferendae V. T. prophetis portenduntur, Jerem. 1, 19. Ez. 3, 7.. *Grotius* et *Wetstenius* v. καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν ad historiam de Eliâ ejusque insectatoribus Ahabo et Isebele 1 Reg. c. 18. et 19. referunt, illâ Eliae, praecursoris Messiae, fata e Marci mente tanquam in tabulâ adumbrata esse rati. Quae sententia ceteris tolerabilior, donec corrigendi loci facultatem dederint Cdc., tenenda est. καὶ ἐποίησαν αὐτῷ] Nonnulli Cdc. offerunt καὶ ἐποίησαν ἐν αὐτῷ [cf. not. ad Matth. 17, 12.]. Optio difficilis est. Nam quum plures libri in Matth., quam in Marco ἐν tueantur, potest videri ἐν in Matthaeo genuinum, in Marco adulterinum. Contra quum Marcus v. 11—13. e Matthaeo 17, 10 sq. expresserit, non ineptum est existimare, eum ἐν e Matthaeo retinuisse. Itaque a Codicum partibus steti et vulgatam scripturam propagavi. Ceterum in locutione ποιεῖν τινί τι [Isocr. Nicocl. 61, 3. ἃ πάσχοντες ὑφ᾽ ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε.] Dativus obtinet *incommodi*, *in alicujus detrimentum aliquid facere*, gegen einen etwas thun.

V. 14. *Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶδεν ὄχλον πο-
λὺν περὶ αὐτοὺς καὶ γραμματεῖς συζητοῦντας πρὸς
αὐτούς.* 15. *Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες αὐ-
τὸν ἐξεθαμβήθησαν, καὶ προςτρέχοντες ἠσπάζοντο
αὐτόν.* 16. *Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτούς· τί συζητεῖτε
πρὸς αὐτούς;* 17. *Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου
εἶπε· διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε ἔχοντα
πνεῦμα ἄλαλον.* 18. *Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ
ῥήσσει αὐτόν· καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας
αὐτοῦ καὶ ξηραίνεται· καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου,
ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.* 19. *Ὁ δὲ
ἀποκριθεὶς λέγει· ὦ γενεὰ ἄπιστος· ἕως πότε πρὸς
ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐ-
τὸν πρός με.* 20. *Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν·
καὶ ἰδὼν αὐτὸν εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν,
καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων.* 21. *Καὶ
ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ· πόσος χρόνος ἐστίν,
ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; ὁ δὲ εἶπε· παιδιόθεν.* 22.
*Καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς
τὰ ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν· ἀλλ᾽ εἴ τι δύνασαι,
βοήθησον ἡμῖν σπλαγχνισθεὶς ἐφ᾽ ἡμᾶς.* 23. *Ὁ δὲ
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι· πάντα
δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.* 24. *Καὶ εὐθέως κράξας ὁ
πατὴρ τοῦ παιδίου μετὰ δακρύων ἔλεγε· πιστεύω,
κύριε· βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ.* 25. *Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰη-
σοῦς, ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι
τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ· τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον
καὶ κωφόν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω· ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ καὶ
μηκέτι εἰςέλθῃς εἰς αὐτόν.* 26. *Καὶ κράξαν καὶ πολλὰ
σπαράξαν αὐτὸν ἐξῆλθε· καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρός,
ὥστε πολλοὺς λέγειν, ὅτι ἀπέθανεν.* 27. *Ὁ δὲ Ἰη-
σοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς ἤγειρεν αὐτόν, καὶ
ἀνέστη.* 28. *Καὶ εἰςελθόντα αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον οἱ
μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ᾽ ἰδίαν ὅτι· διὰ
τί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;* 29. *Καὶ*

εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προςευχῇ καὶ νηστείᾳ.

V. 14. Male *Schleusnerus* Lex. I. 955. *ἐλθών* interpretatur *reversus.* Neque enim *ἔρχεσθαι redire* significat. Quin hoc dicit Marcus: *et quum Jesus ad* (novem cf. v. 2.) *discipulos venisset, magnam circa eos vidit hominum turbam* etc.. Nimirum quae consignata leguntur v. 10 sq. eo tempore acta sunt, quo Jesus ad discipulos *nondum venerat. γραμματεῖς συζητοῦντας πρὸς αὐτούς.*] Hanc lectionem, quam B C L 1. 118. 124. 209. suppeditant, verissime *Schulzius* vulgatae *συζητοῦντας αὐτοῖς* praeferendam esse judicavit [cf. ad v. 16.]. Dicitur autem *συζητεῖν πρός τινα* eodem usu quo *λέγειν πρός τινα* et similia. Proprie igitur valet *disputare ita, ut verba ad aliquem facias* [Act. 9, 29.]. V. 15. *καὶ — — ἐξεθαμβήθησαν*] In locum verborum *ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη* reposui *ἰδόντες αὐτὸν ἐξεθαμβήθησαν* ex BCL 1. 13. 27. 33. 69. 124. 209. al.. Horum Cdc. memoriam *Griesbachius* impense commendavit. Contra *Kuinoelius* vulgatam scripturam defendit, quia *ἰδόντες — ἐξεθαμβήθησαν correctio* sit ob sq. v. *καὶ προςτρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν* facta. Fortasse eum, ita ut judicaret, illud movit, quod Singularem in ultimis v. *προςτρέχοντες ἠσπάζοντο* nullus Cd. jactat, id quod fieri debuisse existimaret, si *ἰδὼν — ἐξεθαμβήθη* librariorum esset Singularem expetentium. Verum enim vero nullus unquam librarius pro *πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν — ἐξεθαμβήθη* correxit *π. ὁ. ὄ. ἰδόντες αὐτὸν ἐξεθαμβήθησαν.* Quod vero non exstat lectio *προςτρέχων ἠσπάζετο,* inde factum est, quod qui *ἰδὼν — ἐξεθαμβήθη* exarassent, postrema v. *καὶ προςτρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν* non proxime cum vocc. *πᾶς ὁ ὄχλος* — connectenda esse bene vidissent. In voce *ἐκθαμβεῖσθαι* praeverbium *ἐκ* vim verbi simplicis *θαμβεῖσθαι* intendit [cf. supra p. 13.]. Significat igitur *ἐκθαμβεῖσθαι* h. l. *valde obstupescere* et infra 16, 5. 6. *magno metu percelli.* Quâ re plebs tantopere perculsa fuerit, ab explicatoribus quaesitum est. *Euthymius, Heupelius* al. illud homines obstupefecisse arbi-

trantur, quod in Jesu facie divinus splendor adhuc fuerit, quemadmodum Mosis ab Jehovae colloquio digressi vultus coruscasse perhibetur Exod. 34, 29. 30.. Haec opinio perabsurda est. Nam Jesu vultum splendorem in monte concepisse *Marcus* v. 3. non rettulit, sed Matthaeus 17, 2. cl. Luc. 9, 29.. Deinde etiamsi ille id narravisset, tamen splenduisse Jesu ex monte reversi vultum diserte h. l. commemorare debebat, si v. sua in illam partem a lectoribus intelligi vellet. Alii praeeunte *Erasmo* populum obstupuisse putant, quia Jesus *inopinato et praeter spem* venisset. Sed ne haec quidem ratio satisfacit tum ob v. πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες αὐτόν, tum propterea, quod Jesum praeter exspectationem in plebis conspectum venisse Marcus verbo indicare debuerat. Immo docet his v. scriptor, quanta fuerit Jesu, summi doctoris, et admiratio in plebe et veneratio, quippe quae viso, quem summi faciebat, viro statim valde obstupuerit: *et extemplo universa plebs eum conspicata valde obstupuerunt* [cf. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 809.]; *et accurrentes salutabant eum.* Lectio Cd. E. apud *Matthaeium* ed. min. προςχαίροντες [It. Colb. *gaudentes*] pro προςτρέχοντες e calami errore nata est, ut apparet e Cd. D. προςχέροντες. Ceterum verbum προςχαίρειν adeo peregrinum sonat, ut vix in usu fuisse credas. Tamen repperitur προςχαίρειν τινὶ *laetitiam alicui vultu gestuve significare* LXX. Prov. 8, 30. ἤμην παρ᾽ αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἐγὼ ἤμην, ᾗ προςέχαιρεν. et Chrysost. de sacerdotio p. 270. ed. *Bengel.* οὕτως οὖν χρὴ τὸν ἱερέα διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ὥςπερ ἂν εἰ πατὴρ πρὸς παῖδας ἄγαν νηπίους διακέοιτο· καὶ καθάπερ ἐκείνων οὔτε ὑβριζόντων, οὔτε πληττόντων οὔτε ὀδυρομένων ἐπιστρεφόμεθα, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡνίκα ἂν γελῶσι καὶ προςχαίρωσιν ἡμῖν μέγα ἐπὶ τούτῳ φρονοῦμέν ποτε, οὕτω — —. V. 16. Vulgo hujus vs. species haec est: καὶ ἐπηρώτησε τοὺς γραμματεῖς· τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς. Sed loco v. τοὺς γραμματεῖς nonnulla subsidia praebent αὐτοὺς et pro πρὸς αὑτοὺς alia πρὸς αὐτούς, alia ἐν ὑμῖν. Horum quid verum sit qui ad vs. 14. satis attenderit nullo negotio dispiciet. Nam τοὺς γραμματεῖς tam certum est v. αὐτοὺς *inter-*

pretamentum, ut quî defendi possit, equidem non intelligam. Ita recte censuit *Millius* Proleg. §. 406. et, qui *αὐτούς* recepit, *Griesbachius* C. C. p. 135.. Sed perperam deinceps *πρὸς αὐτούς* tuteris, *ἐπηρώτησεν αὐτούς* ad *τὸν ὄχλον* referens: *et interrogavit plebem, cur litigatis inter vos?* Nam plebis quidem nulla erat altercatio, sed alienae erant disceptationis testes ac spectatores [cf. v. 14.]. Male item *Millius* l. l. *ἐπηρώτησεν αὐτούς* ad *Apostolos* spectare putavit [*et interrogavit discipulos, cur altercamini inter vos? πρὸς αὑτοὺς*], qui non petebant, sed *petebantur* (v. 14.). Eadem de causâ ferri nequit *Griesbachii*, *Pauli* et *Kuinoelii* explicatio, qui *ἐπηρώτησεν αὐτούς* simul ad jureconsultos, simul ad Apostolos pertinere existimant [*et interrogavit magistros judaicos et discipulos, cur contenditis inter vos? πρὸς αὑτούς*], siquidem *οἱ γραμματεῖς συνεζήτουν πρὸς τοὺς μαθητάς* v. 14.. Ita facile apparet, *αὐτούς* dici de *τοῖς γραμματέσι*, ut recte acceperunt qui *τοὺς γραμματεῖς* subrogarunt, scribendumque esse et hîc *συζητεῖτε πρὸς αὐτούς* (non, *αὑτούς*), et v. 14. *συζητοῦντες πρὸς αὐτούς* (non, *αὐτοῖς*). Nam haec duo ut re plane congruunt, ita etiam verbis debent concordare. Converte: *et interrogavit eos* (i. e. jureconsultos), *cur disputatis cum iis* (discipulis meis)? Calumniati sunt autem jureconsulti Apostolos, quod pravum daemonem e puero expellere nequivissent, cf. v. 18.. V. 17. *ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε*] Inauspicato *Stolzius*, *Kuinoelius* al. interpretantur *adducere volebam filium meum ad te*, quod esset *ἔφερον*, non *ἤνεγκα*. Non enim, ut res et ratio postulat, *de conatu* ponuntur, nisi tempus praesens et imperfectum, vide *Hermannum* ad Soph. Aj. v. 1105. 1106. et *Schaeferum* ad Demosth. I. p. 387.. Aptissimus ad rem locus est Luc. Catapl. c. 3. *ΚΛΩΘ. Εἶθ' ὁ μάταιος ἀπεδίδρασκεν —; ΕΡΜ. ἀπεδίδρασκε λέγεις; — κἂν ᾤχετο ἡμᾶς ἀποφυγών.* Paullum igitur lapsus est Ven. *Winerus* gr. p. 102. Joh. 8, 27. *οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι* — et 10, 6. — *ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν, τίνα ἦν, ἃ ἐλάλει αὐτοῖς* enarrando *intelligere nolebant*, quae sententia etiam Johannis ingenio repugnat, qui nunquam non

in eo elaboraverit, ut Jesus, coelestis vir originis, sententias divinae sapientiae plenissimas proferret, quarum vim obtusa mens mortalium non satis caperet [cf. Joh. 3, 4. 9. 4, 11. 15. 6, 34. 52. 7, 35. 8, 22. 57. 11, 12. al.]. Ceterum nostri loci interpretatio expedita est. Vere enim pater puerum *ad Jesum* adduxerat, quem ad Apostolos admovisset. Casu enim accidit, ut Jesus tum abesset. *Magister, adduxi filium meum ad te, qui genium mutum habet* i. q. *cujus corpus muti daemonis in potestate est.* Ex iis, quae vs. 18, 20 et 22. afferuntur, consentaneum est, puerum comitiali morbo affectum fuisse, quem Judaei quidem a malo genio, qui aegroti corpus intraverit, repetere solent [cf. Mischna P. V. p. 179.]. Quod autem pravus genius, qui puerum afflixit mutus et v. 25. mutus et surdus vocatur, ejus rei causa haec est, quod *puer* linguâ et auribus captus erat. Quippe veteres hâc sententiâ ducti sunt, numina suas laudes et vitia sua hominibus impertire. Ita Spiritus s. virtutem pietatemque nutrit, Satanas impietatem et flagitia; Apollo poëticam facultatem affert, Bacchus furorem. Quare qui morbi causam ad perversum genium detulissent, ab re ad indolem auctoris argumentati, hunc eodem malo premi, quo hominem cruciaret, putarunt. Hâc mente h. l. *mutus* et Luc. 11, 14. *surdus* genius commemoratur. Cf. *Wetstenius* ad v. 25., qui affert Plut. de Orac. def. p. 438. B. τί οὖν συνέβη περὶ τὴν Πυθιάδα; κατέβη μὲν εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος οὖσα πλήρης —. V. 18. ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ] Monent interpretes [v. c. *Wolf.* et *Wetsten.*], verbum *καταλαμβάνειν*, quod de morbis gravioribus frequentatur [Herodot. 3, 149. κατέλαβε νοῦσός μιν], valde idoneum esse h. l., ubi de homine comitiali sermo sit, quum morbo comitiali conflictantes *καταληπτοι* vocentur et eorum morbus ἡ ἐπιληψία h. s.: *ubicunque eum morbus corripuerit.* Sed hujus observationis usus h. l. nullus est, ubi pueri pater non de morbo, sed de pravo daemone, morbi auctore, dicat, quo ablegato filium sanitatem recuperaturum esse confidit. Elucet igitur, *καταλαμβάνειν* hîc significare *deprehendere* ertappen [Xenoph. Sympos. 2, 19. ἦ οὐκ ἴστε,

ὅτι ἔναγχος ἕωθεν Χαρμίδης οὑτοσὶ κατέλαβέ με ὀρχούμενον;]: *ubicunque eum malus daemon deprehenderit.* Nam quum vis morbi per intervalla in puerum ingrueret, pravus genius et ad tempus discedere, et oblatâ opportunitate saeviendi ad eum reverti videbatur. Unde Jesus eum ita exterminavit, ut reditus spem abscinderet, vs. 25. ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ καὶ μηκέτι εἰςέλθῃς εἰς αὐτόν. Cf. Matth. 12, 44.. Verba ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ illustrat narratio patris vs. 22.. ῥήσσει αὐτόν] *Olearius* ad Matth. p. 521., abusus loco parallelo Lucae 9, 39. πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν καὶ ἐξαίφνης κράζει, sic explicat: *et facit* (daemon), *ut* (puer) clamet. Male. Nam ῥῆξαι et ῥήξασθαι φωνήν *rumpere vocem* declarat [Gal. 4, 27.], non *facere*, *ut aliquis vocem rumpat*. Item a vero aberrarunt *Beza*, *Reichardus* al., quum in hanc partem v. acciperent: *et lacerat malus genius puerum* [Cic. Tusc. III, 13. *aegritudo lacerat*, *exest animum planeque conficit*] np. viscerum doloribus. Non enim ῥήσσειν hoc sensu ponitur. Recte plerique explicatores, Syro [ܡܫܩܦ ܠܗ] Vulgato [*allidit illum*] et Euthymio [τὸ μὲν οὖν ῥήσσει ἀντὶ τοῦ καταβάλλει εἰς γῆν.] praeeuntibus enarrant *solo eum allidit.* Proprie enim v. ῥήσσειν a serioribus scriptoribus de gladiatoribus *adversarium humi prosternentibus* dicitur, quamquam sic altera forma ῥάσσειν, quam h. l. unus praebet Cd. D. [ῥάσσει αὐτόν], magis frequentata est [cf. *Jacobs.* ad Achill. Tat. p. 821.]. Ceterum cum Vulgati interpretatione MSC. Cantabr. *et*, *ubicunque eum apprehenderit*, *applontat* —. convenire videtur. Nam pro *applontat*, quod ne apud barbare quidem locutos verbi dignitatem obtinuit, scribendum est *applodit*. *Terrae applodere* dixit Apulejus aliquoties v. c. l. 9. — *sublimem elatum terrae graviter applodit.* καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ] *et spumat puer frenditque dentibus. Celsus* Medic. l. III. c. 23. init. *Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis — nominatur. Homo subito concidit; ex ore spumae moventur; deinde interposito tempore ad se redit et per se ipse consurgit.* Esse autem τρίζειν ve-

ram lectionem, vel adjecta v. τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ demonstrant. Τρύζει *(gemit, fremit, fritinnit)*, quod est in 10. 47. 54. 61. prorsus non quadrat. καὶ ξηραίνεται] *Boltenus, Wahlius* Clav. p. 606. al. explanant *et obrigescit. Euthymius:* τὸ δὲ ξηραίνεται ἀντὶ τοῦ ἀναισθητεῖ *(sine sensu est)*. Utrumque morbi comitialis ratio recipit, neutrum verbi ξηραίνεσθαι *arefieri* natura. Rectissime vulgo explicant: *et contabescit*, s. *marcescit.* Nimirum vocc. καὶ ξηραίνεται non quid tum fiat puero, si quando a malo genio deprehensus fuerit, quemadmodum praecedentia v. καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τ. ὀ. αὐτοῦ, enuntiant, sed quam ei calamitatem iteratae daemonis vexationes afferant, h. s.: *et hoc pacto puer contabescit.* Celsus l. l. de morbo comitiali §. 3. *Ac solet quidem etiam longum* (id morbi genus) *esse usque ad mortis diem et vitae non periculosum; interdum tamen quum recens est, hominem consumit: et saepe eum si remedia non sustulerint, in pueris Veneris, in puellis menstruorum initium tollit.* καὶ οὐκ ἴσχυσαν] D. 69. Arm. Cant. Ver. Verc. addunt ἐκβαλεῖν αὐτό. *Dav. Schulzius:* „ἐκβαλεῖν αὐτὸ apud Marcum non ineptum; cf. Luc. 9, 40. et Matth. 17, 16.." Qui si hoc voluit, ἐκβαλεῖν αὐτό commendationem habere tum e Matthaei οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι, tum e var. lect. apud Lucam, contendit, quod a fide non prorsus abhorreat. Sed mihi quidem credibilius videtur, ἐκβαλεῖν αὐτό glossatorum esse additamentum, cf. Matth. 16, 3. varr. lect.. V. 19. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει] Hoc perscriptum est in C. 13. 38. 39. 40. 69. 124. Mt. a. d.. Textus receptus habet ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει. Postremo A. B. D. L. 1. 11. 33. 72. 106. 114. 118. 229. al. tenent ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς λέγει, quod *Griesbachius* [cf. C. C. p. 135 sq.], *Millio* Prol. §. 1493. et *Bengelio* obsecutus, in verborum ordinem intulit. At recte *Kuinoelius* tam αὐτῷ, quam αὐτοῖς abjiciendum esse vidit. Nam illud adjectum est, ut Jesus homini, qui proxime loquutus fuerat v. 17. 18., responderet, hoc, ut Jesu orationem ὦ γενεὰ ἄπιστος etc. *ad Apostolos* dirigi cuivis statim appareret. Sed qui alterutrum a Marco profectum esse sibi persuadere potuerit, ei est αὐτῷ praefe-

rendum, quum hoc majorem offensionem, quam αὐτοῖς, eo habere debuerit, quod proxima v. ὦ γενεὰ ἄπιστος κ. τ. ἑ. *in Apostolos* dicta sunt. De ceteris vide not. ad Matth. 17, 17. et ad Marc. 6, 3.. V. 20. ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτὸν καὶ ἰδὼν αὐτὸν — ἐσπάραξεν αὐτόν. Comta vero atque nitida oratio! Quamquam in tantâ Pronominis αὐτός (in casibus quidem obliquis) in N. T. frequentiâ et in solemni prope elegantiae incuriâ temerarius sit, qui πρὸς τὸν Ἰησοῦν e Mt. B. et ἐσπάραξε τὸ παιδίον ex 13. 69., quae aperta sunt glossemata, recipere voluerit. καὶ ἰδὼν αὐτὸν εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν] 10. 51. 55. 66. 78. al. καὶ ἰδὸν αὐτὸν εὐθέως τ. πν. ἐσπ. αὐτόν. C. L. καὶ ἰδὼν αὐτὸν τὸ πνεῦμα εὐθὺς συνεσπάραξεν (e Luc. 9, 42.) αὐτόν. D. καὶ ἰδὼν αὐτὸν τὸ πνεῦμα ἐτάραξεν αὐτὸν omisso v. εὐθέως. Ne vulgatam scripturam mutemus, etiam atque etiam cavendum esse, bene intellexit *Griesbachius* C. C. p. 136.. Nam ne cui καὶ ἰδὸν αὐτὸν εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν sententias de malis geniis, quas noster sequatur, postulare, ut hoc dicatur: *malum daemonem, ubi primum Jesum conspexisset, puerum jactavisse* [cf. 3, 11. et not. ad 1, 24.] rato, placere possit, plura faciunt. Nam primum quidem var. lect. nihil tribuendum est, quum quae ἰδόν suppeditant *correctiones* sint ob sq. τὸ πνεῦμα factae, ἐτάραξεν autem pro ἐσπάραξεν manifestum *vitium*. Deinde καὶ ἰδὼν αὐτὸν εὐθέως τ. πν. ἐσπ. αὐτόν ita dictum est, ut nec in verbis, nec in sententiâ recte haereas. Nam ἰδών pervagati Anacoluthi licentiâ defenditur. Dicere Marcus voluerat καὶ ἰδὼν (ὁ παῖς) αὐτὸν εὐθέως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐσπαράσσετο, sed mutavit structuram [Anth. Pal. c. XI. 488. κἀγὼ δ' αὐτὸν ἰδών, τὸ στόμα μου δέδεται. Act. 20, 3. ποιήσας τε μῆνας τρεῖς — μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ τῆς Μακεδονίας. cf. *Matthiae* ad Eurip. Phoeniss. v. 283.. Quae *Kuinoelius* admovit l. Apoc. 3, 12. ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ μου. et Jerem. 6, 19. genere paria, diversa sunt formâ.] Quotusquisque autem hâc sententiâ offendatur: *et quum puer Jesum*

vidisset, extemplo malus daemon eum vellicavit? In consilium adhibenda est nota ad 1, 26.. καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων] Jungenda sunt v. πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς *et humi lapsus* [cf. *Winer.* gr. p. 156. Marc. 14, 35. καὶ προελθὼν μικρὸν ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς.] *sese volutabat spumas ex ore emittens.*, non ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο *in terrâ sese volutabat.* V. 21. Non est tentandum ὡς, cujus loco CL. 33. ἐξ οὗ, 13. 40. 124. ἀφ' οὗ (utrumque *e correctione)*, B. ἕως (sic), 61. ἐξ ᾧ (sic) jactant.' Converte: *quantum temporis effluxit, quum hoc ei* (primum) *accidit?* παιδιόθεν] *ab ineunte aetate.* D. Chrys. ἐκ παιδός E. 2. Mt. e. παιδόθεν | 1. 118. ἐκ παιδόθεν | B. C. L. 33. al. ἐκ παιδιόθεν. Ἐκ παιδός probi scriptores [Eurip. Jon. v. 102. — πόνους, οὓς ἐκ παιδὸς μοχθοῦμεν ἀεὶ —.], posteriores παιδόθεν [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 93.] usurpant. Ἐκ παιδόθεν, quod, ut ἐκ παιδιόθεν, eundem Pleonasmum, quem ἐξ οὐρανόθεν simil. habet, legitur apud Basil. Ep. T. III. p. 123.. Παιδιόθεν et ἐκ παιδιόθεν nusquam reperta sunt. Quin ἐκ παιδόθεν et ἐκ παιδιόθεν h. l. sperni debeant, dubitari nequit. Sunt enim e duplici lectione ἐκ παιδός et παιδόθεν, παιδιόθεν male a scribis composita. Utrum παιδόθεν, an παιδιόθεν verum sit, quaeri potest. Nam παιδόθεν vel eo gratiosum est, quod hujusmodi voces potius a primitivis, quam derivatis formantur. Verum tamen quum παιδιόθεν analogiae non repugnet (nam ductum est a v. παιδίον, ut παιδόθεν a v. παῖς) plurimorumque et optimorum librorum fide nitatur, non est, cur id in Marco, qui sibi plura hujusmodi indulserit [cf. 1, 34.], ferendum esse negemus. V. 22. καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς τὰ ὕδατα] Conformatio Elseviriana κ. π. α. καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα. *Matthaeius* et *Griesbachius* ex A. G. M. 108. 116. 118. 124. 131. al. κ. π. α. καὶ εἰς τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα. Edd. Complut. et Genev. — εἰς τὸ πῦρ — καὶ εἰς τὸ ὕδωρ. Cd. 76. εἰς πῦρ — καὶ εἰς τὰ ὕδατα. Articulus h. l. requiritur. Eam igitur scripturam elegi, quae a vulgatâ proxime abesset. Joh. 15, 6. — εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι, ut recte *Griesb.*. ἀλλ', εἴ τι δύνασαι] Ἀλλὰ saepe cum Imperativo con-

jungitur. Marc. 16, 7. ἀλλ' ὑπάγετε —. Act. 10, 20. ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι —. Soph. Oed. Col. v. 744. ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ, ἴκου πρὸς οἴκους. Alia in hanc rem loca coëgit *Elsnerus* ad h. l.. Sed errant qui ἀλλά in hujusmodi locis jubendi notionem continere putant. Ea enim Imperativo, non particulae inest. Quin facit ἀλλά, quemadmodum Romanorum *at*, oppositionem ad praegressa. Haec igitur est nostri l. conditio: *saepe pravus daemon in summum vitae discrimen puerum adduxit. At tu, si quid potes, subveni nobis, nostri misertus* i. q. *at tu hâc nos calamitate leva.* — Pro δύνασαι hîc et vs. 23. D. L 1. al. δύνῃ offerunt, quod sperno, sive pro Conjunctivo, sive, quae posterioris aetatis scriptorum licentia est, pro Indicativo [Apoc. 2, 2. cl. *Lobeck.* ad Phryn. p. 359.] numeraris. Nam quamquam εἰ etiam in N. T. ita cum Conjunctivo construi videtur, ut in ipsa conditione major vis recumbat [vide *Hermannum* ad Soph. Antig. v. 706. Aj. v. 491. Oed. Tyr. v. 199. Oed. Col. v. 1445. cl. Luc. 9, 13. Apoc. 11, 5. si lect. v.. Consulto non addidi 1 Corinth. 14, 5., quum dubitari nequeat, quin ibi Pauli διερμηνεύει invitatu proximi λάβῃ in διερμηνεύῃ corruptum fuerit.]: *at si quid potes, opitulare nobis* —., tamen vel eorum l., quibus *Wetstenius* hanc loquendi formam εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν illustravit, comparatio, quam sit haec ratio ab h. l. aliena, docet. Etenim si pater nihil esse in Jesu auxilii existimasset, neque adduxisset filium ad Jesum (v. 17.), neque admoto ut benigne subveniret obtestatione et lacrymis v. 24. eum rogaret. Iis autem qui δύνῃ pro Indicativo habuerint, oppono Marc. 1, 40. cl. Matth. 5, 36. 8, 2. deprecatus barbari Apocalypseos scriptoris auctoritatem et exemplum. εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν] Haec v. hominis esse, Jesu virtutem in dubitationem vocantis negavit *Hombergius*, affirmavit *Kuinoelius.* Neuter illorum vim penitus perspexisse videtur. Est enim formula εἴ τι δύνασαι obtestantis, qui aliquem sibi velit opitulari, *si quid in eo sit auxilii* [Soph. Aj. v. 326. *Lobeck.* ἀλλ' ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην, ἀρήξατ' εἰςελθόντες, εἰ δύνασθέ τι.]. Sed quum hâc formulâ non

esse tibi de alicujus vi ita persuasum, ut dubitationi plane nullus sit locus relictus, sed te enixe alicujus auxilium implorare, ut, *si quid possit*, benigne subvenire velit, enunties, merito Jesus v. 23. verba εἴ τι δύνασαι homini exprobrat, significans, ab iis ei abstinendum esse, qui fiduciam, quae una vota impetrabilia reddat, in se collocaverit. Hâc vero admonitione cognito errore in lacrymas ille effunditur v. 24. — V. 23. De h. l. difficili et multis modis tentato disputationem a var. lect. enumeratione ordimur. Omittunt τό D. K. M. 11. 13. 61. 69. 72. 114. 115. 131. al. et πιστεῦσαι C. L. 1. 118. 209. Mt. n. Copt. Arm. al.. *Germ.* 2. *ait illi: potes credere? omnia* etc. *Armenius* εἶπας habet pro τό. Copt. Arr. Verc.: *quid est* (quod dicis Copt. Arr.) *si quid potes?* (si potes credere *Verc.*) *omnia possibilia credenti.* Non dubito, quin hic l. corruptus sit. Non enim vulgatam lectionem ita explicare licet, ut nexui consulatur. *Beza* hanc interpretationem proposuit: *si tu hoc potes credere* (me nimirum tibi posse succurrere) *nihil est*, *quod a me non impetres.* Hoc ita a Marco enuntiandum fuerat: εἰ δύνασαι τοῦτο πιστεῦσαι —. Fraudem videtur *Bezae* fecisse illud Lucae Act. 17, 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν., quod e *poëtâ* desumtum. *Majus* Obs. s. III. p. 93. sic enarravit: *num quid credere potes? omnia* etc.. Obstat huic consilio εἰ, quod non est directe percontantis [cf. supra ad 8, 23.]. Non magis cadit in v. graeca *Wetstenii* ratio, *quod dicebas*, *si quid potes*, *in te retorqueo ita dicens: si potes confidere;* quandoquidem τό nisi ad v. εἰ δύνασαι πιστεῦσαι referri nequit. *Wetstenii* explicatio haec v. requirit: τό· εἴ τι δύνασαι κἀγώ σοι ἀποδίδωμι λέγων· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Vulgatus, misso, ut videtur, τό verba sic consociavit: εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. *si potes credere*, *omnia possibilia sunt credenti.* Sed enim, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι et πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι per rationes logicas intime cohaerere nequeunt, quum ineptum sit, *generalem* hanc sententiam: *nihil non in eorum*, *qui confidant*, *commodum fieri posse*, ab *unius* hominis fiduciâ suspensam reddi. *Kuinoelius* sic explicuit: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν

αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι πάντα [*εἶναι*] *δυνατὰ τῷ πιστεύοντι* scil. *βοηθήσω σοι* s. *εὖ ἔχει si credere potes, omnia effici posse in gratiam credentis, tibi opitulabor.* Ita nimirum Marcus scribere debuerat *πάντα εἶναι δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.* Quin sic tantum vulgata scriptura administrari potest, ut a me factum est in Conject. p. 22 sq.: *ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι* (scil. *βοηθήσω σοι* cf. v. 22.). *πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι· Jesus autem ei dixit: si fiduciam alere potes* (np. opem tibi feram); *nihil non in hominis potest, qui fiduciae robur habeat, commodum effici.* Hoc pacto Articulus *τό* toti sententiae *εἰ δύνασαι πιστεῦσαι* praepositus est usu pervulgato [Plat. Euthyd. §. 38. *τὸ γὰρ οὐκ ἔχω ὅ, τι χρῶμαι, τί ποτε λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε;* Luc. Alex. c. 20. — *καὶ πολὺ ἦν παρ᾽ αὐτοῖς τό, πόθεν γὰρ οὗτος ἠπίστατο ἃ ἐγὼ πάνυ ἀσφαλῶς σημηνάμενος αὐτῷ ἔδωκα ὑπὸ σφραγῖσι δυςμιμήτοις, εἰ μὴ κ. τ. ἑ.*. Cf. *Stallbaum.* ad Plat. Men. p. 25. et *Wineri* gr. p. 54.]. Vocc. autem *πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι* eo sensu, quo post *Victorem Ant.* [cf. ed. *Matthaeii* T. I. p. 165. infra] multi ea enarrarunt, capi nequeunt: *qui fidem* (fiduciam) *habet, omnia efficere potest,* sed hoc modo accipi debent: *omnia in ejus gratiam, qui confidit, effici possunt.* Nam quum pueri pater Jesu auxilium et imploraverit v. 22. et posthac v. 24. imploret, Jesus quo loco fiduciae inopiam homini exprobrat, non quidem quidnam *ὁ πιστεύων* ipse efficere queat, sed quidnam ei praestari possit, docere debet. Sed ingenue profiteor, ne hanc quidem interpretationem satis placere posse. Namque et oratio haec obscura, hiulca et aspera est, [*ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι* (*βοηθήσω σοι*)· *πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.*], et verba *εἰ δύνασαι* aperte cum praecedentibus v. 22. *εἴ τι δύνασαι* jungi debent arctissime; quare gauderem, si in utroque l. aut *εἴ τι δύνασαι*, aut *εἰ δύνασαι* ex idoneis Cdc. scribi posset. Postremo cur tandem lacrymas profudit pater, cur clamorem sustulit, cur denique summa contentione, se fiduciam alere, asseveravit v. 24., nisi graviter fuerat reprehensus ab Jesu v. 23., quod dixisset *εἴ τι*

δύνασαι v. 22.? Recte igitur alii corruptum esse hunc vs. viderunt. *Knachtbullo* haec suspicio subnata est: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τὸ εἰ δύνασαι; πίστευσαι· *tu si potes dicis? ale fiduciam. Lud. Cappellus*, Copt. Arr. Verc. auctoritate nixus, hoc proposuit: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τί εἰ δύνασαι; πίστευσαι· *quid tibi vis quum dixisti si potes? confide.* Qui quamquam probe intellexerunt, quis sensus huic versui inesse debeat, vitiosas tamen emendationes excogitarunt. Nam πιστεύεσθαι Medium pro πιστεύειν inusitatum est, ut recte monuit *Griesbach.* C. C. p. 137.. Praeterea *Cappelli* hariolatio eo etiam rejicienda est, quod τί sic nude ferri nequit. *Griesbachius* l. l. duas conjecturas fecit, unam parum idoneam, alteram praeclaram. Nam quum hunc vs. sic posse cum *Majo* interpungi: ὁ δὲ Ἰησοῖς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι; πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι· (at vide supra) monuisset, probabilius tamen putavit, Marcum scripsisse vel ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι., quod ipse justo verbosius h. m. interpretatus est: *tu si potes ajebas*; *ego vero optimo tibi jure regero idem illud si potes: nam qui credere potest*, *in ejus gratiam nil non potest fieri.*, vel ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι; πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, h. s. *tune dubitans si potes ajebas? Nihil non in ejus*, *qui confidat*, *gratiam fieri potest.* Et prius quidem *Griesbachii* consilium nemini probabitur, quum tam concisâ, hiulcâ et obscurâ oratione illam sententiam efferre neque Marco, neque aliis licuerit. Marcus hoc pacto dixisset — αὐτῷ· σὺ μὲν τὸ εἰ δύνασαι ἔλεγες, ἐγὼ δέ σοι λέγω τό· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι., aut simili modo. Sed posterior *Griesbachii* ratio tam elegans est, ut nisi alia obstare viderentur, veram existimarem. Abhorret autem animus a delenda voce πιστεῦσαι. Nam qui eam praetermiserunt librarii, eos in errorem induxit homoeoteleuton δύνασαι. Quid igitur? Arbitror sub πιστεῦσαι latere πίστευε, obvio errore in πιστεῦσαι depravatum ob praecedens δύνασαι. Unde, si praeterea τό cum aliquot Cdc. exterminetur, non ut falsum ad grammaticam, sed ut molestum h. l. et quod ex αὐτῷ

natum esse videatur, sic erit incidendum: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· εἰ δύνασαι; πίστευε· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. — *si potes dicebas? confide. Omnia confidenti impetrabilia sunt.* Egregie respondent ad hanc orationem verba patris v. 24. πιστεύω, κύριε *confido, domine.* Voculam τὸ ante nos damnarunt *Heinsius* et *Valckenarius* l. l. p. 358.. Sin Copt. Arr. et Verc. aliquid tribuamus, conjectare licet: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τί ἐστι τό· [i. q. τί βούλεται τό· cf. supra v. 10.] εἰ δύνασαι; πίστευε· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι — *quidnam sibi haec tua vult oratio si potes? Confide. Omnia* etc.. Utrum verius sit — εἶπεν αὐτῷ· εἰ δύνασαι; — πάντα κ. τ. λ., an — εἶπεν αὐτῷ· τί ἐστι τό· εἰ δύνασαι; — πάντα κ. τ. ἑ. dubitari potest. Sed recte emendari πίστευε pro πιστεῦσαι mihi plane persuasum est ob v. v. 24. πιστεύω, κύριε. Ceterum consilii nostri ratio [cf. supra ad v. 12. 13.] postulabat, ut vulgatam lectionem propagaremus; quae boni consulenda erit, donec meliorum Cdc. auctoritas caliginem, quae hunc vs. premit, discusserit. Rationem maxime tolerabilem, quâ illa explicari posse videtur [vide supra], ipsâ interpunctione indicavimus. V. 24. μετὰ δακρύων ἔλεγε] *cum lacrymis (unter* Thränen) *dicebat.* II Corinth. 7, 15. — μέτα φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. Soph. Oed. Col. v. 1632. ὁ δ᾽ ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ οἴκτου μέτα κατήνεσεν τάδ᾽ ὅρκιος δράσειν ξένῳ. Plat. Apol. S. p. 32. B. μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Liv. 22, 15. *Numidae — ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere.* πιστεύω, κύριε] Voculae κύριε auctoritate A. B. C*. D. L. Syr. al. interitum paraverunt *Millius* Proleg. §. 1197. et *Griesbachius*, a quo eam etiam atque etiam vindicatam cupimus. Nihil enim hâc voce in humili et supplici patris obsecratione fingi potest aptius. Excidere potuit κύριε ob ἔλεγε, quod praecedit. βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ] *fiduciae meae subveni inopiae* i. e. *opem fer mihi fiduciâ destituto*, ut recte *Kuinoelius.* Ne patrem parum sibi constare opineris, qui modo dixerit πιστεύω, κύριε, memento vocem βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ e commoto hominis animo aestimandam esse h. s.: *fiduciam alo, domine; opitulare, etiamsi*

illa infirmior tibi visa fuerit. Hanc rem praeclare sensit *Grotius*, quum sensum v. his v. descripsit: *quod fiduciae meae deest bonitate tuâ supple.* Male *Reichardus* et alii explicant: *opem fer meae diffidentiae* i. q. *diffidentiam meam ex animo ejice.* Nam hâc re non hominis diffidentia, sed fiducia potius adjuvaretur. Facilius igitur ferrem, si quis *βοήθει μου τῇ πίστει* enarraret *fiduciae meae fer opem* i. q. *auge meam fiduciam*, quamquam ne hoc quidem quisquam ita enuntiaverit: *β ο ή θ ε ι μου τ ῇ π ί σ τ ε ι* [cf. Luc. 17, 5.]. Sed ut illam interpretationem radicitus ex animo evellas moneo, non potuisse patrem ab Jesu petere, ut animi diffidentiam ex animo ejiceret, quum Jesus v. 23. clare indicasset, attulisse ad se fiduciam oportere, qui beneficium sibi exhiberi vellet. V. 25. *'Ιδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος*] *Valckenarius* l. l. verbum *ἐπισυντρέχειν* ad *τὰ καινῶς* a Marco *ῥηθέντα* referre videtur. Ac sane nusquam legitur, nisi h. l. et Pseudo — Chrys. *περὶ ψευδοπροφ.* 7, 221, 41. *ὅταν ἴδῃς ἐ π ι σ υ ν τ ρ έ χ ο ν τ α ς πρὸς τοὺς μυθολόγους* —. Non est tamen, quod hoc novato verbo in Marco offendamur [cf. ad v. 21.], praesertim quum in Cdc. tantum non omnibus perscriptum sit. Itaque memoriam Cdc. 12. 64. Mt. 17. *συντρέχει* pro correctione sperno, non ita disputo, *ἐ π ι σ υ ν τ ρ έ χ ε ι*, quod vel propterea permirum sit, quia pauca v. ab *ἐπίσυν* — componantur, contra plurima decomposita a *συνεπι* — incipiant, ortum videri e sq. *ἐ π ε τ ί μ η σ ε*. Non declarat *ἐπισυντρέχειν* h. l. *concurrere a d aliquem*, ut *Beza*, *Grotius* al. Syri auctoritate commoti, qui *ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος* h. m. convertit ܕܪܗܛ ܟܢܫܐ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܠܘܬܗ i. e. *ὅτι τρέχει ὄχλος καὶ συνάγεται πρὸς αὐτόν*, contendunt. Multo minus vera est *Kuinoelii*, *Wahlii* Clav. p. 321. al. sententia, *ἐπισυντρέχειν* vi suâ non differre a v. *συντρέχειν*. Quin valet *ἐπισυντρέχειν insuper concurrere* (noch dazu zusammenlaufen). Confer *ἐπισυλλέγω, ἐπισυνάγω, ἐπισυναθροίζω, ἐπισυνοικίζω, ἐπισυντίθημι, ἐπισύνειμι* et similia. Apparet autem, si sincerum sit *ἐπισυντρέχει, ὄχλος* scribendum esse, non *ὁ ὄχλος*, quod in A. L. 72. 89. 121. 239. al. exaratum *Bengelii* approbationem tulit. Nam turba *das* Volk *i n s u p e r concurrere*

non poterat, quippe quae jam se Jesu circumfudisset [cf. v. 15. et 17.], sed *concurrere* poterat Volk, turba *praeter eam, quae jam aderat*, strepitu ad novae rei spectaculum excitata. Nam quae h. l. perhibentur acta sunt in publico [cf. v. 28.]. Redde: *quum autem Jesus vidisset*, *plebem praeter eam, quâ circumdatus erat*, *confluere*. Sed si *συντρέχει* genuinum esset, sic *ὁ ὄχλος* placere posset, si Jesum cum patre egisse privatim v. 20 sq. statueremus, ita ut plebs in viciniâ illa quidem esset, sed non singula auribus perciperet h. r.: *quum autem Jesus vidisset*, *p l e b e m*, *q u a e p r o x i m e a b e r a t*, *concurrere* —. *τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν*] *daemon mute et surde.* Non recte, ut ait *Kuinoelius*, sed perperam vertit *Schottus: daemon male*, *loquelae defectus et surditatis auctor* [vide supra ad vs. 17.]. *ἐγώ σοι ἐπιτάσσω*] *ego* [Messias] *tibi impero* [cf. supra p. 56 sq.]. V. 26. Sincerissima est lectio vulgata: *καὶ κ ρ ά ξ α ν καὶ πολλὰ σ π α ρ ά ξ α ν α ὐ τ ὸ ν ἐξῆλθε et quum exclamasset daemon et multum vellicasset puerum exiit.* Stribliginem induxit *Griesbachius* ex B. C. D. L. scribendo *καὶ κ ρ ά ξ α ς καὶ πολλὰ σ π α ρ ά ξ α ς ἐξῆλθε.* Nam nemo non assequitur, *κράξαν* et *σπαράξαν* h. l. requiri, quum praecesserit *τὸ πνεῦμα* v. 25. et librarios, qui *κράξας* et *σπαράξας* exhiberent vel dormitasse, vel, quod potius credam, Latinorum voce *spiritus* [cf. supra p. 164.] in errorem inductos esse. Vide Marc. 1, 26. var. lect.. Cur ibi non idem ausus est *Griesbachius? καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρός*] *et erat puer mortuo similis.* Haec ad animi deliquium referenda. V. 27. Verissime vulgo explicant: *Jesus autem*, *quum puerum manu prehendisset*, *eum excitavit; e t s u r r e x i t.* Nimirum priusquam eum Jesus erexisset, tantum non exanimis humi jacuit [v. 20. et 26.]. Contra *Boltenus* et *Kuinoelius* vocc. *καὶ ἀνέστη* interpretantur *ad se redibat.* Perperam. Nam primum quidem vel locus, quem afferunt, Jesajae 38, 9. מִכְתָּב לְחִזְקִיָּהוּ מֶלֶךְ־יְהוּדָה בַּחֲלֹתוֹ וַיְחִי מֵחָלְיוֹ LXX *προσευχὴ Ἐζεκίου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἡνίκα ἐμαλακίσθη κ α ὶ ἀ ν έ σ τ η ἐ κ τ ῆ ς μ α λ α κ ί α ς α ὐ τ ο ῦ* loquutionem *ἀναστῆναι ἐκ νόσου* s. *μαλακίας* non esse *ad se redire* de iis, qui animi deliquium passi sunt,

sed *ex morbo convalescere* de aegrotis, docere eos poterat. Haec autem vis non quadrat in puerum, qui persanatus quidem erat exterminato daemone, sed tam imminutis viribus, ut animi defectionem pateretur, humi jacebat. Deinde plerumque non simplex *ἀναστῆναι*, sed *ἀναστῆναι ἐκ νόσου*, חָיָה מֵחֳלִי 2 Reg. 1, 2. 8, 8. [Plat. Lach. ed. *Tauchn.* T. IV. p. 130. *εἰ δὲ δεινόν τῳ τοῦτό ἐστι τὸ ὑγιαίνειν, μᾶλλον ἢ τὸ κάμνειν, ἡγῇ σὺ τουτί, ὦ Λάχης, τοὺς ἰατροὺς ἐπίστασθαι; ἢ οὐ πολλοῖς οἴει ἐκ τῆς νόσου ἄμεινον εἶναι μὴ ἀναστῆναι, ἢ ἀναστῆναι;* Liv. 3, 24. similiter dixit *assurgere e morbo.*] *convalescere e morbo* notat; et sicubi *ἀναστῆναι* solum hâc potestate legitur, verba proxime praecedentia, *ἀναστῆναι* esse *surgere* de eo, *quem morbus lecto affixisset*, monstrant, quod hîc secus est. Ita Jes. 39, 1. *ἤκουσε γάρ, ὅτι ἐμαλακίσθη ἕως θανάτου, καὶ ἀνέστη.* periculosi morbi mentio, quae antegreditur, verborum *καὶ ἀνέστη* intellectum sublevat. Denique *Boltenus* et *Kuinoelius* eo sunt ad illam tortuosam interpretationem delapsi, quod aequum censuissent, verbis *καὶ ἀνέστη* contrarium ejus dici, quod continebatur vocabulis v. 26. *καὶ ἐγένετο ὡςεὶ νεκρός.* Quasi vero puer hoc ipso, quod ab Jesu adjutus surrexit, non satis indicaverit, et vires et animum rediisse. V. 28. *εἰςελθόντα αὐτὸν — ἐπηρώτων αὐτόν*] Lectionem futilem B. C. D. L. 1. 13. 69. 118. *εἰςελθόντος αὐτοῦ — ἐπηρώτων αὐτόν*, ut supra 5, 2. *ἐξελθόντος αὐτοῦ, Schulzius,* utrobique his verbis, probavit: *recte; cf. Marc.* 6, 22. (— *καὶ εἰςελθούσης τῆς θυγατρὸς τῆς Ἡρωδιάδος — εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ*·) 54. (*καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου εὐθέως — ἤρξαντο — τοὺς κακῶς ἔχοντας προςφέρειν* —.) 11, 12. (*καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας ἐπείνασε.*) *all.*. Vellem iste vir hos *alios* locos addidisset. Nam quos citavit, ii generis sunt diversissimi. Animum advertere debuerat ad talia l.: Matth. 8, 1. *καταβάντι δὲ αὐτῷ — ἠκολούθησαν αὐτῷ.* ibid. v. 5. *εἰςελθόντι δὲ αὐτῷ προςῆλθεν αὐτῷ.* 26, 71. *ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν — εἶδεν αὐτόν.* Act. 7, 21. *ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ.* 2 Cor. 12, 21. *Griesb.* — *μὴ*

πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ με ὁ θεός μου —. in iisque lectionis diversitatem excutere. Ita facile, puto, vidisset, syntaxin minime inusitatam εἰςελθόντα αὐτὸν — ἐπηρώτων αὐτόν [cf. supra p. 14.] adeo tamen scribas offendisse, ut de industriâ eam obliterarent [vide notam ad Matth. 8, 1.]. εἰς τὸν οἶκον] Hoc ex Mt. c. d. r. suscepi. Dicitur autem hospitium, quo Jesus in Caesareae Philippi ditione usus est [cf. 8, 27.]. Quod vulgatur εἰςελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον non melius h. l. comparatum est, quam supra 7, 17.. De v. κατ᾽ ἰδίαν *seorsum* vide *Valckenarium* ad Eur. Phoen. p. 439.. Ceterum ut hîc ἐπηρώτων αὐτὸν κατ᾽ ἰδίαν, ita in Matthaeo 17, 19. cohaerent v. κατ᾽ ἰδίαν εἶπον. In meâ editione Matthaei male, ut vulgo, post κατ᾽ ἰδίαν virgula locata est. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;] Ita Elseviriana conformatio. διὰ τί ἡμεῖς οὐκ ἠ. ἐ. α.; A. C. D. K. 11. 72. 116. et multi alii. | τί ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠ. ἐ. α.; 38. 51. 90. | ὅτι διὰ τί ἡμεῖς οὐκ ἠ. ἐ. αὐτό; 131. Mt. e. f. al.. Vetus esse mendum ὅτι ἡμεῖς — αὐτό; *Euthymii* annotatio docet: τὸ ὅτι ἀντὶ τοῦ διατί· οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ Ματθαῖος [17, 19.]. Haec opinio, ὅτι idem nonnunquam valere, quod διατί, effecit, ut *Matthaeius* et *Griesbachius* C. C. p. 138. ὅτι hoc vs. et vs. 11. propugnarent, ceteri autem critici ne tantulum quidem se moverent. At ὅτι non posse ferri, quivis vel mediocriter doctus hodie confitebitur. Apparet igitur, aut τί ὅτι, aut διὰ τί, aut ὅτι διὰ τί reponendum esse. Dedi ὅτι διὰ τί, quia, si hoc genuinum esse arbitremur, origo inepti ὅτι facillime intelligitur. Non autem repugnat usui loquendi ὅτι διὰ τί, quum ὅτι indicet, *ipsa* interrogationis verba subsequi [cf. ad v. 23.]. Redde: *et ingressum eum in hospitium discipuli interrogabant eum: cur nos non potuimus daemonem expellere?* V. 29. τοῦτο τὸ γένος — καὶ νηστείᾳ] *haec natio* (dicit malos genios in universum) *nullâ re potest*, *nisi precibus et jejuniis*, *expelli.* His v. Apostolos destitutos esse auctâ per pia precum et jejuniorum exercitia fiduciâ, quâ ad abigendos genios opus sit, Jesus significat [cf. Matth. 17, 21., ubi sciens prudensque ineptam *Knachtbulli* et *Cenii* inter-

pretationem non tetigi, quippe non veritus, ne quis eam nostra aetate probaret; vide *Wineri* exeget. Studien I. p. 91.]. Mire autem Ven. *Paulus*, laudatis ejusmodi locis rabbinicis, ubi iis, qui a malo daemone vexantur, abstinentia vini cibique temperantia commendatur [Taanith fol. 22, 2. Babyl. Gitta fol. 67, 2.] vocc. εἰ μὴ ἐν προςευχῇ καὶ νηστείᾳ ad homines rettulit, quorum corpora mali daemones occupavissent h. s.: *pravi genii nullâ re possunt, nisi eo expelli, ut qui eos habeant preces fundant et jejunia agant.* Nam hoc pacto Jesus ad propositam v. 28. quaestionem διὰ τί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; nihil responderet.

V. 30. *Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ.* 31. *Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ ἀποκτανθεὶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.* 32. *Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.*

V. 30. ἐκεῖθεν] *illinc* i. e. *e regione Caesareae Philippi*; cf. 8, 27.. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας] Hoc παρεπορεύοντο molestiam creat interpreti. A Marco profectum esse, nemo negaverit. Nam ἐπορεύοντο, quod B. D. tenent, et ob testium paucitatem, et ob suam improbitatem (correctionem olet) probari nequit. Plerisque persuasum est, παραπορεύεσθαι idem h. l. notare, quod πορεύεσθαι: quod commentum loco Marc. 2, 23. firmare frustra conantur [cf. *Schleusner.* Lex. II. p. 421.]. Item verbi παραπορεύεσθαι naturae *Grotii* interpretatio repugnat: παρὰ τὴν ὁδὸν ἐπορεύοντο *deverticulo ibant, non viâ regiâ.* Postremo consuetam vim, quam Vulgatus expressit, *praetergrediebantur Galilaeam*, παραπορεύεσθαι h. l. habere nequit ob v. διὰ τῆς Γαλιλαίας. Restat igitur, ut παραπορεύεσθαι cum *Erasmo* explicemus *obiter proficisci* [vide de hoc usu *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 15. cl. Deut. 2, 4. LXX.]: *et ex illâ regione egressi obiter profecti sunt per Galilaeam* h. e. intenti viae conficiendae, non invisendis hospiti-

bus, aut instituendae plebi. *καὶ οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ*] *et nolebat Jesus, quemquam cognoscere* np. se per Galilaeam contendere. Hujus consilii causam ostendit vs. 31. *ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ* etc.. Statuerat enim Jesus, cogitatione praecipiens futura, impendens sibi supplicium et reditum suum ex inferis futurum discipulis ominari privatim sine arbitris. V. 31. *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται*] Perperam *Griesbachius* lectionem *μετὰ τρεῖς ἡμέρας elapsis tribus diebus* [cf. ad Matth. p. 23 sq.] pro *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* commendavit. Ita enim haec varietas comparata est, ut judicium de eâ a Cdd. auctoritate suspensum sit. Nam quum utraque loquutio de eadem re cum exiguo sententiae discrimine in Evangeliis legatur [Matth. 27, 63.], librarii alteram in alterius locum substituisse videntur. Quamobrem Marc. 8, 31. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* vehementer probo, ubi plurimorum nititur auctoritate Cdd., sed h. l. et 10, 34. plane idem repudio. Nam utrobique in uno tantum subsidiorum genere exstat, nempe B. C. D. L. Syr. philox. in marg. et It. Cdd.. Amplectitur tamen *Schulzius* h. l. et 10, 34. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* duas ob causas. Nam primum quidem *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* e Matth. 17, 23. 20, 19. repetitum esse censet. Deinde ad *τὸν χαρακτῆρα* Marci provocat, qui tantummodo loquutionis *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* capax sit. In quâ re illud miror, quod Marci ingenium e *duobus* locis constituit, quorum alter (8, 31.) incertae lectionis, alter non genere quidem, sed formâ tamen diversus sit (9, 2.). V. 32. Hic vs. deest in ed. Erasmi I et Aldi, item in Cd. 2. Mt. 0.. Male. Est enim ad sententiam omnino necessarius. Quippe aliter nesciremus, non assecutos esse Jesu vocem v. 31. cl. v. 10. Apostolos [cf. Luc. 9, 45.], aut quum intellexissent, in moerorem esse conjectos [cf. Matth. 17, 23.]. Deinde Evangeliaria, in quibus vs. 31. lectio finitur et nova incipit v. 33. omittendo versui occasionem dedisse, in promtu est [cf. *Matthaeius* ad h. l.]. Erravit igitur *Millius*, hunc vs. e Lucâ 9, 45. (ubi major est orationis ubertas) repetitum esse opinatus. — Sed quum hanc Theologi quaestionem attulerint, utrum Jesus instantem sibi necem futurumque ex inferis reditum tam mente prospexerit, quam

suâ quadam divinatione praedixerit, ne ei, quam hic locus dat, occasioni desim quae in illam rem vel disputata sint, vel probabiliter dici posse videantur jam tractabo. Ac *Evangelistas* multis locis narrare, Jesum supplicium suum et reditum in vitam et praesensisse et ominatum esse, longe est certissimum. Ita autem Jesus in hâc re versatus est, ut plebi judaicae verbis usus ambiguis et obscuris res futuras quasi per transennam ostenderet [Matth. 12, 39. 40. 16, 4. Joh. 2, 19. 21. 12, 32. 3, 14. 8, 28.], discipulis easdem privatim modo per verborum involucra significaret [Matth. 20, 22. Marc. 10, 38. Matth. 26, 12. Marc. 14, 8. Joh. 12, 7. Luc. 9, 44 Matth. 26, 26. 27. et loc. parall.], modo claris verbis exponeret [Matth. 16, 21. 17, 22 sq. 20, 17 sq. Marc. 8, 31. 10, 33 sq. Luc. 18, 31 sq.], quae ne ipsa quidem satis illi intelligerent [Marc. 9, 10. 32.], quippe mortem in Messiam cadere non arbitrati [Joh. 12, 34.]. Praeterea Jesum, se ex inferis in vitam rediturum esse, praedixisse haec loca demonstrant Matth. 27, 63. 28, 6. Luc. 24, 6.. Frustra igitur fuerunt *Herderus* (Erlöser der Menschen nach den drei Evangelien p. 133. Riga 1796.) et V. D. in beati *Eichhornii* allgem. Biblioth. der bibl. Literatur Tom. VII. p. 1042 sq., quum Marc. 9, 32. *καὶ ἀποκτανθεὶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται* et similia loca sic interpretarentur: *et brevi* [Hos. 6, 2. Luc. 13, 32.] *mea doctrina veluti resurget* (i. e. incrementa capiet et propagabitur) *me interfecto.* Nam et agrestes se praebuerunt eo, quod *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* et *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* in tam distinctâ oraculorum perspicuitate *de brevi temporis intervallo* acciperent verbumque *ἀναστῆναι* ad Jesu doctrinam sensu translato, abusi nimirum allegoriâ Ezech. 37, 5 sq., referrent, quod ad Jesum ipsum pertinere structura doceat, neque quidquam lucrati sunt, quum multa ejusdem generis l., v. c. Matth. 27, 63. Luc. 24, 6., has machinas ne recipiant quidem. Nihil, opinor, impedit, quominus Jesus et impendens sibi supplicium et reditum suum in vitam re verâ ominatus sit. Nam et tam implacabili eum iracundiâ insectati Pharisaei Judaeorumque principes sunt, ut eos sanguinem ejus sitire appareret, et fieri

potuit, ut Jesus necem et reditum ex inferis Messiae in V. T. praesignificatum arbitraretur [Luc. 18, 31. 24, 25. Ps. 16, 3 sq. Jes. 53, 7 sq. cl. Act. 2, 25. 8, 32 sq.]. At, dicat aliquis, quid tam fortuitum, quam quod Jesus *Hierosolymis* interfectus est, quod *romano* est supplicio affectus [Joh. 18, 31. 32.], quod *tertio die* revixit? Possem respondere, haec quoque partim nonnulla V. T. l., quibus Messiae sortem adumbratam esse existimasset [cf. Joh. 3, 14. Matth. 12, 40.], partim perpetuum rerum antea factarum tenorem [Luc. 13, 33.] Jesu suppeditare potuisse. Sed non poenitet fateri, et plures voces, quam quibus Jesus impendentem sibi fortunam ante declarasset, in hanc partem postea ab Evangelistis explicatas et nonnullis majorem verborum perspicuitatem et praedictionem magis disertam e rerum eventu subjectam esse. Contraria sententia placuit *Paulo* ad Matth. 12, 40. 16, 21. *de Ammonio* in l. biblische Theologie u. s. w. T. II. p. 377 sq. et *Kaisero* in l. biblische Theologie (Erlangen 1813) p. 246., qui usi quo excellunt ingenii acumine eximio in hunc modum disputarunt. Jesum perferendum sibi supplicium et reditum suum in vitam disertis verbis praedixisse credi non posse propterea, quod eo interfecto et in vitam restituto discipuli et amici, quum ad ejus sepulchrum venissent, alia omnia potius suspicarentur, quam quod verum esset, *revixisse magistrum* [Joh. 20, 2 — 15. cl. Marc. 16, 11. 13. 14. Luc. 24, 21 — 24.], et Apostoli allatum de reverso in vitam doctore nuntium nugas dicerent [Luc. 24, 11.]. Consentaneum igitur videri, illa Jesu de instante nece et reditu ex inferis oracula in Evangeliis post rem actam composita esse, quo modo Cannensis clades Marcii carmine cum eventu tum praedicta fuerit, quum dudum esset ad Cannas Romanorum exercitus occidione occisus [cf. Liv. 25, 22. et *de Ammon.* l. l.]. Hoc autem eo credibilius esse, quod Evangelistae Messiae, quem divini spiritus plenissimum esse oporteret [cf. *Bertholdt.* Christol. p. 155 sq.], tum majorem, quam humanam, perspicaciam [Matth. 9, 4. Joh. 2, 24. 25.], tum divinationem tribuerent.

V. 33. Καὶ ἦλθεν εἰς Καφαρναοὺμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ
γενόμενος ἐπηρώτα αὐτούς· τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυ-
τοὺς διελογίζεσθε; 34. Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλή-
λους γὰρ διελέχθησαν, τίς μείζων. 35. Καὶ καθίσας
ἐφώνησε τοὺς δώδεκα καὶ λέγει αὐτοῖς· εἴ τις θέλει
πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος καὶ πάντων δοῦ-
λος. 36. Καὶ λαβὼν παιδίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ
αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ εἶπεν αὐτοῖς· 37.
Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ
ὀνόματί μου ἐμὲ δέχεται, καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται οὐκ
ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. 38. Ἀπε-
κρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης λέγων· διδάσκαλε, εἴδομέν
τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς
οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν. 39. Ὁ
δὲ Ἰησοῦς εἶπε· μὴ κωλύετε αὐτόν· οὐδεὶς γάρ ἐστιν,
ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου καὶ δυνήσε-
ται ταχὺ κακολογῆσαί με. 40. Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ᾽
ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν. 41. Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς
ποτήριον ὕδατος ἐν ὀνόματι, ὅτι Χριστοῦ ἐστε, ἀμὴν
λέγω ὑμῖν· ὅτι οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.
42. Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων
τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον,
εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ
καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν. 43. Καὶ ἐὰν ἡ
χείρ σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοί
ἐστι κυλλὸν εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, ἢ τὰς δύο χεῖρας
ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβε-
στον, 44. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ
πῦρ οὐ σβέννυται. 45. Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκαν-
δαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν· καλόν σοί ἐστι χωλὸν
εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα βλη-
θῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, 46.
ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ
σβέννυται. 47. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδα-
λίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν· καλόν σοί ἐστι μονόφθαλμον
εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ἢ τοὺς δύο

ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. 49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. 50. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

V. 33. καὶ ἦλθεν εἰς Καφαρναούμ] D. ἤλθοσαν (sic) 1. 91. 106. 118. Mt. 17. ἦλθον 13. 69. 235. εἰςῆλθον. *Millio* Proleg. §. 407. ἦλθεν ob sequens γενόμενος a librariis invectum esse arbitrato, numerus multitudinis perplacuit. Ac sane non male ille esset h. l. comparatus, quum vocc. καὶ ἦλθον εἰς Καφαρναούμ cum superioribus versibus 30—32., in quibus Jesu Apostolorumque iter per Galilaeam refertur, intime cohaererent: *et venerunt* (Jesus et Apostoli) *Capharnaumum* (np. confecto illo per Galilaeam itinere.) At enim pauciores Cdc. Pluralem tenent eundemque *aliâ atque aliâ specie indutum.* Unde eum non pluris facio, quam supra 7, 17. εἰςῆλθον, 5, 1. ἦλθον et 5, 38. ἔρχονται. Marcus hoc dicit: *et venit* (Jesus, vir in illo itinere primarius) *Capharnaumum.* τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;] Vocabula πρὸς ἑαυτοὺς desunt in B. C. D. L. Copt. Arr. Vulg. It. (exc. Brix.) Rehdig., et post διελογίζεσθε rejiciuntur in 1. 13. 69. 209. 220.. Itaque damnavit has voces *Millius* l. l.. Sed firmant πρὸς ἑαυτούς (i. e. πρὸς ὑμᾶς αὐτούς) verba v. 34. πρὸς ἀλλήλους. *Et constitutus in eâ, in quâ habitavit, domo* [Matth. 4, 13.] *discipulos interrogabat: de quanam re in viâ inter vos disputabatis?* V. 34. Conformatio recepta — πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων. Verum ἐν τῇ ὁδῷ omittunt A. D. Goth. Cant. Ver. Verc. Brix. Vind. et in locum v. τίς μείζων substituunt 38. 50. τίς εἴη μείζων, 13. 69. τίς αὐτῶν μείζων εἴη, D. τίς μείζων γένηται (sic) αὐτῶν, Orig. III. 596. C. τίς αὐτῶν μείζων ἐστί. Et verba quidem ἐν τῇ ὁδῷ delenda esse, et apertum est, et vidit *Millius* Proleg. §. 1344.. Sunt enim haud dubie e vs. 33. repetita. Sed τίς μείζων Marco vindico, quum

Cdd. discrepantia librariorum minus definite a scriptore dictum diversis modis explanandi studia prae se ferat. Male autem *Beza*, *Heupelius*, *Schottus* al. v. τίς μείζων sic enarrarunt *quis esset futurus ipsorum maximus.* Nam hoc pacto Marcus futuri temporis notionem adjicere utique debuerat, vel h. m. [cf. Matth. 18, 1.]: *τίς αὐτῶν μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*, vel sic: *τίς μέλλει ἔσεσθαι μείζων αὐτῶν.* In fraudem illi inciderunt importunâ l. paralleli, Matth. 18, 1., comparatione. Quin Marco, qui Lucam 9, 46. in hâc re sequitur, auctore Apostoli de eo disceptaverant, *quisnam illo tempore, quo cum Jesu magistro versarentur, major esset* (aliis), ut recte explicuit *Theophylactus.* Ceterum sententiam scriptoris γὰρ particula satis docet: *tacebant Apostoli; nam disputationis argumentum tale fuerat, in quo referendo iis erubescendum esset, quum disceptavissent: ecquis* (eorum) *major esset* (aliis). At Jesus illis vel maxime tacentibus pro eâ, quâ erat, perspicaciâ plane divinâ [cf. ad v. 32. et Luc. 9, 47.] instituti colloquii argumentum exploratum habebat et in eo elaborabat, ut discipulorum ambitionem frangeret v. 35 sq.. V. 35. δοῦλος] Hoc ex M. 29. 72. 142. suscepimus. Vulgatur διάκονος. Sed favent voci δοῦλος tum l. Matth. 20, 27. Marc. 10, 44., tum res ipsa. Nam et gravius est h. l. acerbiusque Jesu dictum et optime δοῦλος opponitur voci πρῶτος. Διάκονος potius cum μέγας aut simili vocabulo componendum erat [cf. Matth. 20, 26. Marc. 10, 43.]. *Si quis primus esse vult, omnium sit ultimus et omnium servus.* Caeteras in hoc vs. varietates spernere licet. D. Cant. om. v. καὶ λέγει αὐτοῖς — πάντων διάκονος. Nimirum scribae a καὶ λέγει ad καὶ λαβὼν deerrarunt. Pro ἔσται alii vulgari errore ἐστὶν (quod hîc plane ineptum), alii ἔστω suppeditant ex interpretamento. V. 36. ἐν μέσῳ αὐτῶν] *in eorum medio* i. q. *inter eos.* Plat. Euthyd. c. l. ἐν μέσῳ δ' ὑμῶν τὸ Ἀξιόχου μειράκιον ἦν —. ἐναγκαλισάμενος] Ἐναγκαλίζεσθαι h. l. non *in ulnas receptum gestare* significat i. q. εἰς τὰς ἀγκάλας δέχεσθαι Luc. 2, 28. (neque enim *de infante* hîc, sed *de puero*, qui aetate satis processisset,

agi v. *καὶ λαβὼν παιδίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν* monstrant), sed *ulnis amplecti*, *amplexari* i. q. hebr. חָבַק Prov. 5, 20., quam verbi potestatem *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. idoneis locis muniverunt. V. 37. *ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου*] *ἐν τῷ ὀνόματί μου* D. 69. 73. Ev. 44. Mt. q. continent. Scilicet *ἐν* et *ἐπί* sexcenties a librariis confusa sunt; cujus rei rationem exposuit *Bastius* in *Schaeferi* Gregorio Corinth. p. 742.. Hoc l. *ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου* eodem argumento tueor, quo v. 38. *ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου* Marco attribuam. *οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με*] Lectionem 13. 28. 69. *οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με* inanem esse, abunde intelligi potest ex iis, quae de v. *οὐκ — ἀλλά* in libello academico *Conjectanea in N. T. Specimen II. Rostochii* 1827. p. 10 sq. disputavi. Ex eodem loco male *Heupelium*, *Wolfium* al. vulgatam scripturam sic explicuisse *non me solum excipit*, *sed etiam eum*, *qui me legavit* et Marci mentem hanc esse cognoscitur: *non tam me excipit*, *quam eum*, *qui me misit*. Illum autem nostrum libellum Excursus II loco recudendum curavimus. Ceterum Jesus discipulorum ambitionem ita compressit, ut modestissimum quemque veri honoris plurimum habiturum esse prius doceret (v. 35.), deinde adderet, si quis iis hominibus, qui modestiâ et pudore adstantis pueri ingenium referrent, beneficium exhibuisset, perinde censeri, ac si id apud se, Messiam, vel potius apud Deum ipsum collocavisset (v. 36. 37.). V. 38. *ὁ Ἰωάννης*] Ita vulgo legitur. Sed *Griesbachius* dedit *Ἰωάννης* extruso cum multis libris Articulo. Eodem modo Codd. variant Luc. 9, 49.. Optio in ejusmodi locis difficillima est. Equidem utrobique Articulum servatum malim. *ἐν τῷ ὀνόματί σου*] Hoc tenet conformatio recepta defenditque *Schulzius*, afferens 11, 9. 10. 16, 17.. *Matthaeius* et *Griesbachius* e multis Cdc. exhibent *τῷ ὀνόματί σου* [cf. Jacob. 5, 10. — *τοὺς προφήτας, οἳ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι κυρίου*, quamquam ibi *ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου* genuinum arbitror.]. Item multi libri suppeditant *ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου*, quod hoc vs. et v. 37. verum esse censeo, quum Jesus de eadem re v. 39. utatur formulâ *ἐπὶ τῷ ὀνόματί*

μου. Nam quum una sit et continua disputatio, non est locus formulis diversis. Textus Elsevirianus: εἴδομέν τινα — ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃ ς ο ὐ κ ἀ κ ο λ ο υ θ ε ῖ ἡ μ ῖ ν, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅ τ ι ο ὐ κ ἀ κ ο λ ο υ θ ε ῖ ἡ μ ῖ ν. Jam B. C. L. 10. 115. Ev. 44. Syr. Arr. Pers. Copt. Brix. praetermittunt v. ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. | D. 1. 13. 28. 69. 118. 209. Arm. excludunt vocc. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. | Mt. d. omittit ὃς οὐκ ἀκ. ἡμῖν, καὶ ἐκωλ. αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολ. ἡμῖν. Nonnulli [124. 131. al.] expellunt vocc. καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Armenius pro ὃς οὐκ exprimit καὶ οὐκ. Porro sunt [B. D. L. 1. 209.], qui pro ἐκωλύσαμεν jactent ἐκωλύομεν. Denique pro ἡμῖν primo et secundo loco unus et alter suppeditat μεθ' ἡμῶν [cf. Luc. 9, 49.]. *Erasmus* et *Matthaeius* in hâc sententiâ fuerunt, ut lectionem Elsevirianam sanissimam esse judicarent. Ac licet eam aliorum locorum ubertate speciose defendere. Conf. 2 Cor. 12, 7. καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵ ν α μ ὴ ὑ π ε ρ α ί ρ ω μ α ι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵ ν α μ ὴ ὑ π ε ρ α ί ρ ω μ α ι [vide Dissert. meam in 2 ep. ad Corinth. II. p. 146.], Plato Euthydem. §. 65. οὐκοῦν, ἔφη, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἐ π ε ι δ ὴ ἀ γ α θ ό ν ἐ σ τ ι ν ὅπλα ἔχειν, ὡς πλεῖστα δεῖ ἔχειν δόρατά τε καὶ ἀσπίδας, ἐ π ε ι δ ή π ε ρ ἀ γ α θ ό ν ἐ σ τ ι; et *Heindorf.* ad Cic. D. N. D. 1, 10. ad v. *s i D i i p o s s u n t e s s e s i n e s e n s u e t m e n t e*, *cur aquae adjunxit*, *s i i p s a m e n s c o n s t a r e p o t e s t v a c a n s c o r p o r e?* Verum nihil hujusmodi locis ad vulgatam in Marco scripturam confirmandam efficitur. Illa enim abundantior, quam angustior dictio nusquam non vel ad concitati animi vehementiam [vide 2 Cor. 12, 7.], vel ad diligenter argumentantis subtilitatem [cf. Plato l. l.] declarandam comparata est. At in Marco et sedata est Johannis oratio et rei gestae simplex narratio, cui lectionem Elsevirianam intolerabilem loquacitatem inferre pateat: *vidimus quendam tuâ auctoritate malos daemones expellere* [Act. 3, 6.], *q u i n o s t r a m s o c i e t a t e m n o n s e q u i t u r*, *et ab hâc eum re prohibuimus*, *q u i a n o s t r a m s o c i e t a t e m n o n s e q u i t u r.* Quid vero? Nihilne tribuendum

tantae tot Codd. discrepantiae? Contrariam, quam quae *Erasmo* placuerat, sententiam tuitus est *Griesbachius* C. C. p. 138 sq., qui in hunc modum disputavit: *Marci orationem sic formandam videri: διδάσκαλε, εἴδομέν τινα —ἐκβάλλοντα δαιμόνια, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε·* etc., *tum exterminato ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, tum expulso ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.* [At *utrumque* abjici nequit. Nam hoc pacto verba excluduntur, quae plane sunt necessaria. Quippe hoc diserte dictum oportebat: *non passos esse Apostolos, ut homo nullo vinculo cum Jesu conjunctus malos daemones expelleret.* Nam si Jesu fuisset alumnus, ne potuisset quidem in Johannis reprehensionem incurrere, cf. Marc. 6, 7. 9, 19.] *Nimirum esse ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν et ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν librariorum supplementa* e Luc. 9, 49. [ubi est: εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ (hoc τά aliquot Codd. auctoritate haud dubie delendum est) δαιμόνια καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.]. *Quae dum librarii Marco annectere vellent, accidisse, ut non uno eodemque loco assuerent. Nam alios servato Lucae ordine post καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν collocasse ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, alios autem ante ista v. leviter mutato ὅτι in ὃς posuisse. Vere autem Marci locum e Lucâ corruptum esse, nonnullorum Codd. lectionem μεθ' ἡμῶν pro ἡμῖν inde sumtam ostendere. Et hoc quidem μεθ' ἡμῶν summâ temeritate plerosque scribas in usitatius ἡμῖν mutasse in Marco, quum in Lucâ paucissimi idem conati fuerint. Nam Apostolos non hoc velle: iste non sectatur nos, sed: non nobiscum sectatur te.* In his duo vitia sunt. Nam primum quidem non reputavit *Griesbachius*, sensu non discrepare ἀκολουθεῖν τινι et ἀκολουθεῖν μετά τινος, de quo consule *Dukerum* ad Thucyd. 7, 57. et *Winerum* gr. p. 84. et 212.. Nam est hoc *sequi et ire cum aliquo.* Deinde non vidit ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν et ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν valere *qui (quia) non sequitur nos* i. q. *nostram societatem.* Tertium est eorum consilium, qui alterutrum mem-

brum, vel ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, vel ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν obliteratum vellent. Sed quaeritur, utrum delendum sit. *Millius* Proleg. §. 407. et *David Schulzius* damnarunt vocc. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν conservatis verbis ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, *Griesbachius* autem [l. l. p. 140.] post *Bezam* deletis vocabulis ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν retinuit ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, quia Marcus Lucam h. l. κατὰ πόδα sequatur. Recte illi; male hic. Nam quamquam Marcus h. l. Lucam sequitur (Matthaeum enim hîc ne potuit quidem), tamen non verbotenus eum expressit, qui nonnulla variaverit. Jam quum inde, quod tum in Lucâ quidam ἡμῖν pro μεθ' ἡμῶν, tum in Marco μεθ' ἡμῶν pro ἡμῖν posuerunt, Lucae et Marci verba a librariis antiquitus comparata esse emergat, quid certius, quam e Lucâ immigrasse ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν? Quod si retineamus, *unde tandem derivabimus* ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν? Accedit, quod oratio putida alioquin et languida nunc demum nitet: — ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· μὴ κωλύετε αὐτόν etc.. Cohaeret autem vs. 38. cum vs. 37. hoc vinculo. Jesus vs. 37. quicunque hominem modesti pueri ingenium referentem *suo ipsius nomine* (i. q. quia suus sit alumnus) excepisset, ita judicari, ac si id beneficium in ipsum Deum contulisset, monuerat. Sed Jesu verba v. 37. ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου rem contrariam Johanni in mentem revocarunt: *non admissum esse ab Apostolis virum, qui, quamvis ab Jesu societate alienus, tamen* se Jesu discipulum gereret *ejusque nomine malos daemones expelleret.* Dixit igitur Johannes: *magister, vidimus aliquem, qui non est nostrae societatis, daemones tuo nomine expellere et hoc eum negotio prohibuimus.* Jesus autem dixit: *ne eum prohibeatis* —. V. 39. οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὃς ποιήσει — καὶ δυνήσεται] *nemo est enim, qui meâ auctoritate miraculum edet et poterit* i. q. *nemo enim meâ auctoritate miraculum edet et illico mihi conviciari poterit.* Haec structura [cf. I Corinth. 6, 5.] prorsus accommodata est ad usum Graecorum. Plat. Men. p. 71. A. — οὐδεὶς ὅςτις οὐ γελάσεται καὶ ἐρεῖ —.

Thucyd. 2, 51. *ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύσοντος. ταχύ*] Hanc vocem vulgo interpretantur *facile*, *fortasse* (leichtlich, wohl). Conf. *Wahl.* Clav. p. 983. et *Bretschneider.* Lex. II. p. 493.. Quin haec vis vocabulo subesse possit, dubitari nequit. Constat enim, verba *ταχύ* et *ταχέως* quum ejusdem sint cum *τάχα* stirpis, tum earundem esse significationum *cito*, *statim*, *illico* et *fortassis* i. q. *τυχόν* participes [vide *Passovii* Lex. gr. II. p. 832.]. Sed multo melius in hunc l. primitiva vis *illico*, alsbald quadrat [Deut. 9, 12. 16. Jud. 2, 17. LXX.]. Quare argumentum, quo Jesus illi homini impedimenta objici nolit, huc redit: *fieri non posse*, *ut qui suâ tanquam amici auctoritate miraculum patret illico in se quasi inimicum maledicta conjiciat.* V. 40. *καθ᾽ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν*] Hoc est in conformatione receptâ. Variatur *καθ᾽ ὑμῶν ὑπὲρ ὑμῶν* | *καθ᾽ ἡμῶν ὑπὲρ ὑμῶν* | *καθ᾽ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν* solemni confusione, cf. Luc. 9, 50. varr. lect.. *Matthaeius* et *Griesbachius*, quem vide in C. C. p. 141 sq., *καθ᾽ ὑμῶν ὑπὲρ ὑμῶν* ediderunt. Quin in Marco et Lucâ *καθ᾽ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν* scribendum est. Nam utrobique *de Jesu* agitur, non de Apostolis [cf. v. 38. 39.; in Lucâ *Griesbachius* l. l. non vocc. *μὴ κωλύετε* v. 50., sed vs. 49. *ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου* considerare debebat]. Et potuit Jesus includere simul discipulos, se excludere non potuit. Continetur autem hoc versu nova ratio, cur nulla sit illi homini molestia creanda v. 39. *nam qui non hostem se nobis gerit*, *is* (ut jubet proverbium) *in amicorum numero reponendus est.* V. 41. *ὃς γὰρ — ποτήριον ὕδατος*] *Aquae poculum porrigere* Jesus dixit *παροιμιακῶς*, hanc sententiam enuntiaturus *vile et quod sine impensâ praestari possit beneficium dare.* Quamquam, si ad ejus, cui potus porrigatur, desiderium respexeris, aquae poculum in terris orientalibus ob nimium solis aestum dulcissima res est [cf. Ven. *Rosenmuelleri* Morgenland T. V. p. 139 sq.]. Textus receptus: *ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστε.* Permulti et fere iidem Cdc. omittunt *τῷ* et *μου.* Pers. p. excludit *ἐν τῷ ὀνόματί μου,* Mt. 12. *ὅτι Χριστοῦ ἐστε.* Postremo Armenius exprimit *ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ,* *ὄνομα* pro *titulo*, *praetextu* sumens.

Matthaeius scripsit ἐν ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστε, male deleto Articulo, *Griesbachius* [cf. C. C. p. 142 sq.] ἐν ὀνόματι, ὅτι Χριστοῦ ἐστε. Praeclare. Nam et languet magnopere haec epexegesis: ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστε *meo nomine, quia Messiae sitis alumni*, et continet inanem pleonasmum (nam prius membrum nihil plane sensu differt a posteriore), et falso expressa est. Debebat, ut supra vs. 37—39., verbis ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου concipi, constantiae causâ; cf. ad v. 38.. Significat autem ἐν ὀνόματι, ὅτι Χριστοῦ ἐστε *hoc nomine, titulo, quod Messiae sitis discipuli, hàc de causâ, quod* —, ut Armenius rectissime intellexit. Ita Graeci ὀνόματι [Thucyd. 4, 60. — ὀνόματι ἐν νόμῳ ξυμμαχίας τὸ φύσει πολέμιον εὐπρεπῶς ἐς τὸ ξυμφέρον καθίστανται. Demosth. ed. *Reisk.* II. p. 906. καὶ ὁ ἀγὼν ὀνόματι μέν ἐστι παραγραφικὸς —.] ἐπ᾽ ὀνόματι, τοῖς ὀνόμασιν [Eurip. Iph. A. v. 1102. *Matth.* τοῖς ὀνόμασιν μὲν εὖ λέγεις —.] et similia dixerunt, *tituli* significatu voci subjecto. E N. T. contendi potest Apoc. 3, 1. *Griesb.* οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι ὄνομα (vulgo τὸ ὄνομα) ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ. — Loquutio εἶναί τινος *alicujus totum esse, in alicujus potestate esse, alicui addictum esse* declarat [Rom. 8, 9. 1 Cor. 1, 12. 3, 4. II Tim. 2, 19. cf. *Seidler.* ad Eurip. El. v. 1098.]. ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὅτι οὐ μή] Quum Marcus non ἀμὴν λέγω ὑμῖν· οὐ μή — [Matth. 5, 26. 10, 23. 42.], sed ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὅτι οὐ μή — dicere soleat [Marc. 13, 30. 14, 25.], vocem ὅτι e B. C. D. L. 56. 57. 239. al. suscipere nihil dubitavi. Alioquin spernerem ὅτι, quod in ejusmodi locis saepe a librariis profectum sit [cf. v. c. Matth. 21, 34. var. lect.]. Vinculum, quo vs. 41. cum vs. 40. cohaeret, hoc est: *nam regula qui non est noster adversarius pro amico est habendus eo usque valebit, ut, quicunque in vos, tanquam Messiae alumnos, vel maxime exiguum beneficium contulerit, ei certum sit apud Deum praemium repositum* [cf. ad Matth. 10, 42.]. V. 42. ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ] Lectio vulgata ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ non satis bene comparata est propterea, quod justo debiliorem praebet sen-

tentiam *quicunque uni parvulorum* (i. q. discipulorum, cf. ad Matth. p. 391.), *qui fidem in me reponunt*, *offensioni fuerit* —. Consentaneum est enim, Jesum h. l., quemadmodum Matth. 18, 6. Luc. 17, 2., exemplo ab Apostolis capto hoc dicere *quicunque uni horumce discipulorum* — *offensionem praebuerit* —. Unde ex idoneis libris vel ἕνα τούτων τῶν μικρῶν τῶν π. ε. ἐ., vel ἕνα τῶν μικρῶν τούτων κ. τ. λ. recipiendum esse intelligitur. Praetuli posterius, tanquam et suâ naturâ h. l. praestabilius, et ad Marci consuetudinem magis accommodatum [vide *Gersdorfii* Beiträge u. s. w. p. 437.]. Eodem modo Matthaeus 18, 6. et Lucas 17, 2. loquuti sunt. καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον] Comparativi ratio, ut saepe alias, e nexu petenda est. Cic. Caecin. 3, 8. *potuisti ad tuum jus faciliore judicio pervenire* (scil. quam quo uteris). Liv. 23, 13. — *et occupati animi praesenti laetitiâ nihil*, *quo vanius fieret gaudium suum* (np. quam ipsum esset), *auribus admittebant*. Cf. *Jacobs* ad Ach. Tat. 1, 5. p. 424., *Beier*. ad Cic. Off. 1. p. 165. et *Winer*. gr. p. 96.. Jesus hoc dicit: *quicunque uni suorum discipulorum offensioni fuerit*, *ei magis conducere*, *si saxo molari ad ejus collum alligato in mare demergeretur* scil. *quam si viveret et discipulos suos corrumperet.* λίθος μυλικός] Matth. 18, 6. scriptura μύλος ὀνικός tam firma est, ut concuti nequeat. Sed in Marco plurimi Cdc. λίθος μυλικός, ut vulgo, pauciores μύλος ὀνικός, paucissimi vel μυλωνικὸς (!) λίθος, vel λίθος μυλωνικός (!) continent. Mihi λίθος μυλικός genuinum, μύλος ὀνικός e Matthaeo l. l. repetitum esse videtur. Cui sententiae inde aliquid ponderis accedit, quod iidem fere libri, qui h. l. μύλος ὀνικός e Matthaeo ductum jactant, in Lucâ 17, 2. λίθος μυλικός e Marco petitum suppeditant. Sed scriptura μυλωνικὸς λίθος non est nisi depravata lectio μύλος ὀνικός, cui insuper adhaeserat λίθος. Quoniam vero stare non poterant μύλος ὀνικὸς λίθος juncta, inde emersit monstrum μυλωνικὸς λίθος. * Obiter moneo, male in N. T. Lexicis exhiberi μύλων, μύλωνος *pistrinum* pro μυλών, μυλῶνος. Nam quamquam etiam in nostris graecorum scriptorum editionibus passim adhuc exstat μύλων

(v. c. Luc. Vit. Auct. c. 27. *ἀλλ᾽ ἔγωγέ σε ἤδη ἐμβαλὼν ἐς τὸν μυλῶνα πείσω εἶναι δεσπότης κατὰ τὸν χείρω λόγον.*), id tamen vitium est, quod editorum diligentiam effugit. Quippe vocabula, quae locum significant, in *ών*, *ῶνος* desinunt, v. c. *κοιτών* [Act. 12, 20.], *πυλών* [Act. 14, 13.], *αὐλών*, *λειμών*, *πρηών*, *τραχών*. Cf. Arcadius *περὶ τόνων* ed. *Barker.* [Lips. 1820.] p. 12.: *Τὰ εἰς λων δισύλλαβα βαρύνονται μὴ ὄντα τοπικά, οἷον δόλων, φίλων, γέλων· τὸ δὲ αὐλὼν καὶ μυλὼν ὡς τοπικὰ ὀξύνονται.* Itaque Matth. 24, 41. non quidem cum vulgo *ἐν τῷ μύλωνι*, sed *ἐν τῷ μυλῶνι* scribere debueram. * Superest, ut de ratione, quâ vs. 42. cum vs. 41. cohaereat, dicatur. Scilicet quum Jesus vs. 41. quicunque suos discipulos vel aliquantulum juvisset eum praemia apud Deum habiturum esse confessus esset, contrariam proponit sententiam v. 42. eos detestans, quicunque disciplinae suae alumnos corruperint. Ceterum *Saunierus* l. l. p. 111. de vs. 33—42. sic disputavit. Mire in hoc Marci loco orationis ordinem interruptum videri. Nam priorem sermonem vs. 33—37., quasi absolutum, excipere diversi generis alium v. 38—41., ac nihilominus scriptorem mox ad illum reverti v. 42.. Hujus rei causam hanc esse, quod Marcus vs. 33—37. Matthaeum 18, 1—5. auctorem sequutus derepente v. 38—41. ad Lucam 9, 48—50. se contulerit atque inde se rursus ad Matthaeum 18, 6. receperit. Recte V. D. ex illis Matthaei et Lucae locis Marcum hunc locum composuisse judicavit, sed male rerum ordinem a scriptore turbatum esse contendit. Nam artificiose Marcus, id quod e nostrâ enarratione satis intelligi potest, ita singula e Matthaeo et Lucâ hausta contexuit, ut omnia optime cohaereant. V. 43. Postquam Jesus v. 42. gravissima iis est mala ominatus, quicunque homines disciplinae suae addictos corruperint, v. 43—48. magnopere videndum esse ait suis alumnis, ne vitiorum illecebris ad flagitia excitati virtutem deserant et a vitae aeternae beatitate exclusi perennes in Tartaris poenas luant. Hoc praeceptum ternis iisdemque *concinnis* sententiis [cf. v. 43. 45. 47. et 44. 46. 48.] inclusum est. Atque in hâc summâ, quam Marcus v. 43—50.

consectatur, concinnitate optimum est h. l. Critici praesidium [cf. *Griesbach.* C. C. p. 145.]. *καὶ ἐὰν ἡ χείρ σου σκανδαλίζῃ σε*] *et si manus te tua offendat* i. e. h. l. ad male agendum sollicitet [cf. ad Matth. p. 703.]. Illum autem ordinem e Mt. 12. adoptavi. Cf. v. 45. *καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε* — et vs. 47. *καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε* —. Male vulgo legitur *καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου* —. *καλόν σοί ἐστι*] D. *καλόν ἐστί σοι* | B. C. L. 13. 69. *καλόν ἐστί σε*. Ternis in locis vs. 43. 45. et 47. *καλόν ἐστί σοι* sinceram lectionem putarem tum ob scripturam *καλόν ἐστί σε*, tum quia *καλόν σοί ἐστι* e Matth. 18, 8. 9. repetitum videri possit, si vs. 47. in aliquo Cd. *καλόν ἐστί σοι* scriptum inveniretur. Nunc vs. 45. *καλόν ἐστί σοι* e D. S. 106. 124. al. in *καλόν σοί ἐστιν* mutare debueram. *εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν*] Ita recte in A. B. D. L. perscriptum est [cf. v. 45. *εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωήν* et vs. 47. *εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*] pro *εἰς τὴν ζωὴν εἰςελθεῖν*. — *καλόν σοί ἐστι* — *ἢ* —] *utile tibi est*, *mutilum vitam* (aeternam) *ingredi* (et *utilius*), *quam* etc. [vide not. ad Matth. p. 574.]. Hanc illius juncturae interpretationem egregie confirmat Hebraeorum loquendi consuetudo. Hos. 2, 9. כִּי טוֹב לִי אָז מֵעָתָּה LXX. *ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε, ἢ νῦν*. *nam bene me tum habebam* (et *melius*), *quam nunc.* Ps. 118, 8. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיהוָה מִבְּטֹחַ בַּנְּדִיבִים׃ LXX. *ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ᾽ ἄνθρωπον*. *bonum est confidere Jehovâ* (et *melius*), *quam principibus.* Nam quamquam in hujusmodi locis מִן proprie *intervallum a loco* significasse facile video hoc sensu: *confidere Jehovâ bonum est magno intervallo a confidendo principibus i. q. Jehovâ confidere bonitate suâ distat a fiduciâ in principibus collocandâ*, quod postremo nihil est, nisi: *melius est*, *Jehovâ confidere*, *quam principibus*, haec tamen loquutionis origo, ut fit, sensim sensimque multo usu tam obliterata esse videtur, ut nihil in מִן, nisi *quam* comparativum agnosceretur. *βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν*] Quum Marcum hoc omni in loco parallelismi membrorum studiosissimum fuisse appareat, vel hic *βληθῆναι* e D. 12. 61. pro *ἀπελθεῖν* instaurare debueram, vel vs.

45. et 47. e paucis Codd. ἀπελθεῖν in locum v. βληθῆναι sufficere. Quorum illud praeoptavi, quod minore molimine fieri posset. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον] Haec v., quae hìc et vs. 45. a nonnullis libris absunt et quorum loco alia subsidia in utroque versu vel (εἰς τὴν γέενναν) τ ο ῦ π υ ρ ό ς [cf. ad vs. 47.] vel (εἰς τὴν γέενναν) τ ο ῦ π υ ρ ὸ ς τ ο ῦ ἀ σ β έ σ τ ο υ exhibent, utrobique tueor. Nam si alterutro in loco tollas, perit concinnitas, quam librarii turbarunt, seu temere, seu consulto, tautologiam abominati. V. 44. ὅπου — οὐ σβέννυται] Haec v., quae hoc vs. et vs. 46. B. C. L. 1. 28. 118. Mt. x. praetermittunt, defendo, quum eadem vs. 48. summo consensu in Codd. legantur. [Augustin. de Civit. Dei 21, 9. de his verbis disserens: *non eum*, inquit, (Dominum Jesum) *piguit uno loco eadem verba t e r dicere.*] Nam in tantâ Marci, quae ob oculos est, concinnitatis consectatione *ter* aut abjicienda, aut retinenda illa esse apparet. Sunt autem vocc. ὅπου — οὐ σβέννυται e Jesajâ 66, 24. depromta, ubi hoc dicitur: *f o r e, u t p i i Judaei ex urbe Hierosolymorum egressi cum voluptate v i d e a n t erga Jehovam impiorum hominum cadavera. N a m corrodentem cadavera vermem non moriturum esse neque consumentem ea ignem exstinctum iri* [LXX. ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται.] *eaque detestationi futura esse omnibus hominibus* h. e. Jehovam hanc de improbis hominibus vindictam sumturum esse, ut strata eorum ante Hierosolymorum portas cadavera neque a vermiculis absumantur, neque in rogos imposita comburantur, quo pii Judaei, qúum urbe exierint, jucundo tam foede jacentium hostium adspectu nunquam non oculos animumque pascant. Sed hoc l. vocc. ὅπου ὁ σκώληξ — οὐ σβέννυται ad *sempiternam* geennae miseriam enuntiandam traducuntur. Sunt sic explicanda: *ubi* [i. q. in quâ geennâ] *eorum* [i. e. hominum in tartara conjectorum; *αὐτῶν· τίνων; δηλαδὴ τῶν ἀπερχομένων εἰς τὴν γέενναν. Euthymius.*] *vermiculus*, *qui eos exedat*, *non perit neque ignis eos excrucians exstinguitur* h. e. *ubi p e r e n n e s iis sunt cruciatus perferendi. S e m p i t e r n a s* autem luendas apud inferos poenas a N. T. scriptoribus informari,

multis et argumentis et locis ostendi potest [cf. not. ad Matth. 25, 46. et *Wetstenium* ad nostrum l.]. Idem h. l. v. *εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὅπου — — οὐ σβέννυται* perspicue docent. Ceterum Patres graeci corrodentem apud inferos vermiculum et cruciantem ibi ignem, qui exstingui nequeat, de angore conscientiae, quae maleficos post mortem perpetuo stimulatura sit [*Euthymius*: *Σκώληκα δὲ καὶ πῦρ τινὲς τὴν συνείδησιν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐνόησαν, ὡς δάκνουσαν καὶ πιμπρῶσαν αὐτοὺς δίκην σκώληκος καὶ πυρός*. Cf. *Bocharti* Hieroz. T. III. p. 536.] interpretantur. Quod recte factum esse negabit, qui N. T. ingenium satis cognoverit. Nam cur tandem geenna *ἡ γέεννα τοῦ πυρός* vocata est, nisi quod ibi ignis improbos urere crederetur [cf. not. ad Matth. 5, 32.]? Sed quod de posteriore versus membro [*ὅπου τὸ πῦρ οὐ σβέννυται*] valet, etiam de priore [*ὅπου ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ*] existimandum est. Nihil igitur dubitamus, quin corrodentes vermiculi et urens flamma homines nefarios manere apud inferos h. l. dicantur sine ullâ figurâ. Judith. 16, 17. *οὐαὶ ἔθνεσιν ἐπανισταμένοις τῷ γένει μου· κύριος παντοκράτωρ ἐκδικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος*. V. 45. *καλόν σοί ἐστι*] Vulgo *καλόν ἐστί σοι*. Vide not. ad v. 43.. *εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλόν*] Hoc male propagatur in conformatione receptâ. Nos D. Cant. Rehdig. Ver. Verc. Colb. Vulg. Arm., ubi est *χωλὸν εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν αἰώνιον* (sic), ita sequuti sumus, ut *χωλὸν εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν* [cf. vs. 43. *κυλλὸν εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν* et vs. 47. *μονόφθαλμον εἰςελθεῖν εἰς τ. β. τ. θ.*] ederemus. Nam *αἰώνιον* abjiciendum erat, ut ad grammaticam falsum (requirebatur *τὴν αἰώνιον*) et concinnitati detrimentosum. Eodem soloecismo a futuro N. T. editore Johannes liberandus est I. ep. 5, 20. *οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος*. vel *καὶ ζωὴ αἰώνιος* [cf. ibid. 4, 8. 16.], vel *καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος* e Codd. scribendo. Posterius in illum locum melius quadrat. V. 47. *εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*] Quo jure formulas *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ* regnum *Messiae* et *ἡ ζωή* i. q. *ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος*

vita aeterna passim alternis Evangelistae ponant, disputatum est ad Matth. p. 603.. *ἢ τοὺς δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα*] Hoc e Mt. f. 12. petivimus. Cf. v. 43. *ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα* et vs. 45. *ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα*. Vulgatur *ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα*. Textus receptus: *εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός*. Vocc. *τοῦ πυρός* omittunt B. D. L. 1. 28. 118 al.. Haud dubie e Matth. 18, 9. in hunc l. invecta et ex eo in paucissima subsidia vs. 43. et 45. transfusa sunt. Quare ea delevi. Quidnam Marcus scriptum reliquerit, e vs. 43. et 45. facile emergit. Hoc, opinor: *εἰς τὴν γέενναν εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον*. Hanc lectionem ita adeptus sum, ut Cd. F. scripturam, qui *εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον* missis verbis *εἰς τὴν γέενναν* tenet, salvis esse jussis verbis ceterorum Cdd. omnium testimonio confirmatis *εἰς τὴν γέενναν*, reciperem. V. 48. Vocula *αὐτῶν*, quae in nonnullis libris deest, hoc ipso argumento genuina est putanda, quo eam *Millius* Prol. §. 1491. sollicitavit i. e. quia v. 44. et 46. inveniatur. Ceterum quo sensu Jesus manum pedemque abscindi, oculum evelli potius jubeat, quam te vitiorum illecebris dedas, dictum est ad Matth. p. 233.. V. 49. et 50. Aggredimur nunc disputationem de loco ab interpretibus multis modis tentato. Nunquam enim non in iis est numeratus, qui ob summam obscuritatem suam tormenta admoverent explicatoribus et cruces figerent. — Sanum esse versum 49., ut vulgo legitur, Critici tantum non omnes confessi sunt. Eorum, qui corruptum putarunt, consilia infra refutabimus. Restat igitur, ut bene enarretur. Sed priusquam diversas interpretum de h. l. sententias, quas docte recensuit S. V. *Schottus* in Opusc. exeg. crit. dogmat. T. II. p. 3 — 48. et in Progr., cui hunc titulum fecit, *supplementum commentationis olim de loco vexato Marci IX*, 49. *editae. Jenae* 1819. 4., ita afferamus, ut verisimilia ab incredibilibus, vera a falsis dijudicemus, monemus, alterum vs. 49. membrum *καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται* e Levit. 2, 13. verbis paullulum immutatis repetitum esse. Nam ibi LXX haec habent: *καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnia vestra sacrificia sale conspergantur*. Jam qui vs. 49. et solum consideraverit

et cum praecedente Jesu oratione accurate contulerit, ei haec tria tantummodo in mentem recte venerint, vel nectendum esse vs. 49. cum vs. 48., ut aut ratio reddatur, cur *perenni* igne homines improbi apud inferos crucientur [cf. vs. 48. — καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. vs. 50. πᾶς γάρ κ. τ. λ.], aut versus 48. sententia versu 49. [πᾶς γὰρ etc. *quivis nempe*] diligentius explicetur, vel argumento sententiam probari, quam Jesus vs. 43—48. ternorum membrorum concinnitate inculcaverat, manum abscindendam, pedem evellendum oculumque exstirpandum esse potius, quam his membris ad flagitia abusus a Messiae regno excludaris et in Tartara conjiciaris, vel nullo versum 49. vinculo cum superioribus contineri, sed sententiam afferre, quae sui sit juris. Quippe constat, Graecorum γὰρ et Latinorum *nam* passim transitionibus ad rem novam inservire. Prima ratio multis probata est, quamvis non sine magnâ variatione singula verba interpretatis. Sed habet illa hoc vitii, quod ita vocabulum πᾶς justo modo enarrari nequit. *Lightfootus* in Hor. hebr., *Wolfius* in Cur. ad h. l. et *Michaëlis* in l. Anmerkungen für Ungelehrte zu seiner Uebersetzung des N. T. T. I. p. 333 sq. sic explanaverunt: — *et ubi* (i. q. in quâ geennâ) *crucians eos ignis non exstinguitur. Nam quivis* (eorum, qui apud inferos poenas luent) *igne tanquam sale condietur* (i. q. ita in igne servabitur, ut nunquam quasi in putredinem abeat i. e. pereat; *sempiterno* igne vexabitur) *et quaevis victima* (e Mosis decreto) *sale conspergetur* h. e. *nam quemadmodum omnes victimae e Mosis praecepto sale conspergendae sunt*, *ita omnes in geennam conjecti homines igne velut sale condientur* h. e. *sempiternos ibi cruciatus perferent.* Illis interpretibus assensus est *Gersdorfius* in l. Beiträge u. s. w. p. 377., sed ut vocc. καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται adulterina judicaret, quam opinionem infra convellemus. Verum obstat his explicatoribus vocabulum πᾶς, quod non potest nisi *omnes homines* significare, quibus Jesus vs. 43—48. praecepta dedit. Si, quod illis placuit, Marcus dicere voluerat, saltem ita scribere debuerat: πᾶς γὰρ αὐτῶν (cf. vs. 48.) πυρὶ ἁλισθήσεται —. Pluribus etiam vitiis *Rosen-*

muelleri, quocum fere fecit *Storrius* Opusc. acad. T. II. p. 210 sq., explicatio laborat: *quivis enim* (in geennâ inclusorum, hominum, cf. vs. 48.) *igne velut sale conspergetur* (i. q. perpetuo igne cruciabitur); *sed quaevis victima sale condietur* (i. e. sed quivis homo Deo consecratus sale verae sapientiae praeparari debet ad aeternam felicitatem, cf. Rom. 12, 1.). Nam *καί* valere *sed* neque *Storrius* Opusc. acad. T. II. p. 27., neque *Schottus* Opusc. l. I. p. 38., neque *Kuinoelius* ad Matth. 7, 26 docuit, neque quisquam docebit. Deinde vocabula *πᾶσα θυσία* tam nude posita declarare nequeunt *quemvis hominem Deo consecratum.* Plane dissimilis nostro est verborum ubertate, comparationis perspicuitate et ipsâ sententiâ locus Rom. 12, 1. *παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς — παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ —.* Postremo *ἁλίζεσθαι* *sale conspergi* s. *condiri* nusquam denotat *sapientiâ ad beatitatem aeternam praeparari.* Nam inde, quod *ἅλες* et Latinorum *sales* designant *facetias* [cf. Plutarch Sympos. v. 10. Cic. de orat. 2, 54.], verbum *ἁλίζεσθαι* hâc vi, ut vel *sapientiâ imbui* notaret, vel, ut *Schotto* visum est, *acui ingenio*, *eo redigi*, *ut sapere audeas* (gewitzigt werden), in usu fuisse minime consequitur. Proposuit autem S. V. *Schottus* in Opusc. l. l. p. 27 sq. et in Programmate p. 6. et 20. hanc interpretationem: *nam* (i. e. nempe) *quivis* (illorum hominum, qui supplicio geennae sunt obnoxii, v. 48.) *nunc demum per ignem* (geennae) *sale* (quod iis in vitâ terrestri versantibus defuit) *imbuetur* (i. e. nunc demum poenâ gravissimâ affectus resipiscet, si voluerit.); *et quaevis victima sale conspergetur* (i. e. alio modo victimae et qui harum similitudinem referunt pii homines salientur. Hi enim jam in hâc vitâ sal sapientiae accipiunt, ut geennae sale ad eos condiendos [h. e. emendandos] nihil opus sit.). Sed meritissimo haec explicatio improbata est *Fritzschio* in *Tzschirneri* Memorabilien u. s. w. Tom. IV. Fasc. I. et *Voigtlaendero* ibid. T. V. Fasc. I.. Nam praeterquam quod *ἁλίζεσθαι* nusquam valet *eo perpelli*, *ut sapere audeas*, nonnulla V. D. Marci verbis intulit potius, quam ex iis hausit. Velut

notiones *nunc demum in geennâ* et *jam in hâc vitâ* ne uno quidem apice a scriptore indicatae sunt. Postremo sententiam, quam V. D. posteriori membro *καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται* inesse putavit, nullâ equidem machinâ inde extundere possum. Nam quo minus *πᾶσα θυσία* ad homines Deo consecratos (h. e. pios) potius, quam ad victimas sensu proprio referamus, verborum brevitas impedit, id quod supra, quum adversus *Rosenmuellerum* disputaremus, ostendimus. Persimilis *Schotti* sententiae vitiique in v. *ἁλίζεσθαι* commissi particeps *Eckermanni* in l.: Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T. T. I. p. 243. ratio est: *nam* [i. e. nempe] *quivis* (hominum in geennam conjectorum, v. 48.) *geennae igne* (i. e. malae conscientiae stimulis *post mortem* [?]) *sapere discet et quaevis victima sale conspergetur* h. e. quemadmodum sale opus est ad conspergendas victimas, ita *sincera numinis veneratio* [unde hoc?] requirit, ut impii post obitum conscientiae angore sapere audeant. Verum ne superius dicta repetam, ejusmodi sententia neque ipsa placere potest (nam quid hoc est: *justa Dei veneratio postulat, ut impii post mortem resipiscant?)*, neque hoc loco posita. Nam si *sempiterni* sunt geennae cruciatus, ut sunt [cf. ad vs. 44], sero aliquis *in geennâ* resipiscat [Luc. 16, 23—26.], nihilque attinebat, vel hoc dici *fore, ut impii apud inferos resipiscant*, vel hoc enuntiari *Deo tribuendum cultum, ut impii in geennâ resipiscant, non magis flagitare, quam ut victimae sale conspergantur. Grotius*, cui *Hammondus, Clericus, Schleusnerus* Lex. s. v. *ἁλίζω* al. in plerisque assentiunt, ita enarravit: *nam* [h. e. nempe] *quisque* (hominum impiorum, vs. 48.) *igne geennae consumetur* (i. q. poenam divinam experietur gravissimam) *et quivis, qui Deo se consecret, sale conspergetur* [i. q. quivis homo pius quidquid est in ipsius animo pravarum cupiditatum sensim sensimque removebit, ut sal putredinem a carnibus vindicat] h. e. *quemadmodum omnes probi homines prava consilia et malas actiones tanquam sale a se cohibebunt, ita improbi omnes gravissimis poenis in geennâ affligentur*. Sed ne v. *πᾶς* et *πᾶσα θυσία* male explanata esse molestius repetam, ea est

verbo *ἁλίζεσθαι* priore loco potestas tributa, quae nullo antiquitatis testimonio probari queat. Nam quod *Grotius* antestatus est verbum *ἁλιόω* *irritum reddo* et formâ et significatu ab *ἁλίζεσθαι*, quod *consumi* valere putavit, differre patet. Ne illud quidem verum est, quod hebr. מָלַח et *sale conspergere* et *consumere* significare contendit. Quippe ad aliam stirpem מָלַח, ut vocc. עָבַר, *abire*, *interire* notans [Jes. 51, 6. כִּי־שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ *nam coelum tanquam fumus dispelletur, consumetur*], unde v. מְלָחִים *trita vestimenta* deductum est, pertinet, quam מָלַח *salire* [cf. *Gesenii* gröss. Wörterb. p. 598.]. Neque melius *Schleusnerus* contulit מלח Esr. 4, 14., ubi *sal palatii comedere* significet *a rege ali, regis ministrum esse*. Pergimus ad examinandam *van Willes* [cf. specimen ejus hermeneuticum de iis, quae ab uno Marco sunt narrata etc. p. 116 sq.] interpretationem: *quivis enim* (hominum in geennâ versantium, vs. 48.) *igne salietur* (i. e. ejusmodi re, quae salis proprie sic dicti vim et efficaciam longe superat) *et quodvis sacrificium sale* (tantum, proprie sic dicto) *saliri solet* h. e. *ut quodvis sacrificium* (ut rite offeratur) *sale sensu proprio saliri solet, ita homines improbi igne in geennâ salientur* i. e. igne velut sale efficacissimo poenis gravius sentiendis praeparabuntur. At is quoque in explicandâ voce *πᾶς* peccavit. Adjice, quod igne apud inferos non praeparabuntur improbi ad poenas vehementius sentiendas, sed illius ignis cruciatu poenae ab iis perferendae ipsae continebuntur. Iisdem argumentis *Bretschneideri* Lex. I. p. 42. consilium petam: (nempe) *omnes damnati* (v. 48.) *geennae igne Deo sacrantur, ut quaevis victima sale Deo vovetur.* Etenim geennae igne impii homines, ut aliquando male factorum poenas dent, vexantur, non illo Deo consecrantur. *Gruenenbergius* Dissertat. de saliturâ ad ignem aeternum Rostochii 1702. in hanc partem explicuit: *nam unusquisque* (eorum, quorum vermis non moritur, vs. 48.) *ad ignem salietur* (np. in judicio a Messiâ exercendo) *et omnis victima* (ad geennam damnata) *sale salietur* (h. e. doctrina divina, ab improbis olim spreta, die judicii eos damnandos declarabit). Plurima huic commento

obstant, πᾶς, vocabula πυρὶ ἁλισθήσεται, quae neque alias, neque hoc loco [cf. sq. ἁλὶ ἁλισθήσεται] *ad ignem salietur*, ut *Stolzius* etiam nuper accepit, designant, voces πᾶσα θυσία, quae tam nude locatae minime declarant *quamvis victimam nil miserantis geennae* i. e. *quemvis hominem ad subeundum in geennâ supplicium destinatum*, vocabulum ἅλς, quo solo *doctrina divina* minime indicari poterat et formula ἁλὶ ἁλίζεσθαι, quae *doctrinae divinae sale perfricari* h. e. *ob repudiatam doctrinam divinam poenas luere* satis inepte explanatur. Addimus singularem *Pauli Ern. Jablonskii* [cf. Opusc. T. II. ed. *Te Water* Lugd. Batav. 1806. p. 458 sq.] enarrationem: (— *et ubi urens eos ignis non exstinguitur*, vs. 48.). *Nam inclusus in geennâ homo igne tanquam sale totus condietur* h. e. totus, quantus est, sempiternas in geennâ poenas dabit) *et quaevis victima geennae sale Sodomitico salietur* (i. q. et omnes homines ad suscipienda in geennâ supplicia damnati tales poenas persolvent, quales olim Sodomitae dependerunt; cf. Luc. 17, 28 sq. Apoc. 20, 10 sq.). At, ubi πᾶν *aliquid totum* significat, non est, ut res docet, Subjectum, sed pars Praedicati. Hom. Il. 15, 536. Τοῦ δὲ Μέγης κόρυθος χαλκήρεως ἱπποδασείης κύμβαχον ἀκρότατον νύξ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι, ῥῆξε δ' ἀφ' ἵππειον λόφον αὐτοῦ· πᾶς δὲ χαμᾶζε κάππεσεν ἐν κονίῃσι, νέον φοίνικι φαεινός. Soph. Aj. v. 273. — νῦν δ', ὡς ἔληξε, κἀνέπνευσε τῆς νόσου, κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ, ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος. Quare vel sequentia v. πᾶσα θυσία, quae vocem πᾶς Subjecto indicando inservire demonstrent, *Jablonskium* a consilio suo avocare debuerant. Patet enim, Marcum, si illud, quod *Jablonskio* visum est, dicere decreverat, ita scribere oportuisse: οὗτοι γὰρ (s. αὐτοὶ γὰρ) πυρὶ ἁλισθήσονται πάντες. Deinde ne θυσίας vocabulum male explicatum esse conquerar, verbis ἁλὶ ἁλισθήσεται ad Sodomitarum calamitatem, qui coelitus delapso igne sunt et sulphure exstincti, a scriptore respici, nemo sibi persuadeat. — Secunda, quae iniri possit, consilii via haec est, ut vs. 49. cum iis, quae v. 43 — 48. ab Jesu exposita sunt, connectatur. Hanc equidem veram esse existimo, modo singula

vs. 49. verba recte administrentur. Nam quum Jesus vs. 43—48. hanc ternis membris sententiam enuntiaverit, vel membrorum corporis jacturam faciendam esse citius, quam flagitia committas, ut spectatus et probatus vitae aeternae beatitate tanquam praemio orneris: nihil profecto magis nunc exspectari potest, nisi ut istiusmodi quasi athletarum probationes vel utilissimas, vel plane necessarias esse ostendatur. Proinde sic statuo. Vocabulum πᾶς *quemvis sine ullo discrimine hominem* notat, quandoquidem Jesu praeceptum vs. 43—48. *summâ ope virtuti studendum esse, ne Messiae ornamentis privatus in geennâ supplicia persolvas* ad omnes promiscue homines spectat. Πῦρ ad vexationes refertur, de quibus supra v. 43. 45. et 47. Jesus dixit, quum manum pedemque abscindi, oculum evelli juberet [cf. *Schleusneri* Lex. II. p. 801.]. Πυρὶ ἁλίζεσθαι *igne* (i. e. molestiis s. calamitatibus) *saliri* valet *aerumnis praeparari ad vitae aeternae felicitatem perfruendam* i. e. ad sensum *aerumnis probari*. Nam si omnes ad felicitatem in Messiae regno percipiendam praeparandi sunt calamitatibus et is demum, qui illas constanter pertulerit, beatus evadet, aerumnis explorari, quis dignus sit illâ beatitate, quis indignus, apparet. Est autem in v. πυρὶ ἁλισθήσεται metaphora a victimis petita, quae molâ salsâ impositâ ad immolationem praeparantur. Ceterum quam vetus sit haec explicatio, e glossemate πυρὶ δοκιμασθήσεται intelligi potest. Versu 50. ludi in duplici *salis* significatu apertum est. Nam quum v. ἅλς v. 49. sensu proprio locatum sit, voc. ἅλας vs. 50. translato ponitur. Non est autem ἅλας vs. 50. symbolum *amicitiae* [cf. 2 Chron. 13, 5., ubi בְּרִית מֶלַח *foedus salis* i. e. *solemne et sanctissime servandum foedus* commemoratur, *Wetstenium* ad h. l. et *Worbsii* libellum: über die Bundes- und Freundschaftssymbole der Morgenländer zur Erläuterung mehrerer bibl. Stellen. Görlitz 1792.], ut *Kuinoelius* contendit, in errorem ille ductus ultimis verbis καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις, sed *sapientiam* declarat [Col. 4, 6.]. Quippe Jesus collaudatâ sapientiâ [ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας] obiter commendat concordiae studium [καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις], ad

Apostolorum contentionem, quae praegresso colloquio v. 34 sq. opportunitatem praebuerat, respiciens. Haec igitur mea est, quam partim praeoccupavit *Lamb. Bos* Exercit. philol. p. 16 sq. et S. V. *Muzelius*, vir egregius, in *Henkii* Museo etc. T. I. Fasc. II. p. 375 sq., totius loci interpretatio: [*nemini non tanto studio virtus colenda est, ut ipsa corporis membra, si quando ad flagitia invitaverint, abscindere debeat potius, quam ad vitia delapsus vitae aeternae beatitate privetur et in geennâ sempiternas poenas luat*, vs. 43 — 48.]. v. 49. *nam quivis aerumnis tanquam igne salietur* (i. e. explorabitur) *et quaevis victima sale conspergetur* (i. q. quippe omnes aerumnis ad vitae aeternae felicitatem praeparabuntur, sicut omnes victimae e Mosis decreto sale sunt ad immolationem praeparandae). V. 50. *Praeclara res est sal; sed si ipse insulsus esse coeperit, quanam eum re condietis* (i. q. *bona res sapientia est; sed si in insipientiam et temeritatem conversa fuerit, quâ re corrigi poterit?*)? *Sapientiae salem habete et pacem invicem colite.* Vocula *καὶ* vs. 49, quae ei וְ hebraico respondet, quod Grammatici vocarunt ו׳ השׁוואה, *Vau exaequationis*, [cf. *Gesenii* Lehrgeb. p. 845 sq.] *ad sensum* verti potest *sicuti*, sed *sicuti* ipsum non *significat.* Ratio autem, cur sic reddi possit, in binorum membrorum ita comparatorum, ut simplici tantum copulâ locatâ ea invicem contendi appareat, naturâ quaerenda est. Job. 5, 7. אָדָם לְעָמָל יוּלָּד וּבְנֵי רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף *homo ad calamitatem nascitur et filii alitum sublimes abeunt* i. q. *homo ad aerumnas nascitur sicut alites loca alta volatu petunt.* — Item S. V. *Paulus* vs. 49. et 50. ad Jesu disputationem vs. 43 — 48. rettulit, sed ejusmodi explicationem excogitavit, quae vix ad memoriam insignis esse videatur, nedum ad rem veritatemque accommodata: *quippe omnes, qui voluptatum invitamentis non fortiter obsistunt, hâc ipsâ re ad geennae ignem conditi sunt* [i. q. se geennae tormentis obnoxios reddiderunt], *et omnes vero etiam victimae sale perfricabuntur* [i. q. et vero etiam ii, qui Deo se consecrant, doloribus *quidem* urentur omnes, *sed* fient tamen iis perferendis victimae Dei (h. e. Deo sacrati

homines), non ad sempiternum geennae ignem condientur i. e. praeparabuntur]. Hoc vero non est interpretari. Namque πᾶς non *omnes, qui cupiditatum illecebras vincunt* denotat; vocabula πυρὶ ἁλισθήσεται minime significant *hoc ipso ad geennae ignem conditi sunt (!!)*; verba πᾶσα θυσία non *omnes, qui Deo se vovent*, declarant, καὶ non est *et vero etiam* (und aber auch), et vocabula ἁλὶ ἁλίζεσθαι nullo pacto valere possunt *doloribus vexari*. Denique, etiamsi singula verba a *Paulo* bene enarrata esse ultro largiri placuerit, minime ex iis illas sententias efficere concessum sit, quas S. V. *Paulus* inde elicuit. — Sequitur, ut de eorum, qui vs. 49. et 50. nullo cum superioribus vinculo cohaerere affirmarunt, consilio videndum sit. Id vero tum demum probabilitatis commendationem haberet, si γάρ ad praecedentia relatum nullam idoneam rationem habere doceri posset. Ceterum qui hanc sententiam sequuntur interpretes in singulis vs. 49. vocc. explicandis alii alio tendunt, sed ut eorum quisque opinione quadam tenus labatur. *Stolzius* in l. Erläuterungen zum N. T. Fasc. II. p. 12 s. in hunc modum vs. 49. enarravit: *nam* (i. q. ut hoc addam) *quivis vestrum, discipuli, igne velut sale se perfricet* (i. q. *perversa studia igne* i. e. praesidiis asperis et molestis, *ex animo, tanquam infricto sale, quo illa exedantur, aboleat), quo modo quaevis victima Deo consecratur sale.* Nimirum neque v. πᾶς ad solos Apostolos referri potest, neque vocc. πυρὶ ἁλίζεσθαι *molestis remediis tanquam sale animum vitiorum sordibus purgare* denotant. *Boltenus* ad h. l. ita explicuit: *nam* (i. q. ut hoc adjungam) *omnia, ut comburi possint, sale conspergenda sunt* (alles muss *zum Verbrennen* gesalzen werden), *et omnia sacrificia sale condienda sunt.* Scilicet praemitti sententiam vs. 49. concinne bis enuntiatam commendationi salis h. e. mutuae concordiae vs. 50. (?), cui ambitiosa Apostolorum contentio v. 33 sq. opportunitatem praebuerit. At neque πᾶς significat *omnia*, quo modo etiam *Lutherus* male verterat, neque πυρὶ ἁλίζεσθαι *zum Verbrennen* gesalzen werden. *Heumanni* ad h. l. haec est interpretatio: *nam* (i. q. ut ad hoc me convertam) *omnes Deo addicti homines* (i.

q. homines Christiani) *igne spiritus divini* (Matth. 3, 11.) *tanquam sale purgandi sunt*, *quemadmodum omnes victimae e Mosis praecepto sale conspergi eoque purgari debent.* Sed enim peccatum est ab *Heumanno* quum aliis in rebus, tum in voce πᾶς et πυρὶ explanandis [cf. *Schottum* Opusc. l. l. p. 25.]. Postremo *Kuinoelius* sic interpretatus est: *nam* (i. q. ut hoc adjiciam) *quivis vestrum*, *discipuli*, *calamitatibus veluti saliri* (i. e. praeparari, quo sempiternam felicitatem consequatur) *debet*, *sicuti omnes oblationes sale condiri* (h. e. praeparari, quo sint oblationes Deo acceptae) *debent.* Verum is quoque in explanandâ voce πᾶς nonnihil admisit erroris. — Proximum est, ut eorum sententias commemoremus, qui vs. 49. non quidem cum vs. 43 — 48., sed cum superioribus vs. 34 — 42. copulandum esse judicaverunt. Hae vero ferri nullo modo possunt. Nam quum vs. 43 — 48. una volvatur et continua Jesu disputatio, versum [49. aut] cum hâc conjungi, aut a praegressis plane separari necesse est. Si Marcus ad vs. 34 sq. Jesum reverti voluerat, majorem ille verborum ubertatem et perspicuitatem adhibere debuerat. Pertinet autem ad h. l. S. V. *Kaiseri* interpretatio, quam in *Bertholdti* krit. Journ. der neuesten theol. Literat. T. VI. p. 225 — 234. commendavit: [omnem vos, *discipuli*, superbiam deponite et invidentiam, quae non potest non meae causae obesse, ex animis evellite, vs. 35 — 42.] *nam quivis vestrum igne salietur* (h. e. calamitatibus ad obeundum legati mei munus idoneus reddetur) *et omnes victimae sale condientur* (i. e. et quicunque, ut doctrina mea propagetur, morti vos devovebitis, priusquam eam adeatis, *periculis et aerumnis* apti reddemini, qui regni mei terminos proferatis.). Plurima huic sententiae officiunt, v. c. γὰρ perperam ad vs. 35 — 42. relatum, πᾶς male de Jesu discipulis intellectum, verba πᾶσα θυσία falso de iis enarrata, qui pro Jesu causâ morti se devoveant (nam l. Philipp. 2, 17. 2 Timoth. 4, 6. generis sunt diversissimi), denique vocabula ἁλὶ ἁλίζεσθαι, quae quo pacto declarare possint *calamitatibus* (ad divinam doctrinam disseminandam) *aptum fieri*, equidem non perspicio. Ne illud quidem praetermittendum videtur, non

satis accurate illas sententias cohaerere, quas connexas V. D. voluit. Addimus mirificam *Koehleri* explicationem, quam Dissertatione hoc inscriptâ titulo: *nova ratio interpretandi locum difficillimum Marci* 9, 49. 50. *diversissimo modo ab interpretibus, minus tamen adhuc feliciter tentatum. Gottingae* 1819. 8. proposuit: (modestiae operam date, discipuli vs. 35 — 37.) *nam quivis vestrum doctrinâ meâ tanquam sale imbuetur, qui eum a putredine morali* (perversitate) *tueatur; e t i a m omnis c a r o, ut a putredine defendatur, sale imbui solet.* At enim lapsus ille est primum in administrandâ voce γάρ, deinde in explicando verbo πῦρ, quod nusquam est *doctrina christiana* (locum Matth. 3, 11. satis inepte in hanc partem laudavit), tum in voce καί, quae hîc non valet *etiam*, denique in explanando vocabulo ϑυσίας, quod non designat *carnem.* — Ultimum est, ut eorum opiniones evertamus, qui versum 49. mendâ affectum esse arbitrati sunt. In quâ re, ut par est, a Codd. discrepantiâ diligenter indicandâ proficiscimur. Prius membrum πᾶς γάρ πυρὶ ἁλισϑήσεται deest in D. 64. Ver. Verc. Corb. al. *ob homoeoteleuton.* πᾶς] Arr. πᾶν. πᾶς γάρ] πᾶς γὰρ ἄ ρ τ ο ς 11. 88. 230. al.. Vocabulum ἄρτος vel ab interpretibus invectum, vel miro errore e v. ἀρτύσετε vs. 50. natum est. ἁλισϑήσεται] δοκιμασϑήσεται 46. 52. *ex interpretamento* (cf. infra). Membrum posterius καὶ πᾶσα ϑυσία ἁλὶ ἁλισϑήσεται praetermittunt L. 1. 61. 73. 209 al. (propter *homoeoteleuton)* et ex iis, qui hoc propagant, aliquot excludunt ἁλί. Egregie nobis h. l. *Griesbachii* C. C. p. 145. κρίσις placet, qui ullas hîc esse Critici partes negavit, interpreti munus loci illustrandi totum assignavit, postremo virorum doctorum conjecturas nullius frugis esse contendit. Primo loco *Josephi Scaligeri* opinationem commemoro, pro πᾶς γὰρ πυρὶ legendum esse πᾶσα γὰρ πυρία, ut v. πυρία plane novo significatu a Marco locatum sit. Denotare enim voc. πυρία in Marco *sacrificium* eodemque modo cum v. πῦρ cohaerere, quo hebr. אִשֶּׁה *sacrificium, oblatio* Levit. 2, 3. cum v. אֵשׁ *ignis.* Haec omnia Summus *Scaligerus* sumsit *precario.* Nam primum quidem dubitari potest, an אִשֶּׁה a voce אֵשׁ non

repetendum sit [cf. *Gesenii* Lex. maj. I. p. 67.]. Deinde πυρίας vocabulum quidvis potius [nempe *sudationem siccam* seu *fotum*, postea *vas caldarium* i. q. πυριατήριον, postremo i. q. ἡ πυρευτική] Graecis declarat, quam *sacrificium*. Denique ne hoc quidem praetereundum est silentio, *Scaligeri* conjecturam neque aptam Marci orationis complexioni sententiam praebere et versui 49. tautologiam inferre. Existimavit autem *Scaligerus*, quae vs. 49. leguntur sapientiae commendationi vs. 50. eo consilio praemissa esse, ne salis usum in sacrificiis ignoraremus: *nam* (i. e. ut eo me convertam) *omnia sacrificia sale conspergentur et omnes victimae sale condientur. Bona res est sal* (sapientia) etc.. At quid *salis usus in sacrificiis* ad *sapientiae salem* faciebat? Exagitanda nunc *Junii* est hallucinatio ἁλωθήσεται s. ἀναλωθήσεται pro ἁλισθήσεται *priore loco*, quae multis de causis absurda est. Et verborum quidem πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλωθήσεται *omnes enim igne capientur, subigentur, opprimentur* sensus mihi deest. Nam quotus quisque sibi persuadeat, ut ἁλίσκεσθαι ξυμφοραῖς Plat. Crit. 1. *calamitatibus opprimi*, ἁλῶναι μανίᾳ Soph. Aj. v. 216. *corripi insaniâ*, ἁλῶναι θανάτῳ (passim in Homero) *interfici* et similia recte et usitate dicuntur, ita ἁλίσκεσθαι πυρὶ *(geennae) igne opprimi, ignis molestiam sentire* dicere licuisse? Facilius fortasse πᾶς γὰρ πυρὶ ἀναλωθήσεται *omnes enim igne consumentur, conficientur* intelligi possit, quamquam ignis apud inferos non *consumit*, sed *cruciat* tantummodo. Accedit, quod neque ἁλωθήσομαι, neque ἀναλωθήσομαι in usu fuit, sed ἁλώσομαι, ἑάλων, ἑάλωκα (sensu *passivo*), ἁλωθῆναι, et ἀναλώσω, ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι, ἀναλώθην. Denique in ἁλισθήσεται *prius* nulla omnino conjectura cadit. Nam ita demum, si salvum sit hoc ἁλισθήσεται, quid Jesum permoverit, ut sententiam, quae non necessario requirebatur, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, superioribus adjiceret, intelligi potest. Agmen claudat infelicissima *Gersdorfii* [vide ejus Beiträge zur Sprachcharakteristik T. I. p. 376 sq.] opinio, quam mirabili argumentatione corroborare conatus est. Is spuria censet vocc. καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται I. *quia Mar-*

cus πᾶς *cum Substantivo sine Articulo conjungere non soleat: nihil enim hûc facere Marc.* 13, 20. πᾶσα σὰρξ, *ut e Matthaeo* 24, 22. *desumtum. (!!)* [Quidni igitur *Gersdorfius* docuit, quo alio modo notionem *omnia sacrificia* Marcus aut enuntiaverit, aut enuntiare potuerit, quam hoc: πᾶσα θυσία? Praeterea quo argumento *Gersdorfius* πᾶσα σὰρξ Marc. 13, 20. excusavit, eodem hîc πᾶσα θυσία excusari posset. Patet enim, πᾶσα θυσία e Levit. 2, 13. πᾶν δῶρον θυσίας verbis paullulum inflexis ductum esse.] II. *quoniam Marcus nusquam verbum cum Substantivo ejusdem originis, ut h. l.* ἁλὶ ἁλισθήσεται, *consociet: alius enim generis esse Marc.* 7, 10. θανάτῳ τελευτάτω. [Sed si Marcus ex adverso ponere decreverat πυρὶ ἁλίζεσθαι et ἁλὶ ἁλίζεσθαι, ne poterat quidem aliter loqui, quam loquutus est. Et est locus e Levitico petitus.] *Membri autem* καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται *hanc esse originem. Verba* πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται *memoriam renovasse librariis loci Levit.* 2, 13. [quî tandem, obsecro, vocc. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται in memoriam reducere scribis potuerunt verba Levit. 2, 13. καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται?] *Itaque margini haec temere adlevisse* καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, *quae duo Codd.* (Mt. x. et 229.) *etiamnum in margine jactent.* [Nempe librarii sententiam propter homoeoteleuton temere omissam exhibuerunt in margine. Accedit, quod, si recte *Gersdorfius* disputasset, aut omnes, aut plerique ita haberent, ut est in Levitici loco, καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ἁλὶ ἁλισθήσεται.] *Postremo in ordinem translata verba* καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται *ibi conservasse homoeoteleuton* ἁλισθήσεται. [Hoc dictu inopinatum et mirabile. Nam quî possint verba *omitti* ob homoeoteleuton, omnes sciunt, *quî propter homoeoteleuton* a d d i *possint et temere adjecta* p r o p a g a r i, primus omnium vidit *Gersdorfius* l. l. p. 111. et 378.]. Hanc tam inconsideratam *Gersdorfii* disputationem probavit *David Schulzius.* Quippe solet *Gersdorfius* huic viro lumen ingenii et consilii porrigere. Dixit autem *Schulzius,* verba καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται *glossam* olere, quod

nos ne intelligimus quidem, quum posterioris membri *καὶ πᾶσα θυσία κ. τ. λ.* sententia plane alia sit, ac prioris *πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται.* — Si versus 49. pro depravato recte numeraretur, multo ille felicius *e Codd.* emendari posset, quam a *Sculigero*, *Junio* et *Gersdorfio* factum vidimus. Velut *πᾶς γὰρ πυρὶ δοκιμασθήσεται καὶ πᾶσα θυσία κ. τ. λ.* aliquis scribere voluerit, quo facto optima evaderet sententia: (facienda est potius jactura membri, quam honestatis et sempiternae beatitatis, vs. 43—48.) *Quippe omnes homines calamitatibus explorabuntur, sicut omnia sacrificia sale conspergentur.* Verum enim vero vulgata lectio hanc sententiam melius etiam offert, quum salvis vocc. *πυρὶ ἁλισθήσεται* causa appareat, quâ ductus scriptor alterum membrum *καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται* adjiceret, quo transitum ad commendationem salis (v. 50.) quaereret (cf. supra). Accedit, quod *δοκιμασθήσεται* apertissimum est *glossema*, quum graeci interpretes *ἁλισθήσεται* prius verbo *δοκιμασθήσεται* explicent et certatim afferant locum I Corinth. 3, 13.. *Theophylactus: πᾶς γάρ φησι πυρὶ ἁλισθήσεται, τουτέστι, δοκιμασθήσεται· ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος λέγει, ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμασθήσεται πάντα.* Deinde possit exsistere, qui versum 49. ita e Codd. corrigendum esse existimet: *πᾶς γὰρ ἄρτος πυρὶ δοκιμασθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται* et hanc sententiam his argumentis confirmet: I. ut *πᾶς γὰρ ἄρτος* scribatur, concinnitatem postulare (cf. v. *πᾶσα θυσία*). II. lectionem *πᾶς γὰρ ἄρτος πυρὶ δοκιμασθήσεται* aptissimam sententiam praebere. Scilicet Marcum aliam Jesu disputationem de usu salis vs. 49. et de eo, necessarium esse, ut in se quisque sal (sapientiam) habeat, conjunxisse cum iis, quae antecedunt atque ita Jesum ad novum praeceptum vs. 50. *ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας* transiisse, ut viam ad id muniret nonnulla de usu salis proprie dicti vario praemonendo, *nam* (i. q. ut hoc addam) *omnis panis igne explorabitur et omne sacrificium sale conspergetur* (i. q. tam certum est, sale esse opus ad sacrificia, quam igne est ad coquendum panem). *Bonum est sal* (sapientia) etc.. Plura huic etiam consilio obstare, non obscurum est.

Etenim praeterquam quod male in ordinem recipias glossema δοκιμασθήσεται et voc. ἄρτος vel casu natum, vel a malo interprete subrogatum (vide supra), non placet loquutio ἄρτος δοκιμάζεται *panis exploratur* pro ἄρτος ἕψεται *panis coquitur*. Nihilominus hoc consilium *Scaligeri*, *Junii* et *Gersdorfii* opinionibus praestare profiteri ausim. — V. 50. ἀρτύσετε] Scriptura ἀρτυθήσεται e Luc. 14, 34., ἁλισθήσεται autem vel e vs. 49., vel e Matth. 5, 13. petita est. — Quae Marcus inde a cap. VIII. vs. 27. usque ad cap. IX. vs. 50. persecutus est, e Matth. XVI, 15 — XVII, 23., XVIII, 1 — 9. et Luc. IX, 18 — 51. ita hausit, ut Matthaei et Lucae commentariis rerum habito delectu uteretur. Unde alia ex uno Matthaeo, alia e solo Lucâ depromta rettulit, nonnulla etiam aliunde cognita literis mandavit. Ad primum genus haec loca pertinent VIII, 27. (cl. Matth. XVI, 13.), IX, 2. (cl. Matth. XVII, 1.), VIII, 32. 33. (cl. Matth. XVI, 22. 23.) IX, 9. (cl. Matth. XVII, 9.), IX, 42 — 47. (cl. Matth. XVIII, 6 — 9.). Ad secundam classem haec loca referam: VIII, 38. (cl. Luc. IX, 26.), IX, 38 — 41. (cl. Luc. IX, 49. 50.). Tertio generi tum narrationis IX, 14 — 27. ubertas et diligentia contribuenda est (cl. Matth. XVII, 14 — 18. Luc. IX, 37 — 43.) tum locus IX, 49. 50. Postremo, ut Marcum suo arbitrio Matthaei et Lucae libros in rem suam convertisse emergat, illud quoque considerandum est, eum modo res a Matthaeo expositas [Matth. XVI, 17 — 19. 27. XVII, 6. 7. 20. 24 — 27.] tacere cum Lucâ, modo a Lucâ narrata [Luc. IX, 31 — 33.] silentio transmittere cum Matthaeo [cf. *Griesbachii* Opusc. II, p. 375 sq., *Saunieri* libellum l. p. 108 sq. et *de Wettii*, Lehrbuch der hist. krit. Einl. II. p. 165 sq.].

CAP. X.

ARGUMENTUM.

E Galilaeâ [cf. 9, 33.] *Jesus in Judaeam profectus est per Peraeam. Confluxit in aliquo oppido judaico, ut fieri solebat, ad celeberrimum magistrum plebs eamque ille in loco oppidi publico instituit vs.* 1.. *Ibi Pharisaei hanc ad eum quaestionem attulerunt, num marito uxorem repudiare liceret, eum tentantes vs.* 2.. *Quam rem Jesus ita diremit. Quod Moses divortium sic ratum esse jusserit, ut maritus repudii libellum conscriberet, eam legem Judaeorum obstinationem contuitum sancivisse vs.* 3 — 5.. *Sed jure divino divortium quovis pacto vetitum esse. Hoc inde apparere, quod Deus a rerum primordiis marem et feminam condiderit, ut arctissime consociati viverent conjuges vs.* 6 — 9.. *Postquam in suum se deversorium Jesus receperat, Apostoli idem, quod supra Pharisaei, quo rem penitus cognoscerent, percontati sunt vs.* 10.. *Tum Jesus sententiam, quam antea professus erat, divortium fieri jure divino plane nefas esse graviter repetens: si maritus, inquit, repudiatâ uxore aliam duxerit, adulter est; et si femina relicto marito nupserit alii, adultera est vs.* 11. 12.. *In idem illud deversorium ad Jesum adducti sunt pueri, ut eos tangeret. At Apostoli ductores aditu prohibuerunt vs.* 13.. *Quâ re animadversâ esse pueros ab suo aditu arcendos Jesus indignabundus negavit, quia hominibus docilitate et modestiâ puerorum similibus Messiae regnum destinatum sit iique non sint illius civitatem consecuturi, qui eam non pueri animo sensuque oblatam susceperint vs.* 14. 15.. *His dictis pueros est amplexatus iisque manu impositâ valde ominatus bona vs.* 16.. *Quum in eo esset, ut oppido exiret iter continuaturus, praedives eum homo adiit et: bone magister, inquit, quidnam faciam, ut aeternam felicitatem consequar? vs.* 17.. *Jesus quum neminem praeter Deum bonum dicendum esse monuisset vs.* 18.: *Mosis, inquit, praeceptis, quae haud ignoras, obsequere vs.* 19.. *His vero, ille ait, a primâ inde aetate obtemperavi. Quid mihi faciendum restat amplius? vs.* 20.. *Jesus bonâ hominis vel per*

ingenii simplicitatem vel per justo majorem colloquii ardorem insigneque aeternae beatitatis desiderium ad nimiam sui fiduciam elati indole delectatus eum intueri benigneque ita affari: unum tibi restat; si certissimam vis aeternae felicitatis spem concipere, vende opus et redditâ pecuniâ pauperibus ita me sequere magistrum, ut alumni mei calamitates in te recipias vs. 21.. *Hâc voce ille tristitiâ affectus est et abiit moestus, quippe ab se non impetrans, ut tot tantisque opibus valediceret* vs. 22.. *Tum Jesus, quum vultum circumtulisset, ad Apostolos conversus hanc vocem edidit: difficulter, proh dolor! homines opulenti in regni messiani civitatem recipientur* vs. 23.. *Apostoli, opulentos homines nihil non vulgo facile consequi reputantes, magistri dictum mirantur. Quare Jesus: non est illud, inquit, tam difficile, quam omnium longe difficillimum, ut omnino fieri posse vix videatur* vs. 24. 25.. *Hâc sententiâ Apostoli plane consternati, neminem jam regni messiani participem futurum videri significant, quum ne divites quidem homines eam sint beatitatem consecuturi* vs. 26.. *Verum Jesus hoc iis solatii praebet, quod Deus vel eam rem, quam homo plane non fieri posse credat, ad effectum adducere queat* vs. 27.. *Hîc Petrus: id ipsum, inquit, quod paullo ante dives iste homo facere non sustinuit, nos praestitimus discipuli. Etenim relictis fortunis omnibus te sequuti sumus doctorem* vs. 28.. *Respondit Jesus: quas quisque meâ et doctrinae divinae causâ jacturas fecit, eae centuplicato compensabuntur, hoc tempore, quod ante Messiam est, rebus externis iisdemque carissimis, futuro, quo Messias advenerit, vitâ aeternâ* vs. 29. 30.. *Sed in hâc remuneratione nulla temporis, quo primum me sequutus fueris magistrum, ratio habebitur* vs. 31.. *In ipso itinere, quo Hierosolymas petebant, Jesus praecedebat, Apostoli sequebantur subitâ, quâ nonnunquam animus suo quodam augurio instantia mala divinat, moestitiâ correpti. Tum iis Jesus seductis et instans sibi Hierosolymis supplicium et suum exacto triduo ex inferis in vitam reditum perspicuis verbis praedixit* vs. 32 — 34.. *Sub idem tempus Jacobus et Johannes, Zebedaei filii, Jesum adierunt, ut Messiae*

regno constituto imperanti Messiae alter a dextrâ, alter a sinistrâ assiderent, eum rogantes vs. 35 — 37.. *Respondit Jesus nescire eos, quid peterent. Quippe vel propterea illum honorem iis exhiberi non posse, quia eadem, quae ipse exantlet, mala exhaurire nequeant vs.* 38.. *Sed quum illi se utique id posse confidentius affirmassent, Jesus graviore argumento usus: non est mei juris, inquit, illud, quod vultis cuiquam largiri, sed dabitur hic honos, quibus a Deo est destinatus vs.* 39. 40.. *Indignati sunt Zebedaei filiis ob tantam ambitionem decem Apostoli vs.* 41.. *At Jesus convocatos eos sic admonuit: eorum, qui principum partes agant, is mos est, ut gentes saevo imperio coerceant vs.* 42.. *Contrariam regulam vos sequi decet. Nam quicunque vestrum excellere et antestare ceteris cupiat, ministrum se vestrum omniumque servum agat, meum exemplum imitatus vs.* 43 — 45.. *Ex his facile poterant Apostoli existimare, quam temere cum Zebedaei filiis, quod commilitonibus dignitate praestare voluissent, stomachati essent. — Quum Jesus in suo itinere Hierichunte exiret discipulis stipatus et idoneâ plebis multitudine, Bartimaeus, Timaei cujusdam filius, caecus, qui ad viam mendicans sedebat, identidem eum, ut sibi opem ferret, rogavit vs.* 46 — 48.. *Arcessivit eum Jesus visumque ei ob egregiam animi fiduciam restituit. Quo facto Bartimaeus Jesum in itinere sequebatur vs.* 49 — 52..

V. 1. *Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰου-*
δαίας διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ συμπορεύε-
ται ὁ ὄχλος πρὸς αὐτόν, ὡς εἰώθει, καὶ πάλιν ἐδί-
δασκεν αὐτούς. 2. *Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι*
ἐπηρώτησαν αὐτόν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦ-
σαι, πειράζοντες αὐτόν. 3. *Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν*
αὐτοῖς· τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωϋσῆς; 4. *Οἱ δὲ εἶ-*
πον· Μωϋσῆς ἐνετείλατο βιβλίον ἀποστασίου γράψαι
καὶ ἀπολῦσαι. 5. *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν*
αὐτοῖς· πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν
τὴν ἐντολὴν ταύτην. 6. *Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως ἄρ-*
σεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ θεός. 7. *καὶ εἶ-*

πεν· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὑτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προςκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὑτοῦ· 8. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ. 9. Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. 10. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τούτου ἐπηρώτησαν αὐτόν. 11. Καὶ λέγει αὐτοῖς· ἐὰν ἀνὴρ ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὑτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· 12. Καὶ ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

V. 1. *Κἀκεῖθεν* (male D. 1. 13. 69. al. *καὶ ἐκεῖθεν*) *ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας*] *Illinc* (i. e. Capharnaumo in Galilaeâ, cf. 9, 33.), *quum surrexisset, venit in Judaeae fines. Kuinoelius* interpretatur: *Inde discessit et venit* —. At neque קוּם, neque *ἀναστῆναι* usquam *abire, discedere* notat. *ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου*] Bene *Griesbachius* C. C. p. 146. hanc, quae vulgatur, scripturam assensu probavit. Nam Marcus Matthaei 19, 1. se auctoritati h. l. adstringit dicitque Jesum e Galilaeâ (cf. 9, 33.) profectum esse *per Peraeam.* Sed auctore Lucâ 17, 11. in Judaeam contendit *per Samariam* itinere brevissimo. A quo discrepans Johannes Jesum narrat post solemnia instaurati templi memoriae sacra e Judaeâ in Peraeam venisse et hinc sub paschatis ferias in Judaeam rediisse [Joh. 10, 22. 40. 11, 15. 12, 1. 12 sq.]. Variant libri in hunc modum: *ἔρχεται — διὰ τὸ πέραν τοῦ Ἰορδάνου*, quae lectio plane inepta est. | *ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Hoc e Matthaei 19, 1. comparatione fluxit. | B. L. Copt. Aeth. *ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Haec scriptura idoneis testibus destituta est. Utinam quidem meliore fundamento niteretur. Optime enim sic dicatur: *venit in fines Judaeae et in Peraeam*, ut his verbis, utrum prius in Peraeam, an in Judaeam se verterit, non definiatur. Nunc ita sentiendum est, illud *καὶ* vel errore invectum esse e sq. *καὶ συμπορ. κ. τ. ἑ.*, vel, ut ait *Griesbachius*, consulto illatum,

ne Marcus Johanni repugnaret. At tanto minus licet nobis Evangelistarum actae rei memoriam variantium narrationes ambitiose in amicitiam redigere, quo magis Marcus h. l. unum est Matthaeum sequutus. Conformatio Elseviriana: *καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν, καὶ, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς. et confluxit iterum hominum turba ad eum, et, ut consueverat, rursus eos docuit.* In his nemo est, quin et frigere sentiat *ὡς εἰώθει πάλιν juncta*, et (quantumvis Marcus voculam *πάλιν* frequentet; vid. supra p. 279.) iteratâ in brevi spatio voce *πάλιν* offendatur, et *ὡς εἰώθει — ἐδίδασκεν* tanquam non satis idoneum abominetur. Nam sic ut de re vulgari ac paene vili Marcus loquatur. Proinde e D (qui tamen male habet *συνέρχεται*) et nonnullis Codd. Italae reposui: *καὶ συμπορεύεται ὁ ὄχλος πρὸς αὐτόν, ὡς εἰώθει, καὶ πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς. et convenit ad eum plebs, quemadmodum consueverat, et iterum homines instituit.* Apparet, *συμπορεύεται — πρὸς αὐτόν, ὡς εἰώθει* eo pertinere, ut augeatur honos et majestas Jesu hominum turbâ fere semper stipati [cf. 2, 2. 3, 20. 4, 1. al.]. Ceterum quominus *συμπορεύεσθαι*, quod cum Dativo personae consociatum *simul cum aliquo proficisci* significat [Luc. 14, 25.], h. l. cum *Bezâ* enarretur *simul* (cum Jesu) *iter facere* [cf. Matth. 19, 2. *καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ* —], obstant v. *πρὸς αὐτόν*. Quippe valet *συμπορεύεσθαι πρός τινα unà proficisci, convenire, confluere ad aliquem.* Polyb. 5, 75, 1. *κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον πλεονάκις συμπορευομένων πρὸς ἀλλήλους εἰς σύλλογον ἐγίγνετό τις συνήθεια τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου παρεισιόντων πρὸς τὰς σιταρχίας εἰς τὴν πόλιν.* Job. 1, 4. LXX. *συμπορευόμενοι δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐποίουν πότον.* Vid. *Wesseling.* ad Diod. Sic. II, 322.. Itaque lectionem Cd. D. *συνέρχεται ὁ ὄχλος* pro glossemate repudio. Vid. 3, 20. *καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε —.* Ubi locorum plebs Jesum adierit, non accuratius Marcus constituit, nisi quod ad eum *Judaeae fines ingressum* illam venisse haud obscure indicavit (— *ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας* — · *καὶ συμπορεύεται ὁ ὄχλος πρὸς αὐτὸν* — .).

V. 2. *Καὶ προςελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν αὐτόν*] Deest *προςελθόντες* in D. Cant. Ver. Verc. expulsumque cupit *Millius* Proleg. §. 1279.. Male. Nam expressit h. l. Marcus Matth. 19, 3. *καὶ προςῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι* —. Accedit, quod *Millius οἱ Φαρισαῖοι*, quod eadem subsidia omittunt, eadem operâ tollere debuerat. Id vero quominus fiat, illa ipsa, quam dixi, causa impedit. *Οἱ* etsi ab ingente Codd. turbâ abest, tamen Articulus plane est necessarius. Dicitur enim inimica Jesu *secta Pharisaeorum. ἐπηρώτησαν*] Quum h. l. in scriptoris arbitrio positum fuerit, utrum *ἐπηρώτησαν*, an *ἐπηρώτων* diceret, in *ἐπηρώτησαν*, quod plurimorum Cdd. testimoniis firmatum est, acquiescendum esse duxi. Contra in ejusmodi locis, cujusmodi sunt v. c. 7, 17. 10, 17. 13, 3., plane opus est tempore relativo, Imperfecto, neque ulla Marco erat Aoristi optio concessa. Sed quum judaici magistri Jesu aetate de eo amice consenserint, licere marito aliquâ conditione divortium facere cum uxore tantumque de justâ divortii causâ vehementer concertaverint, Hillelis sectatoribus *quamlibet ob rem*, Sameae discipulis *propter solum adulterium* uxori nuntium remittere marito concessum esse affirmantibus [vid. ad Matth. p. 235 sq.], *Saunierus* l. l. p. 120. negligentiae Marcum accusavit, quod tentantes Pharisaeos ita Jesum percontari jussisset: *num marito cum muliere divortium facere liceret*, non, ut Matthaeus 19, 3., *num id quavis de causâ permissum esset.* Sic enim Pharisaeos rem dubiam dixisse, quam nemo tum temporis in dubitationem vocasset. Quid vero, si Pharisaei e Marci sententiâ hoc ipso Jesu animum confundere conati sunt, quod se de re nemini dubiâ, *licere marito aliquo pacto nuntium remittere uxori*, quo magis sinistre controversiam ille dirimeret, animi pendere simularent? De ceteris vide not. ad Matth. 19, 3. et Marc. 8, 11.. V. 3. *τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωϋσῆς;*] *quidnam vobis Moses praecepit* (np. de divortio)? *Μωϋσῆς* pro *Μωσῆς* hoc vs. et v. 4. ex idoneis libris reposui [vid. *Wetsten.* et *Matthaeius*]. V. 4. *Μωϋσῆς ἐνετείλατο*] Suffeci *ἐνετείλατο* ex 1. 118. 209. Copt. in locum verbi *ἐπέτρεψε*, quod e Matth. 19, 8. in hunc l. manavit,

unde etiam ἡμῖν post ἐπέτρεψεν in nonnullos Codd. illatum, et δοῦναι pro γράψαι hic illic substitutum, vel simul cum vulgato repositum, δοῦναι γράψαι. Nam ἐπέτρεψε Jesum quidem decuit dicere apud Matthaeum, Pharisaeos apud Marcum dicere dedecuit (est enim nimis debile); firmaturque ἐνετείλατο v. vs. 3. τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωϋσῆς; et vs. 5. — ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην. Augetur suspicio lectione ἐπέτρεψε Μωσῆς, futili illâ quidem, quum praecipui ponderis vocabulum Μωϋσῆς praecedere debeat. Eodem spectat, quod alii aut Μωϋσῆς tantum, aut Μωϋσῆς ἐπέτρεψε plane omittunt. Est igitur vs. 3 — 5. haec ratio: *quidnam vobis* (de divortio) *praescripsit Moses? Responderunt: Moses praecepit, ut scripto divortii libello uxorem dimittas. Respondit iis Jesus: pervicaciae vestrae ratione habitâ, hanc vobis legem scripsit.* Ex his apparet, male *Grotium* ἐντολὴν *legem permittentem veniam* interpretatum esse, quum vocc. τὴν ἐντολὴν ταύτην *praeceptum, quod ita uxores dimittere jubet, ut divortii libellus antea conscribatur* (cf. v. 4.) declarent. V. 6. ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως] *Sed ab initio rerum procreatarum* [Marc. 13, 19. 2 Petr. 3, 4.]. Voc. κτίσεως praetermittunt D. Ev. 36. Mt. 12. Syr. Pers. p. Cant. Ver. Corb. probante *J. Clerico* Art. Crit. P. III. p. 85.. At nulla potest vox magis integra esse. Cujus ego rei argumentum inprimis grave habeo hoc, quod, si omisisset Marcus κτίσεως, scripsisset potius hoc ordine: ἀπ' ἀρχῆς δὲ (quod soli praebent Mosq. *a. d.*), sicuti quum ubique dicitur, tum dixit Matthaeus 19, 8. ἀπ' ἀρχῆς δὲ —. Nunc autem, quum Genitivus κτίσεως sequatur, non poterat non scribi: ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως. Adde, quod pauci κτίσεως demunt, et homoeoteleuton [ἀρχῆΣ κτίσεωΣ], fontem erroris. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ θεός] Nonnulli αὐτούς, alii ὁ θεός excludunt. Neutram mihi vocem eripi patiar. Posterior enim necessaria est. Etiam Matthaeus 19, 4. Dei cogitationem enuntiaverat v. ὁ ποιήσας. Priorem autem eo tueor, quod Marcus h. l. cum Matthaeo 19, 4. ad verbum descripsit l. Genes. 1, 27. LXX. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Accedit, quod ὁ θεός ita demum facile excidit, si αὐτούς

praecedebat [αὐτοῦ Σ ΟΘ Σ]. V. 7. Praefixi huic versui e permultis subsidiis καὶ εἶπεν. Nam his vocc. omissis plane hiat oratio neque ullo nexu Dei verba ἕνεκεν τούτου κ. τ. ἑ. copulata sunt cum superioribus vs. 6.. E Matthaeo 19, 4. sane petita sunt, sed a *Marco*. Exciderunt ob ἕνεκεν (καὶ εἶπεν). In sequentibus aliquot Codd. προςκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ testificantur, quae lectio hoc ipso nomine placere possit, quia cum fundo hujus loci [Genes. 2, 24. LXX.] congruit. Sed ita etiam καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ e solis Mosq. *c. e.* reponendum foret. Obiter moneo, percontationis signum, quod vulgo Matth. 19, 4. post αὐτούς ponitur, rejiciendum esse in finem vs. 5. V. 8. ἀλλὰ μία σάρξ] Satis multi Codd. habent ἀλλὰ σάρξ μία. Per se potius videtur ac praestabilius ἀλλὰ μία σάρξ. Sed quum in Matthaeo 19, 6., quocum ad verbum Marcus h. l. concinit, ἀλλὰ σάρξ μία legatur, nescio, an id ipsum Marco tribuendum sit. V. 9. Jesu disputatio vs. 5 — 9. ita decurrit: *in asperum Judaeorum ingenium intuitus hanc Moses legem condidit, ut a marito renuntiatum repudium ita ratum esset, si divortii libellum ille conscripsisset. Verum ab initio rerum hâc mente Deus marem et feminam procreavit, ut conjunctissime viverent. Quare conjuges non pro duobus, sed pro uno habendi sunt patetque divortium e divinis institutis nunquam non injustum esse.* Eandem sententiam Jesus v. 11. 12. privatim proponit discipulis [cf. Luc. 16, 18.]. Contra in Matthaeo 5, 32. 19, 9. *pudicitiae legibus ab uxore violatis* recte fieri divortium profitetur. V. 10. ἐν τῇ οἰκίᾳ] Dicitur aliquod, nescio quod, deversorium in Judaeae finibus situm [cf. ad vs. 2.]. Quare quae v. 2 — 9. referuntur, in nescio cujus oppidi judaici plateâ publice, quae v. 10 — 16. exponuntur, in illo deversorio privatim gesta sunt. Aliud egit *Griesbachius*, quum lectionem εἰς τὴν οἰκίαν impense commendaret. πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τούτου ἐπηρώτησαν αὐτόν] *iterum ejus discipuli* (ut antea Pharisaei, vs. 2.) *de hâc re eum interrogarunt* np. num marito repudium uxori remittere liceret (cf. vs. 2.). Quominus sic interpreteris: *et in aedibus iterum* [i. q. eo,

quem sibi fecerant, more; cf. 4, 10. 7, 17. 9, 28.] *discipuli hâc de re eum percontati sunt*, verborum collocatio impedit. Nam hoc pacto non *πάλιν οἱ μαθηταί*, sed *πάλιν ἐπηρώτησαν* dici debuerat. *περὶ τοῦ αὐτοῦ*] *de eadem re.* Ita conformatio Elseviriana. Omittunt haec v. K. 67. 131. al.. | Cd. 157. eadem post *αὐτόν* exhibet. | 77. 124. al. *περὶ αὐτοῦ* habent. | A. B. C. L. 1. al. illorum loco *περὶ τούτου* praebent et Cd. D. Cant. Colb. al. *περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου* ex interpretamento. Genuinum haud dubie est *περὶ τούτου* manavitque *περὶ αὐτοῦ* (sic), et *περὶ τοῦ αὐτοῦ* ex antecedente *αὐτοῦ*. Recte autem turbarum omnium causam in hoc v. *αὐτοῦ* quaeri, vel inde elucet, quod id ipsum *αὐτοῦ* in nonnullis Codd. [v. c. B. C. 28.] intercidit. Pro *ἐπηρώτησαν* pauci tenent Imperfectum *ἐπηρώτων*. Est hujus l. eadem conditio, ac supra vs. 2.. V. 11. et 12. Aggredimur ad locum perdifficilem, in quo expediendo multi frustra laborarunt interpretes. In vulgatis exemplaribus ita habet: *ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν. Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται. quicunque suam uxorem dimiserit et aliam feminam in matrimonium duxerit, adulterium in eam* (priorem conjugem) *committit. Et si mulier suum maritum dimiserit et alii viro nuptum data fuerit, adulterium committit.* Librorum haec discrepantia est: *ὃς ἐὰν*] *ὃς ἂν* C. D. al. | *ἐὰν ἀνὴρ* 1. 13. 28. 69. 124. Arm. Verc. *ἐπ' αὐτήν*] Omittunt 1. 2. 28. Syr. al.. *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ*] *καὶ ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ* D. 13. 28. 69. 124. Arm. Cdd. It. *si exeat a viro — si reliquerit virum.* | Al. *καὶ ἐὰν αὐτὴ* (sive *ἐὰν γυνὴ*) *ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὐτῆς.* Ita B. C. L. | Ev. 18. 19. Mt. f. *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα* praetermisso v. *αὐτῆς. γαμηθῇ ἄλλῳ*] *γαμήσῃ ἄλλον* sive *ἄλλον γαμήσῃ* B. C. D. L. 13. 28. 69. 92. 124. 36.. In fine vs. 12. altera pars Cdd. It. annectit *super illum* (*ἐπ' αὐτόν*), altera haec: *similiter et qui dimissam (a viro) ducit moechatur* e Luc. 16, 18. cl. Matth. 19, 9. 5, 32.. Postremo in Cd. 1. versus 11. post duodecimum legitur, quod facile fieri poterat, quum in illo Codice

desint v. ἐπ' αὐτήν vs. 11. et vs. 12. ἐπ' αὐτόν, ut utrumque vs. v. μοιχᾶται terminet. Esse hunc locum, ut vulgo exhibetur, mendosum, duobus argumentis evincam facillime. Nam docet id tum ipsius conditio, tum variarum lectionum contemplatio. Illuc spectat inepta et quae vel maxime cum loquendi usu pugnet loquutio vs. 12. ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Hic enim, ut ἀπολύει ὁ ἀνήρ, ἀπολύεται ἡ γυνή dicatur, imperiose efflagitat [Matth. 5, 32. 19, 9. Luc. 16, 18.]. Haec vero non magis permiscere licet, quam v. c. μίγνυσθαι. Cf. Luc. Soloecista cap. 6. ἑτέρου δὲ — εἰπόντος, ἡ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ μιχθεῖσα, οὐκ ἄρα, ἔφη, ὁ Ἡρακλῆς ἐμίχθη αὐτῇ. Neque id mirum. Quippe leges mosaicae *marito uxorem repudiandi*, non uxori maritum dimittendi jus concedebant [Deut. 24, 1. Joseph. A. J. 15, 7, 10.]. Frustra *Grotius* aliique ad Michalis 1 Sam. 25, 44., Herodiadis [cf. ad 14, 4.] et Salomes [cf. Joseph. A. J. 15, 7, 10.] exemplum provocarunt. Michal enim non nisi Saulis patris importunitate ac licentiâ superstite Davide, marito, Phaltio collocata est [cf. 2 Sam. 3, 15.]. Herodias autem et Salome, quarum illa divortium fecit cum Philippo, haec etiam repudii libellum Costobaro misit, ut Josephus l. l. ipse dicit, licenter violarunt leges mosaicas [vide *Storrii* Opusc. Acad. III. p. 206 sq.]. Verum h. l. non, quidnam nobilium feminarum protervitas adversus gentis morem institutumque sibi aliquando indulserit, quaeritur, sed utrum quod accommodate ad Mosis praecepta vulgo fieri solebat, ad divinae legis normam respondeat, an vero minus. Nam percontati Jesum erant Apostoli v. 10., num marito dimittendae uxoris jus esset, si nimirum ea res ad majorem, quam Mosis i. e. ad Dei auctoritatem dirigeretur. Minus etiam *Kuinoelio* verba ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς defendendi consilium processit. Is Jesum putat h. l. ad depravatos Romanorum mores respexisse, apud quos crebro tum temporis uxores repudium maritis renuntiarent. Cf. *Wetsten.* ad h. l., qui affert Tacit. Ann. 11, 27. 12, 3. 9. Senecam de Benef. III, 16. Martial. VI, 7.. Consentaneum enim videri, Jesum Apostolis, futuris *gentilium* doctoribus de uxore pro gentilium consuetudine

maritum repudiante illo tempore privatim dixisse, ut scirent, quaenam iis aliquando de eâ re sententia esset dicenda. At enim nihil exquirunt Apostoli privatim vs. 10., nisi quod Pharisaei antea vs. 2. publice, num *homini Judaeo* divortium cum uxore facere liceat. Nam et *in Judaeâ* res agitur (cf. v. 1.) et agunt eam *Judaei* (cf. v. 2. et 10.). Adde, quod, si voluisset Jesus h. l. Apostolis, futuris *gentilium* magistris, per opportunitatem salutare praeceptum dare, et debuisset iis ostendere, se eos ad gentiles missurum legatos esse (id enim etiamtum nesciebant, cf. 16, 15.) et satis perspicue indicare, se tum de gentilibus loqui, tum ad gentilium magistros verba dirigere. Ultima propugnandorum verborum *ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς* ratio haec est, ut aliquis locum 1 Corinth. 7, 12. 13. *εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον — μὴ ἀφιέτω αὐτήν.* 13. *καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον — μὴ ἀφιέτω αὐτόν.* antestetur dicatque, eum locum etiam eatenus comparari posse, quatenus ibi, ut h. l., illud loquendi genus *oppositio*, quam scriptores efficere voluerint, *mariti* et *uxoris* pepererit. Sed enim *ἀφιέναι* est *missum facere*, quod nos dicimus aufgeben, diversum sane ab *ἀπολύω*. Deinde variarum lectionum considerationem vulgatam loci scripturam corruptam esse arguere affirmabam. Illas enim contemplatus Marcum vs. 11. et 12. in eo elaborasse, ut duo concinna membra poneret, quae Jesus gravi oratione protulisset, largiatur necesse est. Atqui ista concinnitas nulla est, si cum vulgo legas *ὃς ἐὰν* — et *καὶ ἐὰν γυνὴ* —. Itaque *ὃς ἐὰν* mutavi in *ἐὰν ἀνήρ*. Sed *ἐπ᾽ αὐτήν* an genuinum sit, quaeritur. Si est integrum, insolens loquutio *μοιχᾶσθαι ἐπί τινα* [vide *Valckenarium* l. c. p. 357.] nihil aliud valere potest, quam *adulterium committere in aliquam (aliquem)* [Ehebruch begehen *an* —]. Illustrari potest *ἐπί* sic positum formulâ *τὸ ἐπ᾽ ἐμέ quod ad me attinet* [cf. Hermann. ad Viger. p. 860.]. Conferre etiam licet formulam hebraicam זָנָה אֶל־אִישׁ, אִשָּׁה *scortari ad* sive *in virum, feminam* (conversam, conversum) i. e. de viro *stuprum cum aliquâ facere*, de feminâ *stuprum ab aliquo pati*. Ezech. 16, 26. LXX. *καὶ ἐξεπόρνευσας ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Αἰγύπτου.*

vs. 28. καὶ ἐξεπόρνευσας ἐπὶ τὰς θυγατέρας Ἀσσούρ. Num. 25, 1. ἐβεβηλώθη ὁ λαὸς ἐκπορνεῦσαι εἰς τὰς θυγατέρας Μωάβ. Sed si vs. 11. sincerum sit μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν, fieri non potest, quin etiam vs. 12. scribatur μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτόν. Aut cur praeter omnem rationem, vel certe necessitatem Marcus concinnitatem sustulerit? Tum autem ἐπ᾽ αὐτήν *ad repudiatam uxorem*, ἐπ᾽ αὐτόν *ad desertum maritum* referri debet h. s.: *si maritus suam uxorem dimiserit et aliam duxerit, adulterium in uxorem committit. Et si mulier discessione a marito factâ alii nuptum data fuerit, adulterium in maritum committit*, eo, opinor, quod post repudium, quod Marco et Lucâ 16, 18. auctoribus Jesus nunquam non illicitum esse contendit, contractum matrimonium jure est nullum violanturque facto cum posteriore seu uxore, seu marito concubitu prioris matrimonii leges. *Wetstenii* explicatio: *si maritus uxorem suam dimiserit et aliam duxerit, adulterium in uxorem committit*, scil. *eo*, *quod repudiatam mulierem moechis adulterandam objicit*, *quum nimirum prioris matrimonii jura etiamnum valeant* et contorta est et e diversi generis loco, Matth. 5, 32., hausta. Qui cum *Euthymio* [μοιχεύει πρὸς αὐτήν, δηλαδὴ τὴν ἐπεισακτον.] et aliis ἐπ᾽ αὐτήν *ad novam pellicem*, ἐπ᾽ αὐτόν *ad novum adulterum* referre maluerit: *si vir dimissâ uxore aliam duxerit*, *adulterium in hanc committit*; *et si mulier relicto marito collocata fuerit alii*, *adulterium in hunc committit*, reputet, quaeso, huic consilio obstare formulam μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν, μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτόν. Non enim vir, qui dimissâ per injuriam uxore matrimonii legibus adhuc obstrictus cum aliâ concumbit, in eam, quacum rem habet, si vel virgo sit, vel vidua, adulterium committit, sed in suam uxorem. Quin ne tum quidem, si illa uxor sit, cum eâ concumbens adulterium *in eam* committit, sed cum eâ *in suam ipsius uxorem illiusque maritum.* Idem de uxore corpus adultero praebente judicandum est. Verum quum parum testata sit scriptura ἐπ᾽ αὐτόν, delevi ἐπ᾽ αὐτήν ut glossema interpretum idque eo confidentius, quum ab libris, qui in toto loco maxime sequendi sunt, absit. Glos-

sema vs. 11. *ἐπ' αὐτήν* peperit aliud vs. 12. *ἐπ' αὐτόν*, quod, ut posterius erat tempore, ita pauciora subsidia occupavit. Sequuntur v. *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὑτῆς*, quae ob rationem supra indicatam ferri nullo modo possunt planeque dubitari nequit, quin ad similitudinem praecedentium v. *ἐὰν ἀνὴρ ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὑτοῦ* a librariis effecta sint. Et quum eodem vitio hae lectiones *καὶ ἐὰν αὐτὴ* (sive *ἐὰν γυνὴ*) *ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὑτῆς* — *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα* premantur, eas quoque spernendas et Marco vindicandum esse *καὶ ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς* elucet. Restat, ut de v. *καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ* dicatur. Si quis haec vocc. corrupta ratus receptum velit *καὶ γαμήσῃ ἄλλον*, a vero aberraverit. Nam quod inter *ἄλλον γαμήσῃ* et *γαμήσῃ ἄλλον* Cdd. fluctuantur, certe suspicionem injicit facitque, ut non temere has lectiones ad v. 11. *καὶ γαμήσῃ ἄλλην* efformatas esse arbitremur. Accedit, quod *γαμεῖν τινα de feminâ* vel per se justam mirationem facit. *Γαμεῖ ὁ ἀνὴρ γυναῖκα vir feminam ducit uxorem; γαμεῖται ἡ γυνὴ nuptum datur femina* i. e. *nubit* [Hom. Od. 1, 275. *μνηστῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι, μητέρα δ', εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι, ἂψ ἴτω* —. 1 Cor. 7, 39.]. Non probatur *γαμεῖν τινα de feminâ* locis 1 Corinth. 7, 28. 34. 1 Tim. 5, 11. 14., quum ibi *γαμεῖν* simpliciter sine Accusativo dictum sit. Multo minus in hanc rem citari debuerat l. Eurip. Phoeniss. v. 381. *κακῶς θεῶν τις Οἰδίπου φθείρει γένος. οὕτω γὰρ ἤρξατ', ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμὲ, κακῶς δὲ γῆμαι πατέρα σὸν φῦναί τέ σε.* Est enim *πατέρα σὸν* Subjectum. Sed si quis *καὶ ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ* inconcinnum dicat, cogitet, concinnitatem non in literis aut verbis, sed in sensu sententiaque consistere. Ceterum *ἐγάμησα, ἐγαμήθην* sunt formae vulgares; *ἐγάμεσα, ἐγαμέθην* atticae; vid. *Lobeck.* ad Phryn. p. 742.. Addam aliquid de sensu eorum, quae postrema sunt v. 12.. Ubi licet per grammaticam ad *μοιχᾶται* Subjectum supplere: *novus maritus*, quum *καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ* ad sensum sit: *et si alius maritus eam duxerit.* Haec interpretatio egregie concordat cum tribus locis, quos parallelos habemus [Matth. 5, 32.

19, 9. Luc. 16, 18.]; sed ab Jesu consilio hîc aliena est. Nam Jesus divortium nullo pacto, sive maritus id fecerit, seu uxor, probari posse denuo discipulis inculcans, graviter hoc dicere debet: et *maritum*, qui repudiatâ uxore novum matrimonium contraxerit, *pro adultero*, et *uxorem*, quae relicto marito nubat alii viro, *pro adulterâ* esse habendam. Unde vs. 11. et 12. sic enarramus: *si vir repudiatâ uxore aliam duxerit, adulter est; et si femina relicto marito nuptum data fuerit alii, adultera est.* Griesbachius, apud quem hujus loci, quum de eo superiores Critici tacuissent, primum tentati decus est, tres rationes iniit, quarum nulla probari potest. Primum C. C. p. 147. hanc sententiam exornavit, Marcum scriptum reliquisse: *ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὑτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν. καὶ ἐὰν γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται,* verba autem vs. 12. *γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καί* et quae eorum loco in aliis Cdd. inveniuntur, esse *glossemata;* persuasitque *Paulo.* At si librarii vocabula *καὶ ἐὰν γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται* illustranda existimassent, eo, ut Subjectum (*καὶ ἐὰν γυνὴ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται* sive *καὶ ἐὰν ἡ ἀπολυθεῖσα γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται*) adderent, contenti fuissent. Deinde suam ipse opinionem *Griesbachius* damnavit et vulgatae scripturae patrocinium suscepit, quae quot quantisque sit vitiis obruta, supra disputavimus. Postremo, quum ederet N. T., vs. 12. *καὶ ἐὰν αὐτὴ ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὑτῆς γαμηθῇ ἄλλῳ* commendavit nactusque est astipulatorem *Kuinoelium.* Verum hanc lectionem eodem, quo vulgatam *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὑτῆς καὶ* mendo affectam esse supra vidimus.

V. 13. *Καὶ προςέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προςφέρουσιν.* 14. *Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἠγανάκτησε καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.* 15. *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰςέλθῃ εἰς αὐ-*

τήν. 16. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, κατηυλόγει, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά.

V. 13. ἵνα ἅψηται αὐτῶν] *ut eos tangeret.* Quippe singularia beneficia pueros consecuturos esse, si eos summus vir tetigisset, ductores arbitrati sunt. Male *Kuinoelius* reddidit: *ut iis manus imponeret* [cf. not. ad 8, 22.]. Invertunt ordinem αὐτῶν ἅψηται B. C. L. 124. Mt. f.. Erraret, qui hanc scripturam e Luc. 18, 15. derivaret. Tum enim scribae indidem petiissent etiam ἅπτηται. Probarem αὐτῶν ἅψηται [cf. 3, 10. 8, 22.], si pluribus auctoribus niteretur. Quare nihil tribuendum etiam istis ἐπετίμησαν, quod pro ἐπετίμων e Matth. 19, 13. et Luc. 18, 15. iidem B. C. L. jactant et αὐτοῖς, quod per se optime comparatum B. C. L. Copt. Colb. ex iisdem fontibus habent. Jam quum τοῖς φέρουσιν, quod 1. 118. continent, post προςέφερον displicere debeat, tueor vulgatum τοῖς προςφέρουσιν *iis qui adducebant, ductoribus.* V. 14. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς] *quum autem vidisset Jesus* np. discipulos puerorum ductores increpare, ut illos aditu prohiberent. Perperam *Vulgatus: quos quum videret Jesus.* καὶ μὴ κωλύετε αὐτά] Hoc καί in permultis Cdd. omissum damnavit *Millius* Proleg. §. 1461., exclusit *Matthaeius* et *Griesbachius.* Nollem factum. Nam tale Asyndeton in N. T. plane novum et inauditum est, particula vero necessaria. Verbotenus hîc Marcus descripsit Lucam 18, 16., ut male dicat quis καί e Lucâ duxisse librarios. Ceterum καί, quod in Cdd. scribitur aut plane κάι, aut κ/, aut ϗ, inter με et μή, quum ab altero ad alterum continuo aberraretur, facile excidit. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ] *talibus enim hominibus* i. e. *iis, qui docilitate et modestiâ puerorum ingenium referunt, Messiae regnum destinatum est.* V. 15. ὃς ἐὰν μὴ δέξηται — ὡς παιδίον] *quicunque Messiae regnum non susceperit pueri animo sensuque.* Abutuntur hoc l., ut τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ aliquando *doctrinam divinam* significare demonstrent. [Theophyl. ad h. l.: — βασιλείαν δὲ τοῦ θεοῦ τὸ κήρυγμα καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἀγαθῶν ἐνταῦθά φησιν.

Cf. *Grotius* ad Matth. 26, 29.]. At quum Jesu institutio in eo maxime versata fuerit, ut regni a Messiâ condendi rationes explicarentur et quidnam iis, qui eo recipi cuperent, faciendum esset, aperiretur, hoc ipso, quod aliquis *Jesu disciplinam* admisisset, eum *civitatis in Messiae regno obtinendae spem exspectationemque* suscepisse apparet. V. 16. ἐναγκαλισάμενος] Vide de hoc v. not. ad 9, 36.. D. et alia subsidia ejus loco exhibent προςκαλεσάμενος e Luc. 18, 16.. Vulgo totus vs. hanc formam habet: *καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτά, ηὐλόγει αὐτά.* Manifestum est, si genuina sit haec lectio, *τιθείς* esse suspensum nexumque ab *ηὐλόγει* sublataque post *ἐπ᾽ αὐτά* virgulâ ita vertendum esse: *et amplexatus pueros, manus iis imponens bene iis precabatur* i. e. bene iis hâc re precabatur, quod manus iis imponebat. Nam hoc corporis gestu beneficia in alios homines conferri Judaei vulgo credebant [vide not. ad Matth. p. 597 sq.]. Male tum *Schottus*, tum alii converterunt: *et amplexatus pueros, manus iis imposuit ac bene precatus est.* Verum enimvero hic vs., quemadmodum vulgo legitur, aperte mendo inquinatus est. Quantumvis enim N. T. scriptores Pronomen *αὐτός* mire celebrent, tamen molestissime eo tria membra h. l. clauduntur: — *αὐτά* — *αὐτά* — *αὐτά.* Multo gravior est dicendi perversitas, sita illa in v. *τιθείς.* Nam si est voc. *τιθείς* aptum ab *ηὐλόγει*, ut esse deberet, cur tandem praeponebatur? Itaque ex B. C. L. 115. 218. Mt. f. al. reposui: *καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, κατηυλόγει, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτά. et amplexatus eos valde iis bona apprecabatur, manus iis imponens.* Apprime igitur hîc convenit verbum *κατευλογεῖν.* Quod *κατευλογεῖν* alias in N. T. non legitur, id *casu* accidit [cf. Tob. 10, 12. 11, 12.].

V. 17. *Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν, ἰδού τις πλούσιος προςδραμὼν καὶ γονυπετήσας αὐτὸν ἐπηρώτα αὐτόν· διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσω, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;* 18. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς, ὁ*

θεός. 19. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ μοιχεύσῃς· μὴ
φονεύσῃς· μὴ κλέψῃς· μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· μὴ ἀπο-
στερήσῃς· τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. 20.
Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· διδάσκαλε, ταῦτα
πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ;
21. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν
καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἕν σοι ὑστερεῖ· εἰ θέλεις τέλειος
εἶναι, ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον καὶ δὸς πτωχοῖς,
καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει
μοι ἄρας τὸν σταυρόν σου. 22. Ὁ δὲ στυγνάσας
ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτή-
ματα πολλά. 23. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς λέ-
γει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· πῶς δυςκόλως οἱ τὰ χρή-
ματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελεύσον-
ται. 24. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λό-
γοις αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς·
[πῶς δύςκολόν ἐστι, τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμα-
σιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελθεῖν.] 25. Εὐ-
κοπώτερόν ἐστι, κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος διελ-
θεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. 26.
Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο λέγοντες πρὸς ἑαυτούς·
καὶ τίς δύναται σωθῆναι; 27. Ἐμβλέψας δὲ αὐ-
τοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγει· παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνα-
τόν ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐ παρὰ θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά
ἐστι παρὰ θεῷ. 28. Ἤρξατο δὲ ὁ Πέτρος λέγειν
αὐτῷ· ἰδού, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσα-
μέν σοι. 29. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ἀμὴν
λέγω ὑμῖν· οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν οἰκίας ἢ ἀδελ-
φοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ γυναῖκα ἢ τέ-
κνα ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, 30.
ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα, νῦν ἐν τῷ καιρῷ
τούτῳ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ πατέρα
καὶ μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ ἀγροὺς μετὰ
διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.
31. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι καὶ ἔσχα-
τοι πρῶτοι.

V. 17. Pueros ad Jesum adduxerunt vs. 13 sq. in deversorio, de quo ad vs. 10. dictum est, commorantem. Sed quae vs. 17 — 31. Marcus exponit, tum acciderunt, quum in eo Jesus esset, ut oppidum judaicum [cf. ad v. 1.] relinqueret, iter, quo Hierosolymas peteret, continuaturus [vide vs. 32.]. Hujus rei memoria hausta est e Matth. 19, 15. 16.. *καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν*] *quum* (oppido) *exiret in viam* i. q. *εἰς τὸ ὁδεύειν, ut in viam se daret* (als sich Jesus auf den Weg machte). Articulo *εἰς τὴν ὁδόν* tali in loco non opus est. Male vertit *Schottus Jesu in viam egresso* i. e. *καὶ ἐκπορευθέντος αὐτοῦ εἰς ὁδόν*, *Vulgatum* sequutus. *ἰδού τις πλούσιος προςδραμὼν καί*] Quo jure hoc ex A. K. 11. 13. 28. 69. 114. 116. 124. al. in locum verborum *προςδραμὼν εἷς καί*, quae vulgantur, suffecerim, paucis accipe. Nam praeterquam quod lectio, quam praetuli, permultos habet auctores, omnes propemodum Codd., quamvis haud mediocriter discrepantes, eo tendunt, ut *ἰδού τις πλούσιος προςδραμὼν καὶ* Marco vindicetur, unâ saltem et alterâ hujus scripturae parte servatâ: 59. 220. al. *προςδραμών τις* | 56. 58. al. *προςελθών τις* | 61. 63. *προςελθὼν εἷς πλούσιος* | Syr. p. in marg. *προςδραμών τις πλούσιος* | Ev. 15. *ἰδού τις προςδραμών* | Colb. *ecce quidam adgeniculans dicebat* i. e. *ἰδού τις γονυπετήσας εἶπε.* | 142. al. *προδραμὼν εἷς.* Hoc e pervulgato errore manavit; vid. *Brunk.* ad Soph. Oed. Tyr. v. 352.. Deinde perperam aliquis h. l. *τὶς* pro correctione spernat, quum *εἷς* depravatio sit, orta ex antecedentibus *εἰς ὁδόν.* Tum non magis est *πλούσιος* interpretamentum e re sumtum (cf. v. 22.), quam apud Lucam 18, 18. *ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων.* Denique lectioni *πλούσιος* minime officit, quod infra vs. 22. in causâ, cur juvenis discesserit tristitiâ affectus, declarandâ sequitur *ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. καὶ γονυπετήσας αὐτὸν ἐπηρώτα αὐτόν*] Quemadmodum Accusativum *γονυπετήσας αὐτόν* (nonnulli habent *γονυπετήσας αὐτῷ*) Marco sartum tectum relinquimus, ita *λέγων* repudiamus, quod post v. *ἐπηρώτα αὐτόν* D. 13. 69. al. e Lucâ 18, 18. repetitum jactant. V. 19. *μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς*] Vocc.

μὴ φονεύσῃς 1. 118. 209. Brix. omittunt. Alii ante v. μὴ μοιχεύσῃς ponunt ad normam Decalogi mosaici Exod. 20, 13. 14. et Matthaei 19, 18.; alii post κλέψῃς rejiciunt. Proba est lectio vulgata. Nam h. l. i. e. vs. 18—20. Marcus, si a paucissimis recesseris, Lucae 18, 19—21. vestigiis insistit [cf. Rom. 13, 9.]. „Ingeniose *Eichhornius* in l.: Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat. B. 5. p. 890. suspicatur, tunc temporis Judaeorum magistris, qui de discrimine praeceptorum legis multa disputare atque praecipere solebant (vid. ad Matth. 5, 19.), usitatum fuisse, eo ordine praecepta Decalogi laudare, quo Luc. 18, 20. et Rom. 13, 9. laudata leguntur, quod praeceptum sextum gravius putarent quinto, atque hanc eorum consuetudinem sequutos esse Marcum, Lucam, Paulum et Philonem.“ *Kuinoelius*. Fieri sane potuit, ut si qui judaici magistri de vi ac ratione decem a Mose editorum praeceptorum philosopharentur, gravius censerent sextum quinto factumque novimus a Philone de Decalogo T. II. p. 201, 13. et 202, 21.. Sed in hanc rem vel omnes vel plerosque doctores consensisse, ne probabile quidem videtur. Quamquam si vel verissima esset *Eichhornii* conjectura, nihil ea ad h. l. Luc. 18, 20. et Rom. 13, 9. faceret, ubi hoc unum quaerebatur, ut nonnulla Mosis praecepta pro exemplis, quibus res illustraretur, commemorarentur, non ut singula vel Mosis ordine servato, vel dignitatis ponderisque eorum ratione habitâ ponerentur. μὴ ἀποστερήσῃς] Haec v., quae in multis Cdd. desunt, genuina esse puto continentque, ut arbitror, aliquod Marci additamentum, ut supra vs. 14. ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἠγανάκτησε [cf. Matth. 19, 14. Luc. 18, 16.]. Demta sunt a librariis, quia Matth. 19, 18. et Luc. 18, 20. non leguntur. Sed *non abnegabis*, quod Verc. et Colb. habet, non equidem pro variâ lectione, sed pro malâ vulgatae scripturae interpretatione μὴ ἀποστερήσῃς numeraverim. Nam ἀποστερεῖν, quod in universum *spoliare*, *privare*, *fraudare* ita declarat, ut sensus pro cujusque loci conditione constituendus sit, nonnunquam est *eo fraudare*, *quod vel mutuo sumta vel commodata te accepisse neges* [vid. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 373.]. Bene autem vidit *Heupelius*, vocabulis μὴ

ἀποστερήσῃς praeceptum septimum, μὴ κλέψῃς, exponi, ne hoc interdictum ad fraudes non minus, quam ad furta pertinere ignoremus. *Wetstenius* Marcum verbis μὴ ἀποστερήσῃς praeceptum Mosis nonum et decimum Exod. 20, 17. Deut. 5, 21. enuntiasse putavit. At quum illa nos alterius fortunis invidere vetent, quotus quisque eorum sententiam verbis *noli fraudare* efferri potuisse sibi persuadeat? *Wetstenii* opinionem ita probavit *Kuinoelius*, ut novum errorem adderet. Nam ἀποστερεῖν idem h. l. valere, quod ἀδικεῖν *injuriâ afficere* idcirco opinatus est, quia LXX. Levit. 19, 13. voc. hebr. עָשַׁק *fraudare*, parum quidem diligenter, verbo ἀδικεῖν converterint et 1 Corinth. 6, 8. verba ἀδικεῖν et ἀποστερεῖν consociata legantur. Verum enim ἀδικεῖν et ἀποστερεῖν multum differunt. Illud late patet et omnia injuriarum genera complectitur; hoc multo minoris ambitus est unamque injuriarum classem, *fraudationem* continet. Unde consequitur, quicunque aliquem fraudent, eosdem recte illum dici ἀδικεῖν, sed si quis aliquem injuriâ afficiat, non eum continuo contendi posse ἀποστερεῖν. — τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα] Haud pauci Cdd. addunt σου post μητέρα, ut est in Decalogo Exod. 20, 12. Deut. 5, 16. et Luc. 18, 20.. Nemo erit, quin et hoc, et quod Matthaeus 19, 19. (ut nunc scriptum est) habet τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα praestabilius judicet eo, quod in Marco vulgatur et, si omnino semel fuerit ponendum σου, longe malit τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα σου, quam τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. Sed vs. 7. — καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα contuitus nihil mutavi. V. 20. διδάσκαλε] Haec vox, quam K. 1. 11. 68. al. praetermittunt, Marci, cui est compellatio διδάσκαλε in deliciis [cf. 4, 38. 9, 17. 38. 10, 17. 35. 12, 14. 19. 32. 13, 1.], usu munitur ac consuetudine. ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου] In his lectiones πάντα ταῦτα [ita solus D.] et ἐφύλαξα [sic A. D. 28.] parum me movent, tum quia Medium offensione vacat [*haec omnia sarta tecta mihi habui a primâ aetate;* vide not. ad Matth. 19, 20.], tum quod et in Matthaeo et Luca oppido pauci libri ἐφύλαξα praebent. Sed post vocc. ἐκ νεότητός μου e

permultis Codd. *τί ἔτι ὑστερῶ;* suscipere nihil dubitavi. Tot enim Cdd. e Matth. 19, 20. corruptos omnes esse fidem excedit. Deinde verba *τί ἔτι ὑστερῶ;* stabiliuntur vocabulis vs. 21. *ἕν σοι ὑστερεῖ·* nullamque vim in contrariam partem habet Luc. 18, 22.. Nam ut is *τί ἔτι ὑστερῶ;* praetermittat, tamen deinceps sic loquitur: *ἔτι ἕν σοι λείπει*, quae verba commode ad superiora v. 21. *ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου* referuntur. V. 21. *ὁ δὲ Ἰησοῦς*] Voc. *Ἰησοῦς* male abest ab A. K. 11. al., quum Jesu nomen h. l. narrationis perspicuitas poscat [cf. vs. 20. et 22.]. *ἠγάπησεν αὐτόν*] In explicando v. *ἀγαπᾶν* alii alio tenderunt. Senserunt enim, non posse verbo *ἀγαπᾶν* vulgarem h. l. significationem *amandi* subjici et quia non ea fuerit juvenis indoles, ut eum amare Jesus potuerit [vid. v. 22.. Victor Ant. ad h. l. *ἄξιον δέ ἐστι ζητῆσαι, πῶς ἠγάπησεν αὐτόν, μὴ μέλλοντα ἐπὶ τὴν ζωὴν ἀκολουθεῖν.*], et quod ipsa v. *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν αὐτῷ* aliam hic, quam *amandi* potestatem verbo *ἀγαπᾶν* subjiciendam esse ostendant. Eorum interpretatio, qui collato v. hebr. רחם *ἠγάπησεν αὐτόν* enarrarunt *misertus est ejus* [cf. *Wolf.* ad h. l.], nos non remoratur. Laedit enim usum loquendi. *Bretschneidero* judice Lex. I, p. 4. *ἀγαπᾶν* h. l. simpliciter *amare* declarat. At docent vocc. *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν αὐτῷ·* simplicem amoris cogitationem non explere sententiam et vocc. *ἠγάπησεν αὐτόν* ad externum potius benevolentiae signum pertinere. Eandem ob rem *Victoris*, *Heupelii* aliorumque explicatio repudianda est *amavit eum* scil. *quatenus bonae indolis erat. Elsnerus* in Comment. p. 174. *ἠγάπησεν αὐτόν* explanavit *contentus erat eo*, ut *ἀγαπᾶν* idem sit, quod *στέργειν*. Sed haec ratio loquendi usui plane adversatur. Nam hoc pacto *de rebus*, non *de personis ἀγαπᾶν* ponitur et aut cum Accusativo [cf. *Heindorf.* ad Plat. Euthyd. p. 417.], aut cum Dativo Objecti [vid. *Bekkeri* Anecd. gr. T. I. pag. 129. *ἀγαπῶ, δοτικῇ. Λυσίας ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ· Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς.*], aut cum Participio [Luc. D. Deor. 22, 4. *ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγα-*

πήσαιμι συνῶν μιᾷ.], aut cum Infinitivo verbi [cf. *Irmischium* ad Herodian. 2, 15, 8.], aut cum Particulis *εἰ* et *ἐὰν* [Xenoph. Cyrop. 8, 2, 4. *καὶ ἀγαπᾶν, ἢν καὶ οὕτως ἱκανοὺς αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ.*] consociatur. *Origenes*, *Henr. Stephanus* de dial. Attic. p. 199. alii *ἀγαπᾶν* idem quod *φιλεῖν basiare*, *suaviari* significare arbitrati, explanaverunt *osculatus eum est* munivitque *Lightfootus* ad h. l. hanc interpretationem magistrorum judaicorum caput discipulorum, si erudite vel respondissent vel disputassent, exosculantium more. Sed nititur haec explanatio solo Eustathii ad Odyss. p. 1935. ed. Rom. testimonio, qui *ἀγαπᾶν osculandi* significatu in usu fuisse monet; scriptorem, qui *ἀγαπᾶν* ita posuerit, equidem ignoro. Recte *Casaubonus*, *Grotius*, *Wetstenius*, *Heumannus*, *Kuinoelius* multique alii converterunt *benigne eum affatus est*, *compellavit.* Quippe *ἀγαπᾶν* non solum ad ipsum amoris sensum, sed etiam ad res, quibus amor significatur i. e. ad verba et corporis gestus transfertur. Huc pertinet Hom. Od. 23, 214. *αὐτὰρ μὴ νῦν μοι τόδε χώεο, μηδὲ νεμέσσα, οὕνεκά σ᾽ οὐ τὸ πρῶτον, ἐπεὶ ἴδον, ὧδ᾽ ἀγάπησα.*, ubi Eustathius *ἀγάπησα* exponit *ἐφιλοφρονησάμην comiter salutavi*, auctor brevium Scholiorum *περιεπτυξάμην amplexata sum* et Ps. 78, 36. LXX. *καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν et amorem ei verbis significarunt*, si lectio vera (nam *Breitingerus* habet *ἠπάτησαν*), non 2 Paralip. 18, 2. *καὶ ἠγάπα αὐτὸν τοῦ συναναβῆναι μετ᾽ αὐτοῦ εἰς Ῥαμμὼθ τῆς Γαλααδίτιδος. et blandis verbis ei persuasit, ut —.* Nam et corruptum esse *ἠγάπα αὐτόν* et recte emendasse *Bielium* Thes. philol. T. I. p. 7. *ἠπάτα induxit eum, ut* — docet vs. 19. *τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαὰβ βασιλέα Ἰσραήλ, καὶ ἀναβήσεται —;* Multo minus a *Kuinoelio* citari debuerat Cant. 1, 4. *εὐθύτης ἠγάπησέ σε probitas te amat* i. e. *homines justi te amant* (scriptor, quem interpres parum intellexit, dixerat מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ h. e. *sincere te amant)* et Alciphr. ep. 3, 26. *ἐφίλει τὴν φιλεργίαν.* Quippe *φιλεῖν de re* positum (*φιλεῖν τι*) notat *aliquid laudare* i. e. *probare. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε*] In ordinem intuli v. *εἰ θέλεις τέλειος εἶναι*,

quae iidem fere libri, qui v. 20. recte servarunt *τί ἔτι ὑστερῶ;* vel ante *ἕν*, qui quidem ordo incommodus est, vel post *ὑστερεῖ* suppeditent. *καὶ δὸς πτωχοῖς*] Lectionis *διάδος* et paullo ante *ἔτι ἕν* incunabula sunt in Lucâ 18, 22.. Articulum *τοῖς πτωχοῖς*, qui in triginta amplius Cdd. deest, ut in Matthaeo 19, 21. et Lucâ 18, 22., sustuli. Talia et cum Articulo [Marc. 14, 5. 7.] et sine eo dici possunt, prouti totam classem pauperum (*die Armen*), vel singulos mendicos (*arme Leute*) mente concipias. *καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν σου*] Conformatio recepta: *καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν*. Jam vocc. *ἄρας τὸν σταυρόν* B. C. D. al. demunt. | G. 1. 13. 69. al. ea ante *δεῦρο* collocant: *καὶ ἄρας τὸν σταυρόν, δεῦρο, ἀκολούθει μοι.* | Armenius: *καὶ ἄρας τὸν σταυρόν, ἀκολούθει μοι.* | Al. *καί, ἄρας τὸν σταυρόν σου, δεῦρο, ἀκολούθει μοι.* | Al. *καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν σου. Millius* Proleg. §. 407. *ἄρας τὸν σταυρόν* pro *vetusto* scholio (nam in nonnullis pervetustis subsidiis *ἄρας τὸν σταυρόν* legitur) vilipendit, quod e Marc. 8, 34. depromtum fuerit. *Griesbachius* C. C. p. 149. suspecta quidem ista v. habet, sed servanda tamen putat in textu. Mihi secus videtur. Nam non sunt illa v. ejusmodi, quae a librariis proficisci potuerint; adjecta potius sunt a Marco ipso dilucidandi sermonis causâ, id quod saepius in hoc scriptore animadverti licet. Hoc consilio vs. 17. adjecit *καὶ γονυπετήσας αὐτόν*, vs. 19. *μὴ ἀποστερήσῃς* et hoc ipso versu *ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτόν.* Sed ut Genitivus Pronominis adjungatur non minus sententia (dici enim debebant *calamitates juveni, tanquam Jesu discipulo, perferendae* h. r.: *sequere me, quum te calamitatibus tibi* [tanquam meo alumno] *exhauriendis submiseris*), quam ob locos consimiles [Marc. 8, 34. Matth. 16, 24. Luc. 9, 23.]. Quonam autem loco v. *ἄρας τὸν σταυρόν σου* inseri debeant, non obscurum est. Non possunt enim inter *καὶ* et *δεῦρο* interjici, tum quia formula: *καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι* et a reliquis Evangelistis Matth. 19, 21. Luc. 18, 22. suscepta, et quae per suam ipsius naturam in unum coaluerit, dissipari prorsus nequit, tum quod

secundariam notionem Participio expressam fas est subsequi, non praecedere. Quae quum ita sint, scribendum est: καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν σου. Ceterum vide not. ad Matth. 19, 21.. Haec igitur est vs. 20. et 21. ratio: *magister, haec omnia sarta tecta mihi habui a pueritiâ meâ. Quidnam restat mihi amplius? Jesus autem in eum intuitus benigne eum compellavit eique dixit: unum tibi faciendum restat. Si ad summum pervenire vis, abi, opibusque divenditis pecuniam da pauperibus et repositum habebis thesaurum in coelo; et hûc reversus sequere me, quum calamitates tibi perferendas in te receperis.* V. 22. Ὁ δὲ στυγνάσας — λυπούμενος] *Grotius* στυγνάσας ad *vultum* potius, quam ad *animum* referendum esse dicit, quia sequatur λυπούμενος: *ille autem, quum ob Jesu vocem frontem contraxisset, tristis abiit.* Quin hoc vult Marcus: *ille autem quum illâ voce* (v. 21.) *in tristitiam conjectus esset, moestus abiit* h. e. in quam tristitiam Jesu oratio juvenem conjecit, eâ etiam, quum abiret, affectus erat. *Kuinoelius* στυγνάσας interpretatur *stupens* (immo *quum obstupuisset), commotus,* quoniam LXX. Ezech. 27, 35. 28, 19. 32, 10. hebr. voc. שָׁמַם verbo στυγνάζειν converterint. Nimirum ibi est "שָׁמַם עַל־בְּ proprie *consternari super aliquem* h. e. *ad alicujus conspectum obstupescere*, quod LXX. qui animi perturbationis indicem esse truculentum vultum reputassent, formulâ στυγνάζειν ἐπί τινα *frontem ad alicujus adspectum contrahere* expresserunt. V. 23. „περιβλεψάμενος] *Gestu aliquid eximium aut dicturi, ut hîc, aut facturi, ut Luc.* 6, 10. [Marc. 3, 5.]." *Grotius.* Sed vocem, quae sequitur, Jesum protulisse περιβλεψάμενον *quum oculos circumtulisset,* de suo adjecit Marcus [cf. Matth. 19, 23. Luc. 18, 24.; vide supra ad vs. 19.]. πῶς δυςκόλως — εἰςελεύσονται.] Verba οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες et hîc et apud Lucam 18, 24., unde Marcus h. l. verbotenus descripsit, offendunt propterea, quia Articulus τὰ χρήματα quam rationem habeat, parum liquet. Puto hoc dici: *qui hujus mundi opes possident.* Contra τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν vs. 24., si integrum videretur, expeditu facile esset: *qui fidunt suis*

opibus. V. 24. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ] *discipuli autem valde mirabantur ejus verba.* Nam ut divitum major vulgo sit, quam egenorum existimatio, ita eos facilius, quam tenuis fortunae homines, regni divini civitatem consecuturos esse putaverant. Si cetera vs. 24. v. nullum vitium concepissent, oratio sic procederet: *Jesus autem iterum respondit iisque dixit: carissimi, quam est difficile, ut qui suis opibus confidant in Messiae regnum recipiantur! Facilius est, ut camelus acus foramen penetret, quam dives in Dei imperium intret.* Sed magnopere vereor, ne vocc. τέκνα, πῶς δύςκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελθεῖν. ut ab interpolatore inserta, expungi debeant. Et primum quidem ad hoc judicium velut manu ducunt Codd., qui in paucis verbis multa novent. Permulti excludunt τοῖς. Multi omittunt τέκνα, alii τεκνία [Joh. 13, 33] exhibent. Utrumque ut alienum additamentum expello. Jam quae restant verba quatuordecim nihil aliud sunt, quam vox v. 23. repetita et variata. Interpolator primum formam orationis mutans ex πῶς δυσκόλως fecit πῶς δύςκολόν ἐστι. Deinde οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, quae loquutio ob sensus asperitatem displicebat, vertit in τοὺς πεποιθότας ἐπὶ [τοῖς] χρήμασιν. Hoc quidem apparet et ex eo, quod B. Copt. ms. τοὺς — χρήμασιν demunt et longe manifestius e Verc. *qui pecunias habent vel confidentes in iis*, ubi commista videmus verba Marci et glossatoris. Postremo quae restant εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελθεῖν ad v. vs. 23. εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελεύσονται, quum pro πῶς δυςκόλως scriptum esset πῶς δύςκολόν ἐστι, conformata sunt. Quod vero summum est, versus 25. in 11 ap. Mill. plane deficit, sed in D. 235. Cant. Verc. Corb. Ver. excipit statim versum 23.. Quid ita? Num quia enuntiatam vs. 23. sententiam in Matthaeo 19, 24. et Lucâ 18, 25. continuo ea sequitur, quae vulgo vs. 25. expressa est? Minime. Nam ita tum haud absurde existimaretur, si versus 24. Jesu disputationi non noceret, quod secus est [vide infra]. Quin causa haec est, quod verba insititia, quae vulgo vs. 24. leguntur et quae continuo sequi-

tur vs. 25., omnino idem efferunt, quod ultima vs. 23. vocabula. Quare interpolatio τέκνα — εἰςελθεῖν vs. 24. fecit, ut ordo perverteretur. Posteaquam vero illa v. in versum 24. erant intrusa, librarii vel grammatici, quum vidissent, *bis idem dici*, e re esse duxerunt, ante ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς interponere πάλιν, quae vox vel ob importunam sedem (nam opus erat hoc ordine: ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς πάλιν vel ἀποκριθεὶς πάλιν λέγει αὐτοῖς) delenda est et operam perdiderit, qui objiciat Matth. 19, 24. πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν. Expunxi πάλιν A. 46. 59. 106. Germ. 2. auctoritate commotus. Deinde verbis τέκνα — εἰςελθεῖν disputationis ordinem turbari contendo. Nam si quis eandem, quae versu 23. expressa erat, sententiam afferre vocc. τέκνα — εἰςελθεῖν concesserit, is haec verba molestissimâ ταυτολογίᾳ Jesu orationem onerare confiteatur necesse est. Sin cum *Wetstenio* ad Marci morem a Matthaeo et Lucâ exposita dilatandi provoces illumque distinctius interpretari Jesum jussisse dicas, quinam divites h. l. vocentur, ii nimirum *qui animos divitum gerant et pecuniis freti se super alios efferant* [τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν], apparet, id sic demum alicui in mentem venire potuisse, si Marcus vs. 25. pro ἢ πλούσιον scripsisset ἢ πεποιθότα ἐπὶ τοῖς χρήμασιν s. ἢ τοιοῦτον ἄνθρωπον h. m.: *difficulter divites regni divini participes fient* (v. 23.). *Valde mirantur discipuli. Tum Jesus dicit: carissimi, qui animos divitum gerant, difficulter regni divini cives evasuros esse affirmo* (vs. 24.); *quin esse hoc omnium longe difficillimum, ut ejusmodi homo in Messiae regnum civis recipiatur* (v. 25.). Nam hoc tantum pacto Jesu disputatio satis foret connexa. At videmus Jesum a τῶν πεποιθότων ἐπὶ τοῖς χρήμασιν commemoratione ad beati, qui simpliciter ita vocetur, mentionem vs. 25. discedere, quâ re orationis nexus perturbatur. Sed ejectis, quae aliena sunt, v. τέκνα — εἰςελθεῖν locus ex male affecto fit praeclarus h. m.: Jesus dicit v. 23.: *quam difficulter divites regni divini fient participes! Discipuli valde mirantur* v. 24. (ἐθαμβοῦντο). *Jesus respondet* (Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει): *facilius camelus fora-*

men acus penetrabit, quam dives in regnum divinum intrabit. Hoc plus erat; nam *summam* esse illius rei difficultatem indicabat [cf. ad Matth. 19, 24.]. Ergo discipuli *plane consternantur* (περισσῶς ἐξεπλήσσοντο vs. 26.). Verum quia praeclara scilicet appendix τέκνα — εἰςελθεῖν a nullo libro tota abest, in eo, ut uncis illa verba cingerem, acquievi.

V. 25. διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος] De his verbis brevi licet praecidere. Nam vel Codd. auctoritas, quorum permagnus numerus aut τῆς utrumque, aut alterutrum omittit, imperiose flagitat, ut ejecto Articulo utroque διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος reducatur, quemadmodum est apud Matth. 19, 24. et Luc. 18, 25.. Lectiones autem διὰ τρυπήματος βελόνης [vid. Luc. 18, 25. var. lect.] et διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς βελόνης nemo admirabitur. διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελθεῖν] Ita *Elsevirii* conformatio habet. Vocem εἰςελθεῖν excludunt D. Cant. Corb. qui vs. 25. post vs. 23. collocant et pro διελθεῖν multi praebent εἰςελθεῖν. Eundem in modum Cdd. variant Matth. 49, 24. Luc. 18, 25.. Pessime dedit *Matthaeius* εἰςελθεῖν. Scilicet διελθεῖν in Matthaeo, Marco et Lucâ ob ea argumenta tenendum est, quae ad Matth. p. 604. exposui. Mire igitur *Griesbachius* C. C. p. 149., qui Matth. 19, 24. receperat εἰςελθεῖν, in Marco *ob Alexandrinorum et Occidentalium consensum (!)* probavit διελθεῖν. Verum illud ad Matthaei l. l. addere debueram, διὰ τρυμαλιᾶς (vel τρυπήματος) ῥαφίδος εἰςελθεῖν dici omnino non posse, quia hoc nihili est. *Penetrat* acus foramen camelus, minime omnium *intrat (!)*. Et qualis obsecro ista structura est διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰςελθεῖν. *David Schulzius* in Matthaeo 19, 24. εἰςελθεῖν his verbis probans: *recte; διέρχεσθαι semel a Mt. adhibitum* 12, 43. (ubi nimirum εἰςελθεῖν non magis dici potuit, quam h. l.); εἰςέρχεσθαι *frequentiss. etiam cum praepos.* διὰ 7, 13. (ubi est εἰςέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης scil. εἰς τὴν ζωήν, cf. v. 14.) *et* ὑπό 8, 8. (qui locus nihil ad rem confert), ut saepe, omnia confudit. Veruntamen non dubito, quin hic locus, uti vulgo legitur, et apud Matthaeum et Marcum et Lucam magis etiam depravatus sit. Vincam equidem,

licet invitus, ingens taedium, quod creant posita in duorum fine membrorum: διελθεῖν — εἰςελθεῖν. Sed quo tandem modo factum est, ut et in Matthaeo et Marco permagna Codd. copia διελθεῖν verteret in εἰςελθεῖν, quod in Lucâ etiam ordini intrusum sit? Duro sit ingenio oportet, qui has Codd. lectiones in tribus locis casui attribuat, et criticam certe parum calleat, qui hâc re non vehementer commoveatur. Ne multa; redintegrandum ter est διελθεῖν, expulso εἰςελθεῖν. Et apud Matthaeum quidem ita: — κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. In Marco ita legendum: — ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Denique etiam in Lucâ priore loco reponendum διελθεῖν, posteriore liturâ inducendum εἰςελθεῖν. Hac emendatione erigi locos, qui alioquin jaceant, apparet. Sed, quod plus est, *patet sic etiam origo et fons tot lectionum.* Nam quum ita ex διελθεῖν *cogitatione sit repetendum* ad postrema εἰςελθεῖν, quid mirum, si librarii alii non cogitatione, sed re adjecerint, alii ex priore διελθεῖν effecerint εἰςελθεῖν, quum posteriori potius membro, quod εἰςελθεῖν efflagitat, essent intenti? V. 26. καὶ τίς δύναται σωθῆναι;] *et quisnam felicitatem, cujus auctor erit Messias, consequi* [cf. ad Matth. p. 377.] *potest* (np. si eâ divites excidunt, qui alioqui nihil non facilius, quam pauperes consequuntur)? Vocula καί h. l est *opponentis.* [vide suprâ p. 123., *Wetstenium*, *Loesnerum* ad h. l. et *Bos.* Exercitt. p. 17. 84.. Adde Soph. Oed. Col. v. 1439. καὶ τίς ἄν σ' ὁρμώμενον ἐς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;] V. 27. Textus receptus: — παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ. Codd. sic discrepant: παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ θεῷ] Al. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ τῷ θεῷ δυνατόν. | Al. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ θεῷ. | Al. παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ θεῷ· | Al. παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν ἀδύνατον, παρὰ δὲ τῷ θεῷ δυνατόν. — πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ] Haec vocc. in aliquot Cdd. desunt ob homoeoteleuton (θεῷ — θεῷ), et qui ea

continent, eorum unus omittit γάρ, alius παρά, duo τῷ, plures ἐστί. Denique unus jactat πάντα γὰρ δυνατά ἐστι τῷ πιστεύοντι παρὰ τῷ θεῷ e Marc. 9, 23.. Quo modo hic locus emendari debeat, ei non obscurum erit, qui nudum ἀδύνατον hic ferri minime posse reputarit et Marcum h. l. ita expressisse Matthaeum 19, 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ θεῷ πάντα δυνατά., ut majorem adhiberet verborum ubertatem, perspexerit. Ac si ab hoc discesseris, omnia lubrica sunt propter Codices. Quare primum dedi τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι. Deinde e multis Cdd. ἀλλ' οὐ παρὰ θεῷ misso Articulo, ac proinde in altero membro e duobus libris item παρὰ θεῷ exhibui. *Hominum judicio*, inquit Jesus in discipulos intuitus, *fieri nequit* (scil. ut divites beatitate, quam Messias parabit, potiantur, v. 25.), *sed Dei judicio non fieri nequit. Omnia enim apud Deum effecta reddi queunt* h. e. ut illa res fieri non posse videatur hominibus, a Deo tamen, cui nihil efficere negatum est, perfici potest [cf. ad Matth. 19, 26.]. V. 28. καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος] Ita in Elsevirianâ conformatione perscriptum est. Multi libri ἤρξατο δὲ ὁ Πέτρος testificantur, haud pauci Ἤρξατο ὁ Πέτρος: unus habet τότε ἤρξατο ὁ Πέτρος e Matth. 19, 27.. Eodem modo vs. 29. variatur, ubi quum vulgetur ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, permulti Cdc. vel καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, vel ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς suppeditant. Apparet, si v. 28. καί sit scribendum, v. 29. δέ esse genuinum; sin v. 28. δέ verum sit, v. 29. καί reponendum esse. Praetuli posterius, quum complures libros, qui v. 28. δέ praebent, v. 29. καί sustentare viderim. Sed alterutrâ particulâ utrobique plane opus. Male igitur *Griesbachius* v. 28. ἤρξατο ὁ Πέτρος praeeunte *Bengelio* et v. 29. ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν edidit, *Millio* Proleg. §. 1481. et *Bengelio* morigeratus [vide supra ad v. 14.]. ἰδού, — ἠκολουθήσαμέν σοι] B. et D. ἠκολουθήκαμεν pro ἠκολουθήσαμεν continent. Vitium vel ortum ex ἀφήκαμεν, vel ex crebrâ confusione Perfecti et Aoristi. Quod autem 51 Ev. 20. Ver. Gat. post ἠκολουθήσαμέν σοι infarciunt τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; supplementum est e Matth. 19, 27. depromtum ac. Ceterum quod Petrus h. l. Apo-

stolos relictis fortunis omnibus Jesum sequutos esse magistrum affirmat, hoc illos id ipsum, quod a divite homine exactum fuerit vs. 21., plane fecisse indicans, simul tecte ex Jesu percontatur, eccui praemio tanta virtus futura sit. Itaque Jesus v. 29. et 30. summa discipulis praemia proponit. Sed idoneus hic locus est ad disputandum, quo jure VV. DD. ita Apostolos in Jesu se disciplinam dedisse, ut quotiescunque vel artificiorum tractandorum necessitas, vel vitae domesticae rationes concessissent, Jesu et institutione et familiaritate uterentur, unâ voce contenderint [vide interpretes ad Matth. 4, 20. 22. et *Winerum* in l.: Biblisches Realwörterb. p. 47. cl. *Theilio* in *Wineri* Exeget. Stud. Fasc. I. p. 69.]. Quae quidem sententia conjecturae, quâ Evangelistarum, ubi Petrum ad Jesu familiaritatem se applicuisse narrant, triplicem rei gestae ordinem edentium tolleretur dissidium [vid. Matth. 4, 20 sq. Marc. 1, 17. cl. Luc. 5, 4 sq. et Joh. 1, 38 sq.], licentiâ, non historiae fide niti videtur. Nam quattuor Evangelistae summo consensu sic de ratione, quae Jesum inter et Apostolos intercesserit, loquuntur, ut hos perpetuos illius et discipulos et comites, quos discendi studium et reverentia magistri in arctâ societate contineret, fuisse putare debeamus. Et primum quidem Apostoli misso opificio suo et fortunis omnibus relictis ad Jesum se contulisse dicuntur Matth. 4, 20. 22. 9, 9. 19, 27. Marc. 1, 18. 20. 2, 14. 10, 28. Luc. 5, 11. 28. 18, 28.. Vel ob haec loca credibile est, ita Apostolos in Jesu familiaritatem ascitos magistri disciplinam amplexos esse, ei ut postponerent omnia, nec nisi summâ necessitate coacti vel ad breve tempus eam desererent. Neque video, cur magnum Jesus portentum hâc mente ediderit, ut quattuor faceret discipulos, qui tum, quum nullis occupationibus distinerentur, sibi docenti auscultarent Luc. 5, 3 sq.. Ita nimirum Apostolorum non alia fuisset conditio, quam plebeculae, quae et ipsa, quotiescunque otium esset, Jesu lateribus adhaereret. Deinde Jesus duodecim discipulos Marco 3, 14. auctore constituit *comites* [ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ], doctores portentorumque effectores eosdemque Johannes 6, 70. 15, 16. 19. studiose de ceterorum hominum

grege [ἐκ τοῦ κόσμου] delectos esse affirmat. Tum Apostoli magistro plebem instituenti nunquam desunt [cf. Matth. 13, 1. cl. v. 9. 23, 1. Marc. 4, 1 sq. al.], semper eum comitantur [cf. Matth. 8, 23. 12, 1. 14, 15. 22. 15, 12. 16, 13. 17, 23. 19, 11. cl. v. 1. 20, 17. 21, 1. 20. 26, 8. 17. et loc. parall.; item Joh. 2, 17. 3, 22. 4, 8. 27. 6, 3. 16. 21. 9, 1. 11, 12. 12, 21. 18, 1. 2.] rebusque omnibus ab eo gerendis intersunt, quamquam non promiscue omnes. Nam Matthaeo, Marco et Lucâ auctoribus non nisi Petrus, Jacobus et Johannes in intimâ Jesu amicitiâ fuere, ut eos solos rebus secreto et sine arbitro linguae minus temperante gerendis testes adhiberet [vid. Matth. 17, 1 sq. Marc. 5, 37. 9, 2. 14, 33. Luc. 8, 51. 9, 28. 22, 8.]. A quibus discrepans quarti Evangelii scriptor tantam Jesu dicit cum uno Johanne familiaritatem fuisse, eâ ut nihil esset conjunctius [cf. Joh. 13, 23 sq. 20, 2. 21, 20.]. Postremo permulta in Evangeliis leguntur, quae Apostolos unam quandam societatem cum magistro constituisse docere videantur. Utuntur dimissâ plebe magistri familiaritate etiam privatim et Capharnaumi cum eo in eadem domo saepe collocantur [cf. Matth. 13, 36. Marc. 4, 10. 34. 7, 17. 9, 28. 33. Luc. 8, 9. 9, 18.]. Invitantur Canae, ut in nuptiis coenent simul cum magistro Joh. 2, 2.. In itinere constituti unam habent, unde et doctori et sibi necessariae res parentur, crumenam [Joh. 4, 8. 12, 6. 13, 29.]. H ud raro instituta, quae *peculiaria* Apostolis fuerint, commemorantur [Matth. 9, 14. 15, 2. Marc. 2, 18. 7, 5. Luc. 5, 33.]. Minime tamen nego, et Jesum et Apostolos interdum opificio suo more apud Judaeos recepto operam dedisse, praesertim quum nonnulli ex iis, ut Petrus [Matth. 8, 14. Marc. 1, 29.], uxores duxissent. Illud affirmo, tum hoc eos cum magistro fecisse *Capharnaumi*, quum non ei esset homines docendi occasio, neque alio eos consilio opificium exercuisse, nisi ut res maxime necessarias et quibus sibi negatis humana natura doleat sibi pararent deposito ditescendi studio [Matth. 17, 24. 27.]. Hâc demum lege jure Petrus dixit: ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. Sed raro Jesum et Apostolos artificio suo operam dedisse crediderim. Nam et vixerunt paucis

contenti et liberalem aliorum hominum hospitalitatem, quae tantopere in Oriente colitur, experti sunt [cf. v. c. Luc. 5, 33. 10, 38. 11, 37. Joh. 4, 45. 12, 2.]. V. 29. et 30. Ventum est ad locum ita impeditum, ut merito eum in difficillimis numeres. Vulgo, h. e. in exemplaribus Elsevirianis, sic comparatus est: — *ἀμὴν λέγω ὑμῖν· οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφούς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ μητέρας καὶ τέκνα καὶ ἀγροὺς μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.* i. e. *affirmo vobis, neminem esse, qui domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut liberos aut agros meâ et doctrinae divinae causâ reliquerit, quin centuplicia nunc hoc tempore, quod ante Messiam agitur, accipiat, nempe domos et fratres et sorores et matres et liberos et agros dum vexetur, et futuro, quo Messias aderit, tempore vitam aeternam.* Et hanc quidem lectionem corruptam esse, vel sententiae perversitate, quam, ut refert *Theophylactus* ad vs. 30. [— *ἆρα οὖν καὶ γυναῖκας ἑκατονταπλασίονας λήψεται; ναί· κἂν ὁ κατάρατος Ἰουλιανὸς ἐκωμῴδει ταῦτα.*], Julianus risit, nullo negotio vincam. Negari enim nequit, ut illic verba habent, Jesum hoc dicere: *hominibus ob doctrinam divinam cararum rerum jacturam passis easdem redditum iri cum foenore* v. c. pro unâ matre plures et sic porro (!!). Quippe vs. 30. *eadem bona*, quae vs. 29. commemorata fuerant, sed *novis adaucta* [attende ad *οἰκίαν* v. 29. et v. 30. *οἰκίας*, ad v. *μητέρα* v. 29. et vs. 30. *μητέρας* et ad arcte consociata vocabula *ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ.*] afferuntur: ergo pro unâ domo plures etc. (!!). Cujus sententiae pravitatem quum recte abominati essent *Theophylactus*, *Erasmus*, *Heumannus* al., ita illam, satis quidem jejune, enarrarunt: *pro uno fratre aut sorore relictâ tot fratres habiturus est et sorores, quot doctrinam divinam profitebuntur. Pro uno patre ac matre tot habebit patres, quot erunt doctores christiani. Pro unâ domo desertâ et*

pro paucis agris relictis tot domos habebit et agros, quot homines christiani possidebunt, qui tecto ac domo eum invitabunt et res maxime necessarias benigne ei suppeditabunt [vide ad Matth. 19, 29.]. Neque jejuna solum, sed etiam falsa est illa interpretatio. Nam quo tempore Jesus sententiam v. 29. et 30. pronuntiavit, Apostoli de futuro Christianorum coetu ne suspicari quidem poterant, ut commoda ab hominibus christianis percipienda tum quidem frustra iis Jesus explicuerit. Deinde corruptelae in lectione vulgatâ haud mediocris Cdd. discrepantia fidem facit. Sed exponatur de singulis. v. 29. οἰκίαν] οἰκίας M. 92. Syr. Copt.. Per se utrumque dici poterat (Lucas 18, 28. οἰκίαν habet, Matthaeus 19, 29. οἰκίας). Sed obstat scripturae οἰκίαν vs. 30. οἰκίας. Ubi si hoc diceretur: *accipiet pro unâ domo plures, pro patre, patres, pro matre, matres,* nugatoria res promitteretur [vide supra]. At non est ita, sed versus 30. non continet nisi repetitionem eorum, quae v. 29. relata sunt. Unde patet, esse duo versus plane secum conciliandos. Tum demtâ orationis formâ hoc dicitur vs. 30.: — *centuplicia accipiet, et quidem hoc tempore r e s e x t e r n a s e a s d e m q u e c a r i s s i m a s, post vitam aeternam.* ἢ πατέρα] D. Cant. Verc. Corb. omittunt, B. 106. Goth. Colb. Brix. post v. ἢ μητέρα rejiciunt *ob homoeoteleuton.* ἢ γυναῖκα] B. D. 1. 66. 209. al. delent. Aut addenda sunt haec v. 30. e Cdd. 218. 220. ante vocc. καὶ τέκνα, aut vs. 29. inducenda. Quum in Matth. 19, 29. et Luc. 18, 29. reperiantur, illud praefero et puto v. 29. praetermissa esse aut *casu* propter homoeoteleuton, aut, quemadmodum *Grotius* censet, consulto, ut adversariorum dicteria evitarentur [vide supra Julianum apud *Theophylactum*]. ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ] D. 1. 118. Cant. ἕνεκεν ἐμοῦ ἢ. Hoc nihili. Male ductum est e superioribus ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφάς etc.. ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου] D. ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕ ν ε κ α τοῦ εὐαγγελίου. Permulti libri: ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕ ν ε κ ε ν τοῦ εὐαγγελίου. Quare post *Millii* Proleg. §. 1100. monitionem receperunt *Matthaeius* et *Griesbachius.* Sed quamquam ingens turba Cdd. habet ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ἕ ν ε κ ε ν τοῦ εὐαγγελίου, tamen quum per se melius absit

loco posteriore ἕνεκεν, tum obstat 8, 35. — ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου. Adde variationem ἕνεκα et ἕνεκεν. — V. 30. ἐὰν μὴ λάβῃ] D. ὃς ἂν μὴ λάβῃ. 28. ὃς μὴ λάβῃ. Hae scripturae non nauci habendae. Sed de vi vocum ἐὰν μή paucis dicendum est, quum eas *Theilius* meus in *Wineri* exeg. Studien Fasc. I. p. 80. minus intellexerit. Voculae ἐὰν μή post membrum negativum apud recentiores scriptores saepe declarant *ut non*, *quin*, *ohne dass* (keiner hat verlassen — ohne dass er bekommt i. e. *quicunque reliquerit — accipit).* Plane gemellus est locus Matth. 26, 42. — εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν ἀπ᾿ ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. Ceterum quo pacto voculae ἐὰν μή *ad sensum* indicare possint *quin*, facile est ad intelligendum, si modo structuram quoque in loco paullo accuratius consideraveris. Nam quod Marcus dixit *nemo est*, *qui reliquit* — *si non accipiat* — id hûc redit: *si quis reliquit — non accipiat* —, *nemo omnino est*, *qui reliquerit* —. h. e. *tam certum est*, *quemvis*, *qui reliquerit* —, *accepturum esse*, *ut*, *si non accipiat*, *nemo quisquam reliquerit* —. i. q. *nemo est*, *qui reliquerit* —, *quin accipiat.* In Matthaei l. l. — οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν ἀπ᾿ ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω proprie hoc dicitur: *si poculum non exhauserim*, *non potest a me removeri.* Id vero tantundem valet, quod: *non potest a me poculum removeri*, *quin id ebibam.* νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ] Omittunt νῦν D. Mt. 12.. Male. Vide Joh. 11, 7. ἔπειτα μετὰ τοῦτο et supra ad 1, 13.. Sed perperam vulgo post νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ interpungitur. Perspicuum est enim, Jesum primo in universum centuplicatam amissarum fortunarum remunerationem hominibus, de quibus agitur, polliceri, deinde, quum illa non possit non aliis rebus νῦν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, aliis ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ fieri, quo modo in hâc terrestri vitâ, quo tum, quum Messias sua sit ornamenta dispensaturus, facta jactura compensetur, accuratius explicare. Quocirca virgulam post ἑκατονταπλασίονα collocavi, quo loco recte in *Theophylacto* probante *Bezâ* posita est. οἰκίας — μετὰ διωγμῶν] D. Cant. Ver. Verc. Corb. hunc locum sic administrant: v. 29. οὐδείς ἐστιν — v. 30. — ἐν τῷ καιρῷ

τούτῳ. ὃ ς δ ὲ ἀ φ ῆ κ ε ν οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ μητέρας καὶ τέκνα καὶ ἀγροὺς μ ε τ ὰ δ ι ω γ μ ο ῦ, ἐ ν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον λ ή μ ψ ε τ α ι (sic). Haec aperta est interpolatio, propterea facta, vel quoniam scribae in repetitione verborum οἰκίας, ἀδελφούς etc. offendissent, vel quia non vidissent, quo jure Jesus suae disciplinae hominibus ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ domos, fratres etc. μετὰ διωγμῶν promittere potuerit et reputassent, in eo plerumque hominum christianorum vexationes cerni, ut iis res carissima quaeque auferatur. Sed haec quoque scriptura demonstrat, *eadem verba* in utroque versu esse redintegranda (cf. ὃς δὲ ἀφῆκεν). Vocabula οἰκίας — — διωγμῶν tantummodo Mt. 12. Colb. demunt, ut de iis exstirpandis consilia agitare non conveniat. καὶ μητέρας] Multi libri καὶ πατέρα καὶ μητέρα (probante *Valckenario* l. l. p. 358.), aliquanto pauciores καὶ πατέρας καὶ μητέρας continent, quod *Bengelio* placuit in Gnomone. Pluralis ob sensum ferri nequit [cf. supra]. Inepte enim *Heumannus* μητέρας *parentes* explanavit. Hâc enim vi πατέρες quidem et *patres* dicitur [vide *Schaeferi* Meletem. p. 45.], sed μητέρες nunquam. Quum hîc etiam repeti debeant v. 29. dicta, e *plurimis* et *paene iisdem* Cdd. de *Valckenarii* consilio καὶ πατέρα καὶ μητέρα reposui. μετὰ διωγμῶν] D. 92. Syr. Aeth. μετὰ διωγμοῦ | μ ε τ ὰ δ ι ω γ μ ό ν. Conjectura *Heinsii* et *Clerici* et Cdd. 25. 60. 72. 86. 114. Mt. c. lectio. Non rectius hanc laudavit *Wetstenius*, quam *Kuinoelius* aliique μετὰ διωγμῶν enarrarunt *p o s t vexationes.* Nam *post* significat μετά cum Accusativo, cum Genitivo nunquam. Immo valent v. μετὰ διωγμῶν *u n t e r Verfolgungen* [vide not. ad 9, 24.], ut recte *Theophylactus* [— καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι μ ε τ ὰ δ ι ω γ μ ῶ ν ταῦτα πάντα κληρονομοῦσιν οἱ ἅγιοι, τουτέστι δ ι ω κ ό μ ε ν ο ι, κ α ὶ ο ὐ κ ε ὐ π α θ ο ῦ ν τ ε ς, ἀ λ λ ὰ θ λ ι β ό μ ε ν ο ι.] *Beza*, *Zegerus*, *Heupelius*, *Wolfius*, *Winerus* gr. p. 217. al.. Jam opinor area perpurgata est atque v. 29. et 30. hoc dicitur: *nemo est*, *qui reliquerit domos*, *aut fratres*, *aut sorores*, *aut patrem*, *aut matrem*, *aut uxorem*, *aut liberos*, *aut agros meâ et doctrinae divinae causâ, quin centuplicia accipiat*, *nunc hâc*, *quae ante Messiam est*,

aetate domos et fratres et sorores et patrem et matrem et uxorem et liberos et agros [i. q. *res externas easdemque carissimas;* cf. supra.], *dum vexetur*, *et futuro*, *quo Messias advenerit*, *tempore vitam aeternam.* Ita nihil vel in sententiâ, vel in verbis inest, quod merito displicere possit. V. 31. Rectissime *Matthaeius* et *Griesbachius* e multis Cdd. *καὶ ἔσχατοι* ediderunt pro *καὶ οἱ ἔσχατοι*, quod h. l. nihili est [cf. not. ad Matth. 19, 30.].

V. 32. *Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ, ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς καὶ ἐθαμβοῦντο ἀκολουθοῦντες καὶ ἐφοβοῦντο. καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν·* 33. *ὅτι, ἰδού, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι· καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι,* 34. *καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.*

V. 32. *Ἦσαν δὲ* — — *εἰς Ἱεροσόλυμα*] Non arctissime v. *ἦσαν ἀναβαίνοντες* (i. q. *ἀνέβαινον*) cohaerent, ut vulgo interpretes putant, sed incidendum virgulâ est cum *Luthero* post vocc. *ἐν τῇ ὁδῷ* h. s.: *sie befanden sich aber auf dem Wege, hinaufreisend nach Jerusalem u. s. w.* [cf. ad Matth. 20, 17.]. Nam quae vs. 17 — 31. leguntur et dicta et facta sunt, quum Jesus in eo esset, ut oppido exiret in viam se commissurus [vid. not. ad v. 17.]; contra quae vs. 32 — 34. perhibentur, *in ipsâ viâ* acta sunt. Admodum igitur concinne haec duo dicta sunt: v. 17. *καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν* —. et v. 32. *ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ·* — *καὶ ἐθαμβοῦντο καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο*] Hoc vulgatur. Mt. x. omittit *καὶ ἐθαμβοῦντο*, plures Cdd. *καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο*. Harum turbarum causa in homoeoteleuto est (*ἐθαμβοῦντο* — *ἐφοβοῦντο*). *Colb. et pavebant qui sequebantur eum* i. e. *καὶ ἐθαμβοῦντο οἱ ἀκολουθοῦντες* praebet, non

autem *Corb.*, qui vertat: *et pavebant sequentes* h. e. *καὶ ἐθαμβοῦντο ἀκολουθοῦντες.* — καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο] B. L. 1. Copt. οἱ δὲ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο | C. καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. In scriptura vulgatâ καὶ ἐθαμβοῦντο καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο illud perversum est, quod ἀκολουθοῦντες non praepositum videmus, sed postpositum: *et pavebant et sequentes timebant.* Immo praecedere debet ἀκολουθοῦντες vel propterea, quia Marcus aperte oppositum voluit verbis: καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς. Quare Corb. vestigia sequutus edidi: καὶ ἐθαμβοῦντο ἀκολουθοῦντες καὶ ἐφοβοῦντο *et pavebant sequentes et metuebant.* Nam οἱ ἀκολουθοῦντες quidem cum Articulo scribi nequit, quum manifesto dicantur Apostoli (cf. αὐτούς in proxime praecedentibus). Hujus rei nonnihil suboluit *Bezae* in adnot. ed. V.. Sed quum interpretes causam, quâ Apostoli praegredientem magistrum sequentes attoniti fuisse et timuisse dicantur, aegre desideravissent, factum est, ut aliam atque aliam vel verbis Marci, vel animo affingerent. *Heumannus* metus rationem verbis καὶ παραλαβὼν πάλιν etc. contineri arbitratus hoc modo explicuit: — *metuerunt; nam* (καί!) *rursus seduxerat Jesus duodecim discipulos iisque dicere coeperat quae ipsi eventura essent.* Haec interpretatio *Rosenmuellero*, *Stolzio* et *Schulzio* in Tzschirneri Anal. T. III. Fasc. I. p. 107. placuit, *Kuinoelio* etiam *arrisit.* Nos quidem truculento vultu accepit. Est enim intolerabilis. Syrus quâ uti solet licentiâ [vide Dissert. in 2 ep. ad Corinth. II. p. 1 sq.] male affecto, ut putabat, loco opitulatur ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܘܐܙܠܝܢ ܒܬܪܗ ܟܕ ܕܚܝܠܝܢ h. e. *et stupebant et eum sequebantur, quia metu perculsi erant.* Plerique interpretes [v. c. *Euthymius*, *Beza*, *Zeger*, *Theilius* l. l.] Apostolos e Marci sententiâ metuisse putant quum propter calamitatem, quam Jesus sibi instare dixerit 8, 31. 9, 31., tum ob vexationes, quas Jesus ipsis ominatus fuerit 10, 30. (— μετὰ διωγμῶν). Verum difficulter dixeris, unde ob has duas causas metu percussos esse Apostolos illi compererint, quum magistri sermonem 9, 31. ne intellexerint

quidem Apostoli, Marcus vero nihil diserte moneat. Mihi potius videtur subitus et cujus ratio reddi nequeat timor Apostolorum animos et membra occupasse. Quis enim nescit, quoddam futurarum rerum augurium nobis inhaerere, quo suâ sponte interdum noster animus imminens malum praesagiat? Quâ re in hunc locum translatâ nihil ei inferimus, quod non insit. Item *Theilius* quod monuit l. l. Marcum fingere Jesum discipulorum agmen praecedere *meditabundum*, sua cogitata scriptori obtrusit, qui tantum dicat, *Jesum praegressum esse*, insequutos discipulos paventes et metuentes. *καὶ παραλαβὼν πάλιν — αὐτῷ συμβαίνειν*] Vocem *πάλιν* quoniam oppido pauci Cdd. demunt, servavimus. Omissa est, quia nova hîc incipit lectio; unde etiam ὁ Ἰησοῦς in nonnullos Cdd. illatum (πάλιν ὁ Ἰησοῦς s. ὁ Ἰησοῦς πάλιν). Referendum est autem *πάλιν* non quidem ad 9, 2., ubi Jesus *tres* discipulos secum in montem duxit, sed ad 9, 35. *καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα καὶ λέγει αὐτοῖς*. Minus quidem accurate hîc loquutus est Marcus, quum l. l. non antecesserit loquutio *παραλαβὼν τοὺς δώδεκα*. Deinde falluntur, qui *ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν* ob l. 8, 31. et 9, 31. pro *ἔλεγεν αὐτοῖς* accipiunt [vide ad Matth. p. 840. supra]. Postremo ut defendi possit *τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν quae ei essent eventura* [cf. ad Matth. p. 859.], multo tamen praestat *τὰ μέλλοντα αὑτῷ συμβαίνειν quae sibi essent eventura*. V. 33. Delevi Articulum *τοῖς* ante v. *γραμματεῦσι* cum *Matthaeio*. Nam omittunt eum multi Cdd., neque habet Matthaeus 20, 18., quem hîc descripsit Marcus. Talia possunt et cum Articulo poni [cf. 11, 27.], et sine eo [vid. *Seidlerum* ad Eurip. El. v. 429. et Marc. 8, 31.], sive cuncti comprehendantur, sive singuli distincte memorentur. De ceteris in consilium adhibe not. ad Matth. 20, 18.. V. 34. *καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ*] Matth. 20, 19. — *εἰς τὸ ἐμπαῖξαι*. Luc. 18, 32. *καὶ ἐμπαιχθήσεται*. Formae non atticae. Vide *Lobeckium* ad Phryn. p. 240 sq.. *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ*] B. C. D. L. Copt. paucique alii *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* suppeditant, quod *Griesbachius* commendavit. Mihi horum subsidiorum auctoritas minor visa est, quam ut ex iis *μετὰ τρεῖς ἡμέρας* recipiatur [vide not. ad 9, 31.].

V. 35. *Καὶ προςπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν, ἵνα, ὃ ἐὰν αἰτήσωμέν σε ποιήσῃς ἡμῖν.* 36. *Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν;* 37. *Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· δὸς ἡμῖν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.* 38. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ οἴδατε, τί αἰτεῖσθε· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;* 39. *Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· δυνάμεθα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· τὸ μὲν ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε·* 40. *τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.* 41. *Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.* 42. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς προςκαλεσάμενος αὐτοὺς λέγει αὐτοῖς· οἴδατε, ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.* 43. *Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔσται ὑμῶν διάκονος·* 44. *Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος.* 45. *Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.*

V. 35. *Valkenarius* l. l. p. 357. huic versui inesse *καινῶς ῥηθέν* observavit. Neque *θέλομεν, ἵνα* — *optamus, ut* — [cf. *Schaefer.* Melet. p. 121.], neque *ποιήσῃς ἡμῖν* (*ποιεῖν τινι* h. l. i. q. einem etwas thun) dicere poterat [Matth. 7, 12. Joh. 15, 21.]. Itaque relinquitur, ut offensus fuerit verbis *προςπορεύονται αὐτῷ.* Verum *προςπορεύεσθαί τινι* et *πρός τινα* in LXX translatione haud raro ita ponitur, ut simpliciter *aliquem adire* i. q. *προςέρχεσθαί τινι* significet [cf. Exod. 24, 14. et Levit. 19, 33. 34., ubi *προςπορεύεσθαι πρός τινα* et *προςέρχεσθαί τινι* uno eodemque sensu componuntur. Praeterea vide supra 10, 1. *καὶ συμπορεύεται* (i. q.

συνέρχεται) ὁ ὄχλος πρὸς αὐτόν.]. Ita etiam h. l. acceperim [*et accesserunt ad eum Jacobus et Johannes*, *Zedebaei filii*, *dicentes* i. q. *et dixerunt*], quoniam Matthaeus 20, 20. προςέρχεσθαι habet. *Schleusnerus* Lex. II. p. 756. *et supplices eum adierunt Jacobus et Johannes* interpretari mavult. Provocat ad Polybium, a quo 4, 3, 13. *προςπορευομένων δ' αὐτῷ τῶν ἠδικημένων, τοὺς μὲν διέσυρε χλευάζων, τῶν δὲ κατανίστατο, τοὺς δὲ ἐξέπληττε λόγων.* sic ponitur προςπορεύεσθαί τινι, ut sit προςέρχεσθαί τινι μεθ' ἱκετηρίας, vernacule Jemanden (mit Bitten) angehn. Similiter idem ille Polybius 10, 4, 2. προςπορεύεσθαι de iis, qui in ambiendo magistratu *populum prensant* collocat, et 10, 4, 1. dicit τούτου προςπορευομένου πρὸς τὴν ἀγορανομίαν i. e. *hoc ad aedilitatem accedente* i. q. *aedilitatem affectante*, *sibi expetente*. Sed absurde *Theophylactus* enarrat: *et seorsum adierunt Jacobus et Johannes Jesum.* Quae quidem explicatio eo fine excogitata est, ut Matthaei 20, 20. et Marci narrationes congruerent. Nam quum Matthaeus l. l. adiisse Jesum Zebedaei uxorem cum Jacobo et Johanne filiis, Marcus venisse Jacobum et Johannem solos perhibuisset, Theophylactus, ut dissidentes inter se conciliaret, priorem venisse matrem ad Jesum, deinde filios idque Marcum verbo προςπορεύονται significasse finxit his verbis: ἄλλος εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι ἡ μήτηρ αὐτῶν προςῆλθε τῷ Χριστῷ· εἰκὸς δέ ἐστιν ἀμφότερα γενέσθαι, καὶ τοὺς ἀποστόλους προβαλέσθαι τὴν μητέρα αὐτῶν, εἶτα καὶ αὐτοὺς προςελθεῖν ἰδίᾳ· διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπισημαίνεται τοῦτο, λέγων *προςπορεύονται* ἀντὶ τοῦ *ἰδίᾳ προςέρχονται*, *τῶν ἄλλων ἀποχωρισθέντες.* Idem, quod *Theophylactus*, consilium sequutus *Grotius* λέγοντες enarravit: *dicentes scil. per matrem.* Praeiverat *Augustinus* de consensu Evangelist. l. II. c. 64.. At enim in re levi, ut saepe, Matthaeus et Marcus discrepant. λέγοντες] D. Cant. Verc. Orig. καὶ λέγουσιν αὐτῷ] B. C. L. Syr. Copt. λέγοντες *αὐτῷ.* At bene monuit *Griesbachius* C. C. p. 150., in variandis hujus generis formulis tantâ esse librarios licentiâ grassatos, ut plurimorum Cdc. sequenda in iis sit auctoritas. Quare nihil no-

vavimus. *ἵνα — ποιήσῃς ἡμῖν*] Quod nonnulli Cdc. omittunt *ἵνα*, vel *ἐρωτήσωμεν* pro *αἰτήσωμεν* continent, haec sane nihili sunt; sed quod permulti libri vel ante *αἰτήσωμεν*, vel post hoc voc. adjiciunt *σε*, id animum advertat necesse est. Mihi quidem *αἰτήσωμέν σε* ita placuit, ut Marco vindicandum esse censuerim: *optamus*, *ut quodcunque a te petierimus nobis facias*. Obiter moneo, *αἰτεῖν τι* [Matth. 21, 22.] et *αἰτεῖσθαί τι* [Matth. 14, 7. 18, 19. Joh. 15, 7. 16, 26. 1 Joh. 5, 14. 15.] pariter dici. Illud valet *rogare aliquid*, um etwas bitten, hoc *sibi aliquid expetere*, sich etwas ausbitten. Quare si quis quod Marc. 6, 24. *τί αἰτήσωμαι;* scripsimus admissi *soloecismi* nos insimulare sustinebit, ab eo semel admonito benigniora nos verba laturos esse confidimus. Non liquebat olim *αἰτεῖσθαι* Medium *Hammondo* ad Matth. 18, 19., cujus errorem ad eundem locum *Elsnerus* castigavit. V. 36. *τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν;*] Hoc vulgatur. C. 1. 69. 91. 118. 209. *τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;* | Verc. Ver Vind. *quid faciam vobis?* h. e. *τί ποιήσω ὑμῖν;* | L. al. *τί θέλετέ με ποιῆσαι ὑμῖν;* | 106. Mt. x. Vulg. Brix. Colb. *τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν;* Vulgata lectio mirum in modum languet et Cdd. discrepantia haud mediocris est. Prae ceteris placere h. l. debet *τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν*. Id enim exacte respondet versui 35. *θέλομεν, ἵνα — ποιήσῃς ἡμῖν*. *Griesbachius* C. C. p. 151. *e lectione ob omissum ἵνα (?) paullo duriore et paene ambiguâ (?!) τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; caeteras omnes exortas esse* dicit. Unde Marco tribuit *τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;* Eadem *Pauli* est sententia. Verum hoc pacto etiam vs. 35. e paucis admodum Cdc. exhibendum esset *θέλομεν ὃ ἐὰν αἰτήσωμέν σε ποιήσῃς ἡμῖν*. Praeterea in aliis hujus generis l. [Marc. 10, 51. 15, 12.] nihil fere scribae moliuntur, nisi quod vel *θέλετε* omittunt, vel de suo *ἵνα* addunt; quod h. l. secus est. Facile autem *τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν;* corrumpi poterat, si quis aut *ποιῆσαι* pro *ποιήσω* temere exarasset, quo facto *ἵνα* necessario delendum et Pronomen addendum erat, aut pro *θέλετε* per incuriam scripsisset *θέλεTE ME* adjectâ simili proxime praegressae syllabâ. Sed ostendunt *Griesbachii* verba, me

operae pretium facturum esse, si paullo uberius de verbi *θέλω* structurâ disputavero. Consociant Graeci *θέλω* et cum Conjunctivo, sive adjecto sive omisso *ἵνα* [v. c. *θέλεις, ἵνα διηγήσωμαι*; — *θέλεις διηγήσωμαι*; cf. Soph. El. v. 80. *θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ, κἀνακούσωμεν γόων;* Plat. Men. 76. C. *Βούλει οὖν σοι κατὰ Γοργίαν ἀποκρίνωμαι* —; Luc. 9, 54. 1 Corinth. 4, 21], et cum Indicativo [vid. ad Matth. 13, 28. 26, 17. *Werfer.* Act. Phil. Mon. I, 2, p. 234., *Creuzer.* ad Plotin. p. 238. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 734.]. Primum igitur quaeritur, Marc. 10, 51. *τί σοι θέλεις ποιήσω;* Matth. 20, 32. *τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν*; Joh. 18, 39. *βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;* et similibus in locis [v. c. Matth. 27, 17. 21. Marc. 15, 9. 12.], ubi verbi forma judicium ambiguum reddit, utrum Indicativus verbi, an Conjunctivus obtineat. Multo hoc, quam illud, probabilius videtur. Nam non valde illa syntaxis, quâ *θέλειν* cum Indicativo componitur, a Graecis celebrata est. Haec igitur regula valebit, ut, ubi alii Cdc. Indicativum, alii Conjunctivum praebeant, Indicativus nonnisi in idoneo Codd. consensu restituendus sit, id quod fecimus Matth. 13, 28. *θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξομεν* (vulgo *συλλέξωμεν*) *αὐτά;* et 26, 17. *ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν* (vulgo *ἑτοιμάσωμέν*) *σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;* praesertim quum librarii saepissime *ο* pro *ω* exararint, perraro *ω* pro *ο*. Deinde illud dirimendum est, unde ille Conjunctivus pendeat, utrumne ab omisso *ἵνα*, quae est *Hemsterhusii* ad Luc. T. I. p. 267. et *Griesbachii* opinio, an sit absolutus. Errare *Hemsterhusium* primum ii loci satis docent, in quibus est Indicativus Futuri [Luc. T. III. p. 265. *ἢ ἐθέλεις καταριθμήσομαι* —;] vel Praesentis [Epigr. adesp. CCXLIX. *Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα*;]. Nam *ἵνα* nonnisi cum Conjunctivo (vel Optativo), nunquam cum Indicativo copulatur [cf. ad Matth. p. 836 sq.] Deinde illud *Hemsterhusii* sententiae obest, quod jam antiquiores scriptores, qui post *θέλω* et similia verba *ἵνα* non usurparunt [cf. *Hermann.* ad Viger. p. 852.] structuram *θέλω ποιήσῃς* frequentarunt [Eurip. Phoen. v. 722. *Matth.* *βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;*]. Restat igitur, ut sit Con-

junctivus *absolutus*. Est autem usus sic expediendus. Ποιήσωμεν τοῦτο; declarat *an hoc faciamus?* (sollen wir das thun?). Praeposito verbo θέλεις exsistet jam *vin' hoc faciamus?* (willst du, sollen wir das thun?). Sed utrumque membrum usu in unum coaluit. Indicativus non differt, nisi eo, quod rem exprimit nunc lenius, nunc confidentius et quod, Indicativus quidem Futuri, simul in futurum tempus eam prorogat. Ποιοῦμεν τοῦτο; [vid. Joh. 11, 47. cl. Luc. As. c. 25. τί ποιοῦμεν, ἔφη τις αὐτῶν, τὴν δραπέτιν; τί δὲ ἄλλο εἶπεν, ἕτερος, ἢ κ. τ. λ.] valet *facimus hoc?* i. q. *an hoc faciamus?*, ut etiam nostrae nationis homines, *was thun wir?* pro *was sollen wir thun?* passim dicunt. Ποιήσομεν τοῦτο; est *faciemus hoc? werden wir das thun?* Praemisso voc. θέλεις haec habebimus: θέλεις τοῦτο ποιοῦμεν; *vis hoc facimus? willst du thun wir das?* et θέλεις τοῦτο ποιήσομεν; *vis hoc faciemus? willst du werden wir das thun?* Sed utrumque membrum rursus conglutinavit usus. Ceterum neutro modo (*vis hoc facimus? — vis hoc faciemus?*) Latini loquuntur. V. 37. Ἡ δόξα τοῦ Ἰησοῦ non *regnum Jesu, Messiae significat*, ut *Kuinoelius* contendit, sed latius patet h. l. ut ubique [Luc. 24, 26.] *Jesu Messiae majestatem* declarans, quae sane hîc ad Messiae imperium referenda est [cf. Matth. 26, 21.]: *permitte, ut alter tibi a dextris, alter tibi a sinistris sedeamus in majestate tuâ* h. e. *quo loco majestate conspicuus eris* i. q. *in tuo splendido imperio*. V. 38. Post v. Ἰησοῦς D. 1. 13. 28. al. adjiciunt ἀποκριθείς. Recte fortassis, quum saepe librarii illam vocem temere obliteraverint [cf. 7, 6. 10, 5. var. lect.]. Certe e Matthaeo 20, 22. v. ἀποκριθείς fluxisse nego, quia ibi est ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς. Sed quum quater in paucis versibus (vs 36. 37. et 39.) εἶπεν αὐτοῖς et εἶπον αὐτῷ nude positum sit [cf. v. 51. 52.], fieri etiam potuit, ut librarii distinguendae orationis causâ ἀποκριθείς adderent. Quare, ut in re ambigui judicii, a novis rebus abstinui. καὶ τὸ βάπτισμα] B. D. L. 1. 13. al. ἢ τὸ βάπτισμα praebent, quod *Griesbachius* C. C. p. 151. a Marco profectum esse putat. Fallitur. Nam primum quidem ratio, quâ uti-

tur, *qui Matthaeum* 20, 22. *ex hoc Marci loco interpolaverint, eos in suis libris* ἢ *invenisse* nihil valet idcirco, quod librarii καί et ἤ saepissime confuderunt [vide supra p. 276.]. Deinde καί satis tuetur repetitio vs. 39. et ipsa sententia. Nam sive sic interpreteris: *potestisne bibere poculum, quod ego bibo aut* (i. q. ut aliis verbis utar) *quo ego lavacro perfundor mergi?* sive ita explices: *potestisne quod ego bibo poculum bibere? an lavacro, quo ego perfundor, mergi?* ἢ perineptum esse videtur. Priori rationi hoc obstat, quod Jesus mala sua *et* cum poculo *et* cum lavacro comparat. Posterior admitti nequit propterea, quod nulla causa erat, cur secundum membrum novâ interrogatione graviter a priore distingueretur. Quippe duabus poculi et lavacri similitudinibus calamitatum, quae perferantur, notio pariter adumbratur. Proinde Marcus hoc dicit: *potestisne* (malorum) *poculum, quod ego exhaurio, bibere et* (calamitatum) *lavacro, quo ego perfundor, mergi?* Vid. not. ad Matth. 20, 22. et quod ad poculi similitudinem attinet *Hartmannum* in *Bengelii* Archiv u. s. w. T. IV. Fasc. I. (1826) p. 12.. V. 39. Vide not. ad Matth. 20, 23.. Voculam μέν, quae *nullo pacto* abesse potest, excludunt B. C*. L.. Damnat eam *David Schulzius*, cantilenam illam suam lectori rursus insusurrans: *esse vocem μέν in Marco rarissimam, sed inveniri eam in Matthaeo* 20, 23.. V. 40. καὶ ἐξ εὐωνύμων μου] ἢ ἐξ εὐωνύμων B. D. L. al. testificantur. „*Quâ de causâ Griesb. non admiserit hoc quoque* ἢ [sc. ut ἤ vs. 38.] *in marg. inter. equidem non perspicio*" *David Schulzius.* Perspexisset vir optimus quum hoc, tum alia multo majora, si minus ei deessent instrumenta naturae et artis. Scilicet viderat *Griesbachius*, ἢ h. l. ferri non posse. Rogarant fratres, ut alter a dextrâ, alter a sinistrâ imperanti Messiae sederet vs. 37., id est, si eos *conjunctos* spectaveris, ut a dextrâ *et* sinistrâ sederent, non ut sederent a dextrâ *vel* ab sinistrâ. Uno igitur eodemque tempore alter dextrum, sinistrum alter locum occupare volebant. Vocem μου post εὐωνύμων plus triginta Cdc. omittunt. Nihilo secius servanda est. Vide v. 37. ἐκ δεξιῶν σου — ἐξ εὐωνύμων σου. Im-

merito induxerunt *μου* post *Millii* admonitionem Prol. §. 1078. *Matthaeius* et *Griesbachius*, qui idem pari jure facere potuissent Matth. 20, 23.. *οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται*] 225. Aeth. *οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι· ἄλλοις ἡτοίμασται*. Cant. Verc. Ver. Corb. — *non est meum dare; aliis paratum est.* Ex obvio vitio nata haec scriptura, non e correctione, quamquam v. *ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται* post vocc. *οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι* mira visa sunt explicatoribus et a paucis intellecta [vide ad Matth. p. 622. et not. ad Marc. 9, 8.]. Quare et antiquitus nonnulli, ut constructionis laqueos expedirent, post *δοῦναι* nimiâ liberalitate addiderunt *vobis* (*ὑμῖν*), et plerique recentius *ἀλλά* enarrarunt *nisi (!)*. Quin mente repetendum est post *ἀλλά* e superioribus *δοθήσεται*, ut recte vidit *Beza*, hoc sensu: *sed a dextrâ mihi et sinistrâ quempiam sedere non est meum concedere, sed concedetur hoc quibus est destinatum.* Post *ἡτοίμασται* nonnulli addunt *ὑπὸ* [unus alterve *παρά*] *τοῦ πατρός* [*μου*] e Matth. 20, 23.. Item vs. 41. *ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν* e Matth. 20, 24. petitum. V. 41. *ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου*] *coeperunt indignari Jacobo et Johanni.* Nam Jesus primum irae impetum sedavit v. 42 sq.. V. 42. *ὁ δὲ Ἰησοῦς προςκαλεσάμενος αὐτούς*] Ita *Elsevirius* et Matthaeus 20, 25. B. C. D. L. Syr. al. *καὶ προςκαλεσάμενος αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς* suppeditant, probante *Schulzio.* At nihil vulgatâ scripturâ verius est, et quia h. l. requiritur *δέ* oppositionis index (*decem discipuli Jacobo et Johanni indignari coeperunt; sed Jesus quum illos convocasset iis dixit)*, et ob initium vs. 41. *καὶ ἀκούσαντες* —. *οἴδατε*] 13. 69. 108. 124. 127. *οὐκ οἴδατε —;* praebent. At haec interrogatio plane non convenit ad verba consequentia vs. 43. *οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν.* *Οὐκ* inde ortum est, quod scribae orationem variarunt: *scitis — scitisne —?* *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν*] *Heumannus*, *Kuinoelius* al. haec v. sic explicant: *οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν.* Verum neque *δοκεῖν* usquam redundat [cf. ad Matth. 3, 9.] et abusi illi sunt loco parallelo Matth. 20, 25.. *Wetstenii* interpretatio: — *qui impotenti dominatione sibi regnare videntur, revera*

autem affectuum suorum servi sunt neque propter Marci verba, neque ob sententiam probari potest. Nam primum quidem oppositio hominum, qui sibi *imperare videantur*, revera *serviant* non indicata est, aliter quam in quibus *Wetstenius* et *Sturzius* Lex. Xenoph. I. p. 752. attulerunt locis, v. c. Liban. Progym. 105. D. *οἱ πρόγονοι δὲ αὐτοῦ δοκοῦντες ἄρχειν ἐδούλευον* —. Deinde non hoc erat decem Apostolis ostendendum, quid vulgo faciant homines, *qui quum sibi imperare videantur, se potius suarum cupiditatum ministros agant*, sed illud enucleandum, quomodo se gerere soleant, *qui principum partes susceperint.* Quocirca ne *Casauboni* quidem [*quibus placet imperare*] et *Grotii* [*qui imperare censentur* i. e. *quos gentes habent et agnoscunt*, *quorum imperio pareant*] ratio nobis probatur, sed interpretamur: *qui sibi imperare videntur* (welche die Geberde der Herrscher annehmen, welche sich zu herrschen dünken) cf. 1 Corinth. 10, 12. Gal. 6, 3.. *οἱ μεγάλοι αὐτῶν*] Si genuinum esset *αὐτῶν*, ad *τῶν ἐθνῶν* pertineret (*viri in populis primarii* i. q. *principes populorum*), non, ut *Rosenmuellerus* putabat, ad *τῶν ἀρχόντων* (immo *τῶν δοκούντων ἄρχειν*) *viri in iis, qui principum partes agunt, insignes* i. q. *primarii principes.* Sed auctoritate Cdd. 1. 67. 71. 73. apud *Wetstenium αὐτῶν* exclusi. Molestissimam enim reddit orationem, neque habet Matthaeus 20, 25., quem Marcus h. l. imitatur, et per se mira dictio est: *οἱ μεγάλοι τῶν ἐθνῶν qui magni sunt in populis* pro *populorum principibus.* Ceterum *κατεξουσιάζειν τινός* valere *imperium in alicujus noxam exercere*, bene monuit *Casaubonus.* Converte: *nostis qui nationibus imperare sibi videantur duro eas imperio continere principesque perniciosam in eas potestatem exercere.* V. 43. et 44. *οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν*] B. C*. D. L. Vulg. *οὐχ οὕτω δέ ἐστιν ἐν ὑμῖν* praebent *e solemni confusione.* *Ἐστίν* h. l. ineptissimum esse quivis, cui intelligens judicium sit, confitebitur. Nam dicit Jesus de eo, quales se *debeant* praebere Apostoli [cf. v. sq.] non quales se vere praebeant: fuerant illi profecto ferociores (v. 41.). Quare *ἔστω* et *ἔσται* potuit scribi, *ἐστίν* non potuit. Nihi-

lominus *David Schulzius*, quâ est inconsiderantiâ, lectioni ἐστίν suum *recte* adspersit, *recepta est apud Matthaeum* 20, 26. addens. Cetera vs. 43. et 44. vocabula in conformatione receptâ sic habent: ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται διάκονος ὑμῶν· καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος. Ea qui perlustratâ Codd. discrepantiâ et Matthaei 20, 26. 27. loco perpenso diligenter consideraverit, improbet necesse est. Nam quum Marcus v. 43 — 45. Matthaeum 20, 26—28. κατὰ πόδα sequutus sit, rem, non modo libros, postulare, ut parallelismus et paene Matthaei verba restituantur, apparet. Laudo igitur, quod *Matthaeius* et *Griesbachius* v. 43. ὑμῶν διάκονος pro διάκονος ὑμῶν et v. 44. ἐὰν pro ἂν ediderunt. Restat, ut v. 43. ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι pro γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν et v. 44. ἐν ὑμῖν pro ὑμῶν et εἶναι pro γενέσθαι e Codd. instauremus. Perperam *Millius* Proleg. §. 413. deleta voluit vocc. ἐν ὑμῖν v. 43. secundo loco, ut ex versus initio male repetita. Hoc enim consilio nervi hujus loci franguntur et pessime perit parallelismus. V. 45. Cf. ad Matth. 20, 28.. Ceterum *Fred. Leb. Liebius* in *Wineri* exeget. Studien p. 74 sq. quae Jesus Marc. 10, 18 — 45. dixerit eum *per ironiam* protulisse contendit. Cujus viri disputatio ingeniosior mihi, quam verior visa est. Nullâ enim voce Marcus illam ironiam adsignificavit, ut recte *Theilius* l. l. p. 78 sq. in subjectâ notâ judicavit. Male *Liebius* in hanc partem v. 21. ἠγάπησεν αὐτόν, v. 30. μετὰ διωγμῶν et versum 32. flectere conatus est; id quod facile assequatur, qui totum locum nullo praejudicio impeditus legat et nostram enarrationem in consilium adhibeat.

V. 46. *Καὶ ἔρχεται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκεῖθεν καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, ἰδού, ὁ υἱὸς Τιμαίου, Βαρτίμαιος, ὁ τυφλός, ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.* 47. *Καὶ ἀκούσας, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν· υἱὲ Δαυΐδ, ἐλέησόν με.* 48. *Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοί, ἵνα σιωπήσῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον*

ἔκραζεν. υἱὲ Δαυΐδ, ἐλέησόν με. 49. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· φωνήσατε αὐτόν· καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλόν, λέγοντες αὐτῷ· θάρσει, ἔγειρε· φωνεῖ σε. 50. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. 51. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτῷ· τί σοι θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ· ῥαββουνί, ἵνα ἀναβλέψω. 52. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ὕπαγε, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ.

V. 46. *Καὶ ἔρχεται εἰς Ἱεριχώ*] Hoc D. 61. Mt. 17. Orig. III, 732. A. et 735. C. *Erasmi ed I.* al. tenent. Vulgatur καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ. Illam scripturam joculari argumento *Millius* Proleg. §. 1279. defendit, ἔρχεται Marci esse inde apparere opinatus, quod Singularem Lucas 18, 35. habeat, *assiduus Marci sectator (!!)* Contra *Griesbachius* C. C. p. 151. ἔρχονται probavit [cf. 3, 20.], scribas deceptos verbis seq. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ dedisse ἔρχεται arbitratus. Nos ob ea ipsa vocc. ἔρχεται tuemur, καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ —. durum et inficetum rati. Neque erat, quod Marcus, si dixerat καὶ ἔρχονται —, diserte adderet καὶ [pro eo D. Cant. Corb. al. male μετά] τῶν μαθητῶν αὐτοῦ —. Etiam Matth. 20, 29. edere debueram: καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ —., quod multi Codd. habent. Nam vereor, ut καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν — ἠκολούθησεν αὐτῷ —. recte conjungatur. *καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ*] Hoc conformatio Elseviriana praebet. Sed D. Goth. Orig. l. l. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκεῖθεν continent. Hanc lectionem quum *Griesbachius* C. C. p. 151 sq. suspexisset, damnavit *Joh. Dan. Schulzius* in *Tzschirneri* Anal. T. II. Fasc. II. p. 113, ad Marci usum provocans 3, 17. — Ἰάκωβον — καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου [Hoc corruptum emendavi αὐτοῦ scribendo. Cf. 1, 16.] 1, 34. 2, 16. 3, 1. 3. 24. 25. 4, 15. 5, 40. 41. 7, 29. 8, 35. 10, 13. 14, 66. 67.. Quibus locis cur nihil efficiatur, dictum est supra p. 27.. Hic quidem illud rem conficit, quod a verbo ἐκπορευομένου

incipit lectio ecclesiastica. ἰδού, ὁ υἱὸς Τιμαίου, Βαρτίμαιος ὁ τυφλός] Optime *Griesbachius* pro υἱὸς Τιμαίου e multis libris exhibuit ὁ υἱὸς Τιμαίου. Sed praestare nobis videbatur ἰδού, ὁ υἱὸς Τιμαίου, quod 13. 69. 124. Colb. Orig. l. l. testificantur. Apte enim ἰδού, quod e locis parallelis Matth. 20, 29. Luc. 18, 35. invehi non potuerat, narrationis alacritatem auget. Si Βαρτίμαιος tantummodo esset nomen patronymicum [ut Matth. 16, 17. Βὰρ Ἰωνᾶ] i. q. ὁ υἱὸς Τιμαίου, quemadmodum plerisque explicatoribus visum est, sane sic distinguenda esset oratio: — καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, ἰδού, ὁ υἱὸς Τιμαίου (Βαρτίμαιος), ὁ τυφλὸς ἐκάθητο κ. τ. λ., ut aramaicum nomen Βαρτίμαιος explicationi suae in parenthesi superadjectum esset, h. m.: — *ecce Timaei filius* (aramaice *Bartimaeus*), *caecus*, *ad viam mendicans sedebat.* Verum vertit Βαρτίμαιος, ut Βαρθολομαῖος Marc. 3, 18. et Βαριησοῦς Act. 13, 6., in Nomen Proprium. Itaque h. l. agitur de homine, qui *Bartimaeus* vocabatur et erat Timaei cujusdam filius. Cur *Hieronymus* de Nom. Hebr. Opp. T. IV. p. 147. Βαρτίμαιος corruptum putaverit legendumque conjecerit *Barsemia* [h. e. ܒܪ ܣܡܝܐ *filius coecus*], equidem ignoro. Non sunt enim variantes lectiones ejusmodi, ut earum auctoritate Βαρτίμαιος in suspicionem adducere liceat. Ceterum quod Marcus mendici nomen posteritati prodidit, hâc re tantam homini apud Christianos famam conciliavit, quantam *Iro* mendico apud Graecos Homerus Odyss. 18, 6 sq.. V. 47. ἀκούσας, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν] scil. ὁ παράγων. *Ubi audierat*, *Jesum Nazarenum praeterire.* Similiter nostrates loquuntur: als er hörte, dass *es* Jesus aus Nazareth wäre. ὁ Ναζωραῖος] Al. ὁ Ναζαραῖος | Al. ὁ Ναζορηνός (sic) Al. ὁ Ναζαρηνός. *David Schulzius* in fidem receptum vult ὁ Ναζαρηνός, quia Marcus latinis formis delectetur cl. 1, 24. 14, 67. 16, 6.. Recte fortasse. Quamquam Marcus h. l. ὁ Ναζωραῖος petere poterat e Lucâ 18, 37., quem ob oculos habebat. Quare, ut in re ambiguâ, animum a novis rebus cohibuimus. ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν] *coepit haec exclamare.* Nam ab hoc

consilio eum depellere conabantur, quamquam frustra, Jesu comites v. 48.. In iis quae in Elsevirianâ conformatione sequuntur ὁ υἱὸς Δαυῒδ, Ἰησοῦ, ἐλέησόν με *fili Davidis* [i. q. *Messia*], *Jesu*, *miserere mei.* quivis praepostero verborum ordine offendatur. Nam *Jesu* nomen verbis *Messiam* declarantibus praeponi, non postponi debebat [cf. Matth. 8, 29. var. lect. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. 18, 38.]. Ac duae patent emendandae stribliginis rationes. Aut enim υἱὲ Δαυῒδ obliterato verbo Ἰησοῦ e Cdd. hâc lege redintegrandum est, ut etiam vulgatum v. 48. υἱὲ Δαυῒδ conservetur, aut Ἰησοῦ, υἱὲ Δαυῒδ *utroque loco* e libris instaurandum. Quippe caecus homo, quod antea minus clarâ voce dixerat, ab Jesu comitibus coercitus altius repetiit [cf. Matth. 20, 30. ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε, υἱὸς Δαυῒδ et v. 31. ἐλ. ἡμᾶς κύριε, υἱὸς Δαυῒδ]. Haec observatio eo valet, ut Lucam 18, 38. Ἰησοῦ, υἱὲ Δαυῒδ, ἐλέησόν με. v. 39. υἱὲ Δαυῒδ, ἐλέησόν με vitio affectum esse pateat. In Marco prius illud consilium probavi, quod cum minore rerum molitione iniri poterat. V. 48. *Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ*] *et increpabant eum multi* np. e Jesu comitibus. Praeclare placet lectio Mt. c. *καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλά et increpabant eum* (np. homines, qui Jesum comitabantur) *multum* [Marc. 3, 12. 5, 10. 23. 6, 34. 9, 26. al.]. V. 49. *εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι*] *jussit eum vocari.* Horum vocabulorum, quae vulgantur, loco Mt. c. offert ἐκέλευσε φωνηθῆναι αὐτόν *ex interpretamento* [cf. Luc. 18, 40.], 38. εἶπεν αὐτὸν φωνῆσαι suppeditat, quod sane usui magis consentaneum est, quam εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι, postremo B. C. L. multique alii praebent — εἶπεν· φωνήσατε αὐτόν. *et quum Jesus constitisset: vocate eum, inquit.* Ita Marcum scriptum reliquisse, docent v. sq. καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν *(et vocarunt caecum)* et φωνεῖ σε *vocat te* i. e. *vocari te jubet.* ἔγειρε] Hoc in locum ἔγειραι substitui secundum ea, quae supra ad 2, 9. disputavi. V. 50. Verba ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ hominis laetitiâ affecti festinationem egregie oculis subjiciunt. Consule similes locos apud *Wetstenium* ad h. l.. Ἀπολαβὼν (pro ἀποβαλὼν) infelix est *Samuelis Battierii* in

Bibl. Bremens. Class. VI. p. 88. conjectura et Aethiopis lectio. Nos *ἀπολαβών* ne intelligimus quidem. *Battierius* sic interpretatur: *ille autem quum pallium suum recepisset (?), cui nimirum more mendicantium insidebat (?).* Hoc nimirum precario sumsit *Battierius*, sedisse hominem caecum in pallio. *ἀναστάς*] B. D. L. Ev. 34. Mt. c. Copt al. *ἀναπηδήσας*. *Griesbachio* C. C. p. 152. judice *ἀναπηδήσας* glossema est eorum, qui caecum virum *exsultavisse* monerent, quippe qui gaudio eum provehente *pallium abjecerit.* Sed quum in antiquis quibusdam subsidiis *ἀναπηδήσας* legatur et huic loco optime conveniat [cf. Luc. Catapl. c. 15. *ἄσμενος ἀποῤῥίψας τὴν σμίλην — ἀναπηδήσας — εἰπόμην*. cf. Act. 3, 8. 14, 10.], haud scio, an Marco rectius, quam glossatoribus tribuatur. V. 51. *Ἔκδοσις* Elseviriana: *καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς*. | K. 114. 116. 220. al. *καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτῷ*, quod ob meliorem ordinem praetuli. | B. D. L. al. *καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν*. Hoc *εἶπεν* ex altero vs. membro repetitum est. *τί σοι θέλεις ποιήσω;*] Hanc scripturam B. C. K. L. 11. 72. multique alii rectissime praebent. Ita enim Lucas 18, 41. dixit, quem hoc versu Marcus potissimum imitatur. Lectio vulgata *τί θέλεις ποιήσω σοι*; consentanea est loco Matth. 20, 32.. *ῥαββουνί*] Bene *Matthaeius* et *Griesbachius ῥαββουνί* ex optimis libris pro *ῥαββονί* ediderunt [cf. Joh. 20, 16.]. Literae *ο* et *ου* in pronuntiando et scribendo saepe permiscentur. Hinc factum, ut per multa saecula *Συρακούσιοι* vocarentur qui fuere *Συρακόσιοι*: eademque causâ Luc. Ver. Hist. II, c. 17. vulgatum *Νομᾶν* *Solanus* mutavit in *Νουμᾶν* cl. Macrob. c. 8. et Pseudolog. c. 7.. Est autem *ῥαββουνί*, hebr. רַבּוּנִי, compositum e רַבּוּן et ex ִי paragogico. Non igitur *mi magister*, sed *magister* declarat [cf. Joh. 20, 16.]. V. 52. Non nihili est *ἀνάβλεψον, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε visum habeto, tua tibi fiducia saluti fuit*, ut Lucas 18, 42. dixit [vide not. ad vs. 52.], sed parum testatum. Conformatio recepta: *καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ et Jesum in itinere sequebatur.* | A. B. C. D. L. 1. 13. 28. 69. 124. et multi alii *καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ*

ὁδῷ. | Syrus: καὶ ἠκολούθει ἐν τῇ ὁδῷ. Hanc scripturam genuinam videri posse, post Millium Prol. §. 1251. monet *Griesbachius* C. C. p. 152 sq.. At Dativo personae opus est. *David Schulzius* vulgatam lectionem illo defendit, de quo ad vs. 46. disputavimus, Marci usu, αὐτῷ Matthaeo 20, 34. et Lucae 18, 43. surreptum esse arguens. Ridiculum mihi videtur, tot libris repugnare ob argumentum *hujusmodi*. Immo αὐτῷ Marci est, τῷ Ἰησοῦ glossatorum. Vide 1, 16. 3, 17. 5, 37. var. lect.. ἠκολούθει] 121. 142. al. ἠκολούθησεν. Haec scriptura ad l. Matth. 20, 34. bene respondet. Verum Marcus Lucam 18, 43. hic expressit. — Quas sibi Marcus in conficiendis commentariis suis leges scripserat, ut a Matthaeo et Lucâ narrata suo arbitrio usus administraret, iis etiam hoc capite se adstrinxit. Quare illud Jesu cum Pharisaeis colloquium 10, 2 sq., quum e Matthaeo 19, 3 sq. hausisset [vid. Marc. 10, 7—9. cl. Matth. 19, 5. 6.], suo tamen modo disposuit ejusque partes ordinavit. Alteram autem quam uni Matthaeo debet, narrationem 10, 35—45. cl. Matth. 20, 20—28. ita tractavit, ut quum paene in singulis verbis cum Matthaeo conspiraret, in hoc tamen ab eo discreparet, quod Zebedaei filios ipsos, non eorum matrem, Jesum supplices adiisse scripsit [Marc. 10, 35. cl. Matth. 20, 20.]. Cetera, quae Marcus hoc capite refert, e Matthaeo et Lucâ simul depromsit [vid. Marc. 10, 13—16. cl. Matth. 19, 13—15. et Luc. 18, 15—17. Marc. 10, 17—31. cl. Matth. 19, 16—30. et Luc. 18, 18—30. Marc. 10, 32—34. cl. Matth. 20, 17—19. et Luc. 18, 31—34. Marc. 10, 46—52. cl. Matth. 20, 29—34. et Luc. 18, 35—43.], ita quidem, ut, ubi illi dissentirent, quod maxime verisimile existimasset, ipse amplecteretur. Sic v. 46. locum actae rei a Matthaeo 20, 29., hominem a Lucâ 18, 35. mutuatus est, hominis nomen aliunde compertum ipse supplevit. Nam etiam in hoc capite Marcus in eo elaboravit, ut ceteros Evangelistas rerum ubertate et narrandi perspicuitate superaret [vide ad vs. 21. et *Saunierum* l. l. p. 116—123.].

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Postquam Jesus Hierosolymis appropinquaverat et ad montem olearum Bethphagen inter et Bethaniam venerat, duos misit discipulos, qui e Bethphage vico pullum asininum adducerent, quo nemo quisquam usus esset antea vs. 1. 2.. *Cui consilio si quis obstitisset, fore dixit, ut statim cederet* d o m i n o o p u s e s s e a s i n o *admonitus* vs. 3.. *Ut ominatus erat Jesus, ita prorsus accidit* vs. 4 — 6. *intravitque vectus asino Hierosolymas, plebe tum aliis rebus tum acclamationibus laetitiam de adveniente Messiâ et de regno, quod jam Judaeis ab eo restituatur, significante* vs. 7 — 10.. *Ibi quum in templum se contulisset et omnia visu digna, ut fere facere solent hospites, perlustravisset, vespertino tempore Bethaniam profectus est cum duodecim discipulis* vs. 11.. *Postero die urbem cum suis repetiit* vs. 12.. *In quâ viâ quum forte urgeretur fame, e longinquo conspicatus ficum, cujus folia quae jam propullulassent spem pomi facerent, accessit ad eam, famem sedaturus; sed nihil repperit in arbore nisi folia. Quippe non erat tempus ficuum legendarum* vs. 13.. *Diris autem arborem devovit, ne ulla posthac poma ferret* vs. 14.. *Quo facto Hierosolymas ire perrexit ibique ex atrio gentilium vendentes et ementes expulit, nummulariorum mensas cum sellis columbas vendentium evertit neque quidquam illic ferri sivit, quod Deo sacratum locum profanaret.* N a m e s s e t e m p l u m a e d e m p r e c i b u s d i c a t a m, n o n s p e l u n c a m l a t r o n u m vs. 15 — 17 . *Moleste Jesu verba tulerunt pontifices et jureconsulti et consilia inierunt, quo eum interficerent. Nam quominus aperte agerent vi adhibitâ, populi, qui Jesu doctrinam admirabatur, metu impediti sunt* vs. 18.. *Vesperi Hierosolymis Bethaniam et postero die mane Bethaniâ Hierosolymas Jesus profectus est* vs. 19. 20.. *Tum diris devotam ficum praetereuntes viderunt radicitus exaruisse. Quam rem Petro admirante Jesus ad discipulos conversus sic disseruit:* f i d u c i a m i n D e o c o l l o c a t e. N a m q u i h o c f e c e r i t, t u m r e s m a x i m e a r d u a s e f f e c t a s r e d d e t, t u m q u a e c u n q u e a D e o p r e c i b u s e x-

petierit consequetur vs. 21—24.. *Ita autem preces ad Deum fundite, ut vos aliorum vitiis ignoscatis, quo facilius vestris peccatis ignoscat Deus* vs. 25. [26.]. *Eodem die pontifices et jureconsulti in templo Jesum interrogarunt, quo jure tum vendentes et ementes e sacro loco expelleret tum cetera faceret* vs. 27. 28.. *Quibus responsum vobis dabo, inquit, si mihi prius dixeritis, utrum Johannis lustratio coelestis, an humanae originis sit* vs. 29. 30.. *Volvere animo illi hanc quaestionem eaque satis expensâ intelligere, se, utrumcunque affirmarint, circumveniri* vs. 31. 32.. *Quare se rem nescire profiteri. Tum Jesus: neque vos igitur, inquit, a me responsum feretis* vs. 33..

V. 1. Καὶ ὅτε ἤγγισεν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ ἦλθεν εἰς
Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν,
ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ 2. καὶ λέγει
αὐτοῖς· ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν,
καὶ εὐθέως εἰςπορευόμενοι εἰς αὐτὴν εὑρήσετε πῶλον
δεδεμένον, ἐφ᾽ ὃν οὐδέπω οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκά-
θικε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε· 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν
εἴπῃ· τί ποιεῖτε; εἴπατε· ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν
ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε. 4. Ἀπῆλ-
θον δὲ καὶ εὗρον πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν
ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, καὶ λύουσιν αὐτόν. 5. Καί
τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς· τί ποιεῖτε
λύοντες τὸν πῶλον; 6. Οἱ δὲ εἶπον καθὼς ἐνετεί-
λατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς. 7. Καὶ
ἄγουσι τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπιβάλλου-
σιν αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ καθίζει ἐπ᾽ αὐτόν.
8. Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὑτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν
ὁδόν· ἄλλοι δὲ στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ
ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. 9. Καὶ οἱ προάγοντες καὶ
οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον λέγοντες· ὡσαννά· εὐλογη-
μένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· 10. εὐλογη-
μένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυῒδ·
ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. 11. Καὶ εἰςῆλθεν εἰς Ἱε-
ροσόλυμα. καὶ εἰς τὸ ἱερόν, καὶ περιβλεψάμενος

πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα.

V. 1. Narrat nunc Marcus vs. 1—10., eâ Jesum pompâ Hierosolymas ingressum esse, quae Messiam decuerit. — Plena sunt autem difficultatum prima vs. 1. vocabula, quorum vulgo haec ratio est: *καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει* —. In his pro *Ἱερουσαλήμ* ex B. D. L. 13. 69. 121. 124. Orig. III, 737. A. al. reponendum esse *Ἱεροσόλυμα*, recte monuit *Dav. Schulzius.* Nam quum haec forma solemnis sit Evangelistis [cf. Marc. 11, 11. 15. 27.], altera, nisi in Lucâ, longe rarissima [vid. Matth. 23, 37.], cur ex idoneis subsidiis id quod dici maxime consuevit, reducere cunctamur? Deinde vulgata lectio: *εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς* — sincera esse vix potest. Cujus ego sententiae rationem reddam librorum dissensu commemorato. *Ἐγγίζουσιν*] D. *ἤγγιζεν* | Syr. Copt. Aeth. al. *ἤγγισεν* | Mt. f. et alia Evangeliaria, ut in lectionis initio facere solent, *ἤγγιζεν ὁ Ἰησοῦς* | M. 69. 124. al. *ἤγγισαν* e *Matth.* 21, 1.. *εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν*] 218. *καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν.* cf. Matth. 21, 1. | Mt. f. *ἤγγιζεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱερ. καὶ ἦλθεν εἰς κ. τ. λ.* | D. It. Vulg. et Orig. III, 737. et 743., Marci orationem cum Matthaeo et Lucâ diserte comparans *εἰς Ἱερ. καὶ εἰς Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος κ. τ. λ..* Sed idem ille Origenes IV, 181. vulgatam scripturam testificatur. Hanc genuinam esse nego. Nemo enim ita loquatur: *quum appropinquarent Hierosolymis, Bethphage et Bethaniae ad montem olearum, als sie in die Nähe von Jerusalem, von Bethphage und Bethanien am Oelberge kamen*, vel: *quum appropinquarent Hierosolymis versus Bethphagen et Bethaniam ad montem olearum, als sie in die Nähe von Jerusalem hin nach Bethphage und Bethanien an den Oelberg kamen.* Nec sensum restitueris scribendo: — *εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ εἰς Βηθανίαν πρὸς κ. τ. ἑ* et *quum Hierosolymis et Bethaniae appropinquarent ad montem olearum,*

als sie sich Jerusalem und Bethanien am Oelberge näherten, quod non minus perversum. Accedit, quod haec scriptura inde orta videtur, quod librarii a *ΒΗΘφαγῆ* ad *ΒΗΘανίαν* delapsi essent [cf. *Griesbach.* C. C. p. 154.]. Restat igitur, ut *καὶ ἦλθεν* suscipiatur. Nam *καὶ ἦλθον* Matthaei 21, 1. est. Quo facto *ἐγγίζουσιν* quum retineri nequeat, locus ita constituendus erit: *καὶ ὅτε ἤγγισεν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ ἦλθεν εἰς Βηθφαγῆ καὶ Βηθανίαν πρὸς —*. *et quum* [Jesus] *appropinquasset Hierosolymis et in viciniam Bethphages et Bethaniae* [ergo in locum, qui Bethphagen inter et Bethaniam jacebat] *ad montem olearum venisset, misit duo discipulos.* Nam quod *ἀποστέλλει*, Praesens historicum, subsequitur, non *ἀπέστειλε*, nihil ad rem [cf. v. c. Marc. 5, 21. 22. 11, 4., *Valckenarium* ad Eur. Hippol. v. 34. p. 167. et *Schaeferum* ad Demosth. II. p. 135.]. Apparet igitur, in lectione *καὶ εἰς Βηθανίαν* partem veri servatam esse. Quaeritur jam, quomodo *Βηθφαγη* sit scribendum. Codices in hunc modum discrepant: *Βηθφαγή*, *Βηθφαγήν*, *Βηθσφαγῆ*, *Βηθσφαγή*, *Βησθφαγή*. Eadem fere ratione et Matth. 21, 1. et Luc. 19, 29. [vid. *Wetsten.*] variatur. Et illud quidem apparet, *εἰς Βηθφαγὴ* esse vitiosum, et tribus in locis vel *Βηθφαγῆ*, vel *Βηθφαγήν* exarandum esse. Nam si hoc nomen non declinatum esse, sed retentum potius, uti erat, integrum existimes, ultima syllaba quia in etymo chaldaico [בֵּית פַּגֵּא] aperte producitur, debet circumflecti *Βηθφαγῆ*. Fieri etiam potest, ut *Βηθφαγήν* scribendum sit, quod in tribus Evangelistis idonei libri testantur. Etenim quid propius a fide abest, quam nomen ex hebraico sermone graece conversum etiam pronuntiatum graece fuisse? Priorem tamen rationem potiorem esse existimavi. Vide infra 14, 32. *Γεθσημανῆ*. Postremo de origine scripturae *Βηθσφαγη* contentio fuit. *Millius* ad h. l. haec habet: „*ex corruptâ pronuntiatione, inquit Grotius. Imo vero potius ex lusu calami.*" Huic repugnans *Matthaeius* mire haec dicit: „*Βηθσφαγη graeci scribae dederunt ad similitudinem σφαγή* [! !]. Res ita se habet. *Φ* et *σφ* continuo ductu in Codd. scribi solent. Semicirculus vero *σ* notans tam tenuis est,

ut et facile negligatur, unde φ pro σφ oritur, et saepe infe-ratur, unde σφ pro φ comparet [cf. 2 Cor. 11, 10. var. lect.]. Item ϑ et σϑ ob summam similitudinem facillime commu-tantur, unde h. l. natum est *Βησϑφαγή*. Nec spernendum est, quod *Grotius* dicit de pronuntiatione. Nam ϑ, quam literam plurimi male proferunt, quum sit aspirata, debet ex-primi non sine sibilo. Itaque in Cdc., qui non describeban-tur, inter dictantem et excipientem facillime ϑφ tum in σϑφ, tum in ϑσφ transiit. Vs. 2. εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν] *in vicum e regione positum.* Dicere debet Marcus ob locorum situm *Bethphagen.* Quippe magis finitima Hiero-solymis erat Bethphage, quam Bethania [cf. ad Matth. 21, 1.]. Hinc lectio εἰς τὴν πόλιν τ. κ. ὑ. absurda est. Neque enim de Hierosolymis sermo esse potest. Non male *Dav. Schul-zius* affert Marc. 14, 13., unde fortasse voc. πόλιν hûc illa-tum. καὶ εὐϑέως — δεδεμένον] Cohaeret εὐϑέως non quidem cum v. εὑρήσετε [*statim — invenietis;* vid. ad Matth. 21, 2.], sed, ut verborum collocatio docet, cum voc. εἰςπορευόμενοι *statim introeuntes vicum, gleich bei dem Hineingehn, in ipso introitu in vicum.* Consulto autem Marcum dicit *Wetste-nius* ambiguum τοῦ πώλου vocabulum posuisse, quippe quod *equuleum* non minus, quam *pullum asininum* declararet, ne Romanorum, quibus asinus vile pecus videretur, aures offen-derentur. Ita etiam Josephum A. J. 5, 7, 6. 15. asinos, qui-bus vecti sunt filii judicum et nepotes Jud. 10, 4. 12, 14., ut res cum romano more congrueret, convertisse in equos. Constare autem, quanto ludibrio Judaei Romanis idcirco fue-rint, quod illos rerum judaicarum parum gnari asinum nu-minis loco pie sancteque colere existimavissent. [Plut. Symp. IV. p. 670. D. Tacit. Hist. 5, 3. — *Jamque haud procul exi-tio totis campis procubuerant, quum grex asinorum agre-stium e pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses conjecturâ herbidi soli largas aquarum venas aperit.* 5, 4. *Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere.* cl. Joseph. c. Ap. II, 7.]; quam opinionem inde natam esse, quod Romani rem Genes. 36, 24. relatam quum fando audivissent cum aliâ confudis-

sent, quam Exod. 17, 6. Num. 20, 11. narratam et ipsam famâ accepissent, manifestum est. Non puto veram esse *Wetstenii* conjecturam, sed Marcum *pullum suum* Lucae 19, 30. debere credo. ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε] Solus Origenes IV, 181. D. 194. A. C. — ἐκάθισε. cf. Luc. 19, 30.. Praeterea Codd. sic discrepant: ἐφ᾽ ὃν οὔπω οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε | ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς οὔπω ἀνθρώπων κεκ. | ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔπω κεκ. | ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς οὐδέπω ἀνθρώπων κεκ. | ἐφ᾽ ὃν οὐδέπω οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε | ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων κεκάθικε e Luc. 19, 30.. *Griesbachius* C. C. p. 154. vulgatae lectionis patrocinium suscepit ob Codd. inter οὔπω, οὐδέπω et πώποτε fluctuationem [haec vero solemnis est; vide Luc. 23, 53. Joh. 7, 39. et 1 Corinth. 8, 2. var. lect.] et propter instabilem sedem vocis οὔπω. At in tot Cdd. lectione nihil latere prorsus est incredibile eoque minus vulgatam scripturam equidem defendam, quo magis librarios duplicatam negationem interdum datâ operâ sustulisse notum est [vide not. ad Marc. 3, 27. pag. 107.], quoque melius et οὔπω οὐδείς, et οὐδέπω οὐδείς ad hujus l. sententiam respondet. Sed quum οὔπω οὐδείς e N. T. proferre nequeam, praetuli οὐδέπω οὐδείς, quod satis confirmat Joh. 19, 41. Luc. 23, 53. 1 Cor. 8, 2.: — *pullum asininum alligatum reperietis*, *cui nunquam omnino* (noch gar nicht) *quisquam hominum insedit.* Non frustra haec Marcus Jesum dicere jussit, sed ut indicaret asellum quaesitum esse idoneum, quo Messias vectus Hierosolymas solemni pompâ intraret. Nam animalia humanis usibus nondum mancipata sacra habebantur [vid. Deut. 21, 3. 1 Sam. 6, 7. cl. *Wetst.* ad h. l.]. λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε] B. C. L. Copt. It. Vulg. Orig. IV. 181. E. λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε | D. a primâ manu λύσαντες αὐτὸν καὶ ἀγάγετε [sic]. Integerrima est scriptura vulgata, quae concinit cum Matth. 21, 2. et Luc. 19, 30.. Id patet e vs. 7. καὶ ἄγουσι τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ubi nemo, opinor, e solis B. L. et Origene IV, 181. E. ineptum καὶ φέρουσι reponere maluerit cum *Griesbachio* C. C. p. 155.. Nihilominus λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε eo tutatus est *Griesbachius* l. l., quod solemne sit

Marco φέρειν *adducere* 1, 32. 7, 32. 8, 22. 9, 17. 19. 20. 15, 22., ἄγειν non item. Nam vs. 7. legendum esse φέρουσι et loci 13, 11. rationem esse diversam, quum ibi notet *ad judicem ducere, in jus rapere.* At enim, ut ab hoc exordiar, in promtu est, lectionem λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε non esse, nisi λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε in partes grammaticas resolutum. Deinde λ ύ σ α τ ε αὐτὸν καὶ φ έ ρ ε τ ε non eo tantum displicet, quia mire variant Tempora, sed vel maxime, quod φέρειν, sive *ferre* sive *afferre* (schaffen, herbeischaffen) vertas, ab h. l. alienissimum est. Nimirum in locis a *Griesbachio* citatis *de hominibus* et plerumque *de aegrotantibus*, qui *afferebantur*, agitur, h. l. *de asino*, qui erat *adducendus*.

V. 3. Exempla Elseviriana: καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε· — 91. 209. 241. καὶ — ε ἴ π ῃ τ ι, εἴπατε· — e Matth. 21, 3. | D. 69. Orig. III. 740. B. καὶ — εἴπῃ· τί λύετε τὸν πῶλον; εἴπατε· —. ex interpretamento; cf. vs. 5. et Luc. 19, 31. | C. 53. 72. al. καὶ εἴπῃ· τί ποιεῖτε; τοῦτο εἴπατε· —. | 1. 11. 91. καὶ — εἴπῃ· τί ποιεῖτε; τ ο ύ τ ῳ εἴπατε· —. | Mt. o. Rehdig. Colb. Vulg. καὶ — εἴπῃ· τί ποιεῖτε; εἴπατε· —. omisso v. τοῦτο. Legendum esse καὶ — εἴπῃ· τί ποιεῖτε; εἴπατε· —. plurimis argumentis cognoscitur. Primum ostendit v. 5. τ ί π ο ι ε ῖ τ ε λύοντες τὸν πῶλον; Deinde arguit Matthaei locus 21, 3., ubi nonnulla subsidia e nostro l. corrupta praebent τί ποιεῖτε; non τί ποιεῖτε τοῦτο; Vicissim in Marco sunt, quae ex Matthaeo depravata εἴπῃ τι exhibeant. Tum varians scriptura in Marco demonstrat. Etenim explicationis ergo librarii dederunt aut τί ποιεῖτε τ ο ῦ τ ο; aut τί λύετε τὸν πῶλον; Potuit etiam τοῦτο oriri e malâ lectione τ ο ύ τ ῳ εἴπατε, cujus loco Sahid. ο ὕ τ ω ς εἴπατε exprimit, quod in Lucâ 19, 31. reperitur. Τούτῳ autem non minus facile addi poterat, quam in Lucâ αὐτῷ, quo cum B. D. L. 27. 130. Mt. m. al. abjecto ibi scribendum: οὕτως ἐρεῖτε· ὅτι —. Adjice, quod ipsa lectio τί ποιεῖτε; τ ο ῦ τ ο ε ἴ π α τ ε· *et si quis vobis dixerit: quid facitis? hoc dicite* —. licet ineptissima eo valet, ut τοῦτο suspectum sit. Denique sensus ratio nostram lectionem valde commendat. Nemo enim non hoc potius dici exspectet: *et*

si quis vobis dixerit: quid agitis? dicite: dominus pullo indiget., quam: *et si quis vobis dixerit: cur hoc facitis? dicite: quia dominus pullo indiget.* Ceterum minime eleganter Marcus scripsit: καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ et duobus verbis interjectis εἴπατε. Rectius Matthaeus 21, 3. et Lucas 19, 31. loquuti sunt. — *Elsevirii* conformatio: καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε. Permulti libri, quos *Matthaeius* et *Griesbachius* sequuti sunt, ἀποστέλλει jactant pro ἀποστελεῖ, cujusmodi formas librarii commiscere solent [vide *F. V. Fritzschii* Quaest. Luc. p. 66.]. C. καὶ εὐθέως αὐτὸν πάλιν ἀποστέλλει ὧδε. | B. D. L. al. καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστέλλει πάλιν ὧδε. | Orig. III. 722. A. — ἀποστελεῖ πάλιν ὧδε. Verissima est *Griesbachii* C. C. p. 155 sq. sententia, πάλιν vel ante vel post ἀποστέλλει ab iis insertum esse, qui καὶ — ὧδε Jesu orationi continuassent: *et statim* [Jesus] *pullum huc rursus mittet.* Quodsi haec interpretatio, quam auctore *Griesbachio* l. l. *Reichardus* et *Stolzius* inierunt, probari posset, non modo πάλιν justam rationem haberet, verum etiam ἀποστέλλει Praesens, quod permulti Cdc. commendant, ferri posset: *und er schickt das Füllen gleich wieder hierher*, ut nos quoque loquimur. Atqui res postulat, ut verba καὶ εὐθέως — ὧδε· ad eventum admonitionis ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει pertineant: *et continuo* (ille obloquutor, quem Marcus voce τὶς indicaverat) *pullum hûc mittet.* Frustra enim Apostoli, quem vox ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει non movisset, hoc argumento exorare studuissent, quod ὁ κύριος paullo post pullum remissurus esset. Contra hoc apte dicebatur, unâ voce ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει Apostolos a pulli domino impetraturos esse, illum ut abduci concedat. Hâc autem lege neque πάλιν, neque ἀποστέλλει tolerari potest. *Davidis Schulzii* observatiunculam: „*πάλιν Marco usitatissimum cave celerius cum Griesbachio abjicias.*" equidem non miror, qui hunc virum in eo tantum laborare sciam, ut singulis N. T. scriptoribus voces ab ipsis maxime frequentatas *quam saepissime*, i. e. et aptis locis et ineptis, tanquam pius *Gersdorfii* alumnus, attribuat et in tantâ temeritate summam Critici sapientiam eum ponere

cognoverim. Fruatur vir optimus suâ sententiâ et felicitate, modo ne eos, qui *Gersdorfii* decreta ad rem veritatemque revocant, inscitiae, levitatis et audaciae, ut facit, insimulet [vide Allgem. LZt. 1828. p. 2—24.]. V. 4. *ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον*] Non equidem offendor h. l. voce *δέ*. Quid est enim *ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον* aliud, quam *ἀπελθόντες δὲ εὗρον* [Luc. 19, 32.] *digressi autem invenerunt* —? Alioquin Marco consulerem e Cdd. vel *καὶ ἀπῆλθον καὶ εὗρον*, vel *καὶ ἀπελθόντες εὗρον* suscipiendo. *τὸν πῶλον*] Articulum in multis bonae notae Codd. omissum exterminavit *Griesbachius* [cf. C. C. p. 158 sq.]. Sed *Matthaeius* „*τὸν post ρὸν*, inquit, *facile neglectum. — Τὸν relationem habet ad vs.* 2.. Erravit *Matthaeius*. Nam ob id ipsum, quod haec v. ad vs. 2. *εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον* referuntur, abesse debet Articulus: *sie gingen aber und fanden ein Füllen angebunden.* Quam ineptum hîc foret *τὸν πῶλον* (das Füllen), quasi pullus vs. 2. accurate descriptus esset, non nominatus tantum. *ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου*] *in plateâ.* Male nonnulli vocem h. l. verterunt *in bivio.* Nam dicit Marcus Apostolos pullum alligatum invenisse ad fores extra domum *in plateâ* Bethphages vici. Formis *ἡ ἄμφοδος*, quam h. l. unus testatur Mt. e., *τὸ ἄμφοδον* et *τὸ ἀμφόδιον* [*parva platea, angiportus* cf. Lucian. T. III. 25.] Graeci pariter usi sunt. [cf. *Wetsten.* ad h. l., et *Koenius* et *Schaeferus* ad Greg. Cor. p. 505. 506.]. V. 5. *τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον;*] *quid agitis eo, quod pullum solvitis?* Vide not. ad 2, 23. p. 69.. V. 6. Vulgo versus 6. haec ratio est: *οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς, καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς.* Origenes IV, 181. E. B. C. L. 115. al. *οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς, καθὼς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.* | D. *οἱ δὲ εἶπον, καθὼς εἰρήκει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.* omisso v. *αὐτοῖς* post *εἶπον* | 124. 209. *οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς, καθὼς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς κ. τ. ἑ.* Principio quaeritur, utrum *ἐνετείλατο* retineri debeat, an *εἶπεν* instaurari. Hujus rei suasor exstitit *Griesbachius* C. C. p. 159., qui ad vitandam *κακοφωνίαν* alios *ἐνετείλατο*, alios *εἰρήκει* in locum v. *εἶπεν* substituisse censebat. Ego sic existimo, si *εἶπεν* verbo *ἐνετείλατο* praeferendum sit,

hoc illius *glossema* putandum esse. [cf. Matth. 15, 4.]. Sed quamquan εἶπεν mediocre a libris praesidium habet, tamen repudio εἶπεν, conservo ἐνετείλατο, quia cetera non congruunt. Primum enim taedii plenissima est repetitio εἶπον — εἶπεν et magis etiam vitiosa, quam vs. 3.. Illic quoniam libri eluendae labis εἴπῃ — εἴπατε facultatem non dederunt, mutare id quod in se non esset laudabile sumus reveriti; hîc ubi per Cdd. puram licet orationem propagare, vitium ultro inferemus? Quum praesertim etiam tertia lectio exstet, εἰρήκει, vocis ἐνετείλατο explicatio manifesta. Quî ergo minus sit εἶπεν? Quam prono autem errore εἶπεν ob antecedens εἶπον immigrare in h. l. potuerit, dicere nolo. Sed h. l. aliud vitium latet reconditum, quod videlicet omnes V. D. praeterierat. Namque permulti Cdc. post ἐνετείλατο vel εἶπεν vel εἰρήκει addunt αὐτοῖς, quum non *Griesbachius*, sed vix tandem *Schulzius* post *Wetstenium* referat, D. simul demere αὐτοῖς prius ante καθώς. Verum quicunque libri αὐτοῖς afferunt ante ὁ Ἰησοῦς, hos vel omnes vel magnam eorum partem auferre idem ante καθώς quovis pignore contendam. Est vero certe legendum: οἱ δὲ εἶπον καθὼς ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς. *illi autem dixerunt, quemadmodum iis Jesus mandaverat. Et missos eos fecerunt.* Id primum res ipsa docet. Ignoti sunt enim ad quos Apostoli dicunt. Quî igitur εἶπον αὐτοῖς conveniat? At posteriore loco vix deficere poterat αὐτοῖς de Apostolis: *loquuti sunt autem, ut iis Jesus mandaverat.* Deinde nostram sententiam totus locus confirmat: vs. 2. καὶ λέγει αὐτοῖς —. vs. 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ (de Apostolis); sed ibidem εἴπατε. vs. 5. ἔλεγον αὐτοῖς. Non aliter Matthaeus 21, 1. λέγων αὐτοῖς — v. 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε· v. 6. καθὼς προςέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Denique eodem modo Lucas: 19, 31. ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ — οὕτως ἐρεῖτε [αὐτῷ] (hoc αὐτῷ a bonis Cdd. recte abesse jam supra ad vs. 3. dictum est.) v. 32. καθὼς εἶπεν αὐτοῖς. v. 33. εἶπον — πρὸς αὐτούς. v. 34. οἱ δὲ εἶπον. V. 7. *Elsevirius*: καὶ ἤγαγον. | C. 1. 13. 28. 69. al. καὶ ἄγουσι | B. L. Orig. IV. 181. E.

καὶ φέρουσι. cf. ad vs. 2.. — *Elsev.* καὶ ἐπέβαλον. | B. C. D. L. 1. 28. al. καὶ ἐπιβάλλουσιν | Al. καὶ ἐπέβαλλον | Al. καὶ ἐπήγαγον. — *Elsev.* καὶ ἐκάθισεν | D. 1. 28. 91. al. καὶ καθίζει. *Griesbachius* [cf. C. C. p. 159.] reposuit tantum ἐπιβάλλουσιν, et librorum consensum et rationem grammaticam flagitare, ut aut ter Praesentia suscipiantur, aut ne semel quidem, nihil reputans. Ego loca parallela Matth. 21, 7. Luc. 19, 35. contuitus Marco vindicandum existimavi καὶ ἄγουσι — ἐπιβάλλουσιν — καθίζει. ἐπ᾽ αὐτῷ] ἐπ᾽ αὐτόν pro ἐπ᾽ αὐτῷ tot praebent Cdc., ut Accusativum in fidem recipere non dubitaverim, cui sententiae etiam lectiones ἐπ᾽ αὐτῶν et ἐπ᾽ αὐτήν momentum adjiciunt. Nempe loquutio καθίζειν ἐπί τι et apud Graecos [cf. *Wetsten.* ad vs. 1.] et in N. T. [Luc. 19, 30. Marc. 11, 2. Joh. 12, 14. Act. 2, 3.] saepe reperitur. V. 8. ἔστρωσαν] D. 1. 91. al. ἐστρώννυον exhibent, quod e versus fine καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν male praeceptum est. Vide Matth. 21, 8.. εἰς τὴν ὁδὸν primo et secundo loco] ἐν τῇ ὁδῷ, quod utrobique permultos testes habet, non dubito, quin e Matth. 21, 8. et Luc. 19, 36. in Marci Codices fluxerit. στοιβάδας] B. D. K. L. al. editt. *Erasmi*, *Aldi*, *Colinaei*, *Bogardi* probante *Matthaeio* ed. min. στιβάδας. | Al. στειβάδας (sic) | Al. στυβάδας (sic). Στοιβάς forma est vitium, tollendum illud tandem cum tot aliis sordibus e N. T., genuina scriptura στιβάς. Nam *Schleusneri* Lex. II. p. 943. consilio, qui στοιβάς a Praet. Med. ἔστοιβα verbi στείβω derivat, vel hoc obest, quod Medium v. στείβω non valet *calcare*, *conculcare*, sed *ire*, *incedere*. Contra multa, quae *Wetstenius* ad h. l. et *Sturzius* Lex. Xenoph. IV, 90 sq. attulerunt, loca, quibus adde Greg. Corinth. ed. *Schaef.* Praef. p. LIII., στιβάς confirmant. Eidem formae robur addit στιβάδιον Deminutivum et verba derivata στιβαδοκοιτεῖν [Polyb. II, 17, 10.] et στιβαδοποιεῖν [Schol. Soph. Philoct. v. 1108.]. Postremo στιβάς ab Aoristo secundo ἔστιβον v. στείβω ducendum esse diserte tradit Eustathius ad Il. V. p. 434.. His victus argumentis nego στοιβάς graecum vocabulum esse putoque librariorum errorem illud procudisse. Nam quum scribae στιβάζειν et στοιβάζειν

saepe commiscuerint [cf. Luc. Catapl. c. 5., ubi Cd. Gorl. στί-βαζε pro στοίβαζε continet], cur iidem minus a στιβάς ad στοιβάς deerraverint? Sed quum duo notet στιβάς *lectum e foliis*, *arundinibus*, *mollibus virgultis foliorum plenis et similibus rebus compositum* et *illas res*, *ex quibus ejusmodi lectus paratur*, *ipsas*, h. l. posterior significatus valet. Referam autem vocabulum ad *mollia virgulta foliis plena* (Reiser); quo pacto κόπτειν explicandum *destringere vi adhibitâ* (abreissen). ἐκ τῶν δένδρων] B. L. Syrus Philoxen. in marg. et Orig. IV, 182. A. 193. B. ἐκ τῶν ἀγρῶν | Copt. ἐκ τῶν δένδρων ἐκ τῶν ἀγρῶν (sic). *Paulus* in Comment. et *Griesbachius* C. C. p. 159 sq. lectionem ἐκ τῶν ἀγρῶν potiorem habuerunt vulgatâ. Qui mihi videntur rem acu tetigisse. Nam ut ἐκ τῶν ἀγρῶν paucos auctores habeat, nonne credibile est, δένδρων e Matth. 21, 8. hûc migrasse, Marcum ipsum, ut pro κλάδους posuit στιβάδας, ita ἀγρῶν collocavisse pro δένδρων? Adde, quod ad δένδρων accommodatius videatur ἀπό [Matthaeus l. l. ἀπὸ τῶν δένδρων], ad ἀγρῶν vero ἐκ [Marcus ἐκ τῶν ἀγρῶν]. Denique scriptura ἐκ τῶν ἀγρῶν tam singularis est, ut librariis non recte tribuatur. Quocirca ego quoque ἐκ τῶν ἀγρῶν antehabui: *alii autem mollia virgulta foliis plena ex agris decerpebant et in viam sternebant*. V. 9. Variantes lectiones nullius sunt ponderis. Omittunt autem alii λέγοντες, alii ὡσαννά et reperiuntur, qui vel ὡσαννὰ τῷ ὑψίστῳ [13. 69.], vel ὡσαννὰ ἐν ὑψίστῳ [28. 50. sic] suppeditent. Illud moneo, quum *David Schulzius* haud raro sit negligentior, tum eum male dixisse, λέγοντες in Matthaeo 21, 9. deficere. Habet enim ille λέγοντες. Converte: *Et qui praecedebant et qui sequebantur exclamaverunt in hunc modum: io triumphe; celebretur qui Domini* [Dei] *auctoritate venit* [i. q. Messias]. Vide ad Matth. 21, 9.. V. 10. Si vocula καί, quam A. 11. 72. al. ante v. εὐλογημένη exhibent, genuina sit, ita distinguendum est: καί, [scil. ἔκραζον λέγοντες] Εὐλογημένη —., ut alii ὡσαννὰ — κυρίου, alii [καὶ] reliqua usque ad ἐν τοῖς ὑψίστοις altâ voce pronuntiaverint. Sed καὶ arcendum esse putavi. Aptius enim hae dissonae exclamationes non aliae aliis,

sed plebi cunctae attribuuntur. *εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυῒδ*] Hoc in conformatione receptâ perscriptum est. Sed rectissime *Griesbachius ἐν ὀνόματι κυρίου* exclusit [cf. C. C. p. 160.]. Nimirum voces *ἐν ὀνόματι κυρίου* multa in suspicionem adducunt. Nam exstinguunt illas plurimi libri, habet eas Syrus Philox. aliâ sede post *ἡ ἐρχομένη* et Gothus praetermittit *κυρίου*. Deinde perversa verborum collocatio damnanda esse v. *ἐν ὀνόματι κυρίου* ostendit. Neque enim *βασιλεία τοῦ* — insertis verbis *ἐν ὀνόματι κυρίου* divelli potuit, et jure vel hunc ordinem postulaveris: *εὐλογημένη ἡ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐρχομένη βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυῒδ*, vel, ut vs. 9., hunc: *εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη ἐν ὀνόματι κυρίου βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαυῒδ*. Postremo v. *ἐν ὀνόματι κυρίου* temere repetita esse e vs. 9. in promtu est. Male enim *David Schulzius* e Matth. 21, 9. Luc. 19, 38. illata esse contendit, quum uterque Evangelista orationem aliter, quam Marcus, conformaverit. Ceterum *Griesbachii* C. C. l. l. argumentum, apte quidem *regem Dei auctoritate venire*, parum commode *regnum Davidis* dici, argutius mihi, quam verius videtur. Nam si *ἐν ὀνόματι κυρίου* venire potest *ὁ βασιλεύς*, quidni etiam *ἡ βασιλεία*, id quod sensu non discrepat? Perperam autem *Bretschneiderus* Lex. I. 163. *τὴν βασιλείαν τοῦ Δαυῒδ Messiam* significare affirmavit, quum ista formula *regnum Davidis* h. e. *splendidum, quod Davides olim habuerat, imperium*, quod nunc venit i. e. Judaeis restituitur, declaret. Est igitur *ἡ ἐρχομένη βασιλεία τοῦ Δαυῒδ* i. q. *Messiae regnum*. Inde enim plebs Messiae regnum advenisse argumentatur, quod Messiam, ejus regni principem, jam adesse existimat. Ceteras in hoc vs. variationes spernere licet. Nam *ἐρχομένη* facile intercidit ob homoeoteleuton [*εὐλογημένη ἡ*], et quae nonnulli Codd. in versus fine diversis locis admetiuntur: *εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.*, scribae subduxerant Lucae 19, 38. cl. 2, 14.. Haec igitur plebs judaica exclamavit: *faustum sit quod jam restituitur imperium patris nostri Davidis. Io triumphe canatur in coelo!* [vide not. ad Matth. 21, 9.]. V. 11.

Ὁ Ἰησοῦς excludendum esse, bene viderunt *Millius* Prol. §. 408., *Bengelius* et *Griesbachius* C. C. p. 161.. Irrepsit enim ex Evangeliariis. Hoc inde intelligitur, quod B. D. L. al. omittunt, alii [*Theophylactus*, editt. *Erasmi*, *Aldi*, *Colinaei*] autem ὁ κύριος sufficiunt. καὶ εἰς τὸ ἱερὸν] καὶ in sat multis Codd. deest. Frustra. Necessaria enim illa vox. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας] *quum jam serum esset diei.* Ὥρα h. l. est die Tageszeit. Τῆς ἡμέρας, quod 13. 28. 69. 124. loco τῆς ὥρας suppeditant, nemo suspiciat. Saepe autem ἡμέρα et ὥρα in N. T. a librariis commiscentur ob sensus similitudinem, v. c. Matth. 18, 1.. ἐξῆλθεν] Codd. 40. et 72. in orâ: ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις· ἀναξίων ὄντων τῶν Ἰουδαίων. Haec inutilis est *interpretis* observatio.

V. 12. *Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας ἐπείνασε.* 13. *Καὶ ἰδὼν συκῆν ἀπὸ μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα ἦλθεν, εἰ ἄρα τι εὑρήσει ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ᾿ αὐτὴν οὐδὲν εὗρεν, εἰ μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.* 14. *Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῇ· μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐκ σοῦ μηδεὶς καρπὸν φάγῃ· καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.* 15. *Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ εἰςελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε·* 16. *καὶ οὐκ ἤφιεν, ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ.* 17. *Καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς· γέγραπται· ὅτι ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.* 18. *Καὶ ἤκουσαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, καὶ ἐζήτουν, πῶς αὐτὸν ἀπολέσωσιν· ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτόν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.* 19. *Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο ἐξεπορεύοντο ἔξω τῆς πόλεως.* 20. *Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν.* 21. *Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ· ῥαββί, ἴδε, ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται.* 22.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· ἔχετε πίστιν θεοῦ. 23. *Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ, ὅτι ὃ ἂν εἴπῃ γίνεται, ἔσται αὐτῷ.* 24. *Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτῆσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν.* 25. *Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε, εἴ τι ἔχετε κατά τινος, ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν.* [26. *Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.*]

V. 12. *ἐξελθόντων αὐτῶν*] *αὐτῶν* i. e. *τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν δώδεκα* v. 11. D.. pro *ἐξελθόντων αὐτῶν* offert *ἐξελθόντα* [sic]: Syr. Ver. Corb. Colb. Germ. 2. *ἐξελθόντος αὐτοῦ* i. e. *τοῦ Ἰησοῦ*: 13. 69. Mt. E. *ἐξελθόντων* h. e. *quum Bethaniâ exiissent* scil., ut cohaerentia docet, *Jesus et Apostoli.* Haec lectio exquisita est, sed parum testata [Luc. 12, 36. vide *Schaeferum* ad Bosii ellips. p. 50 sq. et *Matthiae* ausführl. gr. Gr. p. 1110.]. *ἐπείνασε*] Forma est deterior [cf. Matth. 21, 18.]. Atticus dixisset *ἐπείνησε* [vide *Lobeck.* ad Phryn. p. 204.]. V. 13. *ἰδὼν συκῆν*] 11. 40. 114. al. *ἰδὼν συκῆν μίαν.* Est Matthaei 21, 19. *μίαν*, ubi pauci Codd. excludunt. *μακρόθεν*] Dedit *ἀπὸ μακρόθεν Griesbachius.* Probo, quum magna vis Codd. et Marci usus satis superque id stabiliant [cf. 14, 54. 15, 40. et not. ad 5, 6.]. *φύλλα* priore loco] 33 Ev. 34. adjiciunt *μόνον.* Idem 61. 69. post *φύλλα* posteriore loco addunt. Priore loco ineptum est, posteriore bene habet probaremque, si in pluribus Codd. compareret. Nunc vereor, ne utrobique e Matth. 21, 19. ductum sit. *ἦλθεν*] 13. 69. 124. 225. Syr. *ἦλθεν ἐπ'* (sive *εἰς*) *αὐτήν.* Male. Cf. vocc. seq. *καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτήν*, et Matth. 21, 19.. *ἦλθεν, εἰ ἄρα εὑρήσει τι*] *venit, si quid in ficu reperturus esset* [i. q. venit, *ut videret*, sive *experiretur*, numquid in arbore inventurus esset]. Hoc modo et Graeci et Latini loqui consueverunt [vide *Bosii* ellips. ed. *Schaef.* p. 652 sq.]. Nihil

est igitur lectio D. *ἦλθεν ἰδεῖν, ἐάν τί ἐστιν* [sic] *ἐν αὐτῇ*, nisi glossema. Ceterum pro *εὑρήσει τι* ex A. B. C. K. L. 1. 114. 118. al. revocavi *τι εὑρήσει*. *ἐλθὼν ἐπ' αὐτήν*] h. e. *quum ad ficum accessisset*. Aristoph. Ran. v. 291. *φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω*. Achill. Tat. IV. c. 9. *ἀναπηδήσαντες οὖν ἐθέομεν ἐπ' αὐτὴν καὶ ὁρῶμεν ἐπὶ τῆς γῆς κειμένην*. *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων*] Bilem commoverunt haec v. interpretibus et Criticis, indignum Jesu ratis, ficos eum quaesivisse in arbore quo tempore nullas ibi exspectare potuisset. Rectissime autem *Griesbachius* C. C. p. 161. interpretis hoc loco, non Critici partes esse affirmavit. Sunt enim variantes lectiones [B L. Syr. *ὁ γὰρ καιρὸς οὐκ ἦν*. Origenes: *οὐ γὰρ ἦν ὁ καιρός*. 1. 91. *οὔπω γὰρ ἦν καιρὸς σύκων*.] ita comparatae, ut vulgatam scripturam *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων* confirment. Non igitur, ut conjectandi libidini indulgeas, hic locus permittit. Neque dubium est, quin conjecturae, quas VV. DD. protulerunt, vel parum aptae sint, vel audacissimae. Illuc *Dan. Heinsii*, *Knachtbulli* et *Gatakeri* ad Antonin. IX, 10. hariolatio *οὗ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων* (i. e. *ubi enim erat* h. e. in regione hierosolymitanâ *tempus erat ficuum legendarum!!)*, hûc *Toupii* suspicio pertinet. Is Emend. in Suid. T. I. p. 330 sq. verba *οὐ γαρ ἦν καιρὸς σύκων* glossema dixit eorum, qui monerent, propterea Jesum nihil in ficu invenisse, quod alieno tempore ad eam venisset. Constare autem *ad fici arborem παρὰ τὸν καιρὸν accedere παροιμιακῶς* de homine dici tempus locumque nescientc. Marc. Anton. XI, 33. *σῦκον χειμῶνος ζητεῖν μαινομένου*. Quare genuina esse vocc. *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων* quum facile appareat, quomodo explicanda sint, ratio reddenda est. Parenthesi inclusa et sic distincta: *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων; nonne enim tempus erat ficuum?* voluit *Majus* Obs. S. P. I. p. 7.. Quo consilio nihil vidi infelicius. *Hammondus*, *Clericus* al. sic explicuerunt: *non enim annus ficuum ferax erat*. Verum neque *καιρός annum* significat, neque, si denotaret, quisquam graece dixerit *καιρὸς σύκων* (ein Feigenjahr) *annum ficuum feracem* declaraturus. *Abreschius* Lect. Aristaenet. p. 16. et *Trillerus* ad Thom. Mag.

p. 460. ita enarrarunt: *neque enim locus* [!!] *ficuum ferax erat.*, rationemque his verbis afferri putaverunt, cur Jesus ad ficum e longinquo visam accessisset. At enim inauditum significatum τοῦ καιροῦ vocabulo subjecerunt neque verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων alio, quam ad v. proxime praecedentia καὶ ἐλθὼν ἐπ᾽ αὐτὴν οὐδὲν εὗρεν, εἰ μὴ φύλλα pertinere posse reputaverunt, ne alia commemorem. *Lamb. Bosius* Exercit. p. 18. hoc modo interpretatus est: *et — nihil repperit praeter folia: nam tempus ficuum non erat* scil. *quia jam praeterierat.* Non vero praeterierat sub paschatis ferias, quo tempore Jesus ficum expetivit, sed fici praecoces [הַבִּכּוּרִים Jes. 28, 4.], de quibus h. l. agitur, mense Junio, aestivae mense Augusto maturuerunt [cf. *Wineri* Realwörterb. p. 218 sq.]. Praeterea hoc si Marcus dicere voluerat, magis perspicue loqui debuerat: ὁ γὰρ καιρὸς τῶν σύκων ἤδη παρῆλθεν. *Kuinoelius* v. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων ad vocc. remotiora καὶ ἰδὼν συκῆν ἀπὸ μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα ἦλθεν cum *Wetstenio* rettulit eaque sic explanavit: *ad ficum e longinquo conspectam, quae folia haberet, accessit —: nondum enim erat tempus ficuum.* Sed neque valet οὐ *nondum*, et debent verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων cum proxime antecedentibus καὶ — οὐδὲν εὗρεν, εἰ μὴ φύλλα copulari. Quum Marcus magnam vim ei rei tribuerit, quod illa ficus *folia* habuerit atque Jesus ad eam *e longinquo visam* accesserit (ἰδὼν συκῆν ἀπὸ μακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν), hic versus mihi sic exponendus esse videtur. Jesus sub paschatis festum, quo tempore arbores neque maturas ficos et multo minus *folia* haberent [Plin. Hist. N. 16, 49. — *eidemque* (fico) *serius folium nascitur, quam pomum.*] e longinquo conspicatus ficum *foliis vestitam*, accedit, etsi non sit καιρὸς σύκων, fieri tamen posse, ut, quemadmodum in aliis arboribus evenire solet, arbor ante tempus foliis ornata etiam *praecoces* ficos ferat, existimans. Sed hâc spe frustratus est. Etenim *nullas* ficus repperit. Cujus rei causam addens Marcus οὐ γὰρ ἦν, inquit, καιρὸς σύκων (denn es war nicht Feigenzeit). Hâc interpretatione omnes, nisi fallor, difficultates tolluntur. Apparet, cur Jesus

in loco ficorum plenissimo [vide *Lightfoot.* ad Matth. 21, 19.] *ficum* adierit *e longinquo visam*: intelligitur ratio, quâ ductus Marcus adjecerit ἔχουσαν φύλλα: patet postremo vis ac potestas verborum οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. Quamquam non elegantissime Marcus v. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων adjecit. Scilicet quamvis non esset tempus ficuum, tamen ex eo, quod jam folia propullulassent, sequi videbatur, ficus *illius arboris* jam tum ad maturitatem pervenisse. Ceterum Marcum h. l. suam quandam viam iniisse, non est quod moneam. Aliter Matthaeus 21, 19. rem exposuit. V. 14. V. ὁ Ἰησοῦς post vocem ἀποκριθείς permultorum Codd. auctoritate jure delevit *Griesbachius*. μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα οὐδεὶς καρπὸν φάγοι] In hâc *Elsevirii* lectione plura male comparata sunt. Et illud quidem quivis facile intelligat, recte *Matthaeium* et *Griesbachium* pro οὐδείς reposuisse μηδείς, quod boni libri continent et constructio grammatica postulat. Deinde pro ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα meliorem ordinem εἰς τὸν αἰῶνα ἐκ σοῦ, quem B. C. D. L. 1. al. offerunt, exhibuimus. Postremo quaeritur, utrum φάγοι, an φάγῃ ex D. 1. 13. 69. 91. 127. 125. 239. al. Marco tribuendum sit. *Μηκέτι* — μηδεὶς — φ ά γ ο ι est *optantis* [vid. *Hermann.* ad Viger. p. 809.], μηκέτι — μηδεὶς — φ ά γ ῃ *interdicentis.* Verum esse μηκέτι — μηδεὶς — φάγῃ sententia, quâ opus est, demonstrat. Nam Jesus exsecratur ficum et interdicit, *ne quisquam amplius in perpetuum ex te fructu vescatur.* Quam ineptum esset μηκέτι — μηδεὶς — φάγοι *utinamne quis in sempiternum ex te fructum edat* (O wenn doch Niemand mehr in Ewigkeit von dir Früchte ässe!)! Quodsi quis de hâc re dubitare pergat, conferat Matth. 21, 19.. Male autem VV. DD. [cf. v. c. *Wetsten.* ad h. l.] in eo haeserunt, quod Jesus sine ratione innocentem ficum aridam reddidisse videretur mirisque argutiis usi sunt, ut aliquod hujus rei consilium fuisse ostenderent. Nimirum Apostoli, Evangelistae et omnes primi temporis Christiani, quâ erant ingeniorum simplicitate, quid quantumque Jesus portentose fecisse diceretur curarunt tantummodo, non quod Jesu in edendo miraculo consilium fuerit subtiliter et argute quaesiverunt. Hanc sententiam

quum satis perspicue ad Matth. 21, 20. laudatis etiam, quae id ipsum clare dicerent, *Euthymii* verbis professus essem, non illam tamen vel intellexisse, vel perpendisse videtur *Grambergius* in librorum theologicorum indicibus pone *Zimmermanni* Ephemerides ecclesiast. 1826. N. 23.. *καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ*] Haec v. Marcus adjecit, ut narratio apte concluderetur. Alioquin enim Petrus v. 21. non recte dixisset: *ῥαββί, ἴδε, ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται.* V. 15. *ἔρχονται*] L. Ev. 9. 10. 12. 18. 19. 36. Mt. f. al. *ἔρχονται πάλιν*, quod quum sensus non minus h. l. [cf. v. 11.], quam vs. 27. requirat, recepi. Sed si accedere non deberet *πάλιν*, potius ob vs. 11. additum, quam e vs. 27. invectum arbitrarer. *εἰςελθὼν ὁ Ἰησοῦς*] Meritissimo *Griesbachius* delevit *ὁ Ἰησοῦς*, quod multi Codd. et Vers. omittunt. *ἤρξατο ἐκβάλλειν*] *ejicere coepit.* Vide ad Matth. p. 540. supra. *τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ*] *vendentes et ementes in templo.* A. C. K. L. M. al. *καὶ τοὺς ἀγοράζοντας* continent, quod displicet [cf. supra p. 338.]. Matthaeus 21, 12. *πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας* sine varietate. Post *τῶν κολλυβιστῶν* 13. 69. addunt *ἐξέχεεν* [*ἐξέχεε*], Origenes IV, 180. *ἀνέστρεψε*, omisso postea v. *κατέστρεψε.* Sunt glossemata e Joh. 2, 15. depromta. Sed vellem sane *κατέστρεψε* verbis *τῶν κολλυβιστῶν* postponere per libros liceret, quum hunc vocabulorum ordinem in Matthaeo 21, 12. omnes libri tueantur et perquam molesta haec sit oratio: *καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς* —. De ceteris vide not. ad Matth. 21, 12.. V. 16. *Valckenarius* l. c. p. 357. in hoc versu repperit *καινῶς* a Marco *ῥηθέν.* Dixit haud dubie *οὐκ ἤφιεν* [vide not. ad 1, 34. et *Hemsterhusium* ad Thom. Mag. s. v. *ἠφίει*], *ἵνα τις διενέγκῃ* —, quod redolet constructionem latinam: *neque permisit, ut* —. *Templum* Marcus intelligi voluit atrium gentilium, ubi ad rem divinam necessaria venibant [vid. not. ad Matth. 21, 12.] et *vasa* non quidem ea, quibus ad sacra facienda opus erat, sed *profana* v. c. baculum, crumenam, simil., quibus rebus, si in gentilium vestibulum inferrentur, etiam rabbinici doctores templum

pollui docuerunt [Jevamoth f. 6. 2. *Quaenam est reverentia templi? Ne quis eat in montem domus* (i. q. atrium gentilium) *cum baculo suo, crumenâ suâ et pulvere in pedibus suis: ne faciat per illud viam compendiariam.*]. Male *Wetstenius*, ut hunc l. illustraret, citavit Joseph. contra Apionem II, 7. *Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita altare, mensa, thuribulum, candelabrum* —. Nam dicit ibi Josephus *de templi adyto*, i. e. de eo loco, quem sanctum vocare solent. V. 17. *καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς*] B. L. 6. 69. Orig. IV, 180. E. *καὶ ἐδίδασκε καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς*, [non, ut *David Schulzius* ait, *καὶ ἐδίδασκε καὶ ἔλεγεν· οὐ* —; vide *Millium*, *Wetstenium*, *Birchium* et *Matthaeium* ad h. l.], quod non est, nisi *καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς* in partes grammaticas diductum, ut supra vs. 2. *λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε.* Supplendum autem esse *αὐτούς* ad *ἐδίδασκε* e sequente *αὐτοῖς et instituit eos dicens iis*, quivis ultro intelligat. *οὐ γέγραπται· ὅτι — πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν;*] Haec in receptâ conformatione perscripta sunt. Codices ita dissentiunt: D. 1. 28. Copt. Cant. Ver. Vind. Corb. Colb. vocem *οὐ* praetermittunt. | 69. Armen. in locum voculae *οὐ* sufficiunt *ὅτι.* | Denique C. D. 38. 69. Mt. x. Cant. Ver. Vind. Corb. Colb. al. *ὅτι* ante *ὁ οἶκός μου* excludunt. *Οὐ γέγραπται* —; ob duas res hîc tolerari nequit, maxime quidem, quoniam sequitur enuntiatio contraria: *ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε* —. Nemini autem sic loqui licet: *nonne in libris sacris scriptum exstat: aedes mea aedes precibus destinata vocabitur omnibus gentibus? Vos contra mutastis eam in latronum speluncam.* Eodem argumento ducti supra 10, 42. lectionem *οὐκ οἴδατε* —; non respondere ad v. consequentia *οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν·* contendimus. Altera causa, cur *οὐ γέγραπται* —; ab h. l. mire abhorreat, haec est, quod Jesus non dicit ad Pharisaeos aliosve legum in V. T. scriptarum gnaros, sed ad imperitum vulgus. Quî ergo dicere potuit: *nonne legere meministis, vos caupones et nummularii* —? Praeterea illud animum advertat necesse est, quod qui libri *οὐ* delent vel ejus loco *ὅτι* praebent,

iidem ὅτι ante ὁ οἶκός μου exstinguunt. Et tralatitium est, οὐ et ὅτι a librariis saepe esse commutata invicem. Haec profecto eo pertinent, ut existimemus, pro γέγραπται ὅτι casu scriptum esse ὅτι γέγραπται, vel ὅτι γέγραπται ὅτι, id vero quum sententiae officeret, in οὐ γέγραπται ὅτι esse transformatum. Itaque οὐ ante γέγραπται haud cunctanter delendum h. s.: *in libris sacris* [Jes. 56, 7.] *haec dicuntur: domus mea domus precibus dicata appellabitur omnibus gentibus. Vos contra* (praecepti in V. T. proditi parum memores) *jam dudum eam in latronum speluncam convertistis* [vide ad Matth. 21, 13.]. Accuratius Marcus locum Jes. 56, 7., adjectis etiam verbis πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, laudavit, quam Matthaeus 21, 13.. Hoc illum propterea fecisse credit *Wetstenius*, „ut *conversis ex gentibus indicaret, Deum non Judaeorum solum, sed et Gentium Deum esse.*“ Nobis verisimilius videtur, Marcum, ut saepe alias, Matthaeum diligentiâ superare voluisse. Ceterum perperam *Knappius* sic interpunxit, tanquam v. ὁ οἶκός μου — σπήλαιον λῃστῶν omnia essent Veteris Testam., quum illa ὑμεῖς δὲ — . manifesto Jesu sint cum aliquo respectu ad Jerem. 7, 11. composita. Idem vitium in Matthaeo 21, 13. commisit *Knappius* traxitque typothetas meos. ἐποιήσατε] B. L. Orig. IV, 180. E. πεποιήκατε | Mt. e. ποιεῖτε. Si tot librorum auctoritate ἐποιήσατε retinere placuerit, potissima sit haec Aoristi expositio: *jam dudum fecistis* Sed ad sensum tum πεποιήκατε, tum maxime ποιεῖτε melius convenit, id quod Matth. 21, 13. B. L. 124. et Origenis auctoritate in ordinem recepimus. V. 18. οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς] A. B. C. D. K. L. multique alii οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς | Mt. c. οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι | 131. Ev. 18. 19. al. οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς. Marco vindicandum esse οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς longe mihi certissimum videtur. Nam ad summam librorum eam scripturam tuentium auctoritatem, quae *Griesbachium*, ut οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς commendaret, movisse videtur, hoc accedit, quod isto modo illud hominum genus tanquam ordine legitimo recensetur [cf. Matth. 2, 4. 20, 18. 21, 15.

Marc. 11, 27. 14, 1. Luc. 19, 47.]. Sed hujusmodi observationes non eam vim habent, ut plurimorum et optimorum Codd. auctoritas negligatur. Unde Matth. 26, 3. *καὶ οἱ γραμματεῖς*, quod e locis parallelis invectum, ex ordine extrusi. Inepte *Matthaeius* ed. min. ad h. l. *honoris causâ*, inquit, *transpositum οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς*. Est enim transpositionis origo tantum palaeographica h. e. *fortuita*. Illud rectius dixisset, ἀρχιερεῖς praeponi, γραμματεῖς postponi solere, quia illi sunt honoratiores, hi viliores. *πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν*] Permulti libri *πῶς αὐτὸν ἀπολέσωσιν* continent, quod suspexit *Griesbachius*, recepit *Matthaeius* in ed. min. probante *Davide Schulzio*. Quorum ego quoque sententiam sequutus sum. Nam Conjunctivus in hoc genere proprie ponitur [Marc. 3, 6. 13, 11. 14, 1. 11. 40.], neque Futurum sententiam praestat, quam hîc merito exspectes. Etenim non consilia inierunt pontifices et jureconsulti, quo Jesum *interfecturi essent* (wie sie Jesum *tödten würden)*, sed quo eum interficerent (wie sie Jesum tödten sollten). *ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτόν*] Voculam *αὐτόν* A. K. 1. 116. al. excludunt, quod recte factum dicit *Millius* Proleg. §. 1459.. At plane nequit abesse *αὐτόν*, quum hoc dicendum fuerit: *nam metuebant Jesum, quia totum populum ejus doctrina stupidum detinebat* [i. q. *quia totus populus valde ejus doctrinam admirabatur*], non illud: *nam metu perculsi erant, quod* etc.. Facile autem *αὐτόν* excidit, quia proxime antecedit et librarii semel scripsisse satis habuere. V. 19. *καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο*] B. C. K. L. al. *καὶ ὅταν ὀψὲ ἐγένετο*, quod et soloecum est et sententiam perdit *et si vespera advenerat (!)*. Ne autem ὅτ' ἂν hîc reponamus [cf. not. ad 3, 11.], item sensus impedit, quum de re unâ et semel peractâ exponatur [cf. v. 20.], non de repetitâ saepius. Postremo lectio *καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγίνετο et vesperascente coelo* paucos habet auctores. Quare *καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο et quum vespera advenisset* mordicus tenendum est. *ἐξεπορεύετο*] scil. ὁ Ἰησοῦς. Sed dubitari non potest, quin Marcus *ἐξεπορεύοντο* scil. ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ scriptum reliquerit, quod A. K. 11. 28. 72. 108. 124. al. exhibent et verba

proximo sequentia *καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι εἶδον* confirmant. Cf. v. 15. *καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα·* v. 27. *καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα.* Ortum est *ἐξεπορεύετο* ex *ἐγένετο,* quod antecedit. V. 20. *πρωῒ παραπορευόμενοι*] B. C. L. 1. 209. al. *παραπορευόμενοι πρωῒ,* qui vocabulorum ordo mendosus est. Nam *πρωῒ* quum vim habeat et praegresso *ὀψὲ* sit oppositum, praecedere debet: *et quum mane ficum praeterirent* (urbem repetituri; cf. v. 27.), *viderunt*, *radicitus eam exaruisse. ἐξηραμμένην*] Mt. a. d. *ἐξηραμένην* praebent. Male. [Cf. *Schaef.* Schol. Par. Ap. Rhod. 3, 276. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 502.]. V. 21. *ἐξήρανται*] 36. 40. al. perperam continent *ἐξήραται* [vide *Lobeck.* l. c. et *Buttmann.* gr. uber. I. p. 457.]. D. L. 1. al. *ἐξηράνθη,* quod aliquis e Matth. 21, 20. repetat. Sed in Matthaeo etsi libros in *ἐξηράνθη* consentire crederes, si modo editorum silentio esset fidendum, tamen haud dubie legi oportet: *πῶς παραχρῆμα ἐξήρανται* [*ἡ συκῆ*]; Etenim Aoristus, ut fuit ibi vs. 19. *in enarratione rei* plane necessarius: *καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ.*, ita posteriore loco v. 20., ubi non res facta refertur, sed quod viderunt discipuli (*ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν*), *id repente fieri potuisse mirantur*, longe foret ineptissimus. Recte Marcus bis: *εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην* —. atque *ἴδε, ἡ συκῆ — ἐξήρανται, magister, ecce, ficus, quam diris devovisti, exaruit.* Hujusmodi autem formas ubique solent librarii permutare [cf. v. c. Marc. 5, 29., ubi *ἴαται* et *ἰάθη* variatur.]. V. 22. et 23. *καὶ ἀποκριθεὶς Ἰησοῦς λέγει*] Articulum *ὁ Ἰησοῦς* e plurimis Codd. *Matthaeius* et *Griesbachius* bene receperunt. Est enim in hâc formulâ plane solemnis [vide *Gersdorfii* Beiträge u. s. w. p. 515. et 525 sq.], ut in librorum dissensione [cf. Luc. 9, 20.] utique tenendus sit. *λέγει αὐτοῖς*] h. e. *comitibus, discipulis* (cf. v. 19. 20.). Sed inde, quod Marcus, qui vs. 21. *unum Petrum* in Jesu colloquium produxerat [*καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ*], v. 22. Jesum *ad discipulos* verba dirigere jussit [*καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς*], scriptorem Matthaei libro 21, 20. 21., ubi *Apostoli* ficum tam cito aridam redditam se

admirari magistro significant [*καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν λέγοντες· —*] et Jesus colloquium *cum Apostolis* continuat [*ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς*], parum caute usum esse, cujus rei exemplum supra 5, 15. vidimus, aliquis argumentetur. Magnopere tamen vereor, ut id h. l. obtineri possit. Nam quid impedit, quin etsi in Marco solus Petrus loqui coeperat, tamen Jesus respondens ad discipulos omnes se convertat, ut qui loco et occasione usus ea divinitus exponat, quae non uni Petro, sed discipulis ad unum omnibus sint profutura? Sequuntur in conformatione receptâ haec vocabula: *ἔχετε πίστιν θεοῦ. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ, ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ, ὃ ἐὰν εἴπῃ·*, quae difficillima videantur necesse est, et si ipsa spectentur, et si Cdc. diversitates expendantur. D. *εἰ ἔχετε πίστιν τοῦ θεοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇς* (recentior manus *διακριθῇ*) *ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ τὸ μέλλον ὃ ἂν εἴπῃ γενήσεται αὐτῷ.* | Versio Cd. D. latina: *si habueritis fidem Dei, amen dico vobis, quicunque dixerit monti huic tollere et mittere* (corrige: *tolle te et mitte te;* cf. Colbert.) *in mare et non haesitaverit in corde suo, sed crediderit futurum, quodcunque dixerit, erit illi.* | Colbert.: *habete fiduciam. Amen dico vobis, quoniam si habueritis fidem sicut granum sinapis* [cf. Matth. 17, 20. Luc. 17, 6.], *dicetis huic monti: tolle te et mitte te in mare: et non haesitaveritis corde, sed credideritis futurum, fiet quodcunque dixeritis.* | Mt. c. *ἔχετε πίστιν θεοῦ. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ ἔχετε πίστιν θεοῦ, ὅτι ὃς κ. τ. λ..* | Vocem *γὰρ* v. 23. etiam ex iis nonnulli omittunt Cdd. [v. c. 51. 106.], qui in ceteris cum vulgatâ lectione conspirant. | *ὅτι ὃς*] *ὅςτις* Mt. ω. al. | 61. 62. 115. *ὃς* misso *ὅτι.* — *ἃ λέγει*] Mt. e. *ἃ εἴπῃ* | B. Mt. c. *ὃ λαλεῖ* | L. *ὅλα.* — *ὃ ἐὰν εἴπῃ*] Demunt B. C. D. L. 1. 28. 209. al.. Ultima v. *ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ* haud dubie labem contraxerunt, sed priora *ἔχετε*

πίστιν θεοῦ — *ἀλλὰ πιστεύσῃ* Elsevirii conformatio integra conservavit. Nam pleraeque Codd. varietates e duobus fontibus promanarunt. Unus est locus parallelus Matthaei 21, 21., unde v. c. *γενήσεται* depromtum: alter lectionis ecclesiasticae initium vs. 23., unde ortae sunt scripturae *εἰ ἔχετε πίστιν θεοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι* etc. et — *ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ ἔχετε πίστιν θεοῦ, ὅτι* etc.. Curandum enim erat, ut lectio ecclesiastica plenam et perfectam sententiam afferret. Nunc disseratur de singulis. *ἔχετε πίστιν θεοῦ*] *πίστις θεοῦ* h. l. significat *fiduciam*, *quae in Deo collocatur* [cf. Rom. 3, 22. Gal. 2, 20. 3, 22.]. Absurde *Martianaeus* apud *Wolfium* et *Moellerus* in l.: *Neue Ansichten schwieriger Stellen a. d. vier Evang. p.* 111. *πίστιν θεοῦ* *summam, firmissimam fiduciam* explicuerunt [vide *Wineri* gr. p. 99 sq.]. *ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν*] Voculam *γάρ* damnat *Millius*, quia Matthaei 21, 21. (ubi nimirum non legitur) sit. At opus est voce *γάρ*, quâ Jesus rationem reddat, cur Apostolos fiduciam in Deo collocare velit. Ab iis quidem, qui *εἰ ἔχετε πίστιν θεοῦ, ἀμὴν κ. τ. λ.* exarassent, *γάρ* non poterat non tolli. Sed poterat etiam in nonnullis libris, qui vulgatam lectionem *ἔχετε πίστιν θεοῦ· ἀμὴν* etc. continent, ob l. Matthaei omitti, ubi non exstat. *ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι*] Fateor, *ὅτι* a glossatore proficisci potuisse; sed exstinguere non audeo propterea, quod Marcus utrovis modo [*ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι* 9, 1. 13, 30. 14, 18. et *ἀμὴν λέγω ὑμῖν* misso v. *ὅτι* 10, 29. 14, 9.] loqui consuevit. *ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ, ὃ ἐὰν εἴπῃ*] In his verbis neminem non offendat mira Indicativi (de re certâ) et Conjunctivi (de incertâ), praeterea Singularis et Pluralis variatio (*ἃ λέγει* — *ὃ ἐὰν εἴπῃ*), denique perversa collocatio postremorum v. *ὃ ἐὰν εἴπῃ*, quae hoc positu frigent egregie. Sententia finiri debebat verbis *ἔσται αὐτῷ*, ut v. 24. vocabulis *ἔσται ὑμῖν* concluditur. Etiam haec *ὃς ἂν εἴπῃ* et *ὃ ἐὰν εἴπῃ* omnino exaequanda sunt, non tamen, ut priore loco *ὃς ἐὰν* cum Mosq. x., sed ut cum D. postea *ὃ ἂν εἴπῃ* scribatur. Adde quaeso librorum varietatem. Alii aut omittunt *ἃ λέγει* aut *ὃ ἐὰν εἴπῃ*. Pro *ἃ λέγει* unus praebet *ἃ εἴπῃ*, duo *ὃ λαλεῖ*, L. *ὅλα*

corruptum ex ὃ λαλεῖ. Cantabr. exit in *erit illi*, Vulg. in *fiet ei* et D., si a γενήσεται discesseris, praeclare partem veri retinens, in ὃ ἂν εἴπῃ, γενήσεται αὐτῷ. Ex his omnibus hoc, opinor, consequitur, Marco restituendum esse: — ἀλλὰ πιστεύσῃ, ὅτι ὃ ἂν εἴπῃ γίνεται, ἔσται αὐτῷ. *In Deo fiduciam ponite. Nam sanctissime vobis affirmo, quicunque huicce monti dixerit loco movearis et in mare praecipiteris neque apud animum suum dubitaverit, sed quodcunque dixerit, fieri confisus sit, ei eventurum esse* [vide not. ad Matth. 17, 20.]. Ceterum *Beza* vs. 22. post v. ἔχετε πίστιν θεοῦ non postulat interrogandi signum, ut pro suâ festinatione et negligentiâ ait *David Schulzius*, sed in Codice repertum diserte repudiat. Superest, ut de mirificâ Cod. D. lectione ἀλλὰ πιστεύσῃ τὸ μέλλον disputem, quae si cum translatione latinâ conferatur (*sed crediderit futurum* scil. ut mons sede suâ motus in mare conjiciatur), hanc suspicionem movere possit, esse Codicem D. *e latinis libris* passim interpolatum. Verum et olim mihi haec opinio vana visa est [ad Matth. p. 623.], et nunc videtur. Nam quod ad h. l. attinet, librarius vel voluit scribere, vel debuit ὁ μέλλων i. e. *Futurum*, quo modo ostendit, pro vulgato γίνεται in Codice esse Futurum γενήσεται. Ea nota primum margini allita mox ordinem occupavit. Sed qui latinas versiones confecerunt, quum quo valeret τὸ μέλλον ignorarent, joculari errore reddiderunt: *crediderit futurum.* Similes interpolationes in Codd. multae reperiuntur. Veluti Lucian. Alexand. c. 19. ῥητήν τινα ἡμέραν προειπών Codex *Graevianus* tenet τινὰ ἡμέραν ἄνευ τοῦ προειπών h. e. in Codice deest προειπών. V. 24. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν] *propterea* (h. e. quoniam qui in Deo fiduciam reposuerit ei nihil non contingit divinitus) *dico vobis.* πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτῆσθε] In Conject. p. 35. tuitus sum vulgatam scripturam πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε etc. h. s.: *quaecunque semper precando expetitis.* Ibidem Joh. 5, 19. verum judicavi ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. *nam semper quae ille agat, filius pariter instituat.* Assensus mihi est *Lipsius* Dissert.

de Modorum usu in N. T. I. p. 93.. Sed enim in Marco *iidem* fere libri praebent *aut* πάντα ὅσα προςεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε, πιστεύετε κ. τ. λ., *aut* πάντα ὅσα ἂν (nonnulli ἐὰν) προςευχόμενοι αἰτῆσθε s. αἰτήσησθε, πιστεύετε κ. τ. λ. *Itaque alterutrum Marco restituendum est integrum, non utrumque male confundendum.* Jam vero πάντα ὅσα προςεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε *omnia quaecunque precibus vobis expetitis et rogatis* displicet tum quia non est, nisi πάντα ὅσα ἂν προςευχόμενοι αἰτῆσθε in partes grammaticas solutum [vide supra ad vs. 2.], tum ob structuram προςεύχεσθαί τι *precibus aliquid sibi expetere valde raram* [Rom. 8, 26.]. Proinde πάντα ὅσα ἂν προςευχόμενοι αἰτῆσθε, πιστεύετε κ. τ. λ., quod etiam v. Matthaei 21, 22. πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προςευχῇ, quae Marcus ob oculos habuit, commendant, exhibuimus. Neque in Johanne 5, 19. nunc probamus, nisi ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ et corruptelae ποιεῖ fontem vel in usitatâ permutatione η et ει, vel in voce ποιεῖ, quae paullo post sequitur, quaerimus. Nam quum structura ποιεῖ ἄν, αἰτεῖσθε ἂν nusquam inquinet N. T., etiam ab his duobus locis omni ope arcenda est. λαμβάνετε] B. C. L. Copt. ἐλάβετε | D. λήμψεσθε i. e. λήψεσθε e Matth. 21, 22.. Inepte *Griesbachius* ἐλάβετε commendavit, quum hanc, quae plane non cohaereat, argumentationem afferat: *quoniam qui in Deo fiduciam collocat rebus vel maxime arduis potitur, idcirco vobis confirmo, fore, ut omnia consequamini, quaecunque precibus vobis expetatis, si ea accepisse credatis (!!).* Sed quae tandem fortuna vel ratio illum ad hoc consilium compulit? Aut opinor intellexit, esse hîc ἐλάβετε ineptum et soloecum (talia autem huic viro placent maxime), aut existimavit, *eosdem* libros, quorum modo collaudasset προςεύχεσθε hîc etiam esse sequendos. Immo λαμβάνετε procul dubio genuinum est, quod flagitet sententia et v. 23. γίνεται confirmet. *Unde vobis dico: omnia quaecunque precando vobis expetatis, confidite vos accipere et iis potiemini.* V. 25. Factâ piarum precum mentione vs. 24. utens Jesus admonet Apostolos v. 25., ut, dum ad Deum precentur, aliorum vitiis

ignoscant. Ita enim a Deo peccatorum veniam impetrari facillime, si ipse quoque aliorum vitiis veniam concesseris. ὅταν στήκητε προςευχόμενοι] *quando precantes statis.* Hâc loquutione ne quis offendatur, meminerit, Judaeos preces facere consuevisse *stantes* [vide not. ad Matth. 6, 5. p. 260.]. ἀφίετε, εἴ τι ἔχετε κατά τινος] *veniam date, si quid habetis, quod cuipiam objiciatis* [cf. ad Matth. 5, 23.]. V. 26. Aptam sane v. 26. huic loco sententiam affert. Graviter enim rem ei, quae v. 25. ἀφίετε — τὰ παραπτώματα ὑμῶν expressa erat, contrariam enuntiat: *si vero vos non ignoscitis, ne pater quidem caelestis vestra peccata ignoscet.* In his opposita sibi sunt tum ὑμεῖς et ὁ πατὴρ ὑμῶν: tum οὐκ ἀφίετε et οὐδ᾽ — ἀφήσει. Plane igitur legitimum est οὐκ. Spectatur enim *oppositio*, non *conditio.* Illud etiam facile largior, quod contendit *Matthaeius*, fieri potuisse, ut in nonnullis libris vs. 26. excideret ob homoeoteleuton τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Sed contra tot tamque graves rationes hunc versum a Marco scriptum non esse demonstrant, ut multo mihi rectius pro adulterino sperni videatur. Abest enim a satis multis Codd., et qui eum continent vel demunt ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, vel omittunt τοῖς (non, ut *David Schulzius* pro suâ levitate affirmavit, τοῦ), vel praebent ὁ οὐράνιος, vel post ἀφήσει addunt ὑμῖν. Praeterea, quod equidem inprimis grave duco, *iidem* libri, qui v. 26. conservant, post eum haec exhibent: λέγω δὲ ὑμῖν· αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. Quae quum manifesta sit interpolatio, e Matth. 7, 7. 8. et Luc. 11, 9. 10. *verbotenus* in hunc l., ubi ob nexum et sententiam tolerari nequit, translata, cur minus vs. 26. e Matth. 6, 15. infaustum hûc pedem intulerit? Quare uncis v. 26. circumdedimus delevimusque v. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quae, quomodocunque de hoc versu statuas, exstinguenda esse e Codd. discrepantiâ et e Matth. 6, 15. intelligas.

V. 27. Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατοῦντος αὐτοῦ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ

ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι, 28.
Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;
ἢ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ταῦτα
ποιῇς; 29. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς·*
ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· ἀποκρίθητέ μοι,
καὶ ἐρῶ ὑμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ. 30. *Τὸ*
βάπτισμα τὸ Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν ἢ ἐξ ἀνθρώ-
πων; ἀποκρίθητέ μοι. 31. *Καὶ διελογίζοντο πρὸς*
ἑαυτοὺς λέγοντες· ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ·
διὰ τί οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; 32. *Ἀλλ᾽ ἐὰν εἴπω-*
μεν, ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν· ἅπαντες
γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. 33.
Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ· οὐκ οἴδαμεν· καὶ
ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· οὐδὲ ἐγὼ λέγω
ὑμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

V. 27. *ἔρχονται*] *ἔρχεται*, quod D. Cant. Ver. Vind. al. testantur, et per se et propter *ἔρχονται*, quod paullo post sequitur, multo foret, quam *ἔρχονται*, probabilius, si aut plures Codd. haberent, aut supra quoque vs. 15. scriptum exstaret *καὶ ἔρχεται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα*, non *καὶ ἔρχονται π. ε. Ἱ.*. Nunc apparet, recte *Millium* et *Matthaeium* *ἔρχεται* ex Evangelistariis derivasse, in quibus h. l. est lectionis initium. V. 28. *καὶ λέγουσιν αὐτῷ*] Quum v. 28. arctissime cohaereat cum vs. 27., ubi est tempus praesens, *λέγουσιν* mihi videtur concuti non posse lectione B. C. L. 1. 209. Ver. Verc. Brix. Colb. *καὶ ἔλεγον αὐτῷ*. *καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν, ἵνα ταῦτα ποιῇς;*] Omittunt haec v. D. 17. 51. al. saltu a *ποιεῖς* ad *ποιῇς* facto. *καὶ*] B. L. 142. Ev. 12. 36. *ἤ*, quod haud dubie praeferendum, quum hic longe sit quam *καί* accommodatius. Quo magis miror apud Matth. 21, 23. *καί* eo consensu legi, quo apud Lucam 20, 2. recte *ἤ*. — *τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν*] L. 80. 115. 124. et multi alii *ἔδωκεν τὴν ἐξουσίαν ταύτην*. Hic verborum ordo unice tenendus. Nam et iidem ex parte libri, qui antea *ἤ*, hanc scripturam tuentur et vulgatus ordo valde languet et infert *κακοφωνίαν* ob perpetuum exitum verborum (*ἐν ποίᾳ ἐξου-*

σίᾳ ταῦτα ποιεῖς; ἢ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν — ;) Denique et Matthaeus l. l. (*ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;*) et Lucas l. c. (— *ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην;* meae sententiae favent. Quod vero hanc lectionem ita afferunt: *ἔδωκεν τήν*, hoc sic est intelligendum monstrante B, qui omittit *τήν*, illos libros aut praebere *ἔδωκεν ἐξουσίαν ταύτην*, aut, recte quidem, *ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην*. — *ἔδωκεν*] 14. 60. al. *δέδωκεν* e solemni confusione; vide *Schaeferum* ad Demosth. T. II. p. 167.. *ἵνα ταῦτα ποιῇς*] Haec v. omittunt Armenius et nonnulli Codd. It., quorum non tanta est auctoritas, ut verba ad sensum aptissima suspiciamus. Totus versus sic enarrandus est: *quali confisus auctoritate haec facis* (i. e. *expellis ementes et vendentes atque nummulariorum mensas evertis?* cf. v. 15.)? *aut* (ut aliis verbis tecum agamus) *ecquis tibi hanc dedit veniam, ut haec facere* (i. e. ea, quae vs. 15. relata sunt) *possis* (um dieses thun zu können)? Vide not. ad Matth. 21, 23.. *Euthymius* ad Marci locum: *ταῦτα*] *ποῖα; τὸ ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, τὸ ἀνατρέπειν τὰς προῤῥηθείσας τραπέζας καὶ καθέδρας, τὸ μὴ ἀφιέναι διενεγκεῖν σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ τὰ τοιαῦτα.* V. 29. Vox *ἀποκριθείς* post *Ἰησοῦς* in B. C. L. 33. facillime intercidit. *ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον*] *Matthaeius* edidit *ἐπερωτήσω ὑμᾶς καὶ ἐγὼ ἕνα λόγον.* Male. Crases enim tam graviter a librariis afflictae sunt, ut, ubicunque ex uno et item altero Codice emerserint, recipi debeant. Et crebrum est in N. T. *κἀγώ.* Pro *ὑμᾶς κἀγώ* A. K. 72. al. invertunt *κἀγὼ ὑμᾶς.* Tum haud scio, an interpretes *ἐπερωτήσω* male exponant: *ego quoque aliquid vos interrogabo.* Est enimvero: *post interrogabo* (hinterdrein fragen): *ego quoque aliquam vobis quaestionem post proponam.* Nam pontifices et jureconsulti antea interrogaverant (cf. v. 27. 28.). Sic *εἰπεῖν*, *ἐπειπεῖν* et sexcenta alia dicuntur. Alias sane, ut Marc. 9, 28. *ἐπηρώτων*, verbum Compositum, hanc vim habere nequit; sed, opinor, alia aliorum locorum natura est. *καὶ ἀποκρίθητέ μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν*] Vocula *καί* ante

ἀποκρίθητέ μοι absurda est: *ego quoque aliquid vos post interrogabo: et respondete mihi et dicam vobis (!!).* Quare eam D. Armenii et Codd. It. auctoritate delevimus. Contra *Ἀποκρίθητέ μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν respondete mihi et dicam vobis* (i. q. *si mihi responderitis, dicam vobis*) aptissimum est. V. 30. *τὸ βάπτισμα Ἰωάννου*] B. apud *Birchium τὸ βάπτισμα τοῦ Ἰωάννου* | A. C. D. L. *τὸ βάπτισμα τὸ Ἰωάννου.* Recte. Cf. not. ad Matth. 21, 25. et quae nuper dixi in I.: Recension einer Recension u. s. w. p. 45. (Leipzig 1828.). — Codices, qui e Matthaeo 21, 25. corrupti post *Ἰωάννου* vel *πόθεν ἦν* [C. 229. Syr. Aeth.], vel *πόθεν ἐστίν* [218] adjiciunt, haud dubie *ἦν* deinceps expungunt. Aut quis credat, eos sic legere: *πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ ἦν ἢ —;* vel adeo: *πόθεν ἐστίν; ἐξ οὐρανοῦ ἦν ἢ —;* (!!)? Et Syrus quidem, quem conferre licuit, meam suspicionem confirmat. Habet enim: — *πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων; — ἀποκρίθητέ μοι*] Haec v. omittunt 35. 56. 58. 62. 66. Mt. *κ.* (non autem, ut vulgo ajunt, *Theophylactus*) probante *Millio* Proleg. §. 1469.. Et possint e vs. 29. a librariis male repetita videri, quum Jesum hîc, ut Matth. 21, 25. et Luc. 20, 4., sedate loqui exspectes causae suae bonitate fretum neque multum adversarios urgere aut sibi propter propositam interrogationem plaudere. Sed non ii auctores v. *ἀποκρίθητέ μοι* demunt, quibus recte cedatur. Unde Jesus sic interrogat, ut adversariis vehementer instet: *lustratio, cujus Johannes auctor fuit, caelestisne, an humanae fuit originis? Responsum mihi date.* Ceterum quod Syrum pro *ἀποκρίθητέ μοι* legisse ferunt *εἴπατέ μοι*, id falsum est. Nam interpretis libertate usus *ἀποκρίθητέ μοι* convertit ܐܡܪܘ ܠܝ *dicite mihi*, ut vs. 29. *καὶ ἀποκρίθητέ μοι* ܕܬܐܡܪܘܢ ܠܝ reddidit. V. 31. *καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς λέγοντες*] *Matthaeii* opinio, lectionem *καὶ διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς λέγοντες* e Matthaeo 21, 25. petitam esse duabus de causis incredibilis est. Nam quis sibi persuadeat, plus triginta Codices *διελογίζοντο* e Matthaeo duxisse, quum indidem non sumerent, *παρ'*, vel quod multi libri ibi tenent,

ἐν ἑαυτοῖς? Deinde quemadmodum διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς saepe dicitur [Marc. 8, 16. 9, 33. Luc. 20, 14.], ita ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτούς ab usu abhorret. Frustra antesteris Soph. Oed. Tyr. v. 462. καὶ ταῦτ', ἰὼν εἴσω, λογίζου. Rom. 2, 3. 3, 28. 8, 18. 14, 14., quae loca valde dissimilia sint, quia λογίζομαι nude illic positum sine v. πρὸς ἑαυτούς aut πρὸς ἀλλήλους, nec quidquam probent, nisi λογίζομαι valere *ratiocinari*, *perpendere*, *putare*. Itaque edidi καὶ διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς [115. — πρὸς ἀλλήλους ex interpretamento] λέγοντες *et deliberarunt apud animum suum in hunc modum*. Hoc facto opus esse recte vidit *David Schulzius*. Sed quod attulit Marc. 15, 28. eâ re Passivum (*ἐλογίσθη numeratus, relatus est*) et Medium pessime confudit, neque expendit, Marc. 15, 28. locum V. T. citari, non Marcum ipsum loqui. ἐὰν εἴπωμεν] His vocc. D. 13. 28. al. praefigunt τί εἴπωμεν; Haec est glossa ancipitem hominum animum oculis subjiciens, quae e margine in ordinem irrepsit. ἐρεῖ] D. M. 1. 13. al. addunt ἡμῖν e Matthaeo 21, 25.. διὰ τί οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;] Vocem οὖν post διὰ τί permultorum Codd. auctoritate sustuli [vid. not. ad Matth. 21, 25. et *Millii* Prol. §. 1197.]. V. 32. Ingentes habet hic vs. difficultates non explicationis, sed lectionis. Conjurarunt autem librarii in unum Marci locum; nam Matth. 21, 26. Luc. 20, 6. nulla admodum est Codd. diversitas. Igitur quinquaginta fere libri ἀλλ' εἴπωμεν suppeditant omisso v. ἐάν, quam scripturam *Millius* Proleg. §. 1344. commendavit, *Matthaeius* et *Knappius* etiam receperunt. Sed ferri ea nequit. Nam quominus cum *Matthaeio* interpungamus ἀλλ' εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο κ. τ. λ. et sic interpretemur: *sed age dicamus, ab hominibus Johannis lustrationem originem ducere; metuebant populum* et hominum responso v. 33. οὐκ οἴδαμεν et verbo ἐφοβοῦντο in nimiâ solitudine futuro impedimur. Altera autem, quae proposita est, explicatio: *sed si dicamus* etc. vana est propterea, quod ἐάν e vs. 31. nullo pacto suppleri potest. Quod quum intellexisset *Knappius*, distinxit h. m.: Ἀλλ' εἴπωμεν· ἐξ ἀνθρώπων; ἐφοβ... Agnovit igitur hîc usum illum: Terent. Eun. 2, 2, 20.. *Quidquid*

dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: negat quis, nego, ait, ajo. Rutil. Lup. I, 15.. *Omnibus in rebus suam confidentiam ostentabat. Debitum petebamus, non dissolvebat: minabamur, contemnebat.* 1 Corinth. 7, 18. Jacob. 5, 13. [vide Conject. mea p. 36 sq. et *Heindorf.* ad Horat. Sat. p. 13.]. Sed praeterquam quod in hoc genere signo interrogationis nullus est locus, Conjunctivus *εἴπωμεν* soloecus foret; neque ullo modo *εἴπομεν* licet Indicativum reponere, quod non est *dicimus*, sed *diximus*. Itaque tot Codicibus repugnantes *ἐὰν* propagavimus. Sequitur, ut de lectione — *αὐτῷ; ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο* etc., quam 11. 91. 118. 209. al. testantur, disseramus. Minime ea placet, quum particulâ supersedere non possimus dicendumque fuerit aut *ἐὰν δὲ εἴπωμεν*, ut Matth. 21, 26. et Luc. 20, 6. loquuti sunt, aut *ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν*, aut saltem *καὶ ἐὰν εἴπωμεν*, quod solus Vind. suppeditat. Restat, ut constituatur, utrum *ἐφοβοῦντο* cum vulgo, an cum 13. 28. 69. 106. 124., qui omnes paullo ante *ἀλλ' ἐὰν* conservant, *φοβούμεθα* scribendum sit. Apertum est autem, *φοβούμεθα* vel e correctione, vel potius e Matth. 21, 26. natum esse. Quamobrem non possum non, quo etiam *Griesbachius* C. C. p. 164 sq. postremo decucurrit, Marco *ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν·* vindicare h. r.: *si caelestem originem Johannis lustrationi tribuerimus, dicet, cur viro fidem denegastis? at si humanam, metuebant populum.* Haec Marci oratio affecta est Anacolutho [vide *Knappii* Comment. Isagog. XXV. infra]. Id cernitur in eo, quod ab ipsis hominum verbis [*ἐὰν εἴπωμεν — — ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων*] ad rei narrationem [*ἐφοβοῦντο τὸν λαόν*] scriptor defertur cognatumque est ei generi, ubi a rectâ oratione subitus fit ad obliquam transitus, et contra [Hom. Od. I, v. 38. — *ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς, | Ἑρμείαν πέμψαντες ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην, | μήτ' αὐτὸν κτείνειν, μήτε μνάασθαι ἄκοιτιν· | Ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο* —. vid. not. ad Marc. 6, 9. p. 212. *Jacobs.* ad Achill. Tat. p. 694. et *Wineri* gr. p. 191.]. Obiter dico, male vulgo

Syrum neque ἐφοβοῦντο neque φοβούμεθα tenere affirmari, sed φόβος ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Habet enim ܕܚܠܬܐ ܗܘ ܡܢ ܥܡܐ i. e. φόβος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ i. q. φοβούμεθα. — ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν] Voculam ὄντως 1. 28. 91. 118. al. omittunt ob homoeoteleuton sequente προφήτης. B. C. L. 13. 69. invertunt ὄντως ὅτι. Perperam. Nam si haec genuina lectio sit, quomodo ὄντως excidere potuerit, non intelligas. Ἀληθῶς, quod D. sufficit, est interpretamentum. Verbum ἔχειν h. l. declarat *animo, memoriâ tenere: omnes enim Johannem memoriâ tenebant, re verâ eum prophetam fuisse.* Sic recte antiquitus interpretati sunt, qui, ut D., e glossemate ᾔδεισαν exhibuerunt [It. Codd. *sciebant*] pro εἶχον. Cur vulgarem explicationem *nam omnes existimabant Johannem, eum re verâ prophetam esse* (denn alle hielten den Johannes dafür, dass er wirklich Prophet wäre) illi postposuerim, ex iis patet, quae ad Matth. p. 487. dicta sunt. V. 33. *Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· οὐκ οἴδαμεν. καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς·*] Haec vocc. tum inani v. Ἰησοῦς repetitione, tum verborum collocatione minime usitatâ et eleganti laborant. Priori vitio mederi studui ex 59. 73. Arm. Goth. scribendo καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, posteriori ex A. 1. 69. 72. 92. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς recipiendo [cf. *Gersdorfii* Beiträge u. s. w. p. 526.]. Ceterum non admodum eleganter Marcus in hoc uno versu *ter* usus est verbo λέγειν. Quae capite XI. consignata sunt Marcus e Matth. 21, 1 — 27. et Luc. 19, 29. — 20, 8. hausit. Id prodit rerum ambitus et ordo et docet oratio illorum Evangeliorum tactu colorata [vide v. c. 11, 2. cl. Matth. 21, 2. Luc. 19, 30. Marc. 11, 28. cl. Matth. 21, 23. Luc. 20, 2. Marc. 11, 33. cl. Matth. 21, 27. Luc. 20, 8.]. Quin ea quoque rem demonstrant, in quibus Marcus a Matthaei et Lucae exemplo deflexit, quum posterioris scriptoris diligentiam et emendandi studium clare ostendant. Hûc illud referendum est, quod Marco fidejussore Jesus non quo die solemni pompâ Hierosolymas ingressus est [Matth. 21, 12. Luc. 19, 45.], sed postridie, quam primum Hierosolymas

venerat, vendentes et ementes e templo expulit [Marc. 11, 15. cl. v. 11.]. Nimirum parum credibile Marco visum est, tantam rem ab Jesu eodem die, quo longam LX stadiorum viam Hierichunte Hierosolymas emensus esset, perfectam esse. Eodem consilio Marcus diris devotam ficum non continuo exaruisse [Matth. 21, 19.], sed postero die aridam esse cognitam narravit [Marc. 11, 19. 20. cl. v. 14.]. Denique Marcus etiam in minimis rebus auctorum suorum perspicuitatem et diligentiam vincere studuit [Marc. 11, 4. cl. Matth. 21, 6. Luc. 19, 32. — Marc. 11, 17. cl. Matth. 21, 13. Luc. 19, 46.]. Vide *Saunierum* l. l. p. 127 — 132..

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

Quo facto Jesus figurato docendi genere uti incepit talemque rem narravit, herum, qui paratam ornatamque vineam peregre abiturus vinitoribus elocasset, messis tempore quum servos identidem fruges repetituros ad illos frustra misisse, tum postremo filium. Nam vinitores contumelià alios legatos affecisse, alios in his ipsum heri filium occidisse vs. 1 — 8.. *Quemadmodum igitur hero gravissime vindicato vinitorum scelere vinea aliis agricolis tradenda esset, ita intelligi Jesus voluit, Deum regni messiani civitatem a fastidiosis et improbis Judaeis ablatam probis gentilibus daturum esse* vs. 9 — 11.. *Bene intellexerunt pontifices et jureconsulti fictae narrationis sententiam; sed quum vel maxime vim Jesu inferre cuperent, plebis ab ejus ore pendentis metu abierunt* vs. 12.. *Male paullo post nonnulli Pharisaei et Herodiani a pontificibus et legis doctoribus, ut Jesum colloquio circumvenirent, subornati rem gesserunt. Nam eos, utrum Caesari censum dari jure divino liceret, an non percontatos medio hoc responso suspendit ita suum cuique tribuendum esse, ut Caesari persolvas, quae sint Caesaris, Deo autem, quae sint Dei* vs. 13—17..

Item Jesus Sadducaeos, eos qui mortuos ex inferis excitatum iri crederent, eo irridentes, quod si quae mulier plures maritos habuisset, in cujus potestate post mortuorum in vitam reditum futura esset, difficulter statueretur, peritissime tribus argumentis repulit. Docuit enim, Sadducaeos neque illud perpendere, mortuorum in vitam reversorum nullam fore libidinem et matrimonium nullum, neque Dei, qui nihil non effectum reddere possit, potentiam reputare, neque vim loci Exod. 3, 4. *in numerato habere. Nam ibi Deum se Abrahami, Isaaci et Jacobi numen tutelare vocare eo quidem tempore, quo illi viri mortui essent. Quum autem numen propitium esse nequeat, nisi viventibus, et vivere adhuc illos et mortuos ex inferis in vitam redituros esse recte concludi vs.* 18 — 27.. *Tum sacrarum literarum doctor, Jesu in disputando subtilitatem admiratus, eum adiit, ut praeclari magistri de lege omnium gravissimâ sententiam cognosceret vs.* 28.. *Qui omnia hoc praecepto contineri, quod unum Deum, non plura numina, venerari et illum totis viribus amare jubeat, sed pondere suo et dignitate simile esse ostendit, ut alios homines non minus, quam nosmetipsos diligamus vs.* 29 — 31.. *Huic sententiae quum magister judaicus ex animo assensus esset, Jesus: prope abest, inquit, ut tibi aditus ad Messiae regnum pateat vs.* 32—34.. *Tantam autem omnia, quae Marcus hucusque rettulit, Jesu colloquia admirationem auditoribus incusserunt, ut nemo amplius de ullâ re eum interrogare auderet vs.* 34.. *Sed ut Jesum etiam acuminibus auditorum animos passim oblectasse appareret, Marcus hanc ejus vocem literis consignavit: Messiam Davidis filium esse non recte statui videri propterea, quod Davides Ps.* 110, 1. *Messiam appellaverit dominum suum vs.* 35—37.. *Ceterum Jesus quum in templo doceret et utilissima alia praecepta dedit, et auditores monuit, ut sibi a doctorum judaicorum vanitate et improbitate caverent vs.* 38—40.. *Quo facto in atrio mulierum e regione aerarii sacri consedit et spectavit populum nummos illi inferentem vs.* 41.. *Ubi quum multos divites multa, pauperem viduam duos nummulos aereos dare vidisset convocatis discipulis ita disseruit: beneficia ex cujusque facultatibus metienda sunt. Jure igitur illam viduam, quae in summa rerum inopiâ oblatis duobus nummulis tenuem suam rem exhausit, plus aerario sacro intulisse*

existimes, quam divites, qui ex abundantibus opibus multa erogarunt vs. 42—44.

V. 1. *Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν· ἀμπε-*
λῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμόν,
καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέ-
δοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε. 2. *Καὶ ἀπέ-*
στειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα
παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμ-
πελῶνος. 3. *Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν καὶ ἀπέ-*
στειλαν κενόν. 4. *Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐ-*
τοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτί-
μησαν. 5. *Καὶ ἄλλον ἀπέστειλε, κἀκεῖνον ἀπέκτει-*
ναν, καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὓς μὲν δέροντες, οὓς δὲ
ἀποκτέννοντες. 6. *Ἔτι οὖν ἕνα ἔχων υἱὸν ἀγαπη-*
τόν, ἀπέστειλεν αὐτὸν ἔσχατον πρὸς αὐτοὺς λέγων·
ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. 7. *Ἐκεῖνοι δὲ οἱ*
γεωργοὶ θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὑτοὺς
εἶπαν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀπο-
κτείνωμεν αὐτόν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία. 8.
Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον ἔξω
τοῦ ἀμπελῶνος. 9. *Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ*
ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς
καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. 10. *Οὐδὲ τὴν*
γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε· λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ
οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας·
11. *παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη καί ἐστι θαυμαστὴ ἐν*
ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; 12. *Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆ-*
σαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· ἔγνωσαν γάρ, ὅτι
πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε· καὶ ἀφέντες αὐ-
τὸν ἀπῆλθον.

V. 1. *Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν*] B. G. L. 1. 13. 124. al. *λαλεῖν* pro *λέγειν* tenent. Sed recte *Matthaeius* in ed. min. *λαλεῖν*, inquit, *ex locis similibus*. Nam et alias sic dixit Marcus *λέγειν* [cf. 3, 23.], et *ἐν παραβολαῖς τινι λαλεῖν*, quum h. l. non sit multorum librorum,

tam frequentarunt Evangelistae, ut paene iis sit formula solemnis [cf. Matth. 13, 3. 10. 13. 34. Marc. 4, 33.]. E Lucâ 20, 9., qui aliter orationem conformaverit, non fluxisse λέγειν apparet. Numero multitudinis (ἐν παραβολαῖς) praeter rem offensi sunt interpretes, quia *una* tantummodo parabola sequatur [vs. 1 — 8.]. Bene enim jam pridem monuerat *Beza*, ἐν παραβολαῖς idem valere quod παραβλήδην, parabolisch [cf. Matth. 13, 10. 13. et 22, 1., si lectio vera], h. m.: *et coepit Jesus ad eos* (i. e. ad summos pontifices, sacrarum literarum doctores et populi seniores; cf. 11, 27.) *ita disserere, ut parabolico dicendi genere uteretur.* Itaque *Eichhornii* et *Bertholdti* consilium ne ad memoriam quidem insigne est, nedum rei veritatique consentaneum. Nam *Eichhornius* in l.: Allgem. Bibliothek der bibl. Literatur T. V. p. 899 sq. et *Bertholdtus* in l.: Historischkritische Einleitung u. s. w. p. 1161. et 1184. in principali Evangelio, e quo quattuor Evangelistae suos libros confecerint, scriptum fuisse ܡܬܠܐ contendunt. Id Matthaeum 21, 33. et Lucam 20, 9. recte interpretatos esse ܡܬܠܐ i. e. *parabolam*, Marcum, nullo ad ea quae sequuntur per negligentiam respectu habito, prave pro numero multitudinis ܡܬ̈ܠܐ *parabolae* sumsisse. Lectio vulgata ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος tantum habet a libris praesidium, ut nullo jure mutari queat. Etenim ἄνθρωπος ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, quod 239. continet, e Matth. 21, 33. et Luc. 20, 9. petitum est. Ex iisdem, sed jam corruptis, ductum ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα (hoc est in 69. Syro et Origene III, 774. E.) et quod per se bonum καὶ περιέθηκεν αὐτῷ φραγμόν in 28. Syro et Origene l. l.. Restat scriptura B. C. Mt. c. ἀμπελῶνα ἄνθρωπος ἐφύτευσε ipso verborum ordine prava. De ceteris hujus vs. vocc. vide not. ad Matth. 21, 33.. Subjecta est iis haec sententia: *hominem vineâ plantatâ et rite exornatâ eaque agricolis elocatâ peregre profectum esse.* V. 2. τῷ καιρῷ] *tempore legitimo* h. e. *tempore vindemiae.* παρὰ τῶν γεωργῶν] Haec v. demunt paucissimi [D. Syr. Pers. pol.],

quoniam non sunt in locis parallelis Matth. 21, 34. Luc. 20, 10.. *ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος*] B. C. L. 239. Mt. c. Cant. Brix. Syr. *ἀπὸ τῶν καρπῶν τ. ἀ.*. Tueor vulgatam lectionem vel propterea, quod Marcus h. l. Lucam 20, 10. potius, quam Matthaeum 21, 35. imitatur. Accedit, quod ὁ *καρπὸς τοῦ ἀμπελῶνος* ad loquendi morem Graecorum optime respondet. Ita dicunt Graeci *χρηστὸς τὸ ἦθος*, sed *βλοσυροὶ τὰ ἤθη* [cf. *Lobeckium* ad Phryn. p. 365. et quae scripsi Recension einer Recension über meine Ausgabe des Evangelisten Matthäus p. 22.]. Neque aliter scriptum est in Lucâ. Recte tamen Matthaeus dixit *τοὺς καρποὺς αὐτοῦ*, quum praecedat, ὁ *καιρὸς τῶν καρπῶν*. Portentum lectionis D. *ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δώσουσιν αὐτῷ* omisso v. *λάβῃ* e depravato Lucae 20, 10. loco profluxit. V. 3. *οἱ δὲ λαβόντες*] B. D. L. 33. al. *καὶ λαβόντες*. At nec munita satis haec lectio est, et vulgata praestabilior videtur idcirco, quod Marcus hîc Lucam 20, 10. praecipue sequitur. *ἔδειραν*] 10. 106. 108. 157. 239. al. *ἔδηραν*. Nusquam v. *δέρω* in N. T. legitur, quin aliquot libri verbi *δαίρω* formas praebeant [cf. Matth. 21, 35. Marc. 12, 5. Luc. 22, 63. Joh. 18, 23. Act. 5, 40. 22, 19. 1 Cor. 9, 26. 2 Cor. 11, 20. var. lect.]. Itaque *Millius* eas ad Matth. 21, 35. et *Camerarius* ad h. l. [vide Wolfium in Cur.] probarunt. Male, opinor. Nam primo singulis locis neque ita multi Codices, et multo minus antiqui et boni verbi *δαίρω* memoriam redintegrant; tum vero verbi *δαίρω* in universum tam levis est ac prope nulla auctoritas, ut suspicer, ne semel quidem hanc formam suscepisse nostros scriptores. Scilicet soli grammatici Suidas, Favorinus et Zonaras II. p. 472., homines sine censu et auctoritate, qui toties novorum nec satis proborum Cdd. monstris decepti sunt, verbo memorant *δαίρω*; antiqui et praeclari, Phrynichus, Hesychius, Herodianus, Apollonius Dyscolus al. prorsus tacent Hûc adjice, quod vix usquam apud Graecos forma *δαίρω* firmo fundamento nititur. Aristophanes Nub. v. 442. non scripserat *ἀσκὸν δαίρειν*, ut *Brunckio* et post eum omnibus V. D. videtur, sed *ἀσκὸν δέρρειν*. Namque *δαίρειν* e Codice nescio quo, certe malo quodam e Parisinis arreptum est; Ravennas,

Venetus et omnes libri apud *Dobreum*, praeterea Scholiasta, diserte testantur δέρειν; id vero nihil est aliud, nisi δέῤῥειν, quemadmodum plane in uno *Brunckii* libro scriptum est. Nemo enim nescit, in vetustissimis libris plerumque scribi μέλειν pro μέλλειν, ἄγγελε pro ἄγγελλε etc.. Aristoph. Av. v. 365. vulgo non quidem contra metrum, sed ex alienâ dialecto, ionicâ, exaratum invenitur ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε —. *Brunckius* et reliqui ex A. Parisino rursus δαῖρε dederunt. Hîc item δέῤῥε reponendum. *Buttmannus* in Gr. T. II. Fasc. I. p. 106. δαίρειν tuetur auctoritate *Heindorfii* ad Plat. Euthyd. §. 35., qui quidem nihil aliud, quam Suidae verba a sensu aberrantis atque duo quos dixi Aristophanis locos recoxit. In ipsis Platonis verbis vulgo δέρειν et δέρουσιν exstat, δαίρειν atque δαίρουσιν nullus plane Codex, sed nonnisi vetusta editio, Basileensis 2., ostentat, contra κ Codex Urbinas apud *Bekkerum* δέῤῥειν suggerit et δέῤῥουσιν. In Epicteti Dissertationibus ab Arriano digestis haud raro δαίρω reperitur, sed teste *Schweighaeusero* tantum non ubique Cdd. suppeditant δέρω. IV, 1, 119. δῆραι *Uptonus* recte convertit in δῆσαι ob sequentia, quum in pc. sit δεῖραι. Ibid. 127. pro δαιρόμενος pc. δερόμενος et 3, 7, 10. pro δαίρεσθαι pbc. δέρεσθαι testantur. Item 3, 22, 52. pro δαίρεσθαι pa. δέρεσθαι. Quâ Codicum locis l. δέρω pro δαίρω foventium voluntate confisus qui 3, 22, 54., ubi omnes libri δαίρεσθαι — δαιρόμενον — δαίροντας — δαίρῃ stabilire dicuntur, δέρεσθαι — δερόμενον — δέροντας — δέρῃ mutare sustinuerit, quod et sine molimine et sine piaculo fecerit, δαίρω verbum sustulerit. Apud Aristophanem quis dubitet δαίρειν et δαῖρε ex correctione manavisse eorum, qui priore loco longam syllabam, quâ sane opus est, posteriore autem atticam formam pro ionicâ subrogandas esse putarent? Isti scribae fraudem fecerunt Suidae, Zonarae, Favorino, quorum nullam fidem esse supra dixi et constat inter omnes. Ex his intelligitur, vocem δαίρω, quam librariorum et grammaticorum error pepererit, oscitantia et stultum obsequium natam aluerit, Graecis ignotam fuisse. Converto me ad N. T. scriptores, in quibus si Codices vestigia formae δέῤῥω continerent, passim eam aut reciperem, aut certe de meliore notâ com-

mendarem. Nimirum pro δέρω ionice scribitur δείρω, quae forma cum plurimis aliis, quae primum ab Jonibus profectae sunt, recentiorum scriptorum aetate revixit [vide Gregor. Corinth. p. 810. ed. *Schaef.*, ubi grammaticus δείρω et ἐκδείρω commemorat]. Jam vero δείρω verbum illis temporibus minime ignotum eodem Aeolismo N. T. scriptores in δέῤῥω converterint, quo κτέννω dixerunt pro κτείνω [vide infra ad vs. 5.]. Accedit, quod neque κτέννω neque δέῤῥω est Jonum tantummodo, sed, ut a me ostensum est, Attici quoque et noverant illa et usurparunt. Postremo illud δέῤῥω confirmat, quod δέρη *collum*, cujus fons est δέρω, non modo δέρη et δειρή, verum etiam δέῤῥη scribitur [vide *Jacobsium* ad Achill. Tat. p. 749. et 983.]. Eodem pertinet περιδέῤῥαιον s. περιδέῤῥεον *collare*, *monile*, quod Codd. pro περιδέραιον suppeditare solent [*Albertius* ad Hesych. s. v. περιδέραια περιτραχήλια· ἢ ἐνώτια: „*Phot. et Cyrill. Lex. MS. ac Suid.* περιδέῤῥαια περιτραχ. *etc.*" Vide *Jacobsium* l. l. p. 519.]. Utra forma vera sit, dubitari potest. Quamquam magis placet posterior περιδέῤῥεον, a Codd. frequentius, quam altera, commendata [cf. Moeris p. 326. ed. Piers., ubi vide notam]. Illud certum est, formam vulgo receptam περιδέραιον vitio laborare. — V. 4. et 5. Hic locus, quem plurimae premunt difficultates, vulgo sic habet: καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε, κἀκεῖνον ἀπέκτειναν, καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες. Libri hoc maxime modo discrepant: B. D. L. 1. 28. 33. 91. 118. al. omittunt λιθοβολήσαντες. | B. D. L. 33. ap. *Mill.* (ergo *iidem*) pro ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον suppeditant ἠτίμησαν. | 1. 28. 91. tenent κἀκεῖνον κεφαλαιώσαντες [vide *Wetsten.*] ἀπέστειλαν ἠτιμασμένον· — ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον] Theophyl. ἀπέστειλαν ἠτιμημένον | 92. ἀπέλυσαν ἠτιμωμένον. Versu 5. πάλιν demunt B. C. D. L. 33. al. (nimirum *iidem*, qui praebuere κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτίμησαν). Priusquam de verâ hujus loci scripturâ dicam, de verbi κεφαλαιοῦν potestate disputandum est, in quâ constituendâ nonnulli

V. D. magnopere lapsi sunt. *Wakefieldus* Sylv. Crit. II, p. 76 sq. ita explicuit: *et cum illo etiam*, *conjectis longe lapidibus* *summatim rem transegerunt* (quum ne *appropinquare* quidem siverint), sie machten mit ihm kurzen Process. Sane κεφαλαιοῦν τι declarat *ad summam aliquid redigere*, *paucis complecti*, *summatim perstringere* [Thucyd. 3, 67. 6, 91. 8, 53.]; sed κεφαλαιοῦν τινα *summatim rem cum aliquo transigere* nusquam. Aliena attulit *Wakefieldus*. Eurip. Rhes. v. 820. καρανιστής μόρος, ἐπικεφαλήν, quod Hesychio est ταχέως, ἐκκορυφοῦν τὸν λόγον ex Hesiod. Opp. I, 106. et κεφάλαιον ex ep. ad Hebr. 8, 1.. Non minus a ratione et usu abhorret *Theophylacti* interpretatio, quae similitudinis vinculo cum *Wakefieldi* consilio continetur: — ὃν λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, τουτέστι συνετέλεσαν καὶ ἐκορύφωσαν τὴν ὕβριν. *jactis lapidibus omni eum contumeliae genere quasi in summam quandam redacto affecerunt.* Item commentitia *Heinsii* est [cf. *Wolf.* in Cur.] explanatio: *conjectis lapidibus caput ei deminuerunt* [Victor ad h. l.: ἐκεφαλαίωσαν, τουτέστι κεφαλικὴν ζημίαν ἐπέθεντο, ἤτοι θάνατον ἐπράξαντο, ἢ ὅτι κατὰ κεφαλῆς θανατηφόρον πληγὴν ἤνεγκαν.], quae, si v. καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον genuina essent, etiam orationis perpetuitati repugnaret. Sed plane absurda *Lightfooti* est opinio sic interpretantis: *computarunt cum eo summam*, *cum irrisione dicentes: requiris tu fructum et reditum? en tibi hunc fructum* [*jacto lapide*]; *en tibi alium fructum* [*conjecto alio lapide*]. Rectissime *Vulgatus*, *Casaubonus*, *Heupelius*, *Heumannus* al. perspexerunt, κεφαλαιοῦν τινα h. l. valere *caput alicui ferire*, quae significatio ut exemplis confirmari nequit, ita *analogiae* patrocinium habet [cf. γναθοῦν et γυιοῦν *malam*, *membra alicui percutere* apud *Schleusnerum* Lex. I. p. 1265. et *Lobeckium* ad Phryn. p. 95.]. Necesse est igitur, ut v. κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον hanc sententiam afferant: *illi quoque conjectis lapidibus caput vulnerarunt* et *infamiâ notatum dimiserunt.* Etenim κἀκεῖνον vs. 4. et 5. non *et illum* [cf. *Kuinoel.*], sed *etiam illum* notat. Similitudo eo pertinet, quod postea

missi ministri, quemadmodum primo ablegatus, *contumeliâ* afficiebantur, quamquam *non eâdem.* Vide quae dixi ad Matth. 15, 3.. Illuc, unde abii, redeo. *Millius* Prol. §. 408.. *Bengelius* et *Griesbachius* C. C. p. 165. ita inducendum esse v. λιθοβολήσαντες arbitrati sunt, ut integra servarent vocc. καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. In quo consilio constantiam desiderari passi sunt. Nam quum iidem libri omittant λιθοβολήσαντες, praebeant ἠτίμησαν, denique πάλιν v. 5. abjiciant, hos aut omnino sequendos esse, aut ne in singulis quidem apparet. Et puto iis prorsus morem gerendum esse, non solum propter nobile ipsorum ingenium, sed etiam propter lectionis, quam h. l. offerunt, splendorem. Nam λιθοβολήσαντες glossema olet et interpretamentum; id quod bene senserunt *Millius*, *Bengelius* et *Griesbachius.* Scilicet mira vis verbi κεφαλαιοῦν illustranda videbatur; quare vel suâ mente vel e Matthaeo 21, 35. λιθοβολήσαντες addidere Grammatici, quod delendum rursus. Deinde vocabula καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον quum inusitata verbi ἀτιμόω in N. T. species, tum abhorrens ab h. l. significatio suspecta reddit. Est autem ἀτιμοῦν τινα *infamare aliquem*, *infamiam alicui inferre*, jemanden ehrlos machen [cf. *Wetsten.* ad h. l.]. At agricolae vulnerato capite non *infamiam* moverunt heri ministro, sed *injuriam* ei et *contumeliam* imposuerunt, quod est ἀτιμάζω et ἀτιμάω (beschimpfen), quae formae ut ipsae cohaerent, ita cum tertiâ ἀτιμόω nihil commercii habent. Pessime igitur comparatum est ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον, ut vulgo, paullo melius ἀπέστειλαν ἠτιμημένον, quemadmodum solus Theophylactus, multo melius ἀπ. ἠτιμασμένον, longe optimum denique ἠτίμησαν. Nam quamquam N. T. scriptores alias in hâc causâ constanter usurparunt formam ἀτιμάζω [Luc. 20, 10. Act. 5, 41. Joh. 6, 49. Rom. 1, 24. 2, 23. Jac. 2, 6.], tamen ἀτιμάω propterea h. l. offensionis expers est, quod ἀτιμάω cum ἀτιμάζω cognationem habet. Denique etiam in eo multum momenti est, quod in vulgatâ lectione nihil quidquam sani est: ἀπέστειλαν] un. ἀπέλυσαν. ἠτιμωμένον] al. ἠτιμημένον. al. ἠτιμασμένον. Nihil igitur dubito, quin ἀπέστειλαν illatum sit e vicinis v. ἀπέστειλαν — ἀπέστειλε — ἀπέστειλε,

Marcus autem scripserit *κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτίμησαν* *illum quoque vulnerato capite affecerunt ignominiâ*. Versu 5. ex iis Codd., qui vs. 4. recte suppeditarunt *κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτίμησαν* asciscendum est *καὶ ἄλλον* sine voculâ *πάλιν*, quae e vs. 4. temere repetita est [cf. *Griesbach.* C. C. p. 166.]. Restat, ut ex iisdem [B. L. 1. 33. al.] in l. v. *τοὺς μὲν — τοὺς δὲ* sufficiamus *οὓς μὲν — οὓς δὲ*, quod posterioris aetatis scriptores maxime frequentaverint [cf. *Herm.* ad Vig. p. 706., *Matthiae* ausf. Gr. p. 581. et Matth, 13, 8. 21, 35. Rom. 9, 21. 14, 5. al.]. * Obiter moneo, non accurate *Winerum* gr. p. 57. dixisse, Rom. 14, 2. *ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει* sibi respondere *ὃς μὲν — ὁ δὲ*. Manifestum est enim, ibi *structurae conversionem* obtinere h. m.: *alius credit omnibus rebus sine discrimine vesci sibi licere* (ejusmodi erant *provecti Christiani, οἱ τέλειοι* I Cor. 3, 6., quibus opponitur *ὁ ἀσθενῶν*); *sed infirmus vescitur oleribus*. Itaque cohaerent verba *ὁ δὲ ἀσθενῶν*. Ceterum vix credam, *ὁ μὲν — ὃς δὲ* et *ὃς δὲ — ὁ δὲ* sibi unquam respondere. Loca in hanc partem allata, velut quem *Wakefieldus* S. Crit. V. 56. citavit Aeliani Var. Hist. 6, 1. — *τοὺς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀπέλιπον γεωργεῖν, οὓς δὲ ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπέκτειναν.*, haud dubie corrupta sunt. * *ἀποκτείνοντες*] A. C. D. E. 3. 9. 34. 35. al. *ἀποκτέννοντες* | G. H. K. 1. al. *ἀποκτένοντες* (sic) | B. Ev. 18. 19. Mt. f. al. *ἀποκτιννύντες* | L. al. *ἀποκτιννοῦντες* (sic). Restituendum est haud dubie *ἀποκτέννοντες*, quam formam plurimi et optimi Codd. offerunt, aliis per *ἀποκτένοντες, ἀποκτιννύντες, ἀποκτιννοῦντες* veri inveniendi viam ostendentibus. Quorum *ἀποκτένω* plane est nihili: alterius *ἀποκτίννυμι*, vel, ut Phrynichus mavult, *ἀποκτίνυμι* [v. *Buttmann.* gr. II, p. 175.] tenuiora sunt in N. T. vestigia, quam quibus quidquam tribuam: tertium *ἀποκτιννοῦντες* item barbarismus est. Constat Aeoles quum saepe *ειν* in *εννν* et *ειρ* in *ερρ* convertisse dicendo *φαεννός, φθέῤῥω, σπέῤῥω, κέῤῥω* al. [v. Gregor. Cor. p. 279 sq.], tum hoc ipsum *κτέννω* magnopere celebrasse [vid. *Buttmann.* gr. I, p. 84. *Bekker.* Anecd. p. 1392.: *καὶ πάλιν οἱ Αἰολεῖς κτέννω λέγουσιν.*, Gregor.

Corinth. p. 588. 597. al.]. Itaque Aeolicum est ἀποκτέννω pro ἀποκτείνω. Jam vero N. T. et similes scriptores miscuisse dialectos et ex aliis alia suscepisse nemo ignorat. Ab Aeolibus quidem complura mutuati sunt [vid. *Winerum* gr. p. 24.]. Quare si vel aliae dialecti maximeque Attica κτέννω et ἀποκτέννω prorsus respuerent, tamen quum Codd. id toties incredibili consensu praebeant, quin sic *in Novo Testamento* verissime reponatur, nemo recte dubitaret. Velut Matth. 23, 37., ubi quum *Griesbachius* per errorem ἡ ἀποκτένουσα (sic) commendasset, ego non minus lapsus ἡ ἀποκτείνουσα, quod vulgatur, defendi, iis est Codd. obsequium praestandum, qui ἡ ἀποκτέννουσα testantur. Neque minus erravi, quum Matth. 10, 28. reposito ἀποκτεινόντων *Matthaeii* et *Griesbachii* ἀποκτενόντων rejicerem. Vere enim optimi libri ἀποκτεννόντων continent. Luc. 12, 4., ubi *Griesbachius* rursum ἀποκτενόντων textis intulit, frustra *David Schulzius* recepto ἀποκτεινόντων suum *recte* adspersit. Nam praeclari Codd. ἀποκτεννόντων stabiliunt. Idem Luc. 13, 34. ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, quum *Griesbachius* in margine ἡ ἀποκτένουσα collaudasset, haec addidit: „*an* ἀποκτενοῦσα?" Male quidem, quum Futuro ibi nullus locus sit. Sequendi erant praeclari libri, qui ἡ ἀποκτέννουσα habent. Semel *Griesbachius* recte aeolicam formam amplexus est Apoc. 6, 11. — οἱ μέλλοντες ἀποκτέννεσθαι —. Etiam in LXX et libris V. T. apocryphis idoneorum Codd. auctoritate passim scribendum est ἀποκτέννω, v. c. Jes. 66, 3. — καὶ ὁ θυσιάζων ἐκ ποιμνίου ὡς ὁ ἀποκτενῶν (sic. lgd. ἀποκτέννων) κύνα. Tob. 1, 18. — ἀπέκτεινε — ἀπέκτεινεν (lgd. ἀπέκτεννε — ἀπέκτεννεν), Sap. 16, 14., ubi *Bauermeisterus* meus in l.: *Commentarius in Sapientiam Salomonis. Gottingae* 1828. p. 161. quod rectissime est in *Breitingeri* editione ἄνθρωπος δὲ ἀκοπτέννει μὲν τῇ κακίᾳ αὐτοῦ —. probare debuerat. Verum Atticos quoque scriptores ἀποκτέννω usurpasse, cujus vestigia non tam librarii, quam *editores principes*, qui in hoc genere gravissima vulnera graecis scriptoribus imposuerunt, summâ licentiâ deleverint, perquam consentaneum est. Adeo saepe in praeclarissimorum librorum lecti-

onibus refertur ἀποκτέννω vel soloecum istud ἀποκτένω. Vide *Guil. Dindorfium*, Virum graece doctissimum, in Scholiis ad Aristophanem T. III, p. XIV., qui duo exempla protulit, quibus adde ἀποκτέννοι et ἀποκτέννοντα e *Bekkeri* V in Platonis Gorgia [vid. Comment. Crit. I, p. 180.]. Sed nihil his opus. Nam si quis Stephani Thesaurum ed. Lond. p. 5405 sq. evolverit, κτέννω et ἀποκτέννω e Basilio et aliis hujusmodi scriptoribus satis superque confirmatum reperiat. Sed quod ibidem κτένω et ἀποκτένω ut auctoritate par vel non multo inferius scripturâ per νν commemoratur, id omnino nullam vim apud me habuit. Etenim simplex litera et eadem duplicata in *sexcentis* vocibus, quae omnes alterutro modo constanter scribendae sunt, de principatu ita contendunt, ut quid ratio et linguae lex efflagitet unice quaerendum sit. — δέροντες] Mt. i. ἔδειραν n. ἔδηραν. — ἀποκτείνοντες] Mt. i. n. ἀπέκτειναν. Sunt correctiones. Nam de verbo ad Participia δέροντες et ἀποκτέννοντες supplendo magna fuit VV. DD. certatio et ipse *Valckenarius* l. l. deprehendit in h. l. καινῶς ῥηθέν. Non potest autem nisi sic oratio et sententia expleri: καὶ πολλοὺς ἄλλους ἠτίμαζον *et multos alios contumeliose tractarunt* [vide quae dixi Dissert. in 2 ep. ad Corinth. II. p. 45.]. Totus igitur locus, quem optimis libris confisi ex hiulco fecimus apte cadentem, hujusmodi est: καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν καὶ ἠτίμησαν· καὶ ἄλλον ἀπέστειλε, κἀκεῖνον ἀπέκτειναν, καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὓς μὲν δέροντες, οὓς δὲ ἀποκτέννοντες. *et rursum misit ad eos alium ministrum; hunc quoque vulnerato capite ignominiâ affecerunt. Et alium misit; hunc quoque interfecerunt; et multos alios contumeliose tractarunt, quum alios verberarent, alios interficerent.* V. 6. In lectione vulgatâ ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὑτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον λέγων· ferri non posse αὑτοῦ ut falsum ad grammaticam apparet. Nihilominus eam vocem tuetur *Griesbachius* C. C. p. 166. his verbis: „αὐτοῦ post ἀγαπητόν contra B. C. D. L. defendi potest canone critico, qui lectiones *hebraismum* redolentes ceteris praeferri jubet.“ Quis h. l. Hebraismus obtineat,

equidem ignoro. Sed contueamur scripturae varietatem: *ἔτι οὖν*] 13. 28. 69. 124. Syr. *ὕστερον δὲ ἔτι.* e Matth. 21, 37. | *οὖν* male omittunt B. L. 1. 209. Copt. Vind. — *υἱὸν ἔχων*] A. C. D. Cdd. It. *ἔχων υἱόν* | B. 33. Mt. c. *εἶχεν υἱόν.* — *ἀγαπητὸν αὑτοῦ*] 13. 124. 241. *τὸν ἀγαπητὸν αὑτοῦ* | B. C. D. L. Syr. It. Rd. Vulg. *ἀγαπητὸν* praetermisso v. *αὑτοῦ* | Mt. x. *ἀγαπητὸν αὐτῷ.* Haec est emendatio vitii *ἀγαπητὸν αὑτοῦ.* — *ἀπέστειλε καὶ αὐτόν*] D. *κἀκεῖνον ἀπέστειλε[ν]* e vs. 4. et 5. | 28. 91. 241. *ἀπέστειλε* demtis v. *καὶ αὐτὸν* | B. L. Syr. Arm. Verc. *ἀπέστειλεν αὐτόν* | 124. *ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς αὐτόν.* — *πρὸς αὐτούς*] Omittunt D. It.. Post *ἔσχατον* ponunt B. C. L. 13. al. — *ἔσχατον*] Deest in 63. 72. Mt. 10.. Jam si quis attendat et qui maxime libri discordent et quo discrepent modo, illud videat necesse est, vulgatum *ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὑτοῦ* turpes esse reliquias lectionis ad Matth. 21, 37. et Luc. 20, 13. conformatae: *ὕστερον δὲ ἔτι ἕνα υἱὸν ἔχων, τὸν ἀγαπητὸν αὑτοῦ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον λέγων postea autem quum adhuc unum filium haberet, dilectum sibi hominem misit ad eos postremum, dicens.* et Marco vindicandum esse: *ἔτι οὖν ἕνα ἔχων υἱὸν ἀγαπητόν, ἀπέστειλεν αὐτὸν ἔσχατον πρὸς αὐτοὺς λέγων· quum igitur unum adhuc haberet filium dilectum, misit eum postremum ad eos dicens.* Simile ei, quo Marcum liberavimus, vitium vulgo legitur Luc. Pisc. c. 51. *ἀλλὰ σὺ ὦ Ἔλεγχε εἰπὲ ὅντινα ἔχει διδάσκαλον αὑτοῦ.* Sed recte *Lehmannus* deletum vult *αὑτοῦ*, quam conjecturam firmat A, insuper *ἔχει* omittens. * In transcursu moneo Rom. 8, 23., quem locum corruptum esse vel mediocriter doctus intelligat, sic emendandum esse: *οὐ μόνον δὲ* (scil. *πᾶσα ἡ κτίσις στενάζει* vs. 22.), *ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες* (h. e. nos qui sumus paullum initiati i. q. *nos Christiani) καὶ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν.* * *ὅτι ἐντραπήσονται*] Vocem *ὅτι* recte mihi tuitus esse videor. Quam etsi multi Codd. excludunt, tamen in iis unus tantum refertur de praestantissimis Codex Stephani L. Deest vero *ὅτι* in l. parallelis Matth. 21, 37. Luc. 20, 13., unde Marcum mutatum esse etiam lectio *ἴσως*

ἐντραπήσονται evincit indidem [Luc. 20, 13.] hausta. V. 7. ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ] D. Rehdig. et nonnullae translationes οἱ δὲ γεωργοί e Matth. 21, 38. jactant. ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτοὺς] 12. 61. ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ ἰδόντες αὐτὸν εἶπον πρὸς ἑαυτούς | Ev. 24. 31. ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ θεασάμενοι αὐτὸν εἶπον πρὸς ἑαυτοὺς | 13. 124. 218. Ev. 18. 36. al. ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτοὺς εἶπον. Fateor, ἰδόντες αὐτόν é Matth. 21, 38. Luc. 20, 14. inferri potuisse, neque infitior, varietates quas recensuimus *in Evangeliariis* potissimum legi. Nihilominus *Matthaeii* judicium, qui ἰδόντες αὐτόν, θεασάμενοι αὐτόν et θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτούς Lectionaria perspicuitatis causâ effinxisse et ex Lectionariis in alios Codd. fluxisse existimavit, ita repudio, ut Marco ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτοὺς εἶπον *illi autem vinitores, quum eum venire ad se vidissent, dixerunt* attribuam. Apparent enim disjecta membra veritatis in his lectionibus: ἰδόντες αὐτόν (quod est glossema e l. parallelis ductum pro θεασάμενοι αὐτόν) — θεασάμενοι αὐτόν — θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον (sic v. c. 80.) — θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτοὺς εἶπον· ὅτι etc.. Neque illud vilipendo, quod qui postremam lectionem tenent πρὸς αὐτούς offerunt, quae est potior forma quam ἑαυτούς librariorum culpâ saepe illatum. Plurimum vero tribuo optimorum Codd. B. C. al. scripturae πρὸς ἑαυτοὺς εἶπον, quae verborum collocatio pro εἶπον πρὸς ἑαυτούς inusitata est. ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος] Vocem ὅτι, quam D. 1. 28. et pauci alii omittunt, defendo. Propterea enim intercidisse videtur, quia deest in l. parallelis Matth. 21, 38. Luc. 20, 14.. V. 8. Si hic versus, quemadmodum vulgo comparatus est: καὶ λαβόντες αὐτὸν ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος., nullam labem conceperit, Marcus, nisi quis forte ὕστερον πρότερον cum *Heumanno* agnoscere maluerit, discrepans a Matthaeo 21, 39. et Lucâ 20, 15. filii *in vineâ interfecti* cadaver e vineâ ejectum esse dixerit. Sed fieri potest, ut subsit vitium. Cdd. 127. 131. habent καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος ἀπέ-

κτειναν (cf. Luc. 20, 15.) | 69. 124. καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος καὶ ἀπέκτειναν (cf. Matth. 21, 39.) | 218. Ev. 12. καὶ λαβόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος ἀπέκτειναν. Τί οὖν etc. (sed suspicor, hos plane conspirare cum Cdd. 127. 131.) | Mt. f. καὶ λαβόντες ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. | L. al. καὶ λαβόντες ἀπέκτειναν αὐτὸν καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. | B. C. Ev. 18. al. καὶ λαβόντες ἀπέκτειναν αὐτὸν καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. Hi fere omnes sententiam eo perducunt, ut λαβόντες αὐτόν, tanquam e Matth. 21, 39. traductum, delendum, ἀπέκτειναν autem post v. ἐξέβαλον collocandum putemus, ut prorsus exstat tum apud Matthaeum, tum Lucam et sic fieri sane debuit, quum ἀπέκτειναν notio sit primaria et respondeat praecedentibus v. ἀποκτείνωμεν αὐτόν. Sic igitur Marcus orationem conformaverit: καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος καὶ ἀπέκτειναν. V. 9. In hoc vs. receptae lectionis integritas facile praestari potest. Nam οὖν, quod soli B. L. Germ. 2. demunt, prorsus est necessarium [cf. Matth. 21, 40. Luc. 20, 15.]. Deinde οὐχὶ ἐλεύσεται —; habent tantum Ar. pol. Erp., qui eodem modo Lucae locum 20, 16. perverterunt. Est enim οὐχί h. l. ineptissimum (*nonne veniet interfectisque vinitoribus vineam committet aliis?*) nec sequente οὐδέ vs. 10., quod non sit *etiam non*, sed *ne — quidem* excusatur. Vulgata scriptura τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; ἐλεύσεται — ἄλλοις. loquendi genus comprehendit, cujusmodi quavis paginâ offert Demosthenes [vid. *Devarius* de particulis etc. ed. Norimb. a. 1718. p. 236 sq.]. Quippe quam Jesus proposuit ὑποφοράν, ad eam sibi ipse respondet h. r.: *quid igitur vineae dominus faciet? Interfectis in suo adventu vinitoribus tradet vineam aliis.* Postremo neque τοὺς γεωργοὺς τούτους [ita 33. Mt. f. al.], neque τοὺς γεωργοὺς ἐκείνους [sic 1. 11. 91. al.] ullius est auctoritatis, quorum illud e Lucâ 20, 16. irrepserit, hoc vel e Matthaeo 21, 40. accesserit, vel, ut saepissime [vid. Recension einer Recension p. 35.], domi librariis succreverit. Ceterum Jesus quam modo pertractavimus parabolam v. 1—9. eo consilio narravit, ut doceret, regni

messiani civitatem ablatam ab Judaeis, indignis tanto ornamento hominibus, commissum iri a Deo gentilibus, quemadmodum nescio quis expulsis vinitoribus improbis vineam suam elocaverit aliis. Ac ne imperii messiani civitatem *ad gentiles*, viles homines, transferri auditores mirarentur, commonefecit eos v. 10. 11. notissimae Ps. 118, 22. de lapide primum ab architectis repudiato, deinde in summo honore habito vocis. V. 10. et 11. *οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε;*] *num ne celeberrimum quidem hunc locum legistis?* habt ihr denn nicht einmal diese (bekannte) Stelle gelesen? De ceteris hujus l. verbis vide not. ad Matth. 21, 42.. V. 12. Verissime *Beza*, *Heupelius*, *Heumannus* ad h. l. et doctiss. *Schulzius* in *Tzschirneri* Anal. III, 1, p. 106. observarunt, Marcum, si rationi logicae se adstringere voluisset, quattuor membra hoc ordine disponere oportuisse: *καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι· ἔγνωσαν γάρ, ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.* Primo enim dicendum erat, tum vim Jesu inferre voluisse pontifices judaicos et jureconsultos, tum quâ id re permoti facere statuissent, deinde illud commemorandum, re infectâ eos abiisse, quoniam a plebe Jesu favente sibi metuerent [cf. Matth. 21, 45. 46.]. Sed Marcus consilium doctorum judaicorum (*καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι*) animique habitum (*καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον*) primo loco posuit, deinde ea adjecit, quibus consilium illud niteretur (*ἔγνωσαν γάρ, ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε*) et quae ex eorum metu consequerentur (*καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον*). Haec Marco *ex parte* praeiverat Lucas 20, 19.. *τὴν παραβολὴν*] 108. 127, al. *τὴν παραβολὴν ταύτην* e Luc. 20, 19..

V. 13. *Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ.* 14. *Καὶ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· διδάσκαλε, οἴδαμεν, ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ διδάσκεις· εἰπὸν ἡμῖν, ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι ἢ οὔ;*

δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν; 15. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν εἶπεν αὐτοῖς· τί με πειράζετε, ὑποκριταί; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω. 16. Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς· τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; οἱ δὲ εἶπαν [αὐτῷ]· Καίσαρος. 17. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ· καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ.

V. 13. De Herodianis v. not. ad Matth. 22, 16.. ἀγρεύσωσι λόγῳ] D. παγιδεύσωσιν λόγῳ. Interpretamentum est e Matth. 22, 15. petitum. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ] *Beza* optionem fecit explicandi aut *ut eum suo insidiantium sermone venarentur*, aut *ut eum ipsius* (i. e. Jesu) *responso circumvenirent.* At tertia interpretatio unice vera est: *ut eum circumvenirent colloquio.* V. 14. Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ·] B. C. L. 33. καὶ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· | D. Cant. καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι· | Syr. Verc. Corb. οἱ δὲ ἐλθόντες ἐπηρώτων αὐτόν· | Vind. οἱ δὲ ἐλθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν ἐν δόλῳ· | 218. Ver. οἱ δὲ ἐλθόντες ἐπηρώτων (αὐτὸν Arm.) ἐν δόλῳ καὶ λέγουσιν· | 1. 13. 28. 69. 91. 118. 124. al. οἱ δὲ ἐλθόντες ἤρξαντο ἐρωτᾶν αὐτόν, ἐν δόλῳ λέγοντες·. Nihil hîc novandum erat, nisi ut e B. C. L. 33. (D. Cant. Colb. Corb.) καὶ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· reponeretur. Ceterae lectiones nauci non sunt, tum quod diversissimam et quae non ad certum finem tendat habent speciem, tum quod effictae sunt, aut ut Subjectum adesset (οἱ Φαρισαῖοι), aut ut pateret, non dici hîc, sed interrogari (ἐπηρώτων, ἤρξαντο ἐρωτᾶν), aut ut de dolosis hominum consiliis iterum lectores commonerentur (ἐν δόλῳ). οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων] Ev. 19. — εἰς πρόσωπον ἄνθρωπον (sic) | G. K. 1. 91. 116. 118. Mt. 10. Theophyl. in Comment. al. οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου. Hoc vulgatae lectioni praeferre non dubitavimus. Nam praeterquam quod in Cdc. aliquantum praesidii habet, ἀνθρώπων ex antecedente πρόσωπον nasci facile potuit. Subsidio etiam est l. Gal. 2, 6. πρόσωπον θεὸς

ἀνθρώπου οὐ *λαμβάνει*. et quodammodo in Lucâ 20, 21. scriptura *καὶ οὐδενὸς λαμβάνεις πρόσωπον*. Iisdem causis moti Matth. 22, 16. eos nunc libros sequendos esse ducimus, qui *εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου* testantur. Formulae *πρόσωπόν τινος λαμβάνειν* [נָשָׂא פְּנֵי פ״] et *βλέπειν εἰς πρόσωπόν τινος* [הִכִּיר פְּנֵי פ״ Prov. 24, 23.] in V. T. tam in laude, quam in reprehensione ponuntur. Illo pacto declarant *vultum alicujus accipere* (gelten lassen), *vultum alicujus intueri* i. q. *justam ad alicujus conditionem rationem habere*, *alicui favere*, *quia favore dignus est* [Job. 42, 8.], hoc modo significant *praeter rem et temere*, *quum favore indignus sit*, *alicui bene cupere*, *partium studiosum esse* [Deut. 10, 17.]. In N. T. v. *πρόσωπον λαμβάνειν*, *προσωποληπτεῖν*, *προσωπολήπτης* et *προσωποληψία* nunquam non in deteriorem partem accipienda sunt. Ceterum improbi homines, qui aliud agunt, aliud simulant verbis *οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου* rationem reddunt superiorum *καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός* h. r.: *novimus, te veracem esse neque te quemquam curare; non enim cujusquam vultu temere moveris.* *ἐπ᾽ ἀληθείας*] *in Wahrheit* i. q. *ἀληθῶς* [cf. vs. 32. Adde *Euthymium* et *Wetstenium* ad h. l.]. *τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ*] *viam, quam Deus vult iniri* h. e. *mores Deo probatos* i. q. *virtutem*. *ἔξεστι —;*] Ev. 19. *εἰπὸν ἡμῖν, ἔξεστι —;* | *Wetst.* 7. *εἰπὲ οὖν, ἔξεστι —;* | M. 28. Ev. 17., *εἰπὸν οὖν ἡμῖν, ἔξεστι —;* | C. 53. 61. al. *εἰπὲ οὖν ἡμῖν, ἔξεστι —;* | D. 239. Ev. 18. *εἰπὲ οὖν ἡμῖν, εἰ ἔξεστι —;* Inconsiderate faciat, qui has lectiones e Matth. 22, 17. *a librariis* repetitas esse judicet. Nam cur non turbarunt scribae Luc. 20, 22., qui locus item ad Matthaei exemplar exigendus fuerit? Illud taceo, credibile videri, hoc pacto plerosque Codd. in v. *εἰπὲ οὖν ἡμῖν, ἔξεστι —;* consensuros fuisse. Utrum autem *εἰπόν*, an *εἰπὲ* Marco restituendum sit, id quaeritur. Quae res altius repetenda est dicendique initium faciendum ab Atticorum consuetudine. Ordiamur a formâ *εἶπον*. Quae quum e longo tempore in graecis scriptoribus evanuisset, *Buttmannus* ad Plat. Dial. p. 70 sq. docuit, *Henr. Stephanum* primum in vulgati

εἶπον locum suffecisse εἰπόν, sed antiquos grammaticos plerosque, Lascarin, Suidam, Orionem, Zonaram, Arcadium p. 169., ubi de Aoristi I. Imperativo *diserte* disputat, praeterea Choeroboscum formam εἶπον, qui est Imperativus Aoristi I εἶπα, testimonio suo confirmasse, Codices vel antiquissimos eundem accentum tueri, novem (non, *octo*) *Bekkeri* Plat. Men. 71. D., in Anthologiâ omnium principem Palatinum, omnes in Pindaro Ol. 6, 156. et sic porro. Certum est igitur, usurpasse Atticos εἶπον *dic*. Altera forma εἰπόν Atticis tribuitur tantum ab Eustathio, auctore multo, quam cui uni credas, leviore, vel potius ab Aelio Dionysio, quo teste utitur ad Odyss. *β*. 85. p. 1435. 61. — φησὶ γὰρ Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι εἶπον καὶ εἶπα ἀμφότερα παρὰ Ἀττικοῖς, μᾶλλον δὲ τὸ πρότερον, καὶ τὰ προστακτικὰ δὲ ἀμφοτέρως εἰπὲ καὶ εἰπὸν ὀξυτόνως etc. Aliter Choeroboscus disputat apud *Buttmannum:* φησὶν ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ, ὅτι τὸ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ προστακτικὸν ὀξυτόνως λεγόμενον, οἷον εἰπόν ἀντὶ τοῦ εἰπέ δευτέρου ἀορίστου ἐστὶ κατὰ τὴν Συρακουσίων γλῶσσαν γενόμενον. καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι μεταποιοῦντες εἰς ον τὰ προστακτικὰ τοῦ δευτέρου ἀορίστου τὸν τόνον φυλάττουσι τῶν κοινῶν προστακτικῶν οἷον νύγε νύγον, λάβε λάβον καὶ τὸ ἄνελε ἄνελον. Εἰ οὖν εἰπέ ὀξυτόνως, δῆλον ὅτι καὶ εἰπόν κατὰ Συρακουσίους ὀξυτόνως. Τὸ γὰρ παρ᾽ ἡμῖν βαρυνόμενον ἐν τῷ Μενάνδρῳ Εἶπον δέ, τί ποιεῖν μέλλετε, ἀντὶ τοῦ εἰπέ, πρώτου ἀορίστου, ἀπὸ τοῦ εἶπα, προστακτικόν ἐστιν, ὥςπερ ἔτυψα τύψον, ἔγραψα γράψον. Is igitur Menandro tribuit Imperativum εἶπον: de εἰπόν quae disserit, iis infra utemur. De Atticorum consuetudine disputare pergimus, apud quos forma Imperativi εἶπον legitur, ut diximus, sed raro. Vix concuti potest Platonis locus, quem supra attulimus. Sed Eurip. Jon. v. 345. τίς; εἶπον· εἴ μοι ξυλλάβοι, χαίροιμεν ἄν. *Hermannus* reposuit τίς; εἰ πόνου μοι ξυλλάβοι —. conjecturâ vero simillimâ. Aristoph. Eccles. v. 256. τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν. Suidas εἴπω, D. εἴποιμ᾽ offert pro εἶπον. His adjice Theocrit. 14, 11. εἶπον et quem citavi Pindari locum. In Euphorionis

fragmento apud Athen. XI. p. 503. e *Schweighaeuseri* conjecturâ οὐ γὰρ εἶπον exstat. In Xenoph. Mem. 3, 6, 3. pars Cdc. εἶπον ἡμῖν pro εἰπὲ ἡμῖν testatur. Denique V. D. εἶπον semel e fragmento dorico Pythagorei incerti et *septies* ex Anthologiâ consignarunt. Jure igitur *Lobeckius* ad Phryn. p. 348. εἶπον probavit. Verum missis reliquis scriptoribus ad sacros transeamus. Primum autem examinanda est Choerobosci vel Characis potius sententia. Is igitur affirmat, quod in τῇ θείᾳ γραφῇ legatur ὀξυτόνως εἰπόν esse secundi Aoristi Imperativum e Syracusanorum dialecto ductum. Hos enim Aor. II. Imperativum in ον finientes servare accentum vulgaris Imperativi. Debuisse igitur eos εἰπέ convertere in εἰπόν. Nam εἶπον apud Menandrum esse Aoristi I εἶπα Imperativum. Quod Syracusanos appellavit, potuit fortasse etiam Dores dicere pro θίγε θίγον sim. formare solitos, quorum linguâ loquuti sunt Syracusani, Corinthiorum „coloni" inquit *Fischerus* ad Well. II. p. 383.. Elucet ex hoc grammatici loco, ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, h. e. in LXX et in N. T., non εἶπον, ut apud alios scriptores, sed εἰπόν exhibendum esse. Etenim accentum εἰπόν Cdc. summa paene constantiâ retinent [vide tamen varr. lect. Act. 28, 26. ap. *Wetst.*] et minime refert εἰπόν forma vel indole et naturâ suâ librarios. Praeterea εἰπόν in N. T. passim praebent *optimi* libri. In LXX. Jes. 40, 9. recte vulgo exscriptum legitur εἰπόν, sed Genes. 12, 13. 20, 13. Levit. 23, 10. male εἶπον, quod futuro editori nunquam non in εἰπόν mutandum est. In N. T. Act. 28, 26. plurimi et optimi libri, quibus merito obsequutus est *Griesbachius*, pro καὶ εἰπέ stabiliunt καὶ εἰπόν. Sed etiam alias in bonis Cdc. aliqua est formae εἰπόν pro εἰπέ memoria [cf. Matth. 22, 17. Marc. 13, 4. Luc. 10, 40. 20, 2. 22, 67.]. Non ignoro quidem, haud raro omnes libros vel consentire in εἰπέ, vel dici consentire [v. c. Matth. 4, 3. 20, 21. 24, 3. Luc. 4, 3. Joh. 10, 24. 20, 15.], neque mihi nunc animus est consuetam formam in dubitationem vocare. Illud contendo, ubicunque in N. T. ex idoneis Cdc. recipere liceat εἰπόν, id repudiato εἰπέ sine ullâ dubitatione reponendum esse. Quibus explicatis ut ad Marci locum revertamur, εἰπὲ οὖν ἡμῖν or-

tum esse e genuino *εἰπὸν ἡμῖν* arbitrati, *εἰπὸν ἡμῖν, ἔξεστι* — ; excudi curavimus, praesertim quum *οὖν* in ejusmodi loco ad sensum minime requiratur. Hoc quoque re satis expensâ dicimus, non ignari, *οὖν* quum omnino in N. T. legi saepissime, tum peculiari usu Imperativos subsequi solere. Jam reliquos Modos Aoristi I *εἶπα* paucis absolvere liceat. Tenendum est autem, Atticos quoque scriptores, etsi perraro *εἶπον* Imperativi secundâ personâ usi sunt, *εἶπα, εἰπάτω* et reliqua usurpasse frequentius, ita tamen, ut multo crebrius ponerent Aoristum secundum. Petierunt vero Attici *εἶπα*, ut plurima, ab Jonibus [vide V. D. ad Greg. Cor. p. 481 sq.]. In N. T. legimus quidem sine varietate Aoristum II *εἶπον* [Matth. 2, 5. 9, 3. 12, 2. 13, 10. 21, 38. al.], sed *εἶπα* et reliquos Modos hic illic restitui debere multis potest argumentis ostendi. Principio Alexandrini adeo in Aoristum I propendent, ut etiam barbara confingant [vid. Ps. 33, 5. *προςέλθατε* cl. *Wineri* gr. p. 37.]. Deinde *εἶπα* repperitur in LXX, v. c. Jes. 43, 9. *εἰπάτωσαν*. Postremo in ipso N. T. radices egit altissimas [cf. Matth. 10, 17. 21, 5. 26, 25. 64. 28, 7. 13. Marc. 12, 32. Luc. 13, 32. 20, 39. Joh. 4, 17. Act. 24, 20. Col. 4, 17., ubi libri non discordant]. Videndum est igitur, an *εἶπα*, quotiescunque praeclaris Cdc. nitatur, amplecti nos oporteat [v. c. Marc. 12, 7. 16. Luc. 20, 2. 39.]. *κῆνσον Καίσαρι δοῦναι*] B. L. 115. Ev. 18. 19. al. *δοῦναι κῆνσον Καίσαρι*. Optime. Neque enim loquutio *δοῦναι κῆνσον* *censum* (i. e. pecuniam in capita imperatam) *dare* divelli poterat, sed v. *Καίσαρι* aut primo loco ad Lucae 20, 22. *Καίσαρι φόρον δοῦναι* exemplum, aut ad Matthaei 22, 17. ultimo erat collocandum. Quin etiam lectio D. *ἡμᾶς δοῦναι ἐπικεφάλαιον Καίσαρι*, quamvis glossemate affecta, scripturam *δοῦναι κῆνσον Καίσαρι* corroborat. *δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;*] Haec v. non esse auctoritate D. Rd. excludenda, docet lectio 225. al. — *δοῦναι, ἢ οὐ δῶμεν;* unde apparet, primum *ἢ μὴ δῶμεν;* excidisse ob homoeoteleuton (*δῶμεν*), deinde in v. *ἢ οὐ δῶμεν;* absurdum *δῶμεν* exstinctum esse. Et fuerunt v. *δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;* tanto magis opportuna injuriae, quod deficiunt in l. parallelis. Ceterum, ut illa bene Marcum addidisse pateret, operam de-

derunt interpretes. *Grotius* priore percontatione ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι; Jesum, num censum dare Caesari *liceret*, posteriore δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; num dare *conduceret* interrogasse satis argute observavit. *Wolfius* autem insidiatores quaestionem suam propterea duplici modo formasse putavit, ut eam acuerent animique cupiditatem et studium declararent. Contra mihi vocc. δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; valde frigere videntur, ut a Marco praetermissa mallem: *dic nobis, utrum censum dare Caesari* (jure divino) *licet, an vero minus? utrum solvendum eum censes, an non solvendum?* (Sollen wir ihn geben, oder nicht geben?). Nihil enim posterior percontatio differt a priore. Quippe sponte intelligebatur, si censum dari Caesari jura divina concederent, dandum, sin minus, non solvendum fuisse. Illud autem egisse simulatores, ut Jesus blanditiis circumventus incautius de Caesaris jure et majestate loqueretur, et manifestum est, et monuit *Theophylactus* ad h. l.. V. 15. ὁ δὲ] ὁ δὲ Ἰησοῦς D. G. 1. 13. 28. 69. 118. 124. 209. Arm. It.. — εἰδώς] ἰδών D. 13. 28. 69. Goth. Cant. Ver. Corb. Vind. Colb.. — πειράζετε;] πειράζετε, ὑποκριταί; G. 1. 13. 28. 61. 69. 91. ap. Mill. 118. 124. 209. Arm. al.. Patet igitur, eosdem fere libros Ἰησοῦς et ὑποκριταί addere et ἰδών exhibere, ut probabile sit, aut haec omnia aut nihil eorum esse suscipiendum. Illa ratio haud dubie vera est. Nam quod ad voc. Ἰησοῦς attinet, est id h. l. aptissimum, quum narrationis perspicuitatem adjuvet. Adjice, orationem ad Evangelistarum usum, qui sequente Participio ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδών, quam ὁ δὲ ἰδών dicere malunt, melius respondere recepto, quam repudiato v. Ἰησοῦς. Quare voc. Ἰησοῦς rejectâ eorum, qui e Matth. 22, 18. ductum credunt, opinione textis intuli. Videamus nunc de v. εἰδώς et ἰδών. Hae formae perpetuo a librariis confunduntur. Cf. varr. lect. Matth. 9, 4. Marc. 12, 28. [item 12, 34. apud *Wetst.* et *Matthaeium* ed. min.] Joh. 19, 28., ubi *David Schulzius* ἰδών male e vs. 26. repetit, Gal. 2, 7., *Jacobs.* ad Achill. Tat. II, 547 sq. et *Schaeferi* Appar. ad Demosth. II, p. 247.. Jam vero hîc ἰδών esse legendum, non εἰδώς, ut vulgo, ita apertum est, ut nullus resideat dubitationis scrupulus. Neque

enim de perpetuo Jesu habitu, sed de sensu, qui temporis momento animum ejus pepulit h. l. agitur debetque dici non quidem *quoniam eorum simulationem* s c i v i t, sed *quum eorum simulationem* *a n i m a d v e r t i s s e t*. Prorsus ita Matthaeus 22, 18. *γ ν ο ὺ ς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν* —. et Lucas 20, 23. *κ α τ α ν ο ή σ α ς δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν* —. loquuti sunt, ut par erat. Omnino autem ubi Cdc. *εἰδώς* et *ἰδών* variant frequentius hoc, quam illud genuinum est. Nimirum in libris, qui literis majusculis exarati sunt, *ἰδών* saepe scribitur, ut in Cd. D., *ΕΙΔΩΝ*. Quod quum posteriores scribae portentum esse intellexissent, *εἰδώς*, quod ei subesse putavissent, correxerunt. Eadem, quae nostri, ratio est loci Marc. 12, 28. et Joh. 19, 28., ubi hoc dici *quo facto quum Jesus* *s c i r e t* *omnia jam peracta esse* a sententiâ, quae requiritur, tam abhorret, quam explet eam haec oratio: *quo facto quum Jesus a n i m a d v e r t i s s e t* (*ἰδών*) *omnia jam peracta esse*. Superest, ut de v. *ὑποκριταί* post *πειράζετε* vel adjiciendo vel demendo brevi praecidamus. Quod quamquam e Matthaeo 22, 18. hûc fluxisse videri potest, tamen amplexus sum, tum ut mihi plane constarem, tum quod eximie convenit cum praegresso *αὐτῶν τ ὴ ν ὑ π ό κ ρ ι σ ι ν*: *Jesus autem quum eorum s i m u l a t i o n e m animadvertisset dixit iis: cur me tentatis, s i m u l a t o r e s?* Quod in Lucâ 20, 23. tres Cdc. *ὑποκριταί* apponunt, meam causam adjuvat. Facilius enim Lucae inferri illud poterat, si duo Evangelistae eo vocabulo usi erant, quam si unus tantummodo. *φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω*] Possunt sane haec v. sic accipi: *suppeditate mihi denarium, ut d e r e, q u a m e x q u i r i t i s, v i d e a m* (damit ich *zusehen* kann). Cf. Hom. Od. K. v. 44. *ἀλλ' ἄγε θᾶσσον ἰδώμεθα, ὅ,ττι τάδ' ἐστὶν* —. Sed multo majorem simplicitatis commendationem vulgata habet interpretatio: *praebete mihi denarium, ut eum videam* i. q. *date mihi denarium i n t u e n d u m. Denarium* autem sibi poposcit Jesus (Caesareanum), quia hoc nummo census solvendus erat [cf. Matth. 22, 19.]. V. 16. *οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ*] *εἶπαν* pro *εἶπον* non frustra mihi obtulerunt B. C. D. L. Ev. 12. cf. not. ad vs. 14.. Praeterea *αὐτῷ* Cdd. 1. 13. 69. 209.

al. fiduciâ fortasse expellendum est. Certe Luc. 20, 24. nullum hujus Pronominis animadvertas vestigium et loci Matth. 22, 21., ubi est *λέγουσιν αὐτῷ· Καίσαρος.*, diversa est conditio. Nam *λέγουσι· Καίσαρος.*, quod solus B. testificatur, peregrinus est sonus apud Evangelistas, qui ita loqui consueverunt: *λέγουσιν αὐτῷ· Καίσαρος.* V. 17. *ἀποκριθείς*] om. B. C. L. 33. al. — *ὁ Ἰησοῦς*] om. L. 218. Mt. e. Copt.. — *αὐτοῖς*] om. B. D. Cant.. *ἀπόδοτε*] *ἀπόδοτε οὖν* 13. 69. 106. 124. al.. *ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος*] *τὰ Καίσαρος ἀπόδοτε* B. C. L. al.. *ἐθαύμασαν*] B. al. *ἐθαύμαζον.* Proficiscar ab ultimâ vs. parte, in quâ B. C. L. al. perverso verborum ordine *τὰ Καίσαρος ἀπόδοτε Καίσαρι* tenent, quae scriptura etiam locis parallelis Matth. 22, 21. Luc. 20, 25. repugnat. Quod magnam sane *hîc* vim habet. Etenim praecipua maximeque celebrata Jesu verba vel dicta Evangelistae omnes eodem modo solent referre, nec discrepare nisi in levissimis, ut h. l. Matth. *ἀπόδοτε οὖν* — Luc. *ἀπόδοτε τοίνυν* —. Iidem libri omittunt *ἀποκριθείς*, quod non magis ratum habeo, quum etiam in l. parall. desit Participium, quo facilius hîc potuit intercidere. Iidem fere demunt *αὐτοῖς*, alii quidam item vitiose *ὁ Ἰησοῦς.* Rectissime vero multi libri *οὖν* post *ἀπόδοτε* adjungunt, quae particula nullo modo deesse possit. Postremo pessime rursus B. D. L. al. *ἐθαύμαζον,* quod non modo locis Matthaei et Lucae contrarium est, sed rei ipsi sententiaeque repugnat. Nam in narratione Imperfecto nullus locus est. Quare nihil h. l. nisi *ἀπόδοτε οὖν* —. novavi. *καὶ ἐθαύμασαν ἐπ᾽ αὐτῷ*] *et cepit eos Jesu admiratio.* Neque injuriâ. Sapientissime enim Jesus eo structas sibi insidias evitavit, quod rem, quam Pharisaei et Herodiani percontati erant, medio responso suspenderet. Scilicet utrum censum dari Caesari jura divina permitterent, an vero minus, non diserte definivit, sed contuitus denarium, in quo monetae genere Caesaris erat expressa effigies quum alia Caesari, alia Deo praestanda esse officia pro haud dubio sumsisset, omnino et generatim quidquid officii in Caesarem, quidquid in Deum sit conservare jussit simulatores [vid. not. ad Matth. 22, 21.].

V. 18. *Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτόν, οἵτινες
λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι, καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν
λέγοντες·* 19. *Διδάσκαλε, Μωϋσῆς ἔγραψεν ἡμῖν,
ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ καὶ καταλίπῃ γυ-
ναῖκα καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐ-
τοῦ τὴν γυναῖκα [αὐτοῦ] καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ
ἀδελφῷ αὐτοῦ.* 20. *Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ
ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε
σπέρμα.* 21. *Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν καὶ ἀπέ-
θανεν, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ τρίτος
ὡσαύτως·* 22. *καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν
σπέρμα· ἔσχατον δὲ πάντων καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν.*
23. *Ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος
αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυ-
ναῖκα.* 24. *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς·
οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς
μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ;* 25. *Ὅταν γὰρ ἐκ
νεκρῶν ἀναστῶσιν οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγ-
γελοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* 26. *Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν,
ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωϋσέως
ἐπὶ τοῦ βάτου, πῶς εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς λέγων· ἐγὼ
ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰα-
κώβ;* 27. *Οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων·
ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε.*

V. 18. *οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι*] 1. 13. 28. 69. 124. Copt. *οἵτ. λέγ. ἀνάστασις οὐκ ἔστι.* Haud dubie in vulgatâ lectione acquiescendum est, tum quod *οἵτ. λέγ. ἀνάστασις οὐκ ἔστι* tenue habet a libris praesidium, tum quoniam nemo non haec verba potius exspectaverat *οἵτ. λέγ. ὅτι ἀνάστασις οὐκ ἔστι,* tum quia Marcus h. l. Lucam 20, 27. *προςελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων οἱ λέγοντες* (attende attractionis vim: alioquin enim dici debuerat *τῶν λεγόντων*) *ἀνάστασιν μὴ εἶναι* —. imitatus est. Nam recte ibi *Davidi Schulzio* optimorum Cdd. scriptura *οἱ λέγοντες ἀ. μ. εἶναι* —. probata est. Nimirum quod vulgo legitur *οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν*

μὴ εἶναι *qui repugnant, contradicunt mortuorum in vitam reditum non esse* sententiam evertit. *Cui* tandem, obsecro, repugnant? Ita factum est, ut in omnibus hujusmodi l. [cf. Matth. 22, 23. Act. 23, 8.] exstet λέγειν: *qui affirmant* etc.. Elegantiore ordine, quam h. l. et Luc. 20, 27. oratio decurrit Matth. 22, 23. — οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν et Act. 23, 8. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν. Ceterum in promtu est, v. Σαδδουκαῖοι ad Sadducaeos, qui ut suâ quadam cavillatione Jesum irriderent, accesserant, vocc. οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι ad universam Sadducaeorum sectam pertinere: *et adierunt eum Sadducaei, quod hominum genus mortuorum in vitam reditum esse negat.* ἐπηρώτησαν] B. D. L. al. ἐπηρώτων. Male. Etenim ἔρχονται quod praecedit ἐπηρώτησαν tuetur. Praesens enim et Aoristus Tempora sunt historica, non item Imperfectum. Ortum est autem ἐπηρώτων e solemni librariis utriusque temporis confusione [cf. supra p. 120.]. V. 19. Μωσῆς] Μωϋσῆς recte suppeditant D. M. 11. 69. apud *Wetst.* et c. f. al. apud *Matthaeium.* ἔγραψεν] Voc. γράφειν de legum latoribus frequentatum *legem ferre, lege sancire Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. illustrarunt. καταλίπῃ] D. 28. It. ἔχῃ. Hoc e Matth. 22, 24. Luc. 20, 28. perabsurde derivatum. καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ] C. Copt. καὶ μὴ ἀφῇ τέκνα. Eam lectionem si quis verbis v. 20. οὐκ ἀφῆκε σπέρμα defendere conetur, videat, ne ferri nequeat haec oratio: καὶ καταλίπῃ γυναῖκα καὶ μὴ ἀφῇ τέκνα. — τὴν γυναῖκα αὐτοῦ] Voculam αὐτοῦ demunt B. C. L. 1. 61. Copt. „sicut Mt. 22, 24.“ inquit *Dav. Schulzius.* Immo ut Luc. 20, 28.. Est autem de illâ voce anceps disputatio. Nam potuit facile addi quia praecedit ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, potuit facile obliterari ob eandem causam; exstat in Matthaeo 22, 24., qui hîc longe aliter, quam Marcus versatus est, non repperitur in Lucâ 22, 28., quocum paene ad verba Marcus conspirat. Unde fortassis delenda est. ἐξαναστήσῃ] A. 12. 61. 63. 69. 118. 124. 239. al. ἐξαναστήσει. Dictu speciosis haec scriptura potest argumentis defendi. Primo quidem Luc. 22, 28. non pauciores Cdd. et fere iidem ἐξαναστήσει tutantur. Deinde e

Matth. 22, 24. *ἐξαναστήσει* ductum esse eo aliquis neget, quod ibi est *ἀναστήσει* simplex. Tum *ἐξαναστήσει* propter v. antecedentia *ἵνα λάβῃ* in *ἐξαναστήσῃ* convertere proclive erat librariis. Nulla autem cadebat in *ἐξαναστήσει* Futurum reprehensio. Potuerat enim Marcus vel sic loqui: *ἵνα λάβῃ* — *καὶ ἐξαναστήσῃ*, quae *imperantis* fuerat oratio [cf. *Winer.* gr. p. 131.]: *Moses hat befohlen: — dass sein Bruder die Frau nehme und seinem Bruder Nachkommen erzeuge;* vel ita dicere: *λήψεται ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα καὶ ἐξαναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ*, quo pacto Futurum, ut saepe in N. T., imperantis vocem enuntiaret: *Moses hat verordnet: — so mag sein Bruder die Frau nehmen und seinem Bruder Nachkommenschaft erwecken.* Sed utroque loquendi genere confuso scribere Marco licuerat *ἵνα λάβῃ* — *καὶ ἐξαναστήσει*, ut Futurum sui juris esset, imperium exprimens: *Moses hat verordnet — dass sein Bruder die Frau heurathe und er soll Nachkommenschaft erwecken seinem Bruder.* Nihilominus iis accedo, qui *ἐξαναστήσει* in Marco et Lucâ e Matth. 22, 24. a scribis repetitum esse judicant. Vicissim enim Matthaeo e Marco et Lucâ *ἵνα* cum Conjunctivo obtrudere nonnulli conati sunt [cf. ibi varr. lect.]. V. 20. *ἑπτὰ οὖν*] Tametsi *οὖν* in plurimis Cdc. deest, tamen particulam non debuerant inducere *Matthaeius* et *Griesbachius*. Necessario enim in narrationis exordio requiritur, ut bene vidit *Beza* [cf. Matth. 22, 25. *ἦσαν δὲ* —. Luc. 20, 29. *ἑπτὰ οὖν* —.]. *ἦσαν*] 13. 28. 61. 69. *ἦσαν παρ' ἡμῖν* e Matth. 22, 25.. Eadem corruptela Luc. 22, 29. nonnullos Cdc. occupavit. Marcus hoc sibi voluit: *sieben Brüder gab es nun.* *ἀποθνήσκων*] D. 1. 28. al. *ἀπέθανε καὶ.* Idem judico de hâc scripturâ, quod supra 11, 2. de illâ: *λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε*, librarios suo arbitrio Participium in verbum finitum solvisse. Vulgatae lectioni hoc inest: *et moriens* (bey seinem Tode) *non reliquit subolem.* V. 21. et 22. *καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα*] B. C. L. 33. *μὴ καταλιπὼν σπέρμα.* Lectio vulgata corroboratur v. 20. — *οὐκ ἀφῆκε σπέρμα* et v. 22. — *οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα.* Verba *μὴ καταλιπὼν σπέρμα* peregrinum olent [cf. Luc. 20, 31.]. Nam ut poëta, qui voci

σπέρμα non nisi *liberorum* notionem subjiciat, *καταλείπω σπέρμα* pro *καταλείπω τέκνα* dicere nihil dubitet, ita pedestris orationis scriptor ejusmodi verbis, quae cum propriâ vocabuli *σπέρμα semen* vi congruant v. c. *ἔχειν σπέρμα*, *ἀφιέναι σπέρμα*, uti haud paullo maluerit. *καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως*· *Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα*] Haec v., quae vulgo propagantur, corrupta esse deletaque interpolatione *ἔλαβον αὐτὴν* ex B. M. 13. 69. It. Colb. Marco reddi debere *καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως* (scil. *λαβὼν αὐτὴν ἀπέθανε καὶ οὐκ ἀφῆκε σπέρμα*: cf. v. 20.)· *καὶ οἱ ἑπτά* (mente adde quod reapse adjecerunt interpolatores verbum notionem continens *praecipuam ἔλαβον αὐτήν*) *καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα et tertius pariter (ductâ uxore mortuus est sine prole): et septem (matrimonium cum eâ inierunt) neque subolem reliquerunt.* tum probi Cdc., qui *ἔλαβον αὐτήν* omittunt, docent, tum qui duplici interpolatione inquinati etiam post v. *καὶ ὁ τρίτος* jactant *ἔλαβεν αὐτήν*. Sed age diligenter ceteras Cdc. diversitates, quarum primaria causa in illis, quas dixi, interpolationibus inest, percenseamus. *Corb.* omittit v. *καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως*. (Defecit nimirum interpres a *καί* ad *καί*). | D. Cant. Vind. *καὶ ὡσαύτως ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτὰ καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα*. (Haec scriptura nullo pacto placere potest. Nam et Matth. 22, 26. et Luc. 20, 31. *primum*, *secundum* et *tertium* fratrem diserte commemoravit, priusquam septem generatim complecteretur omnes. Credibile est igitur, etiam Marcum *tertii* fratris mentionem injecisse. Praeterea lectio, de quâ agitur, partim ex interpolatione *ἔλαβον αὐτήν*, partim inde nata est, quod *ὡσαύτως* ad sequens membrum *καὶ οἱ ἑπτά* perperam relatum esset.) | B. ap. Bentl. C. L. Copt. *καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως· καὶ οἱ ἑπτὰ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα*. (Displicet haec lectio, quia non exprimit quod dicendum fuerat *quatuor fratres, qui reliqui erant, mulierem in matrimonium duxisse).* | 28. *καὶ ὁ τρίτος, ὡσαύτως οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα*. (Hoc pacto *ὡσαύτως* a praecedentibus v. *καὶ ὁ τρίτος* male sejungi apparet.) | 1. 209. *καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτὴν* (en interpolationem), *ὡσαύτως οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα*. (Rursus peccatum

est in voce ὡσαύσως: vide supra) | Arm. ὡσαύτως καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν (vide supra), καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα | A. 46. 52. καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως· καὶ ἔλαβον αὐτὴν ὡσαύτως (vide supra) καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα. | 115. καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν· ὡσαύτως ἔλαβον αὐτὴν (en duplicem interpolationem) καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα. Laudo *Griesbachium*, qui C. C. p. 166. vulgatam lectionem mendosam esse perspexerit. Sed ejus conjectura καὶ ὡσαύτως καὶ οἱ ἑπτὰ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα et audacissima est, quum nulla sit Codicum voluntatis ratio habita, neque sententiam, quâ opus est, praestat. Eâ enim receptâ non dictum est, septem fratres mulierculam in matrimonio habuisse. Non minus, quam Marci verba, Lucae 20, 30. 31. est locus depravatus, quem Marcus imitatus est. Vulgo sic habet: καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος. καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐ κατέλιπον τέκνα καὶ ἀπέθανον. De mendis tam Cdc., qui magnopere dissentiunt, quam verba ipsa καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος admonent. Sive enim καὶ οὗτος vertas *auch dieser*, turpissimum orietur Asyndeton: *et duxit secundus mulierem; is quoque sine prole mortuus est.*; sive ita transferre malis und *dieser*, haec interpretatio sensus trahet ruinam. Quasi vero primus liberos reliquisset (praecedunt autem v. καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν γυναῖκα ἀπέθανεν ἄτεκνος). *Griesbachius* non emendavit, sed corrupit locum scribendo: καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος — καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν; ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα καὶ ἀπέθανον. Sic enim nescimus, omnes fratres unam feminam amplexos esse uxorem. Enimvero totus l. hunc in modum e Cdd. refingendus est: καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως, καὶ οἱ ἑπτά, καὶ οὐ κατέλιπον τέκνα καὶ ἀπέθανον. Hujus sententiae rationes reddam ad Luc. 20, 30..

ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή] Haec v. excludit Ev. 36.. Male. Nam hoc utique declarandum erat, post septem maritorum obitum feminam et ipsam exspirasse [cf. Matth. 22, 27. Luc. 20, 32.]. D. καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν prae-

termissis vocc. *ἐσχάτη πάντων*. Recte *Griesbachius* C. C. p. 167. hoc improbat propterea, quia rei cardo in hoc vertatur, quod *post septem maritorum mortem* mortua sit muliercula. *ἐσχάτη πάντων*] B. C. G. H. al. *ἔσχατον πάντων* | 1. 28. 69. *ἔσχατον δὲ πάντων* — *ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή*] B. C. D. L. 1. 13. 69. *καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν*. *Griesbachius* l. l. *ἔσχατον πάντων* probat, quoniam *ἔσχατον* proprius accedat ad *ὕστερον* Matthaei et Lucae, quam *ἐσχάτη*. Equidem dedi *ἔσχατον δὲ πάντων*, additâ, quae necessario requiritur, particula, deinde ex iisdem fere libris *καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν*, quum *ἀπέθανε καὶ ἡ γυνὴ* e Matth. 22, 27. peti potuerit et in Lucâ quoque 20, 32. sint qui *καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν* suppeditent Codices non paucissimi. V. 23. *ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι*] *οὖν* D. G. 1. al. post *ἀναστάσει* collocant et E. F. H. L. S. multique alii omittunt. Sed eâ voce prorsus opus est. Perperam igitur *Millius* Prol. §. 1101. *οὖν* damnavit, *Matthaeius* ed. maj. et min. etiam exterminavit. Neque vero *ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει* scripserat Marcus, sed *ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν*. Nam ante v. *ἀναστάσει* deest *οὖν* in tot Cdc., ut *ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει* perinfirmo Cdd. fundamento niti appareat. Adde, quod etiam Matth. 22, 28. B. D. 1. 69. 124. al. *οὖν* post *ἀναστάσει* ponunt, quum Luc. 20, 33. *οὖν ἀναστάσει* prope constanter legatur: unde perspicuum est, lectionem *ἀναστάσει οὖν* in uno Evangelistâ antiquitus exstitisse. Est is vero Marcus potissimum, in quo quum solo adjectum legamus *ὅταν ἀναστῶσι*, pœne debuit *ἀναστάσει* ante v. *οὖν* collocari: *Ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν, ὅταν ἀναστῶσι* —. Quodsi quis miretur, *οὖν* in Marco a tot Cdd. prorsus abesse, equidem hujus rei causam in sede verborum incertissimâ quaesiverim. Nam Aethiops praeterit vocc. *ἐν τῇ ἀναστάσει*, B. C. D. L. 28. al. omittunt v. *ὅταν ἀναστῶσι* et 13. 69. eadem ante *ἐν τῇ ἀναστάσει* locant h. m.: *ὅταν οὖν ἀναστῶσιν ἐν τῇ ἀναστάσει* [cf. *Wetsten.*]. Jam verba *ὅταν ἀναστῶσι* in aliquot Cdd. perperam deficere praeclare demonstravit *Griesbachius* C. C. p. 167., ubi sic disputavit: *ὅταν ἀναστῶσι* vel ob homoeoteleuton (*ἀναστάσει ὅταν ἀναστῶσι*), vel ut supervacanea demi potuisse, firmari autem Marci, qui quadam ver-

borum abundantiâ passim utatur, consuetudine (Marc. 13, 19. ἀρχὴ κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ θεός. 13, 20. ἐκλεκτοί, οὓς ἐξελέξατο. cf. *Grotium* ad Matth. 24, 22. et *Reisigium* ad Soph. Oed. C. C. p. 229.) Hûc adjice, corroborari ὅταν ἀναστῶσι etiam verbis v. 25. ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν. Nam Matthaeus 22, 30. et Lucas 20, 35., ut qui aliter dicere coepissent [Matth. 22, 28. Luc. 22, 33.], non ita perrexerunt. Certissime igitur scribendum Ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν, ὅταν ἀναστῶσι i. e. *in communi hominum ad vitam reditu, si revixerint* —. (bey der Auferstehung nun, wenn sie auferstanden seyn werden —.) Quippe posterius membrum (ὅταν ἀναστῶσι) priori (ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν) accuratius constituendo inservit. Persimilis est l. Aristoph. Ran. v. 18. ὡς ἐγὼ θεώμενος, ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω, πλεῖν ἢ ἐνιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι. Male *Kuinoelius* ad h. l. haec dicit: „— loquentes inducuntur Sadducaei ex hypothesi, hoc sensu: *si quidem futurum est, ut mortui resurgant.* Hanc verborum usui repugnantem interpretationem *Kuinoelio* praeivit *Stolzius*, qui vertit: wessen wird nun bey der Neubelebung der Todten, *gesetzt dass eine solche erfolgt*, dieses Weib seyn? τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή;] Haec v. Colb. sic transtulisse dicitur: *cui enim manebit uxor munda? Griesbachius*, quum stribliginem subesse recte existimavisset, justo audacius legendum esse conjecit: *cui enim manebit uxor in isto mundo?* Immo reponendum arbitror: *cui eorum* (τίνος αὐτῶν. cf. Corb., qui convertit: *cui eorum manebit uxor?*) *manebit uxor mundi?* i. e. uxor terrestris, die Frau dieser Welt. Quodsi recte conjeci *uxor mundi*, interpres in suo Cd. invenerat lectionem A. 13. τίνος αὐτῶν ἔσται ἡ γυνή; quam repudio [cf. ad Matth. 22, 28.]. V. 24. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς] In hujusmodi formulis multum variare Codd., non mirum est: ipsi enim scriptores multum variarunt. Velut h. l. C. L. 33. Ἔφη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, D. 1. 13. 69. 124. Cant. Verc. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Posterius iis, qui Marcum v. 24. et 25. Matthaei 22, 29. 30. vestigia premere, Lucam 20, 34. Marci hîc dissimilem καί habere reputaverint,

prae ceteris probetur. Sed plures luculentioresque hujus lectionis testes desidero. *οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε —;*] Οὐ cum uno codice, Verc. Vind. Colb. et ut videtur Theophylacto in Comment. delere Critici sit parum verecundi, praesertim quum nihil aptius sit illâ percontatione *οὐ διὰ τοῦτο — τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ;* Habet hanc vim: *nonne propterea in errore versamini, quod literarum sacrarum sententias non intelligitis, neque Dei potentiam?* Kommt euer Wahn nicht daher, weil ihr die h. Schrift nicht versteht und die Macht Gottes nicht begreift? Scilicet identidem ostenderat Jesus Pharisaeis, Sadducaeis et id genus hominibus, parum eos librorum sacrorum sententias callere [Matth. 12, 3. 5. Marc. 2, 25.]. Cujus rei ratione habitâ nunc loquitur gravius et vi majore. Ceterum egregie confirmatur *οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε —;* nexu et serie orationis. Ita enim perrexit Jesus v. 26.: *περὶ δὲ τῶν νεκρῶν ὅτι ἐγείρονται οὐκ ἀνέγνωτε —;* Miror igitur *Valckenarium*, qui l. l. p. 357. Marcum nescio quid in hoc versu novasse observaverit et multo magis eos, qui soloece et inepte vel sic explicarent: *nolite tali causâ* (i. q. argumento tam vano ducti) *errare, neque literarum sacrarum voces neque Dei vim intelligentes.*, vel orationem ita distinguerent: *οὐ· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε —· Minime. Propterea erratis, quod —.* V. 25. *γαμίσκονται*] D. *οὐ γαμοῦσιν, οὐδὲ γαμίζουσιν non uxores ducunt neque nuptum dant filias.* Perperam. Haud dubie enim Marcus hoc dicere voluerat: *neque uxores ducunt, neque viris nubunt* [cf. Matth. 22, 30. Luc. 20, 35.]. | 239. *ἐκγαμίζονται* | A. F. H. al. *ἐκγαμίσκονται* | B. C. G. L. 209. al. *γαμίζονται*. Hîc quidem bonorum Cdc. auctoritate *γαμίζονται* recipiendum esse apparet. Sed puto formas *γαμίσκω* et *ἐκγαμίσκω* e N. T. expellendas esse, ut in earum locum *γαμίζω* et *ἐκγαμίζω* sufficiatur. Nusquam enim illae exstant, quin —ζω vel plerique vel optimi libri offerant. Quin bis tantum B. et B. L. praeclaros Codices illarum formarum labes occupavit, qui sibi fidem eo deminuunt, quod *iidem ἐγαμίζοντο* et *γαμίζονται* alias retinent. Sed age singulos locos percenseamus. I Corinth. 7, 38. *Elsevir. ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων*

καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. Ibi Codicum auctoritas, cui ex parte tantum cessit *Griesbachius*, scribi jubet: *ὥστε καὶ ὁ γαμίζων καλῶς ποιεῖ καὶ ὁ μὴ γαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ.* Matth. 24, 38. *γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες.* D. Chrys. *γαμίζοντες* | B. *γαμίσκοντες.* Matth. 22, 30. *οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται* — ubi *γαμίζονται* boni Cdd. testantur commendavitque *Griesbachius*, *γαμίσκονται* pauci et tenues, ut Origenes bis, cui credi non potest, quum bis afferat praeterea *γαμίζονται*, semel *ἐκγαμίζονται.* Aliquot Evangeliaria *ἐγγαμίζονται* s. *ἐγγαμίσκονται.* Luc. 17, 27. *ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο*, ubi multi Codd. *ἐγαμίζοντο* praebent, in his B. D. L. Luc. 20, 34. 35. *γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται* — *οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται.* Utrobique longe plurimi et ex parte optimi Codd. *ἐκγαμίζονται* suppeditant, pauci et pejores *γαμίζονται*, non plures *γαμίσκονται*, sed B. L.. Si formas *γαμίσκω* et *ἐκγαμίσκω* Graecis usitatas fuisse negarem, dicerem fortasse, quod obtineri nequeat. Quamquam hanc sententiam exornari posse video. Nam verba in — *σκω* desinentia aut sunt Inchoativa (*γηράω, γηράσκω* — *ἡβάω, ἡβάσκω*), aut e neutrali activum sensum nanciscuntur (*κυέω gravida sum κυΐσκω gravidam reddo*, *μεθύω μεθύσκω*, *πίνω πιπίσκω* v. *Buttm.* Gr. II. p. 34 sq.). At vero formae in — *ζω* exeuntes a formis in — *έω* desinentibus, quibus suam originem debent, specie tantum, non sensu discrepant, ut *πολεμίζω* i. q. *πολεμέω* (sic *γαμέω* i. q. *γαμίζω*). Sed huic tamen analogiae non plurimum tribuo. Quemadmodum enim *στερέω, στερίζω, στερίσκω* sensu plane eodem ponuntur, ita existimare licet ne *γαμέω, γαμίζω, γαμίσκω* quidem magnopere inter se dissidere. Illud affirmo, formarum *γαμίσκω* et *ἐκγαμίσκω* pertenuem esse memoriam et paucos sibi videri illas et posterioris aetatis scriptores raro indulsisse. Nam veteres *γαμεῖν γαμεῖσθαι* dixisse contenti neque *γαμίζειν γαμίζεσθαι* norunt et multo minus *γαμίσκω γαμίσκεσθαι.* Lexicographi autem *γαμίζω* pro legitimâ formâ afferunt, *γαμίσκω* pro rariore et minus usitatâ (Nebenform) adduntque *γαμίσασθαι*, quod aliunde nisi a *γαμίζω* duci nequit. Majori etiam despicatui ab iis ducitur *ἐκγα-*

μίσκεσθαι. Accedit disertum Favorini testimonium Ecl. s. v. γαμῆσαι. — γαμέσαι δὲ διὰ τοῦ ε τὸ γυναῖκα δοῦναι, ὡς δηλοῖ τὸ, —, τοῦτο δὲ ἐκγαμίζειν οἱ ὕστερον λέγουσιν, ὡς ἄν τις εἴποι ἐμπροικίζειν., qui quamvis memor recentiorum ἐκγαμίζειν, taceat tamen de formâ ἐκγαμίσκειν. Apud Phrynichum, Moeridem, in Bekkeri Anecd., Philemone *Osanni* neutra forma (γαμίζω et γαμίσκω) memoratur: neque mirum, quum illi plerumque vetustiora vocabula tractent. Sed non magis apud Hesychium, Pollucem, Suidam, Orionem et Thomam formarum γαμίσκω et ἐκγαμίσκω memoriam repperias. Nusquam, nisi in Etymologico M. 201, 30. formae γαμίσκω mentio injicitur, ubi τελέω τελίσκω et γαμέω γαμίσκω componuntur. Postremo Viri Docti γαμίσκω paucissimis locis firmare potuerunt, ut Aristot. Polit. p. 22., ubi vereor, ut satis fixum sit. Recte *Valckenarius* ad Phoen. p. 413. in Callicratidâ apud Stobaeum γαμίσκοντα convertit in γαμησήοντα, quod Lacones dixerunt pro γαμησείοντα. Sed idem ibid. p. 594. in Pherecyde apud Schol. Apollon. Rhod. III, 1185. improbabili conjecturâ ex ἐνίσχει fecit γαμίσκει. Ceterum apparet e N. T. locis supra allatis, hos scriptores et verbo simplice γαμίζω et composito ἐκγαμίζω usos esse. Valet autem praeverbium ἐκ in ἐκγαμίζω eo, ut sensus sit: *filiam in matrimonium dare peregrino vel non necessario*, quasi dicas *filiam elocare*, seine Tochter auswärts, ausser der Familie, verheurathen. Hoc sensu ineptias pro elegantiis tanquam ampullas continuo jactans Lexiphanes Luciani c. 11. ἐξοικιεῖν γὰρ ἔμελλε τήμερον εἰς ἀνδρὸς τὴν θυγατέρα —. veteres posuerant ἐκγαμεῖν. Vid. *Bekker.* Anecd. p. 259. ἐκγαμηθῆναι: τὸ εἰς ἕτερον γένος ἐκδοθῆναι παρθένον καὶ οἱονεὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν. Cf. etiam enubere apud Livium IV, 4.. — ἀλλ᾽ εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] B. et Orig. III, 925. A. — ὡς οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς | 13. 33. 69. — ὡς ἄγγελοι θεοῦ οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. | C. D. K. L. M. 1. 11. 114. 124. 209. 239. et multi alii ἀλλ᾽ εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Hos Cdc. recte est sequutus *Griesbachius.* Enarra: *sed sunt tanquam angeli in coelis* i. q. *sed angelorum coelestium similitudinem referunt* scil.

eatenus, quatenus nullam habent procreandi libidinem [vide not. ad Matth. p. 655.]. Luc. 20, 36. dixit: οὐδὲ γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται, ἰσάγγελοι γάρ εἰσι —. V. 26. Μωσέως] Μωϋσέως Mosq. a. c. 10. k. 17. c. f. et alii ap. *Wetst.* recte conservarunt. ἐπὶ τῆς βάτου] Dubitari non potest, quin, ubi ἡ βάτος in posterioribus scriptoribus Codd. testimoniis satis munitum sit, ferri debeat. Moeris: ὁ βάτος, τὸ τῆς ἀκάνθης εἶδος, ἀττικῶς· ἡ βάτος θηλικῶς, ἑλληνικῶς. Thomas M.: οἱ κυρίως Ἀττικοὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ ὁ βάτος λέγουσιν, οὐχ ἡ βάτος. [Hinc *Bretschneiderus* corrigat, quod Lex. I. p. 165. male dixit: *profanis est βάτος femininum.*] Eustathius ad Od. ω p. 833, 39. ἡ βάτος ἢ ὁ βάτος. *Bekk.* Anecd. 84, 28. βάτος ἀρσενικῶς. Schol. ad Theocrit. Id. I, 132. ἡ βάτος θηλικῶς λέγεται — παρὰ δὲ τῷ Ἀριστοφάνει ἀρσενικῶς. Euthymius ad h. l. — χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι καὶ ἡ βάτος καὶ ὁ βάτος ἀδιαφόρως λέγεται [scil. in literis sacris]. *Wetstenius* attulit Galen. de facult. medicam. II. καὶ θάμνοι τινὲς οἷον οἵ τε τῆς βάτου καὶ τῆς κυνοςβάτου. Dioscor. IV, 31. βάτος Ἰδαία. Plutarch. περὶ Πολυφιλ. p. 94. E. βατον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες. In LXX. ὁ βάτος Exod. 3, 2 sq. et ἡ βάτος Deut. 33, 16. pariter legitur. Unde Luc. 20, 37. Act. 7, 35., ubi summo consensu Cdd. τῆς βάτου — ἐν τῇ βάτῳ praebent, a novis rebus abstinendum est. Sed in Marco, ubi plurimi et optimi libri τοῦ βάτου tenent, cum *Matthaeio* et *Griesbachio* ἐπὶ τοῦ βάτου reponendum erat. Jam de eo disceptarunt interpretes, utrum vocc. ἐπὶ τοῦ βάτου ad antecedentia οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωϋσέως, an ad sequentia πῶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς referri debeant. Illam viam interpretes longe plerique [vid. *Jablonsky* in praefat. ad Bibl. hebr. §. 37.] inierunt, ut explicarent: — *nonne legistis in Mosis volumine in narratione de rubo* (immo quo loco de rubo dicit, bey dem Dornbusche)? Hanc post *Bezam* ingressus est *Heumannus:* — *nonne in Mosis volumine legistis, quomodo ei prope rubum constituto Deus dixerit* —? Obstant huic rationi non quidem Mosis verba Exod. 3, 4. — ἐκάλεσεν αὐτὸν (Mosen) Κύριος ἐκ μέσου τοῦ βάτου

(in quo flammis, quae virgultum non exederent, ardente Jehovah Mosen arcessens stabat: talis enim ignis praesentes Deos apud veteres arguebat.), sed vocabulorum ordo in Marco et magis etiam in Lucâ 20, 37.. Hinc cum vulgo facio. Ob praepositionem *ἐπί* illo modo locum intelligi posse male aliquis negaverit. Est enim *ἐπί* sic pervagato usu *de loco* dictum *bey* dem Dornbusche, *quo loco de rubo exponit*, et citandi formula vitae communis negligentiae consentanea. Sane non tertius in N. T. locus invenitur, ubi *ἐπί* ita positum sit. Sed similis tamen est l. Rom. 11, 2. *ἢ οὐκ οἴδατε, ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή —; an nescitis, quidnam literae sacrae in Eliâ* (i. q. in narratione de Eliâ) *dicant?* Aequali modo citant: Suetonius *in Augusto* etc.; quamquam *ἐν Ἠλίᾳ* idcirco majorem offensionem habet, quod prior Regum liber, cujus ratio habetur, neque Eliae nomine inscriptus est, neque major ejus pars de Eliâ exponit. *ὡς*] *πῶς* B. C. L. 115. 127. 131. 239. Mt. f. al., Recte. Cf. Matth. 12, 4. Marc. 2, 26.. Voces *ὡς* et *πῶς* tum ob literas, tum nonnunquam propter vicinum sensum librarii facile confuderunt. Si genuinum esset *ὡς* h. l., nihil, quemadmodum Luc. 20, 37., nisi *nam* significaret h. r.: *sed quod ad mortuos attinet, eos nimirum in vitam redire, nonne legistis in Mosis libro, quo loco de rubo exponit? Nam dixit ei Deus* etc.. Nunc illud nostro loco continetur: *sed quod ad mortuos attinet, eos nimirum ad superos reverti, nonne legistis in Mosis volumine quo loco de rubo agit, quomodo Mosi Deus dixerit —? λέγων*] Exod. 3, 6.. V. 27. *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ θεὸς ζώντων*] B. *οὐκ ἔστι θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ θεὸς ζώντων* | D. K. 218. al. *οὐκ ἔστι θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.* | 13. 33. 69. 124. 235. al. *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.* Verissime *Griesbachius* de *Millii* Prol. §. 1246. et *Bengelii* in Gnom. sententiâ exhibuit: *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.* Et sic plane etiam Matthaeum 22, 32. scripsisse nunc judico. Nam qui vel ante *νεκρῶν* vel ante *ζώντων* apposuerunt *θεός* Codices, addiderunt quod supplendum est. Ceterum Jesu cum Sadducaeis disputatio vs. 19—27. eodem modo decurrit, quo

Matth. 22, 24 — 32.. Vide quae hanc in rem ad Matth. p. 665 sq. monuimus.

V. 28. *Καὶ προςελθὼν εἷς τῶν γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων καὶ ἰδὼν ὅτι καλῶς ἀπεκρίθη αὐτοῖς, ἐπηρώτησεν αὐτόν· ποία ἐστὶ πρώτη πάντων ἐντολή;* 29. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ· ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή· ἄκουε Ἰσραήλ, κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν κύριος εἷς ἐστι·* 30. *καὶ ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· αὕτη πρώτη ἐντολή.* 31. *Καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῇ· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν· μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι.* 32. *Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γραμματεύς· καλῶς, διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι εἷς ἐστι καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ·* 33. *καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος καὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν.* 34. *Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτόν, ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ· οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.*

V. 28. *εἰδώς*] *ἰδών* C. L. 1. 7. 69. 91. al. | *καὶ ἰδών* D. 28. Ev. 14. Syr. Goth. Aeth. Vulg. *Εἰδώς* h. l. non magis ferri potest, quam supra v. 15.. Nam neque nudum Participium copulâ non intercedente hîc, ubi non alterum sit ab altero aptum, sed ambo (*ἀκούσας* — *εἰδώς*) eundem dignitatis locum obtineant, justam rationem habet [vide not. ad Marc. 5, 27. p. 184.], et sententiae, quae requiritur, *εἰδώς* trahit ruinam. In promtu est enim, Marco non quidem *sacrarum literarum doctorem nescio quem, qui Jesum Sadducaeis perite respondisse s c i r e t, divinum doctorem de gravissimo Mosis praecepto interrogasse*, sed *illum virum, qui Jesum Sadducaeis bene respondisse a n i m a d v e r t i s s e t, de lege*

omnium gravissimâ quaestionem movisse dicendum fuisse. Liceret tamen εἰδώς defendere, si ita interpretari concessum esset: *et quum quidem jurisperitus, qui disputantibus iis auscultaverat, accessisset, Jesum interrogavit —, quamvis eum praeclare Sadducaeis respondisse sciret.* At huic rationi illud officit, quod *Marco auctore* legis doctor *honestâ discendi cupiditate*, non ut Matthaeus 22, 34 sq. rettulit, malo ductus consilio, ut Jesu pestem machinaretur, quaestionem quae sequitur ad divinum magistrum attulit. Marcum autem τὸν γραμματέα discendi cupidum fingere, verba v. 32. 33. probum hominem, non fraudulentum animum declarantia ostendunt, docet Jesu virum collaudantis vox v. 34. οὐ μακρὰν εἶ κ. τ. λ., docet universa Marci narratio. Frustra sit, qui contrariam sententiam verbis v. 34. καὶ οὐδεὶς — ἐπερωτῆσαι munire conetur. Non is enim consideravit, illa verba non ad narrationem proxime praecedentem v. 28—34., sed ad universum locum vs. 13—34. spectare. Quippe rectissime Marcus addidit, eo valuisse Jesu et in disputando dexteritatem, quâ Pharisaeos v. 13—17. et Sadducaeos v. 18—27. ad incitas redegisset, et divinarum legum peritiam, quae in colloquio cum jureconsulto enituisset v. 28—34., ut nemo quisquam eum interrogare amplius auderet. Itaque καὶ ἰδών suscepimus h. s.: *et quum quidam jureconsultorum accessisset, qui eos disputantes audiverat et praeclare Jesum iis respondisse animadverterat, eum interrogavit.* ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη] B. C. L. 1. 13. 69. 108. 127. al. αὐτοῖς collocant post ἀπεκρίθη. Pronomen incertâ sede jactatum plane periit in 72. 229. Mt. 10., Lectio ὅτι καλῶς ἀπεκρίθη αὐτοῖς recte probata est *Gersdorfio* Sprechcharakteristik p. 526. et *Davidi Schulzio.* Nam non Marcus tantum, sed alii etiam N. T. scriptores Pronomen αὐτός in casibus obliquis postponunt plerumque, raro autem praeponunt, ut haud sciam, an Matthaeus 22, 46. ἀποκριθῆναι αὐτῷ scriptum reliquerit. V. 28—30. Disputandum nunc est de loco perdifficili, quem judice *Griesbachio* C. C. p. 167. vix persanes. Primum sit nobis, ut lectionis varietatem exponamus. V. 28. *Edd. Elsevir.*: ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή;]

D. 1. 28. 69. al. ποία ἐστὶ πρώτη ἐντολή; | A. C. E. F. G. H. S. 218. Mt. a. c. d. f. al. ποία ἐστὶ πρώτη πάντων ἐντολή; — V. 29. *Edd. Elsevir.:* ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν· ἄκουε] Haec v. desunt in Cd. 229. | B. L. Copt. ὅτι πρώτη ἐστίν | 209. πρώτη πασῶν· ἄκουε | D. Cant. Verc. al. πάντων πρώτη. ἄκουε | 1. Marcell. ap. Euseb. πρῶτον πάντων· ἄκουε | Mt. r. ὅτι πασῶν ἐντολῶν ἄκουε [sic] | A. 33. 69. 72. 89. 127. al. ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή· ἄκουε | 61. πρώτη πάντων ἐντολή ἐστιν ἄκουε | 157. πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν [sic] ἐστιν· ἄκουε | C. ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή ἐστιν αὕτη· ἄκουε | Mt. e. αὕτη πρώτη πασῶν ἐντολή· ἄκουε | E. F. G. H. K. S. 13. 118. 124. al. ὅτι πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν [sic]· ἄκουε | 121. Ev. 34. Mt. 12. 17. al. ὅτι πρώτη πάντων ἐντολῶν [sic]· ἄκουε. V. 30. *Edd. Elsevir.:* αὕτη πρώτη ἐντολή] Omittunt haec v. B. E. L. Copt. et K. 17. 127. 131. 239. Mt. q. 10. eorum loco exhibent: αὕτη πρώτη πάντων ἐντολή. Vel in tantâ Codd. discrepantiâ *Matthaeium* et *Griesbachium* Marci manum restituisse scribendo v. 28. ποία ἐστὶ πρώτη πάντων ἐντολή; v. 29. ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή· ἄκουε κ. τ. ἑ. et v. 30. — αὕτη πρώτη ἐντολή· non arduum est demonstrare. Sed disseram de singulis. Igitur v. 28. permagna Cdd. copia praebet ποία ἐστὶ πρώτη πάντων ἐντολή. Quod vulgatur πασῶν pro πάντων vel e correctione natum est, vel ex errore fortuito. Jam v. 29. multum sane turbant Cdd., sed ut in eorum lectionibus Marci manum facile agnoscas. Et primum quidem quod *Matthaeius* et *Griesbachius* reposuerunt ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή· ἄκουε etc. viginti circiter libri retinent; longe plurimi habent soloece ὅτι πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν, quod nihil profecto est aliud, nisi scripturae illis probatae depravatio: nam πάντων fudit τῶν ἐντολῶν pro ἐντολή. Monstrum πάντων τῶν ἐντολῶν qui emendare vellent, πασῶν τῶν ἐντολῶν substituerunt, ut vulgo legitur; debuerant potius πάντων ἐντολή sufficere, ut patet etiam ex quinque Cdc. lectione πάντων ἐντολῶν, quod a vero abest proxime. Reliquorum Cdc. lectiones satis prope ad πάντων ἐντολή accedunt: ὅτι πρώτη ἐστίν | πρώτη πασῶν |

πάντων πρώτη | *πρῶτον πάντων* | *ὅτι πασῶν ἐντολῶν* | *πρώτη πάντων ἐντολή ἐστι* | *πρώτη πάντων τῶν ἐντολῶν ἐστι* | *ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή ἐστιν· αὕτη* | *αὕτη πρώτη πασῶν ἐντολή.* Restat v. 30., qui *Matthaeii* et *Griesbachii* rationem egregie confirmat. Namque ibi decem fere libri *πάντων* addunt hoc modo: *αὕτη πρώτη πάντων ἐντολή.* Apparet hanc scripturam prorsus repraesentare verba *πρώτη πάντων ἐντολή*, quae illi v. 28. et 29. e fugâ retraxerunt. Mitto alias lectionis, quam defendo, virtutes, velut quae jam *Griesbachium* [cf. C. C. l. l.] allexerat, interrogationis et responsi praeclara concinnitas: *ποία ἐστὶ πρώτη πάντων ἐντολή; — ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή —.* *quodnam est primum omnium praeceptum? — Primum omnium praeceptum est* etc.. Fallatur, qui *quod primum sit praeceptum* semel, non *bis* (v. 29. *ὅτι πρώτη πάντων ἐντολή· ἄκουε* etc. v. 30. *αὕτη πρώτη ἐντολή*) dicendum fuisse opinatus vocc. v. 30. *αὕτη πρώτη ἐντολή* paucorum Cdd. auctoritate delenda judicet. Quidni enim primaria sententia bis ab Jesu inculcari potuerit? Quamquam debebat Jesus repetere verba *αὕτη πρώτη ἐντολή* v. 30. non tam quo majorem vim haberent infixaque haererent eorum qui audirent animis, quam propterea, quod statim sequitur *καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη.* Eundem ordinem sequendum putavit Matthaeus 22, 36. — *ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;* — v. 38. *αὕτη ἐστὶν ἡ μεγάλη καὶ πρώτη ἐντολή· Δευτέρα δὲ κ. τ. λ.*. Sed ex aliâ parte instat *Griesbachius*, qui rectâ, quam quum N. T. ederet ingressus erat, viâ desertâ C. C. l. l. *πάντων πρώτη* bis scribi posse idcirco negat, quod vs. 28. D. 1. 13. 28. *πάντων* excludunt, quum id ipsum servaverint vs. 29. et B. L., qui *πάντων* v. 28. continent, idem omittunt v. 29.. Verum ad hanc dubitationem respondere non sit difficillimum. Primum enim sunt libri, qui *πάντων ἐντολή* utroque versu conservaverint, ut A. Ev. 36.. Plerique autem, qui v. 28. *πάντων ἐντολή* suggesserunt, v. 29. aut *πάντων τῶν ἐντολῶν*, aut, v. c. Ev. 34. Mt. V. *πάντων ἐντολῶν*, quod quidem hoc ipsum *πάντων ἐντολή* esse leviter depravatum supra vidimus, tuentur atque defendunt. Reliquum est, ut novum

Griesbachii [vid. C. C. l. l.] consilium redarguam, quod vereor ut firmo fundamento nitatur. Nam, ut paucis verum absolvam, quod *Griesbachius* l. l. proponit: *ποία ἐστὶ πρώτη ἐντολή; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ· πάντων πρώτη* [*ἐστίν*]· *ἄκουε κ. τ. ἑ.* sic plane vix in ullo proditum exstat Codice praeterquam Cantabrigiensi et orationem praebet inauditam. Quid enim hoc est *πάντων πρώτη· ἄκουε* etc.? Difficilior etiam est ad assentiendum *Bengelii* ratio, qui in Gnom. ad h. l. sustentatâ v. 28. et 30. lectione vulgatâ versu 29. *ὅτι πρώτη πασῶν ἐντολή· ἄκουε* etc. legendum esse conjecit. Converto me ad verborum *πρώτη πάντων ἐντολή* vs. 28. et 29. explicationem. Imperite autem nonnulli *πάντων* virilis generis vocabulum putarunt, quod Marcus idcirco posuerit, quia alia ei virilis generis vox, quae et ipsa *legem*, *praeceptum* significaret, obversaretur. Sic *Euthymius πρώτη πάντων ἐντολή* explanavit: *πρώτη πάντων τῶν νόμων ἐντολή*. Ineptior etiam est *Matthaeii* ratio, qui in ed. min. ad *πάντων* mente adjici jussit *ἀνθρώπων* et verborum *πρώτη πάντων ἐντολή* sententiam his verbis indocte exposuit: *ἐντολή, ἣν πάντες πρώτως* [sic] *ἀκούειν καὶ τηρεῖν ὀφείλουσι* [sic]. Quin est *πάντων* generis neutrius atque ut *omnium* apud Latinos auget vim atque corroborat Superlativi. Nimirum in formulis *lex omnium prima*, *uxor omnium fidelissima* et similibus veteres, quum *πάντων*, *omnium* ponerent, non tam ad praecipui Substantivi genus attenderunt, quam *omnium rerum* cogitationem tenuerunt. Plane gemellus est l. Aristoph. Av. v. 473. *Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας, ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι, προτέραν τῆς γῆς.* Aptissime etiam S. V. *Winerus* gr. p. 74. Thucyd. 4, 52. *καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς Ἀκταίας καλουμένας — ἐλευθεροῦν, καὶ πάντων μάλιστα τὴν Ἄντανδρον —.*, ubi schol. *σημείωσαι, ὅτι πάντων λέγει καὶ οὐ πασῶν* attulit, sed minus bene *Dukerum* ad Thucyd. 5, 79., qui nihil de hâc re dicat, citavit et Lucian. Piscat. p. 583. *μία πάντων ἡγε ἀληθὴς φιλοσοφία,* quem locum et sententiae ratio et libri in corruptis numerandum reponendumque esse *μία πάντως*

doceant. ἄκουε] Affertur locus Deut. 6, 4. 5., quo Judaei disciplinae suae summam adeo contineri putarunt, ut posteriori tempore auctâ superstitione in solemnem precum formulam converterent singulis diebus mane et vesperi recitandam, quam κατ᾽ ἐξοχήν קריאת שמע *lectionem Schema* a primo vocabulo שְׁמַע vocarent [cf. *Vitringa* de Synag. Vet. T. II. L. 3. c. 15. et *Buxtorfius* de Synag. c. 9.]. ὁ θεὸς ἡμῶν] Hoc a Marco profectum est. Ita enim perscriptum Deut. 6, 4.. Alii consueto errore ὁ θεὸς ὑμῶν, alii ὁ θεός σου vel e vs. 30., vel e Matth. 22, 37. jactant. V. 30. *Edd. Elsevir.*: καὶ ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. — v. 33. *Edd. Elsevir.*: καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος —. Quae v. si quis aut cum Matth. 22, 37. aut cum Deut. 6, 5. contulerit, eo possit offendi, quod hîc quattuor membra componuntur, illic autem tria tantummodo. Sed praeterquam quod Marcus res a Matthaeo et Lucâ traditas augere solet atque amplificare, ipsi Codd. non videntur pati, ut unum membrum abjiciatur. Attende enim: καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου v. 30. om. K. 157. 229. al., v. 33. καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς B. L. 1. 118. 209. 218. 235. al.. Nihilominus quivis retinere illud malit, quum l. l. Deuter. et Matth. summâ constantiâ legatur et causam omittendi homoeoteleuton praebuerit. Porro καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου priore l. om. D. 157. Mt. f. al. et posteriore loco quod respondet καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως om. Ver. Colb. Corb., pro συνέσεως autem praebent δυνάμεως D. Cant. Verc. Vind. et ἰσχύος 1. 118. 209. al., prorsus ut priore l. διανοίας *et ex totis* s. *omnibus viribus* vertitur in Ver. Verc. Corb. Vind.. Postremo illud considerandum est, posteriore l. v. καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος (quae integerrima sunt, quum v. 30. omnino non varietur, quum in Deuteron. similiter sit δυνάμεως, quum denique in Matthaeo aliquot subsidia item postremâ sede e Marco petitum addant ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύϊ σου) demere D. Arm. Cant., sed 1. 118. Copt. pro ἰσχύος praebere συνέσεως (iidem paullo supra pro συνέσεως habuerant

ἰσχύος). Hi igitur *postremo* loco habent καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, ut plane v. 30. v. καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου postremam sedem post ἰσχύος occupant in Cd. 218.. Sed ante ψυχῆς (igitur *secundo* loco) ponuntur in A., quemadmodum v. 33. v. καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως vulgo secundum locum obtinent. Haec quo spectent, apparet. Existimo enim membra, in quibus sit διανοίας et συνέσεως, exaequanda et ambo aut secundâ, aut quartâ sede esse collocanda. Quorum illud feci, quod minore rerum molitione fieri posset. Turbae autem v. 30. et 33. inde ortae sunt, quod quum membrum aliquod propter homoeoteleuta in nonnullis Cdc. excidisset, postea in contextam orationem loco alieno restitueretur. Ceterum quâ verborum ubertate cogitationes *ex animi sententiâ* et *totis viribus* v. 30. et 33. enuntiatae sunt, eadem etiam profani scriptores usi sunt. Plaut. Capt. 2, 3, 27. *id persequar corde et animo atque viribus*. V. 31. καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη] L. Copt. δευτέρα αὕτη. Male. Jure enim copulam desideres. | D. δευτέρα δὲ [e Matth. 22, 39.] ὁμοία ταύτῃ. | A. Goth. al. καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῆς. | 1. 6. 8. 34. 37. 39. 40. 48. 59. 76. 78. 90. al. καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῇ, quod *Millii* Prol. §. 1078. et *Bengelii* assensum tulit. Lectio vulgata, quam aliquis hâc interpretatione tueatur: *et secundum praeceptum dignitate suâ* (primo) *par hoc est*, prorsus intolerabilis videtur. Nam ut ὅμοιος non *similem* tantum, sed etiam *parem* significet, hîc tamen ea vis obtinere nequit propterea, quia si secunda lex par esset primae v. 29. memoratae, prima ne esset quidem prima. Restat igitur, ut ὅμοιος *similem* declaret. Sed hâc potestate ὅμοιος sine Dativo vel Genitivo perraro apud Graecos, nunquam in N. T. repperitur. Scriptura ὁμοία ταύτῃ et perdura est et paucos habet patronos. Non majorem commendationem habet καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῆς. Quamquam enim ὅμοιός τινος passim apud Graecos invenitur [Thom. Mag. Ὅμοιον τῷ δεῖνι καὶ ὅμοιον τοῦ δεῖνος· ὡσαύτως καὶ ἴσον τῷ δεῖνι καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος. cf. *Valckenar.* ad Hippol. p. 195.], tamen in N. T. ὅμοιός τινος nusquam legitur, nisi Joh. 8, 55. ὅμοιος ὑμῶν, quod suspectum est, quum A. D. 1. 52. 157. Theophyl. al. ὑμῖν

suggerant. Recte igitur *Millio* et *Bengelio* prae ceteris placuit *καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῇ· ἀγαπήσεις κ. τ. λ. et secundum est*, (gravitate suâ) *ei simile: amato* etc.. Ut αὕτη e diversis Cdc. insuper adjiciatur (*δευτέρα δέ, ὁμοία αὐτῇ, αὕτη*), quia ipsa legis verba sequantur, non prorsus esse necessarium, docet Marc. 12, 29.. *ἀγαπήσεις*] Citatur l. Levit. 19, 18.. *σεαυτόν*] *ἑαυτόν* D. H. 124. 125. 157. 234. 235. 239. al.. Verissime. Permire enim *David Schulzius* ad Matth. 22, 39. „*σ omissum*, inquit, *propter ς praeced. cf.* 19, 19.." Immo σ adjectum propter ς praecedens. Nam *ἑαυτόν* de secundâ personâ usus est exquisiti, vulgare *σεαυτόν* [vid. not. ad Matth. 22, 39.]. Nititur autem ille vir fundamento, quod corruit. Nam non minus, quam h. l., etiam Matth. 19, 19. Gal. 5, 14. [cf. Rom. 13, 8.] et in ipso Levitico e Cdc. reponendum est *ὡς ἑαυτόν*. Sed elegans usus saepe a librariis neglectus multa vitia peperit. Soph. El. v. 344. *ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα κείνης διδακτὰ κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις* optimus Cd. Florentinus apud *Dindorfium σαυτῆς*] *γρ. ἐξ αὑτῆς*. Hinc legendum esse apparet *ἐξ αὑτῆς*. V. 32. Ne quis orationem male sic interpungat: *καλῶς, διδάσκαλε· ἐπ' ἀληθείας εἶπας* etc. *Praeclare, magister. Vere dixisti* etc., moneo *καλῶς ἐπ' ἀληθείας* juncta esse, ut *οἴκοι παρ' αὐτῷ* et plurima alia [vide ad Marc. p. 22.]: *Bene, magister, vere dixisti* —. *ὅτι εἷς ἐστι θεός*] D. 61. 69. al. ὁ *θεός* | A. B. K. L. et permulti alii vocem *θεός* excludunt. Hos libros *Matthaeius* et *Griesbachius* recte imitati sunt. Nimirum librarii Subjectum, ut saepe, de suo adjecere [cf. not. ad Marc. 5, 12. p. 166. Marci mentem vernacule sic declares: schön in Wahrheit hast du, Lehrer, gesagt, dass *er* einer sey und dass es keinen andern ausser ihm gebe. V. 33. *τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν*] Ut Articulum ante v. *θυσιῶν* cum *Bengelio*, *Matthaeio* et *Griesbachio* exstingueremus, Codicum poposcit auctoritas. Quemadmodum autem h. l. jureconsultus judaicus amorem, quo Deum et homines prosequaris, potiorem habendum esse holocaustis et sacrificiis profitetur, ita V. T. prophetae virtutis studio quam sacra Jehovae rite faciendi curae et diligentiae majus pretium statuunt [cf. Jes. 1,

11. Jerem. 6, 20. Amos. 5, 21. Hos. 6, 6.]. V. 34. ἰδών] 36. et 90. ap. *Wetst.* εἰδώς. Cf. not. ad v. 15.. ἰδὼν αὐτόν] Vocula αὐτόν quamquam a permultis bonae notae libris abest bigis tamen quadrigisque defendenda est. Nam praeterquam quod καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰ δ ὼ ν α ὐ τ ό ν, ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη *et Jesus quum eum vidisset, prudenter nimirum eum respondisse* i. q. *et J. quum non insulse eum respondisse animadvertisset* per usitatissimam attractionem [LXX. Genes. 1, 4. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. Gal. 6, 1. σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. 1 Thess. 2, 1. vide supra ad Marc. p. 34.] belle habet, quî Marci verbis a librariis addi potuerit αὐτόν, difficulter dixeris. Contra αὐτὸ Ν post ἰδώ Ν facile excidisse manifestum est. νουνεχῶς] *sapienter, prudenter.* Hoc Adverbium, quod Polybius [cf. v. c. 1, 54. et 62.] frequentavit [vide *Wetsten.* ad h. l.], non est Atticum. Attici enim νουνεχόντως dixere, ut veteres Grammatici praecipiunt [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 599.], sive ut Plato semel de legg. 3, 126. ἐχόντως νοῦν, sive ut alii divisim νοῦν ἐχόντως. *Lobeckii* judicium de v. νουνεχής [l. l. p. 689.]: *hoc solitarium, nec cujusquam nisi sui simile est* cave secus intelligas. Dicit de mirâ compositionis ratione per Accusativum. οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ] *prope abest, ut aliquando in regni messiani civitatem recipiaris, tu tantum non es regni messiani civis* np. ob insignem voluntatem et optima animi consilia. Cf. v. 32. 33. οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα] D. 239. om. οὐκέτι | 61. οὐδεὶς οὐκ ἐτόλμα | 13. 69. 124. Verc. ο ὐ δ ε ὶ ς ἐτόλμα ο ὐ κ έ τ ι. Quum ἐπερωτᾶν Graecis crebro significet *p r a e t e r e a, i n s u p e r interrogare* [vide not. ad 11, 29. et Thomam Mag. s. v. ἐρωτῶ. Praeterea *Meineckium* ad Menandrum de hâc re docte disputasse memini.], voce οὐκέτι per sententiam supersedere possumus h. m.: *neque quisquam audebat eum praeterea interrogare.* Verum quicunque Cdd. lectiones diligenter perpenderit οὐκέτι retinendum esse fatebitur. Utrum autem οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα scribatur, an οὐδεὶς ἐτόλμα οὐκέτι, si rem sententiamque spectaveris, non multum refert. Sed Cdd. auctoritas, ut vulgata scriptura propagetur, flagitat:

neque quisquam amplius audebat eum interrogare. De hujus sententiae consilio dictum est ad v. 28..

V. 35. *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· πῶς λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱὸς Δαυὶδ ἐστι;* 36. *Αὐτὸς γὰρ Δαυὶδ λέγει ἐν πνεύματι ἁγίῳ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* 37. *Αὐτὸς οὖν Δαυὶδ λέγει αὐτὸν κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως.* 38. *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμματέων, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν καὶ [φιλούντων] ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς* 39. *καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις,* 40. *οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.*

V. 35. *υἱός ἐστι Δαυΐδ;*] Meliore ordine verba disponunt boni libri B. L. D. 1. 69. 106. 127. 131. al. *υἱὸς Δαυΐδ ἐστι;* quem ipsi Marco impertiendum esse docet v. 37. *καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;* et Luc. 20, 41.. V. 36. *ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ*] Tot Cdd. Articulum omittunt, ut dubitari nequeat, quin recte *Complutenses*, *Erasmus*, *Bengelius*, *Matthaeius*, *Griesbachius* al. *ἐν πνεύματι ἁγίῳ* dederint. Adde, quod variantes lectiones Matth. 22, 43. *ἐν πνεύματι ἁγίῳ* in Marco confirmant. Sed miror *Griesbachium* C. C. p. 168 sq. hanc curam versare potuisse, quod *ἐν πνεύματι ἁγίῳ* Constantinopolitanae maxime recensionis sit eumque adjecisse *ἐν πνεύματι ἁγίῳ* h. l. sententiam postulare, quum non *de spiritu s.*, sed de *divino afflatu* agatur. Hinc discas, egregium virum, quum esset criticae artis peritissimus, grammaticae rationes et bonam interpretationem tantum non neglexisse. [Aliud hujus rei ad memoriam insigne exemplum est Philipp. 2, 1. *Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα*

καὶ οἰκτιρμοί, πληρώσατέ μου τὴν χαράν, ἵνα κ. τ. λ., ubi *Griesbachius* εἴ τις παραμύθιον ἀγάπης in margine commendare, recipere autem εἴ τις σπλάγχνα nihil dubitavit. At manifestum est, depravationis εἴ τις παραμύθιον et εἴ τις σπλάγχνα causam in vicinis verbis εἴ τις — παράκλησις, εἴ τις κοινωνία πνεύματος positam esse.] Scilicet πνεῦμα et πνεῦμα ἅγιον, sexcentis in l. N. T. sine Articulo ita legitur, ut non significet nisi *Spiritum* s.. Namque appellativa τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου notio multo usu in *nomen proprium* transiit, quo usu etiam Διάβολος Act. 13, 10. *Satanam* declarat [cf. ad Matth. p. 157.]. Opinio autem, πνεῦμα et πνεῦμα ἅγιον *divinum afflatum* valere e solemni N. T. interpretibus *significationis* et *sensus* confusione promanavit. Hoc l. transfer: *ipse enim David per Spiritum divinum* h. e. *instigante Spiritu divino, dicit.* Δαυὶδ εἶπεν et paullo post εἶπεν ὁ κύριος] Pro εἶπεν priore Colb. Vulg. et [37.] 40. ex emend. ita exhibent λέγει, ut posterius εἶπεν propagent. Contra λέγει ὁ κύριος quadraginta circiter libri tenere dicuntur conservatis v. Δαυὶδ εἶπεν. Sed suspicor ex his nonnullos Δαυὶδ λέγει suppeditare, per negligentiam ab iis qui contulerunt lectione λέγει ad posterius εἶπεν relatâ, quae ad prius pertineret. E multis enim argumentis Marcum scripsisse Δαυὶδ λέγει — εἶπεν ὁ κύριος manifestum est. Et primum quidem εἶπεν ὁ κύριος tum in LXX. Ps. 110, 1., qui l. affertur, tum Matth. 22, 43. Luc. 20, 42. perscriptum est. Deinde Marco reddendum esse Δαυὶδ λέγει ex Matthaei, qui — καλεῖ, λέγων dixit, et Lucae, qui καὶ αὐτὸς Δαυὶδ λέγει scripsit, exemplo probabiliter colligi potest. Postremo, quod longe gravissimum est, v. vs. 37. αὐτὸς οὖν Δαυὶδ λέγει αὐτὸν κύριον lectionem αὐτὸς γὰρ Δαυὶδ λέγει stabiliunt. Quare contrariam, quam *Griesbachius* [cf. C. C. p. 169.], qui Δαυὶδ εἶπεν — λέγει ὁ κύριος dedit, viam ingressus Δαυὶδ λέγει — εἶπεν ὁ κύριος reposui. ἕως — ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου] i. e. *donec hostes tuos scabellum pedum tuorum fecero.* | B. D. 28. Copt. Arr. Perss. ἕως — ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου h. e. *donec hostes tuos pedibus tuis subjecero.* Dixerunt N. T. scriptores et

ὑποκάτω τῶν ποδῶν [Marc. 6, 11. Hebr. 2, 8. Apoc. 12, 1.] et ὑποπόδιον τῶν ποδῶν [v. c. Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. 10, 13.], sed hoc frequentius. Hoc l. ὑποπόδιον genuinum esse admodum probabile est, quum haec vox legatur Ps. 110, 1. apud LXX. et ὑποκάτω pauci Cdd. nostro loco excludant. Non magis Luc. 20, 43. ὑποκάτω ex D. 145. Syr. Arr. Perss. Copt. Rd. It. exc. Brix. suscipere quisquam ausit. Contra non reprehendam, qui Matth. 22, 24. ὑποκάτω e viginti fere libris amplectetur ejusque lectionis commendationem e variante scripturâ in locis parall. Marci et Lucae petet. *David Schulzius*, quum antestatus Marc. 6, 11. 7, 28. *Marci ingenium ὑποκάτω* poscere ad h. l. significasset, ad Luc. 20, 43. a se ipse descivit vulgatam in Marco lectionem, i. e. ὑποπόδιον, probans. V. 37. αὐτὸς οὖν Δαυὶδ λέγει αὐτὸν κύριον] οὖν B. D. L. 28. al. praetermittunt. Frustra. Necessaria enim est vocula. Non melius 33. 61. al. καλεῖ pro λέγει suppeditant. Nam est illud e Matth. 22, 45. et Luc. 20, 44. a librariis petitum. πόθεν —;] M. 1. 13. al. πῶς —; e Matth. 22, 45. et Luc. 20, 44. πόθεν idem postremo enuntiat, quod πῶς; sed est illud multo elegantius. Usurpatur enim πόθεν, ut Latinorum *unde?* [i. q. quanam de causâ?] et Germanorum *woher denn?* ita, ut ad sensum sit: *quî tandem?* [cf. *Hemsterhus.* ad Luc. Tim. c. 8. fin. πόθεν γάρ;]. Sed operae pretium est exponere, quonam consilio Jesus e Marci sententiâ quae vs. 35—37. continentur disputaverit. Perspicuum est autem, quamquam non memini qui id perspexerit, Marcum h. l. a Matth. 22, 41—46. plane dissentire. Nam Matthaeo auctore Jesus illis disserendi spinis, quibus Messiam Davidis filium recte putari idcirco negavit, quia David ipse non eum *filium suum*, sed *dominum* Ps. 110, 1. vocasset, quantum Pharisaeos acumine et disputandi peritiâ vicisset, ostendit. [cf. ad Matth. p. 670 sq.]. Scilicet et tum temporis Jesus apud illum quam diximus quaestionem proposuit, quum Pharisaei [Matth. 22, 15 sq.] et Sadducaei [Matth. 22, 23 sq.] et vero etiam legis doctor a Pharisaeis subornatus [Matth. 22, 34 sq.] insidiis eum circumvenire frustra conati essent, et pupugit suâ interrogatione tanquam aculeo *Pharisaeos*

[Matth. 22, 41.] et initae disputationis is erat effectus, ut nemo connexum nodum exsolvere posset nec quisquam ex eo quidquam quaerere porro auderet [Matth. 22, 46.]. Sed Marcus eandem Jesu disputationem propterea rettulit, ut quam acute disserendo auditores ille oblectare potuerit nobili exemplo demonstraret. Quippe tum Marcus acutam Jesu disputationem commemoravit, quum jureconsultus judaicus laudabili discendi studio motus ejus de primariâ lege sententiam exquisivisset [Marc. 12, 28 – 35.]. Neque quum digladiaretur cum *Pharisaeis,* sed *quum in templo doceret* [Marc. 12, 35.] aculeatam sententiam Jesus protulit. Postremo hoc suâ disputatione consequutus esse dicitur, ut numerosa quae adesset plebs [ὁ πολὺς ὄχλος] lubenter docenti auscultaret [Marc. 12, 37.]. Lucas quum et ipse rem literis mandaret 20, 41—44. nihil aliud, nisi nobilem Jesu vocem monumentis traditam posterorum memoriae commendare voluit [animum adverte ad v. Luc. 20, 41. *εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς*]. V. 38. *καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ*] B. L. *καὶ ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ ἔλεγεν* | D. *ὁ δὲ διδάσκων ἅμα ἔλεγεν αὐτοῖς·* Scripturam vulgatam l. Marc. 4, 2. tuetur. Nam ut ibi *καὶ ἐδίδασκεν — καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ* legitur, ita hîc praecedit *διδάσκων* v. 35., tum eadem v. sequuntur v. 38.. Converte: *et dixit iis inter docendum* i. q. et quum plebem in templo edoceret (cf. v. 35. et 37.) tum alia dixit, tum haec (vid. not. ad 4, 2.). *τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν*] *τῶν θελόντων ἐν στοαῖς περιπατεῖν qui in porticibus ambulare amant.* perabsurda est Anonymi etiam Lucae 20, 46. impertita conjectura, cui ne umbram quidem probabilitatis addas loco Joh. 10, 23.. Ibi enim *Jesus* in Salomonis porticu ambulasse dicitur. Quî ergo eam rem hîc reprehendat idem? Immo vituperat Jesus jureconsultorum judaicorum vestibus fimbriatis et ad talos usque demissis, quas homines in ampliore fortunâ constituti, velut sacerdotes, gestare solebant [3 Esr. 1, 1. 5, 81.], quo majorem plebi reverentiam incuterent, lubenter utentium vanitatem. *τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς*] Si sincera sit haec vulgarium exemplarium lectio, verba non aliter ac-

cipi possunt, nisi ut de *Euthymii*, *Bezae*, *Heupelii* aliorumque sententiâ ante vocem ἀσπασμοὺς e praecedentibus repetatur τῶν θελόντων h. s.: *cavete vobis a sacrarum literarum magistris, qui stolis induti amant incedere et salutationes in foro et primas sedes in conventibus sacris et primos lectos in conviviis cupiunt.* Et illud quidem nemo ignorat, θέλειν τι [i. q. ״ב חָפֵץ Ps. 40, 7.] in N. T. passim declarare *rem cupere, expetere* [Matth. 9, 13. 12, 17. Hebr. 10, 5.], quo usu Megapolitani dicunt *eine Sache mögen*, id ut sit *rem desiderare, re delectari.* Sed merito tamen h. l. eâ offendaris structurae variatione, quâ a θέλειν τι ποιεῖν ad θέλειν τι continuo aberratur. Quare haud scio, an ex ll. 15. 49. 51. 53. 60. 68. 76. 90. Ev. 13. 15. 17. 19. Mt. a. e. q. Syr. Pers. p. Arm. al. Marco restituendum sit καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς κ. τ. λ. h. r.: *cavete vobis a legis magistris, qui lubenter stolati incedunt et amant salutationes in foro* etc.. Esse φιλούντων a scribis e Luc. 20, 46. petitum, dictu quam probatu facilius est. Nam quum Marcus h. l. singula paene v. a Lucâ 20, 45 — 47. mutuatus sit, quidni indidem etiam φιλούντων sumeret potius, quam asperum et inconcinnum dicendi genus consectaretur? V. 40. Vidi hunc vs., cujus vulgo haec ratio est: οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα. tribus modis ab explicatoribus expositum esse, quorum nullus ferri posse videatur. Plerique enim interpretes *Bezâ* auctore οἱ κατεσθίοντες — καὶ — προσευχόμενοι *soloece* positum credunt pro τῶν κατεσθιόντων — καὶ — προσευχομένων, quod commentum quam vanum sit non est, quod doceam. S. V. *Winerus* gr. p. 190. Marcum Anacoluthi licentiâ οἱ κατεσθίοντες — καὶ προσευχόμενοι pro τῶν κατεσθιόντων — καὶ — προσευχομένων scripsisse existimat. Cui praeclaro viro quominus assentiar hâc re impedior, quod mihi structurae genus, quo Marcus h. l. utitur, simplicius videtur, quam ut Anacoluthi suspicio in illud cadat. Postremo *Grotius*, quum v. 39. post v. ἐν τοῖς δείπνοις plene interpunxisset, versu 40. novam et quae sui juris sit sententiam contineri putavit: *qui devorant opes*

viduarum idque velut longas pro iis preces facientes, hi graviorem judicis sententiam ferent. At est *Grotii* consilium eo vitiosum, quod sic versus 40. sententia, quippe nullo cum praegressis vinculo consociata, in nimiâ solitudine versatur: neque quisquam talis Asyndeti idoneam rationem reddat. Immo verba vs. 40. ita cum prioribus cohaerent, ut sint exclamationis loco: — *heluones patrimonii viduarum, idque quum longas, quas pro iis fundant, preces praetexant, hi graviorem judicis sententiam ferent!* — *die Fresser der Güter der Wittwen und zwar unter dem Vorgeben, lange Gebete zu verrichten, die werden einen stärkern Urtheilsspruch erhalten!* Sed sapientissime *Valckenarius* l. l. p. 357. hunc locum *καιτῶς ῥηθέν* obsidere monuit, offensus ille haud dubie verbis *οἱ κατεσθίοντες — καὶ — προςευχόμενοι, οὗτοι λήψονται —*. Etenim *καί* ante *προφάσει* orationem reddit hiulcam neque potest illud omnino, nisi utcunque per *idque* explicari [cf. not. ad Matth. p. 678.]. Quare delendum judico *καί* argumentis ductus gravissimis. Primum deest in D. Syro. Pers. Ar. p. Arm. It. Vulg.. Deinde ostendunt variantes lectiones Luc. 20, 47. in Marco scriptum fuisse *οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν προφάσει μακρὰ προςευχόμενοι —*. Velut D. ibi dat *οἱ κατέσθοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν προφάσει μακρὰ προςευχόμενοι —*. Denique consentaneum est e lectione D. *οἳ κατεσθίουσι*, voculam *καί*, quam expungo, esse relliquias scripturae, quae olim in nonnullis Marci Cdd. fuerit ad Luc. 20, 47. conficta: *οἳ κατεσθίουσι — καὶ — προςεύχονται —*. Subest autem exstinctâ voce *καί* versui 40 haec sententia: *vaeh homines, qui devorant fortunas viduarum sub longarum, quas pro viduis fundant, precum praetextu* [*προφάσει* idem est, quod Graecis passim *πρόφασιν* Plutarch. T. II. p. 546. E. — *ὅπως καθαροὶ — ὦσι· καὶ μὴ δοκῶμεν Πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοὺς δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν.*], *hi* [dicit autem legis peritos vs. 38.] *graviorem*, (quam alii mortales) *judicis sententiam experientur!* Ceterum comparandus est cum h. l., qui persimilis est Pauli locus ep. ad Philipp. 3, 18. 19. *Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ*

κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. De reliquis Cdd. varietatibus paucis absolvere licet. τῶν χηρῶν] D. 13. 28. al. τῶν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν. Hoc ex iis locis librarii sumserunt, in quibus viduae et pupilli pro hominibus miserrimis et aliorum injuriae maxime obnoxiis componuntur [cf. Jes. 1, 23. ep. Jacob. 1, 27.]. μακρὰ προςευχόμενοι] L. 46. al. μακρὰν προςευχόμενοι | Mt. a. q. 10. μακρᾷ προςευχόμενοι, quod ex μακρὰν natum est. Nihil omnino tribuendum est lectioni μακράν, quum scribae μακρὰ in μακρὰν corrumpere soleant, exhibendo v. c. μακρὰν οἰμώζειν, μακρὰν χαίρειν, ubi semper μακρὰ legendum est, quemadmodum Luc. Tim. c. 37. jam pridem correxerunt λέγε μὴ μακρὰ μέντοι. Frustra sit autem, qui μακρὰ προςευχόμενοι *eleganter* dictum judicet pro μακρὰν εὐχὴν προςευχόμενοι, quippe certis hujus generis exemplis destitutus.

V. 41. *Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου ἐθεώρει, πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλον πολλά.*
42. *Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.* 43. *Καὶ προςκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων ἔβαλε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.* 44. *Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.*

V. 41. *Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου*] *et quum Jesus e regione sacri aerarii consedisset.* Neque ὁ Ἰησοῦς auctoritate B. L. Copt. Verc. inducendum est, quum narrationis perspicuitatem praeclare adjuvet, neque ἑστὼς ex 1. 13. 28. 69. al. in locum v. καθίσας sufficiendum. Nam ἑστὼς videntur correxisse, qui Jesum in templo docentem (v. 35. et 38.) *stetisse* consentaneum esse putassent. κα-

τέναντι] B. 108. 127. al. ἀπέναντι. Conservamus κατέναντι, non quod Marci ingenium hanc vocem poscat [cf. *Dav. Schulzius*, qui citat Marc. 11, 2. 13, 3.], sed quoniam ἀπέναντι non satis testatum est. Τὸ γαζοφυλάκιον h. l. dicitur aerarium sacrum, quod erat in atrio mulierum et constabat e tredecim arcis, quas quum tubarum formam referrent, scriptores talmudici vocarunt שׁוֹפָרוֹת *tubas*. Inferebantur in eas a populo stipes ultro, quibus et ad rem divinam necessaria pararentur et pauperes sustentarentur [cf. Joseph. B. I. 6, 14. et *Reland.* de spoliis templi Hierosolym. c. 12.]. χαλκός, quod vocabulum, ut nonnulla alia [v. c. αἱρετικός], S. V. *Wahlius* in Cl. silentio praeteriit, fuerunt, qui hîc *numos aereos* interpretarentur, quia haud dubie vilis pretii pecunia a plerisque aerario sacro stipis loco illata fuerit. Sed ego malim *aes* i. e. *pecuniam* explicare ob v. sq. καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλον πολλά. — ἔβαλλον] F. 239. al. ἔβαλον. Hoc praeposui, quum melius *in narrationem* quadret Aoristus [cf. v. 42.. — ἔβαλε λεπτὰ δύο]. Ἔβαλλον, ἔβαλον et sim. perpetuo a librariis commiscentur. V. 42. δύο λεπτά] λεπτὸν h. l. numulum aereum ejusmodi declarat, qui octavam assis partem, seu bessem dignitate aequaret, ut verba δύο λεπτά, ὅ ἐστι κοδράντης ostendunt. ὅ ἐστι κοδράντης] Ab his v. glossae suspicio cohibenda est, in quam adducere illa conatus est *Wassenberghius* Dissert. de glossis N. T. p. 40.. Nam desunt tantum in Pers. Ar. p. Erp. ap. Mich., quorum est solorum fides perexigua et defenduntur Marc. 3, 17. 5, 41. aliisque locis. Praeterea illud quoque tuendis est v. ὅ ἐστι κοδράντης, quod ea addunt Luc. 21, 2. D. Cant., unde etiam ἐκεῖ omittunt et alii habent λεπτὰ δύο. V. 43. Verissime *Griesbachius* plurimorum librorum auctoritate motus loco λέγει dedit εἶπεν. Sed ex iisdem fere Codd. paullo post pro βέβληκε exhibere debuerat ἔβαλε, quod praeclare munitur verbis v. 44. πάντες γὰρ — ἔβαλον. — τῶν βαλόντων] om. 1. 13. al. | τῶν βαλλόντων A. B. D. al.. Neque proscribenda sunt v. τῶν βαλόντων [cf. Luc. 21, 3.], neque eorum loco τῶν βαλλόντων suscipiendum est, quod ab h. l. abhorret. Hoc enim Marco dicendum fuerat: *affirmo vobis*, *hanc viduam*

egenam plus inseruisse, quam omnes, qui numos in aerarium intulerunt. V. 44. πάντες γὰρ] πάντες γὰρ οὗτοι D. 1. 33. al.. Hoc e Luc. 21, 4. irrepsit. ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς] 61. 108. 239. al. ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν. Quum et in Marco et in Lucâ 21, 4. id aliquot libri praebeant, fieri potest, ut alteruter scriptum reliquerit. Quamquam multo credibilius est, utrobique ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν glossema esse verborum ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, vel confictum esse ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν ad similitudinem sequentis Substantivi ὑστερήσεως et ὑστερήματος. — αὕτη δὲ — ὅλον τὸν βίον αὐτῆς] *haec autem ex suâ inopiâ omnia, quae possidebat, aerario intulit, id est omnes suas opes.* Ὁ βίος, quemadmodum Latinorum *vita* [cf. Plaut. Trin. 2, 4, 75. *neque illi concedam quidquam de vitâ meâ.* et *Donat.* ad Terent. Phorm. 2, 3, 16.], saepe declarat *alimenta*, *opes* [Thucyd. 1, 5. τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο.]. Ultimum est, ut de sententiâ, quam Jesus v. 42 — 44. enuntiaverit, disseram. Jam quum multi hoc dici putarent, perinde beneficia aut magna esse, aut parva habenda, ut animus ejus qui collocet vel lubenter vel gravate stipem eroget, sententiam verbis intulerunt, quae iis non inesset. Quin hoc Jesus significavit, beneficia ex cujusque opibus aestimanda esse. Itaque egenam viduam, quae in summâ rei familiaris inopiâ duos numulos aerario sacro obtulisset majus dedisse munus, quam qui divites in magnâ facultatum abundantiâ plus pecuniae impendissent. Similes aliorum scriptorum sententias contulit *Wetstenius* ad h. l., v. c. Aristot. Ethic. 4, 2. *κατὰ τὴν οὐσίαν ἡ ἐλευθεριότης λέγεται· οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει, αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν. Οὐδὲν δὲ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὸ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ.*

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Quum Jesus templo exiret (cf. 12, 35.) unus e discipulis ad aedificiorum magnitudinem et splendorem magistrum attendere jussit vs. 1.. Cui Jesus: haec magna, inquit, aedificia a fundamentis destruentur vs. 2.. Percontati sunt doctorem, quum in monte olivarum consedisset, Petrus Jacobus Johannes et Andreas tum de tempore, quo ea ruina futura sit, tum de signis, quibus funestum tempus adventare cognoscatur vs. 3. 4.. Itaque Jesus in hunc modum disseruit: evertetur templum quo tempore revertar Messias. Sed nolite putare, me rediturum esse, priusquam multorum et magnorum malorum moles ingruerit. Nimirum primum erit, ut multi meam Messiae auctoritatem multos in fraudem inducentes falso sibi vindicent, ut nationes hostiliter in nationes insurgant et terrae motus, alimentorum inopia et perturbationes singulis in locis genus humanum affligant vs. 5—8.. Quo facto vobis discipulis permultum erit calamitatis exhauriendum vs. 9—13.. Secundum erit, ut res detestabilis cum evastatione conjuncta, de quâ Daniel propheta vaticinatus est, conspiciatur. Eo tempore hominibus in Judaeâ positis trepida fuga capessenda erit. Nam quanta tum erit calamitas nec fuit unquam nec posthac erit. Nihil autem ibi majore diligentiâ cavendum erit, quam ne fraudem faciant homines, qui vanis objectis portentis vel prophetarum vel Messiae honorem temere sibi arrogent vs. 14—23.. Hîc demum sol et luna obscurabuntur sideribusque de polo lapsis astrisque perturbatis revertar nubibus vectus magnâ comitantibus angelis, quos ut omnes probos homines ex quattuor caeli plagis congregent mittam, pompâ insignis. Atque tum templum destruetur vs. 24—27.. Quemadmodum e ficus ramis novo qui rediit succo emollitis aestatem instare concluditur, sic vos e rebus quas dixi ad eventum perductis me proxime abesse Messiam colligite vs. 29.. Rata fore quae memoravi omnia, priusquam haec hominum aetas interierit, longe certissimum est vs. 30. 31.. Sed quum nec diem neque horam, qua redeam Messias, quisquam nisi Deus in numerato habeat, vigilantiâ opus esse,

*ne improviso reversus te opprimam incautum, consequi-
tur vs. 32—37..*

V. 1. Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ λέγει αὐτῷ
εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· διδάσκαλε, ἴδε, ποταποὶ
λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. 2. Καὶ ἀποκριθεὶς
ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας
οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς
οὐ καταλυθήσεται. 3. Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς
τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ ἐπηρώτα αὐ-
τὸν κατ᾽ ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ
Ἀνδρέας· 4. εἰπὸν ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται καὶ τί
τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι;
5. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν·
βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. 6. Πολλοὶ γὰρ
ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες· ὅτι ἐγώ
εἰμι, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν. 7. Ὅταν δὲ ἀκού-
σητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ
γὰρ γενέσθαι· ἀλλ᾽ οὔπω τὸ τέλος. 8. Ἐγερθήσε-
ται γὰρ ἔθνος ἐπ᾽ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν
καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους καὶ λιμοὶ καὶ τα-
ραχαί. 9. Ἀρχὴ ὠδίνων ταῦτα· βλέπετε δὲ ὑμεῖς
ἑαυτούς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν
ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων
καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον
αὐτοῖς. 10. Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη πρῶτον δεῖ κη-
ρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. 11. Ὅταν δὲ ἄγωσιν ὑμᾶς
παραδιδόντες μὴ προμεριμνᾶτε, τί λαλήσητε, μηδὲ
μελετᾶτε, ἀλλ᾽ ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ,
τοῦτο λαλεῖτε· οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. 12. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς
ἀδελφὸν εἰς θάνατον καὶ πατὴρ τέκνον, καὶ ἐπανα-
στήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς καὶ θανατώσουσιν αὐ-
τούς. 13. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ
τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σω-
θήσεται.

V. 1. *καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ — εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ*] *et egrediente* (male *Reichardus: egresso) Jesu e templo* (cf. 12, 35.) *aliquis discipulorum* (vide ad Matth. p. 696 sq.) *ei dixit.* Lectio *εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* neque satis munita est, neque hîc placere potest, quum proxime praecedat *ἐκ τοῦ ἱεροῦ.* Atque aut ex illis v. sumta est praepositio, aut, quod credere malim, librarii utrumque in N. T. legi memores [vid. Joh. 6, 60. 7, 48. 18, 17. al. cl. Marc. 14, 10. 43.] alterum alteri substituerunt. *διδάσκαλε — οἰκοδομαί*] *magister, en, quales lapides et qualia aedificia!* Ad *templi* aedificiorum contemplationem Jesum invitari ex eo elucet, quod discipulus nescio quis *διδάσκαλε κ. τ. λ.* eo tempore dixisse perhibetur, quo Jesus e templo exiret. Voces *τοῦ ἱεροῦ,* quas post *οἰκοδομαί* D. Rd. et It. addunt, Marco e Matth. 24, 1. obtrusae sunt. De templi magnificentiâ consule Josephum A. J. 15, 11, 3. B. J. 5, 5, 6. et *Wetstenium* ad Matth. 24, 1.. Sed quum de origine et usu vocum *ποδαπός* et *ποταπός* a V. D. multum dubitatum sit, non alienum videtur, meum qualecunque judicium interponere. Verissime *Buttmannus* Lexil. I. p. 125. et 302. nonnisi de illorum vocabulorum origine disputans a vetustis Grammaticis, qui *ποδαπός* ex *ποῖος* et *δάπεδον* derivare solent, ita desciscit, ut — *δαπός* tantummodo pro terminatione ortâ e praeverbio *ἀπό* accipiat. Nam vel simplicitate suâ commendatur sententia, quâ in v. *ἐχθοδοπός, ἀλλοδαπός, ἡμεδαπός, ποδαπός* (*ἐνδάπιος*) v. *ὄπτομαι* aut *ἀπό* ad radicem referatur, *δ* autem melioris pronuntiationis causâ insertum esse putetur, quemadmodum *d* insititium est in latinis v. pro d ire, pro d esse. Quippe in vocabulorum originatione nefas non est, si graves aliae rationes suppetant, deserere veteres Grammaticos, qui in re etymologicâ saepe fallantur. Verum hîc de v. *ποταπός* agitur, non de v. *ποδαπός.* De illo igitur ut recte judicetur, apponam Phrynichi locum Ecl. p. 56. *Lob.* non ut vulgo depravatum, sed emendatum e Codice Parisino apud *Bachmannum: ποταπὸς διὰ τοῦ τ οὐκ εἴποις, ἀδόκιμον γάρ. διὰ δὲ τοῦ δ λέγων ἐπὶ γένους θήσεις, ποδαπός ἐστι; Θηβαῖος ἢ Ἀθηναῖος. Ἔστι γὰρ οἷον ἐκ τίνος δαπέδου. οὐ ποταπὸς δέ ἐστιν*

εἴποις τὸν τρόπον Φρύνιχος; ἐπιεικής. χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν, ποῖός τίς σοι δοκεῖ εἶναι; Ex his intelligitur, ποδαπός esse *cujas*, ποταπός vero plane non atticum serioribus tamen scriptoribus eodem sensu, quo ποῖος, usitatum fuisse. *Photius:* ποδαπός, διὰ τοῦ δ, οὐχὶ διὰ τοῦ τ, ἔστι γὰρ οἷον ποίου δαπέδου. Egregie autem quum cetera ille Codex in Phrynicho disposuit, tum φρόνιμος omisit. Sic enim egregii Grammatici orationi demta est superbia. Nam ἐπιεικής quidem se ipse appellare poterat: *vir bonus* [vide Schol. ad Luc. Gall. c. 23. τὸ ἐπιεικὴς τρία δηλοῖ, τὸ τὸν τρόπον ἀγαθὸν ὡς ὅταν λέγωμεν ἐπιεικὴς ἄνθρωπος.]. Sed illud valde memorabile est, quod D. et hîc et Luc. 1, 29. 7, 39. *a primâ manu* ποδαπός, ποδαποί, ποδαπή per δ praebet, quandoquidem ποταπός atque ποδαπός a posterioris aetatis scriptoribus permixta fuisse ex his Hesychii verbis apparet: ποδαπόν. ποταπόν, ὁποῖον. His nonnulla quae ad usum v. ποταπός pertineant subjicere placet. Nam quum ποταπός posterioribus scriptoribus idem declaret, quod ποῖος, non mirum est saepe in admiratione poni vel in bonam partem [Matth. 8, 27. — ποταπός ἐστιν οὗτος — *quantus hic vir est* — et h. l. ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί h. e. ad sensum: *quantae sunt lapidum moles et quam praeclara aedificia!*], vel in malam [Luc. Parasit. c. 22. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσά τινων λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, ὅςτις οὐ βέβρωκεν οὐδὲ πέπωκε μεθ᾽ ἡμῶν;], ut, quemadmodum nostrae plebeculae loquutio *was für ein Kerl*, in oratione vulgari ac paene abjectâ locum habeat. Neque illud praetereundum, v. ποταπός (vel fortasse ποδαπός: vide supra), quum seriores Graeci plerumque *de personis* usurpent, nonnunquam tamen et ab illis [vide *Wetsten.* T. I. p. 353.], et a N. T. scriptoribus [Marc. 13, 1. Luc. 1, 29. 1 Joh. 3, 1.] *ad res* transferri. V. 2. Vulgatur καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ. Mendosus v. ordo καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθείς tribus potest modis sanari. Nam licet nobis ἀποκριθείς delere B. L. 33. al. auctoritate: licet e Mosq. i. n. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ suscipere: licet ex A. K. 1. 69. al. invertere καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν

αὐτῷ. Postrema ratio, quam etiam supra 11, 33. inii, unice vera videtur, quia solemnis est hic verborum ordo et quoniam eum tenent nonnulli Cdd. de melioribus. αὐτῷ] *discipulo*, *qui* διδάσκαλε κ. τ. ἑ. *dixerat* v. 1.. *Αὐτοῖς* h. e. *Apostolis* D, et It. non minus, quam in proximis βλέπετε pro βλέπεις e Matth. 24, 2. petierunt. βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς;] Est talis percontatio commoto acrique rerum de quibus agitur sensu perfuso animo interrogantis: *videsne haec magna aedificia?* Luc. 7, 44. βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; Verba, quae in vulgaribus exemplaribus proxime sequuntur οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ copiosam orationem desiderant. Et illud quidem certum esse videtur, lectiones D. 90. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ ἀφεθῇ etc. | 13. 69. ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἀφεθῇ etc. | 28. 61. 91. ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι οὐ μὴ ἀφεθῇ etc. librarios temere a Matthaeo 24, 2. mutuatos esse. Sed quod B. D. G. L. 1. 10. 28. et multi alii Codd. ὧδε post ἀφεθῇ interponunt [Colb. Cypr. *in isto templo*] nonnihil habet difficultatis. *Griesbachius* C. C. p. 169 sq. de eâ re sic disputavit: „ὧδε, etsi commendatum a B. D. G. L. 1. 33. 118. ac triginta tribus aliis Cdd. et a versionibus nonnullis, vix tamen genuinum esse censemus. Nam iidem, quos *mox* (paullo ante) excitavimus, libri excepto solo G., Lucam 21, 6. quoque eodem additamento locupletare ausi sunt, ubi nemo id probabit. [Nimirum in Lucâ illi Codd. eo suam auctoritatem ipsi labefactant, quod ὧδε diversis locis, alii post ἀφεθήσεται, alii post v. ἐπὶ λίθῳ repraesentant. At in Marco uno eodemque loco omnes ὧδε suppeditant.] Immo adeo male sedulus fuit, qui Codicem L. exaravit librarius, ut isto ὧδε Lucae textum *bis*, semel post ἀφεθήσεται ac iterum post λίθῳ interpolaret. Versiones autem parum valent ad defendenda additamenta, quae sensui sermonis declarando inservire possunt. *Ergo* ὧδε *in Marcum aeque atque in Lucam e Matthaeo* 24, 2. *illatum esse veri admodum est simile.*“ Recipi debere ὧδε cum S. V. *Paulo* fallique *Griesbachium* sic demonstraveris. Primum omnes illi Codd. eodem loco constanter offerunt ὧδε, tum habet Matthaeus, quem hîc sequutus est Marcus, denique, quod

minime negligendum, multi libri diversis sedibus apud Lucam praebent, quamquam male, sed tamen iidem fere, qui in Marco ὧδε propagarunt. Nam illi librarii, quum et in Matthaeo et in Marco ὧδε a se descriptum esse meminissent, etiam cum Lucâ communicarunt, sed illi quidem, qui ἐπὶ λίθῳ ὧδε exararunt, memoriâ lapsi. λίθος ἐπὶ λίθῳ] Quum iidem fere libri, qui ὧδε retinent, λίθον ἐπὶ λίθον [Colb. Vulg. *lapis super lapidem*] exhibeant, vel constantiae est, ut ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον Marco vindicemus, plane ut Matthaeus dixerat. Et egregie refert Accusativus N. T. ingenium, quum his scriptoribus καθῆσθαι εἴς τι, ἀφιέναι τι ἐπί τι vulgo usitatum sit, ab Atticorum usu magis minusve abhorreat: *non relinquetur hîc* (i. e. in hoc templo) *lapis super lapidem* (kein Stein *auf* dem andern). ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ] Voculis οὐ μὴ post Pronomen relativum ὃς [cf. Luc. 18, 29. 30. Act. 13, 41. Rom. 4, 8.] offensus est *Lipsius* Dissert. de Modorum usu in N. T. P. I. p. 70. negavitque se de hoc genere habere, quod statueret. Verum in hâc quidem re nihil est obscuritatis aut difficultatis. Nam οὐ μή etsi Conjunctivum regit, tamen multo usu paene in particulam *non* vertit. Quidni igitur Pronomini relativo postponatur? Similiter dixit Aristoph. Av. v. 461. ὡς τὰς σπονδὰς οὐ μὴ πρότερον παραβῶμεν. Sed justam offensionem haec habet oratio: οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. *Griesbachius* nullam varietatem commemoravit, sed *Wetstenius* narravit, μὴ posterius, quod etiam in Mosq. z. insertum est, omittere 106 et pro καταλυθῇ testari καταλυθήσεται 13. 69. 106.. Apparet illos Cdd. continere ὃς οὐ καταλυθήσεται. Unde Marcum ita edidisse suspicor, ut Matthaeum 24, 2., cui *Griesbachius* recte vindicavit ὃς οὐ καταλυθήσεται [cf. Luc. 21, 6.], verbotenus describeret. Futurum Marco reddendum esse concluseris etiam ex interpolatione Cd. D. factâ ex Marco 14, 58. et Joh. 2, 19 sqq. — καταλυθῇ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλος [scil. ναός] ἀναστήσεται ἄνευ χειρῶν. Converte: *non relinquetur in hoc templo lapis super lapidem, qui non destruatur* i. q. hoc templum *a fundamentis* diruetur. [vide not. ad Matth. p. 698.]. V. 3. καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος;

τῶν ἐλαιῶν] *et quum in montem olivarum consedisset*, und als er sich auf den Oelberg *niedergesetzt hatte*. Nam καθῆσθαι est *sedere*, consequens verbi *considere* καθίζειν (ἑαυτόν). Praeterea e nostrâ enarratione intelligitur, male vulgo εἰς τὸ ὄρος pro ἐν τῷ ὄρει accipi. Thucyd. 1, 24. ταῦτα δὲ ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο. ἐπηρώτων] B. L. 13. 28. al. ἐπηρώτα. Verissime. Nam est exquisitius [cf. v. 31. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται] et ἐπηρώτων originem debet sequenti voci αὐτόν. Mosq. c. al. male ἐπηρώτησεν suggerunt. Quippe h. l. ob praecedentia v. καθημένου αὐτοῦ opus est tempore relativo, ut supra 7, 17. 10, 17.. Πέτρος καὶ Ἰάκωβος] D. ὁ Πέτρος καὶ Ἰάκωβος etc., quae scriptura, si plurium librorum auctoritas accesserit, recipienda erit [cf. Matth. 17, 1. 26, 37. Marc. 9, 2. 14, 33. cl. 5, 37. varr. lect.]. Tacuit eam ut multas alias easdemque praeclaras qui diligentissime scilicet Cd. D. excussit, *David Schulzius*. In hoc capite has praeteriit quacunque de causâ memorabiles Cd. D. scripturas: v. 5. πλανήσει. v. 6. om. ὅτι ante ἐγώ εἰμι. — καὶ πολλου πλανήσουσιν
α
v. 7. ἀλλὰ οὔπω. v. 11. ἀλλὰ ὃ ἄν. v. 16. ἐπιστρεψετω ὀπίσω. v. 17. οὐαὶ ταῖς ib. ταῖς θηλαζομέναις v. 18. καὶ προςεύχεσθαι ἵνα v. 20. ἐκολόβωσεν. Sic etiam paullo infra, ut solet. 21. καὶ τότε ἄν τις. v. 21. ἰδού, ut vulgo. v. 24. ἀλλὰ ἐν. 25. καὶ οἱ ἀστέραις οἱ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται πείπτοντες. 26. ἐπὶ τῶν νεφελῶν μετὰ 27. ἀπ' ἄκρων γῆς 28. ὅτι ἤδη ἐγγύς. 29. οὕτως καὶ 32. οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐ-
ω
ρανῷ 33. om. ἐστὶν post ὁ καιρός. 34. θυρουρῳ. 35. ἢ ἀλεκτοροφωνίου 36. μὴ ἐξελθών. Praetermisi orthographica nonnulla, quae semel notanda sunt, non ubivis repetenda, ut ειδε, κατ ειδιαν, ημειν, σημιον, τεις, λειμος, ωδειτων, εσεσθαι μεισουμενοι, δαρησεσθαι, σταθησεσθαι, θλειψειν, αστεραις, μαθεται, εξεφνης. I nunc et crede *Schulziis*. V. 4. εἰπὲ ἡμῖν] Rectissime B. D. L 1. 13. 28. 33. 69. εἰπὸν ἡμῖν suppeditant [vide not. ad Marc. 12, 14.]. Etiam in Matthaeo 24, 3. εἰπόν ex L. 1. adoptandum est. ὅταν μέλλῃ] D.

E. al. ὅταν μέλλει. „*Rec. ap. Lc.* 21, 7." inquit *David Schulzius*. Solet V. D. observationem „*Rec. ap.* —" saepe ibi proponere, ubi omni sensu destituatur. Velut h. l. qui sit aut grammaticae aut usus N. T. satis peritus, nihil moneat, sed μέλλει spernat tanquam librariorum ει et η temere confundentium vitium. *πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι;*] Esc. 8. apud *Birchium* (a primâ manu) et Mosq. 12. ταῦτα συντελεῖσθαι | B. ταῦτα συντελεῖσθαι πάντα | A. G. H. L. et permulti alii Codd. ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι. In hunc modum saepissime variatur [cf. Matth. 19, 20. 24, 2. Marc. 13, 30. Luc. 7, 18. 12, 30. 31. 21, 12. 24, 9. 1 Cor. 10, 11. 12, 11.]. *Gersdorfio* in l. Beiträge u. s. w. p. 447. tantum non ubique praestabilius videtur ταῦτα πάντα, quam πάντα ταῦτα. Haud dubie haec est Critico regula sequenda, ut ubi ταῦτα potiorem vim habeat, scribatur ταῦτα πάντα, ubi πάντα, exhibeatur πάντα ταῦτα. Qui ubique in N. T. ταῦτα πάντα restituere voluerit, non sapientius mihi existimare videtur, quam qui alles das a vernaculae linguae usu abhorrere contenderit et vel eo refellitur, quod in scriptoribus classicis, ubi pariter πάντα ταῦτα et ταῦτα πάντα a librariis commiscentur, in locis satis multis πάντα ταῦτα omni dubitatione vacat. Quodsi in illis formulis dijudicandis sensus unice spectandus est et utramcunque postulet ea reponenda est, quotusquisque Luc. Gall. c. 32. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν. ordinem inversum cupiat, aut non vicissim Matth. 24, 2. βλέπετε ταῦτα πάντα; patrocinio dignum putet? Hoc tamen in *Gersdorfii* opinione inest veri, quod ταῦτα πάντα altero saepius legitur. Nimirum rarius etiam Germani dicimus alles das, quam das alles, quia illo modo loquendi non ita saepe occasio incidit. His expositis ad Marci locum convertor, ubi quum quam imbecilla est lectio ταῦτα συντελεῖσθαι tantam scripturae ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι libri gratiam concilient, hanc excudendam curavimus. Sed diversis sententiis de verâ v. — ὅταν μέλλῃ ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι; enarratione certatum est. *Grotius* ταῦτα πάντα ad *rerum universitatem* rettulit h. r.: *et quale signum tum conspicietur*, *quum res in eo erit*, *ut haec omnia*, *quae oculis subjecta sunt*

(i. e. *mundus) intereant.* Huic interpretationi orationis continuitas officit. Nam quum Jesus hoc unum impendere dixerit, fore, ut templum funditus evertatur vs. 2., nihil possunt aliud Apostoli exquirere vs. 4., nisi quando templi eversio futura sit et quo signo eam instare cognoscatur. Alii, v. c. *Paulus*, hunc l. sic explanaverunt: *et quale signum tum conspicietur, quum futurum erit, ut haec omnia plenum eventum habeant.* Hoc pacto verba *ταῦτα πάντα haec omnia* idoneâ ratione destituuntur. Non enim nisi de futurâ templi ruinâ Jesus verba fecerat vs. 2.. Restat igitur, ut *ταῦτα πάντα ad templi aedificia* vs. 2. pertinere putemus et *συντελεῖσθαι simul confici* [LXX. Jer. 16, 4.] explicemus: *dic nobis, quando hoc* (i. e. templi eversio) *futurum sit et cujusmodi signum tum oculis subjiciatur, quum res in eo sit, ut haec omnia* (h. e. splendida templi aedificia) *simul exscindantur.* V. 5. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς ἤρξατο λέγειν.] D. Cant. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς e Matth. 24, 4. | B. Syr. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἤρξατο λέγειν αὐτοῖς. Scilicet ἀποκριθείς interiit ob praecedens Ἰησοῦς, quemadmodum in Mt. d. e. Ἰησοῦς propter sequens ἀποκριθείς | 60. 69. Mt. c. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν. Hanc lectionem prae ceteris amplecti nihil dubitavimus [cf. Marc. 10, 32. ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν —.]. Quum Apostoli haec duo ex Jesû percontati essent, quo tempore templi ruina exspectanda sit et quo signo illud tempus appropinquare constet (cf. v. 4.), ad utrumque Jesus ita respondet in sequentibus, ut templi eversionem quo tempore ipse de coelo revertatur Messias futuram esse pro confessâ re ponat (cf. v. 26. et 29.), rediturum autem se et postquam multae et varii generis calamitates quum homines tum suae maxime disciplinae viros afflixerint et priusquam quae quummaxime vigeat aetas perierit doceat vs. 5 — 31.. Quae res quoniam ita definiri nequeat, ut in quam vel diem vel horam incidat constituatur, providi prudentisque esse viri vigilare, ne Messias, quum necopinato venerit, opprimat incautum vs. 32 — 37.. V. 6. λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι] Quod *Erasmus* monuit, haec v. duplicem explicationem admittere, et hanc: *dicentes, ego*

sum (scil. Messias) et hanc: *dicentes, se esse eum, qui ego sum*, id verum non est. Nam verba non nisi priorem interpretationem recipiunt. Nimirum ὁ Χριστός jure omisit scriptor propterea, quod Messiae cogitatio tantâ perspicuitate ejus animo obversaretur, eam ut verbis concipi non opus esse putaret conferrique potest ὅτι ἐγώ εἰμι cum formulâ vernaculâ *ich bin's*. Qui Codd. h. l. ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός, ut in Lucâ 21, 8. nonnulli, testificantur, glossema fovent e Matth. 24, 5. petitum. Lectio vulgata egregie stabilitur 1. Joh. 13, 19. 18, 5. 6. 8. Luc. 21, 8.. Ceterum vide not. ad Matth. 24, 4. 5.. V. 7. Consule not. ad Matth. 24, 6.. μὴ θροεῖσθε] *nolite animo perturbari*. Mt. o. μὴ πτοηθῆτε e Luc. 21, 9.. | D. 12. al. μὴ θορυβεῖσθε *nolite tumultuari*. Repperitur μὴ θορυβεῖσθε Act. 20, 10.. Sed hîc glossema esse tum paucitas testium evincit, tum *Alberti* Gloss. Graec. p. 149. θροεῖσθαι· θορυβεῖσθαι. — δεῖ γὰρ γενέσθαι] Mt. c. δεῖ γὰρ γενέσθαι ταῦτα | 38. Mt. r. 12. δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι. Non est ταῦτα nisi *glossema* menteque addendum est ad δεῖ γὰρ γενέσθαι aut v. πολέμους, aut, quod maluerim, ταῦτα [cf. *Beza* ad h. l.]. Est hujus vs. et duodevicesimi ἵνα μὴ γένηται χειμῶνος causa communis. ἀλλ' οὔπω (scil. ἔσται) τὸ τέλος] *sed nondum erit calamitatum finis*. V. 8. In consilium adhibe not. ad Matth. 24, 7.. ἔθνος ἐπὶ ἔθνος] Recte ἐπ' L. 69. ap. *Wetst.*, quemadmodum Matth. 24, 7. ἔθνος ἐπ' ἔθνος C. 1. 72.. Sed Luc. 21, 10. ἔθνος ἐπὶ ἔθνος ne *Wetstenius* quidem ἐπ' consignavit. καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαί] *et erunt terrae motus singulis in locis et erunt fames et perturbationes*. Καὶ priore loco temere omissum est in B. D. L. 28. 124. al. ob homoeoteleuton ἔσονται. Eandem ob rem καὶ posterius in B. L. Copt. Arm. deest. Neutro loco particulâ supersedere possumus. Sed ἔσονται secundo loco bene abest a D. Rd. Arm. Vulg. It.. Mire enim languet et e superioribus v. καὶ ἔσονται manavit [cf. Matth. 24, 7. Luc. 21, 11. et *Millium* Prol. §. 1404.]. Ultima v. καὶ ταραχαί, quae in B. D. L. Copt. Aeth. Erp. Rd. Vulg. It. omissa sunt, *Millium* Prol. §. 408. et *Griesbachium* C. C. p. 170. condem-

nare potuisse, ne quid ultra dicam, sum miratus. Ineptam enim et quâ nemo unquam usus sit orationem confinxerunt: *καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους καὶ ἔσονται λιμοί.* Enimvero non bina, sed terna membra jungenda erant, plane ut fecit Matthaeus 24, 7. Marcoque praeivit. Neque arduum est, *Millii* et *Griesbachii* argumenta refellere. Quorum is vocc. *καὶ ταραχαί* „incommodum in v. ordine locum occupare censet, quippe quae priori commatis hemistichio [*ἐγερθήσεται γὰρ — ἐπὶ βασιλείαν*], ubi de regnorum et populorum motibus et concertationibus et ortâ inde trepidatione sermo sit, multo aptius annexae fuerint, quam posteriori, quod de terrae motibus et fame agat.“ Scilicet aptissimo loco posita esse v. *καὶ ταραχαί* vidisset *Griesbachius*, si attendisset, *ταραχαί* commune esse vocabulum lateque patere. Male enim *καὶ ταραχαί* tum *Grotius* et *Paulus* explicuerunt et *prodigia* [cf. Luc. 21, 11.], tum *Munthius* et *Griesbachius* interpretati sunt *et seditiones, bellici tumultus.* Imo declarant v. *καὶ ταραχαί et perturbationes, terrores* (Bestürzung, Schrecken). Solent autem omnis generis scriptores rem per singulas partes eundo exhaurientes ut paucis denique absolvant late patens vocabulum vocis *καί* praesidio in fine adjicere. Vide not. ad Matth. p. 786. et *F. V. Fritzsche*, fratris carissimi, Quaest. Luc. p. 67.. Adde Arist. Acharn. v. 606. *τοὺς δ᾽ ἐν Καμαρίνῃ, κἀν Γέλᾳ, κἀν Καταγέλᾳ.* Plat. Phaed. §. 37. *Hdf.* *Ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥςπερ νομίσματα, ἀλλ᾽ ᾖ κ. τ. λ..* Cic. Cat. III, 8, 18. *Nam, ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque coeli, ut fulminum jactus, ut terrae motus ceteraque quae tam multa nobis consulibus facta sunt, ut haec, quae nunc fiunt, canere dii immortales viderentur, hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque praetermittendum neque relinquendum est.* Neque aliter veteres Hebraei loquuti sunt. Cf. Genes. 14, 16. וְאֶת־הָעָם. Nostro loco hoc dicitur: *et erunt terrae motus singulis in locis et fames et omnino perturbationes.* Male

Millius l. l. v. *καὶ ταραχαί* glossema verborum *καὶ σεισμοί* putavit in contextam orationem illatum loco non suo. Recte enim *Matthaeius*: *quis unquam*, inquit, *σεισμούς explicavit per ταραχάς?* Haud facilius *Griesbachius* l. c. a me impetravit, ut missa facerem v. *καὶ ταραχαί tanquam indicem aut argumentum prioris membri ἐγερθήσεται — ἐπὶ βασιλείαν*, quod e margine in ordinem loco alieno irrepserit. Quid est enim evidentius, quam *καὶ λιμοί* scribas, ut per errorem omitterent *καὶ ταραχαί*, movisse? Certe D. habet *καὶ λιμοί*, demit autem *καὶ ταραχαί*. Atque haec quoque res sententiam nostram, quâ Marco vindicavimus *καὶ λιμοί* omisso v. *ἔσονται*, confirmat. V. 9. Cf. ad Matth. 24, 8.. *Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα*] B. D. K. L. 13. 28. 124. et permulti al. Codd. *ἀρχὴ ὠδίνων ταῦτα* offerunt, quod verum esse, vulgatum *ἀρχαί* e praegresso v. *ταραχαί* natum vidit *Bengelius* et *Griesbachius* C. C. p. 171.. Et quis non videat, praesertim quum *ἀρχὴ ὠδίνων ταῦτα* primum locus Matth. 24, 8. valde commendet, deinde praecedens vs. 7. *ἀλλ' οὔπω τὸ τέλος*, ad quod concinne refertur [*initium haec calamitatum continent*], corroboret, postremo *ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα* vel per se mira dictio sit: *initia haec sunt calamitatum*? *βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς*] Haec v. nemo deleta velit scriptumque vel *εἶτα ὑμᾶς αὐτοὺς παραδώσουσιν εἰς συνέδρια* etc. ex D. It., vel ex 1. 124. *καὶ παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια κ. τ. λ.*. Nihilominus *βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς vos autem vobis cavete*, sehet *ihr* euch aber vor multum offendit, quasi Apostoli nescio quibus hominibus opponantur. II Joh. vs. 8. exstat *βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μὴ* — nulli reprehensioni obnoxium. Infra autem vs. 23. *ὑμεῖς δὲ βλέπετε* optime comparatum est, quum ibi sit oppositio. Quare e lectione *εἶτα ὑμᾶς αὐτοὺς παραδώσουσιν* Marcum dedisse suspicor *βλέπετε δὲ ὑμᾶς αὐτοὺς cavete autem vobis ipsis.* Fieri etiam potest, ut Marcus *βλέπετε δὲ ἑαυτοὺς* omisso v. *ὑμεῖς cavete autem vobis* (sehet euch aber vor) scripserit, quamquam id nusquam consignatum repperi. Certe vulgata scriptura non potest, nisi argute, sic defendi, ut commemorata vs. 8. mala communia omnium hominum esse, sed dictas vs. 9. calamitates ad Apo-

stolos tantummodo spectare et has illis opponi cum *Zegero* moneamus. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε] Hic Critico est, non interpreti munus assignandum, quum verba quae e vulgaribus exemplaribus supra posuimus, omnia explicatorum consilia eludant. Male enim, ut ab eo ordiar, *Grotius*, *Wetstenius* al. καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε hoc sensu copulaverunt: *et in conventibus sacris vapulabitis.* Neque enim εἰς pro ἐν ponitur, sed ubicunque εἰς dicitur, aliqua semper motus notio subest. Quid igitur valeat εἰς συναγωγὰς δέρειν, nisi auf Synagogen schlagen, credo ut dicitur εἰς πρόσωπον δέρειν 2 Cor. 11, 20.? [!!] Deinde qui *Bezae*, *Matthaeii* aliorumque exemplo καὶ εἰς συναγωγάς· δαρήσεσθε καὶ etc. [cf. Luc. 21, 12. διώξουσι παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς —.] distinxerit, Asyndeton invexerit nullam rationem habiturum: *tradent vos in synedria et conventus sacros: flagellis caedemini* etc.. Restat, ut aliquis ex antecedentibus v. παραδώσουσι γὰρ etc. post vocc. εἰς συναγωγὰς repetendum esse dictitet παραδοθέντες, quae ratio aeque intolerabilis est, quam si vel Romanis sic loqui licere finxeris: *nam in judicia vos vocabunt et in synagogas* [scil. vocati] *vapulabitis*, vel Germanis ita: denn man wird euch vor Gericht führen und in die Synagogen [scil. *geführt*] werdet ihr gepeitscht werden. Proinde ex Ev. 2. 9. 10. 12. 18. 19. Syr. εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε recipiendum ducimus [cf. Act. 22, 19. ἤμην — δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς —. Matth. 10, 17. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. Matth. 23, 34. καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν.] et quae vulgantur v. εἰς συναγωγὰς orta esse putamus e praecedentibus vocc. εἰς συνέδρια. Cui consilio duo objici possunt, unum, testes lectionis non satis locupletes esse, alterum, ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν e Matth. 10, 17. ab interpolatoribus ductum videri. Et sane fieri potest, ut nescio quid aliud lateat: sed multo praestat, id quod fortasse verum est asciscì, quam vulgata aperte falsa relinqui. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων

σταθήσεσθε] *et coram principibus et regibus sistemini.* Si verum esset, quod vulgo tradunt, multos Codd. tenere καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων ἀχθήσεσθε, id foret nihili: *et coram principibus et regibus ducemini*[*!*]. Sed habent nonnulli Cdd. ex iis, quos afferunt, v. c. Mosq. e., καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε, quod e Matth. 10, 18. sumtum esse vel inde colligas, quod hic atque ille, ut 40., ἐπὶ ἡγεμόνων δὲ καὶ βασιλέων testari dicuntur [vide *Wetstenium*]. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] h. e. *ut iis* (principibus et regibus) *testimonium exstet* scil. intrepidi, quo causam meam defendatis, animi. Vide not. ad Matth. 10, 18., ubi de v. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς disputans addere potueram, esse formulam constantem in Evangeliis atque solemnem [vid. Matth. 8, 4. 10, 18. 24, 14. Marc. 1, 44. 6, 11. cl. Hebr. 3, 5. Jac. 5, 3.: unde Luc. 9, 5. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς pro εἰς μαρτύριον ἐπ᾽ αὐτούς e Codd. reponendum est.], tum, ut ejus sensus quovis loco e sententiarum perpetuitate constituendus sit, eam tamen ubivis hanc vim habere, ut usurpetur *in re magni momenti.* V. 10. Codd. 108. 124. 127. 131. al. — εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη· πρῶτον δὲ δεῖ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. Haec lectio primo obtutu egregie placeat: *ut principes et reges et omnes nationes imperterriti vestri animi testimonium habeant. Oportet autem* [i. q. nempe] *ante omnia evangelium* [scil. omnibus gentibus] *annuntiari.* Nihilominus falsa est. Nam neque satis munita est et suspectam eam reddit mira compositionis ratio αὐτοῖς καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Adde quod, si librarii v. καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη temere ad priora vocc. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς rettulerant, reliqua sponte insequuta sunt. Nam hoc pacto in v. πρῶτον δεῖ etc. opus erat particulae [δὲ] ligamento. Sed vel lectio ista corrupta πρῶτον δὲ δεῖ veri aliquid continet. Propugnat enim hunc verborum ordinem πρῶτον δεῖ κηρυχθῆναι, quem etiam e B. D. Mt. X. Cant. Prag. al. latin. consignatum dignum judicavimus, quem reciperemus. Sed totus hic versus in plerisque Evangeliariis deest, iis maxime, qui a vs. 9. usque ad vs. 13. lectionem habent [vide *Matthaeium* ad h. l.], quia disputationem de Apo-

stolorum calamitatibus vs. 9. et 11. perturbare videbatur. At apto eum loco positum esse adversus *Kuinoelium* vincam facile. Sententiae ita cohaerent: *injurias perferetis magnas et causa erit vobis dicenda coram principibus et regibus, quo intrepidum iis animum vestrum probetis* (vs. 9.): *et quidem diu* [Id inest versui 10: *et omnibus nationibus ante omnia* (h. e. priusquam in terram revertar Messias) *doctrina divina* (a vobis) *nuntianda est*, unde concluditur, Apostolos doctorum munus obire ejusque molestias perferre (v. 9.) oportere, donec doctrina divina ad omnes nationes perlata sit.]. *Quando autem vos in jus rapiunt, sic vos gerite* (v. 11.). Ceterum totus vs. inde natus est, quod Marcus, qui vs. 9. imitatus erat l. Matth. 10, 17. 18. alterum nunc eundemque item parallelum l. Matth. 24, 14. exprimendum esse putavit. V. 11. ὅταν δὲ] καὶ ὅταν B. [D]. L. 33. Rd. [Cant. Verc. Prag. Vulg.], Codices praestantissimi. Sed lectio vulgata aptior videtur: *quando autem vos ducant* etc. [cf. Matth. 10, 19.]. Neque per se admodum placeat v. 10. καὶ εἰς πάντα —. v. 11. καὶ ὅταν —. Elsevirius ἀγάγωσιν. Codd. plurimi ἄγωσιν, quod probavit *Millius* Prol. §. 1069. et *Bengelius*, recepit *Griesbachius*. Verissime. Nam ita demum ἡ σύνταξις fit κατάλληλος, ut cum *Schaefero* loquar ad Demosth. II. p. 244. cl. p. 165.: ὅταν δὲ ἄγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες. τί λαλήσητε] Mosq. a. z. c. i. q. n. x. τί λαλήσετε. Male. Vid. not. ad 9, 6.. Futurum enim in talibus l. plerumque debetur librariis. μὴ προμεριμνᾶτε] M. 11. 33. 106. 108. 131. 235. Ev. 2. 18. Mt. e. x. al. μὴ μεριμνᾶτε. — μηδὲ μελετᾶτε] om. B. D. L. 1. 33. 69. 209. al.. μηδὲ προμελετᾶτε 38. Or. Verc.. *Millius* Prol. §. 1197. et 1407. verba μηδὲ μελετᾶτε pro scholio, quod in margine e regione προμεριμνᾶτε positum in ordinem irrepserit, spernit. Eadem *Griesbachio* C. C. p. 171. glossemati non absimilia videntur, declarando praecedenti μὴ προμεριμνᾶτε destinato et e Lucâ 21, 14. petito. [Ita nimirum vel omnes vel plerique tenerent μηδὲ προμελετᾶτε, non μελετᾶτε. Atqui pauci admodum habent μηδὲ προμελετᾶτε.] Recte quidem qui μηδὲ μελετᾶτε expungere velit, haec afferat, μελετᾶτε esse glossema verbi μεριμνᾶτε, quod aliquot

libri pro *προμεριμνᾶτε* testificantur, lectionem vero *προμελετᾶτε* esse glossema verbi *προμεριμνᾶτε* h. modo: *προμεριμνᾶτε, προμελετᾶτε. μεριμνᾶτε, μελετᾶτε.* Omnino enim liber 33. et *μεριμνᾶτε* antea praebet et *μηδὲ μελετᾶτε* omittit. Verum enimvero *μεριμνᾶτε* e Luc. 12, 11. fluxit. Namque ibi pro *μὴ μεριμνᾶτε* alii Codd. *μὴ μεριμνήσητε* e Matthaeo 10, 19. offerunt, alii *μὴ προμεριμνᾶτε* ex hoc Marci loco. Accedit Marci ubertas dicendi [*ne antea sitis solliciti*, *quid dicatis*, *neque meditemini:* vid. *Griesbach.* l. l. et not. ad Marc. 12, 23.], accedit homeoteleuton [*λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε*], fons erroris. Verbum *μελετᾶν meditari* de oratoribus, qui commentantur usurpari solitum multis illustravit locis *Wetstenius. ἀλλ' ὃ ἐὰν*] D. *ἀλλὰ ὃ ἄν.* Unde si plurium librorum auctoritas accesserit, exhibendum sit *ἀλλ' ὃ ἄν. οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες*] 90. Mt. f. χ. x. *οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες.* Haec lectio, si rem spectaveris, aptior videatur vulgatâ necesse est. Nam opponuntur inter se *ὑμεῖς* et *τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Sed quum scripturae *ὑμεῖς ἐστέ* memoriam pauci tantummodo Codicilli conservaverint, depravati, ut videtur, e Matth. 10, 20., vulgata autem lectio non sit vitiosa, sed ad summum minus elegans, eam propagavimus. Nimirum etiam Romani, ubi sit oppositio, impune sic loquantur: *non tam enim estis vos qui loquamini, sed Spiritus divinus* et Germani ita: *denn nicht sowohl seid ihr die redenden*, *als der heilige Geist*, hâc quidem lege, ut voces *vos* et *ihr* voce sonoque in pronuntiando acuantur. V. 12. *παραδώσει δὲ*] *καὶ παραδώσει* B. D. L. Verc. Cant. Colb. Copt.. Quae vulgatur lectio vel propterea magis placet, quod Marcus h. l. Matth. 10, 21. verbotenus transscripsit, ubi vid. not.. V. 13. Vid. not. ad Matth. 24, 13..

V. 14. *Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου ἑστὸς ὅπου οὐ δεῖ (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω·), τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·* 15. *Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν μηδὲ εἰςελθέτω, ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ·* 16. *καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὢν*

μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. 17. *Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.* 18. *Προσεύχεσθε δέ, ἵνα μὴ γένηται χειμῶνος.* 19. *Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ θεός, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται.* 20. *Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας.* 21. *Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· ἰδού, ὧδε ὁ Χριστός, ἰδού, ἐκεῖ· μὴ πιστεύετε.* 22. *Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, εἰ δυνατόν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.* 23. *Ὑμεῖς δὲ βλέπετε· ἰδού, προείρηκα ὑμῖν πάντα.*

V. 14. *τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου*] Om. B. D. L. Copt. Arm. It. Vulg., E Matthaeo 24, 15. vocc. petita crediderunt *Erasmus*, *Grotius*, *Millius* Prol. §. 408. et *Griesbachius*, qui ea exterminavit. Is C. C. p. 171. hujus consilii rationes reddens causam negavit apparere, quâ illa v. in Matthaeo l. l. a scribis religiose conservata *in Marco* demta fuerint et Marcum deditâ operâ multo rarius, quam Matthaeum, V. T. locos citare observavit. Quae summi viri argumenta convellere non est difficile. Causa enim, quâ illae voces perierunt, est *homoeoteleuton ἐρημώσεως — ἑστώς*. Id apparet quum ex eo, quod nonnulla subsidia, a quibus illa v. absunt *ἑστώς* (non *ἑστός*) tenent, tum inde, quod *ἑστώς* ab uno libro [69] in Matthaeo excluditur. Fieri etiam potest, ut in uno alterove libro v. *τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου* idcirco exciderint, quia ad sententiae integritatem non necessario requirerentur. Etenim non enuntiant, nisi secundariam hanc cogitationem: *cujus rei mentio facta est a Daniele prophetâ.* Sunt vero ea maxime verba librariorum injuriae obnoxia, quae omissa lector non desiderat. Quod autem *Griesbachius* consulto Marcum multo rarius, quam Matthaeum, V. T. afferre monuit, diversas V. D. res perturbavit. Etiamsi

enim τὸ ῥηθὲν — προφήτου deleveris, vel sic tamen Marcus e Daniele 9, 27. affert v. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, sed mire ea pro suis venditat. Demonstrandum igitur erat, V. T. locos ita interdum a Marco laudari, ut tanquam sua verba proferat. Quod vero Matthaeus τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, Marcus autem τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τ. π. dixit, eam rem tanto plus ad verba, quae in discrimen adducta sunt, defendenda posse arbitror, quoniam aliquot Codd. διά in Marco *e Matthaeo* et rursus aliquot ὑπό in Matthaeo *e Marco* suppeditant. Quae quum ita sint, non a nobis impetravimus, ut e B. D. L. et versionibus nonnullis et Victoris atque Theophylacti ambiguo silentio illa v. oblitteraremus. ἑστώς] ἑστός A. E. F. 2. 36. 38. et multi alii Codd.. Ex ἑσταός fieri sane debuit Neutrum ἑστώς, sed Attici neglectâ contractione formarunt, ut pleraque Neutra, in ο [vid. *Matthiä* ausf. gr. Gr. p. 245. et *Buttmann.* ausf. gr. Sprachl. II, p. 158 sq.]. Neutrum igitur ἑστώς saepissime ac fere semper librariis debetur, ἑστός scriptoribus [vid. *Matthiae* l. l. p. 359. *Buttmann.* l. c. et *Hermann.* ad Oed. Tyr. v. 632. et Eur. Jon. v. 1492.]. In multis autem formis N. T. sermo quamvis Macedonum colore tinctus nihil differt ab oratione Atticorum. Quare ἑστός et in Matthaeo et in Marco recepimus. Quod post ἑστός falso ἐν τόπῳ addere nonnullos libros tradit *Griesbachius*, hoc quid sit nemo intelligat. Imo habent 63. 72. ἐν τόπῳ ἁγίῳ pro ὅπου οὐ δεῖ, e Matth. 24, 15. sumtum glossema, quod sic cum Marci verbis coaluit: Mt. e. ἑστὼς ἐν τόπῳ, ᾧ οὐ δεῖ. Mt. n. ἑστὼς ἐν τόπῳ, ὅπου οὐ δεῖ. Universo vs. hoc continetur: *quando autem rem exsecrandam cum vastatione conjunctam, quam Daniel propheta dixit, quo non debet loco stare videritis (qui Danielis locum legit animum advertat), tum qui in Judaeâ erunt in montana se fugientes recipiant* [vid. not. ad Matth. 24, 15. 16.]. V. 15. ὁ δὲ] ὁ B. F. H.. Haec lectio h. l. non minus est perelegans, quam Matth. 24, 17.. Quippe concitatiore cursu Jesu fertur oratio. Collocatâ igitur in fine vs. 14. virgulâ hoc diceretur: *tum qui in Judaeâ versabuntur montana petant, qui in solario erit, ne descendat in domum* etc.,

Sed vereor, ne illam scripturam librarii e Matth. l. l. petierint. *μὴ καταβάτω*] cf. *μὴ εἰςελθέτω* vs. 16. *μὴ ἐπιστρεψάτω* et not. ad Matth. p. 258. *εἰςελθέτω*] A. D. L. 13. *εἰςελθάτω* offerunt, hîc fortasse natum e *καταβάτω*, quemadmodum Marc. 8, 7. *εἶχαν* B. D. ortum est e praegresso *παρέθηκαν*. Sed de hujusmodi formis in Codd. N. T. saepe obviis et dialecto Alexandrinae propriis disseretur ad Marc. 14, 48.. V. 16. *καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὢν*] Voculam *ὢν* excludunt B. D. L. 1. 209. Mt. o.. Et licet hanc lectionem ita quodammodo tueri, ut loquendi genus, de quo disputavit *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 98. agnoscamus, quo pacto *ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν* scil. *ἐλθὼν* eum declarabit *qui in agrum se contulit*. Verum constans in N. T. usus vocem *ὢν* conservandam esse eamque, si vel plurimis et gravissimis testibus deleri posset, ipsam, non voculam *ἐλθὼν* mente addendam esse docere videtur. Marc. 2, 1. — *ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι*, ubi vid. not.. Joh. 1, 18. *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο qui est in sinu patris, postquam eo se contulit, ille* [Dei] *est interpres.* Act. 8, 40. *Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον Philippum autem esse Azoti cognitum est, eo quippe ablatum a Spiritu divino* [vid. vs. 39.]. 18, 21. *Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα omnino me oportet quae instant ferias agere Hierosolymis eo profectum.* Marci locus sic enarrandus est: *et qui in agro est, postquam eo abiit, ne domum redeat a tergo positam, ut auferat pallium suum.* Cf. Sallust. Jug. 112, 3. *quum talem virum in potestatem haberet.* In hujusmodi l. omnibus praeverbium *εἰς motus* infert cogitationem. Valeat igitur eorum, qui ibi *εἰς* pro *ἐν* locatum opinantur, commentum [vide *Lobeck.* ad Aj. v. 80. *Schaefer.* ad Demosth. I. p. 194 sq. *Wakefield.* Sylv. Crit. 5, p. 30. et *Winer.* gr. p. 161.]. V. 17. Vide ad Matth. 24, 19.. *οὐαὶ δὲ — ἡμέραις*] *heu miseras illo tempore gravidas mulierculas et lactantes.* *Θηλάζω* ab Atticis dicitur de nutrice vel matre ubera praebente, ut de lactente puero *θηλάζεσθαι*. Sed in N. T. Matth. 21, 16. Luc. 11, 27. *θηλάζειν lactere* significat. D. h. l. et Matth. l. c. *θηλαζομέναις* pro *θηλαζούσαις*

testatur. Similiter Medium usurpavit Plutarchus in Romulo p. 19. E. ἐνταῦθα τοῖς βρέφεσι κειμένοις τὴν λύκαιναν ἱστοροῦσι θηλαζομένην [*lactantem*] παρεῖναι [cf *Graevius* ad Luc. Soloecist. c. 4.]. V. 18. ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος] Hoc in conformatione receptâ perscriptum est. B. ἵνα μὴ γένηται χειμῶνος | 240. Arm. ἵνα μὴ χειμῶνος γένηται | D. Rd. It. Vulg. ἵνα μὴ χειμῶνος γένωνται scil. αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι (vs. 17. et 19.) h s.: *precibus autem numen adite, ne calamitosum illud tempus in hiemem incidat.* | 13. 69. ἵνα μὴ γένηται ταῦτα χειμῶνος | 28. 50. ἵνα μὴ χειμῶνος ταῦτα γένηται. Acutissime in h. l. vidit *Griesbachius* C. C. p. 172., quo auctore ex B. scribendum est ἵνα μὴ γένηται χειμῶνος. Nam quum librarii nullas turbas commoverint Matth. 24, 20., in Marco id factum esse mirum videri debet praesertim quum fortuita causa, quâ v. ἡ φυγὴ ὑμῶν interciderint, nulla appareat. Esse autem vocc. ἡ φυγὴ ὑμῶν e Matth. l. l. a librariis ducta, ex eo satis intelligitur, quod in fine versus Marco Matthaei verba scribae obtrudere conati sunt. Scilicet addenda putarunt v. ἡ φυγὴ ὑμῶν, Subjecti desiderio moti [vide supra p. 166.]. Argumento etiam sunt hae lectiones γένηται ταῦτα, ταῦτα γένηται [cf. not. ad vs. 7.] et γένωνται, opinor αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. Sed hujusmodi accessione minime opus est. Quippe v. ταῦτα mente est adjiciendum, non verborum ordini inserendum, hâc sententiâ: *numen autem precamini, ne ea res* [i. e. calamitas tum oppetenda, quum res exsecranda quo loco non debet collocata fuerit: cf. v. 14 sq.] *hiemis tempore accidat.* Quae in vs. fine alii atque alii addunt ἢ σαββάτου | μηδὲ σαββάτων | μηδὲ σαββάτῳ | ἢ ἐν σαββάτῳ librariorum supplementa sunt e Matth. 24, 20. hausta. Obiter moneo, *Davidis Schulzii* Matth. 24, 20. ἐν σαββάτῳ expetentis sententiam falsam esse. Sic enim opinatur, Matthaeum dicere σάββασι, τοῖς σάββασι [Matth. 12, 1. 5 sq.], nunquam autem nisi ἐν σαββάτῳ [Matth. 12, 2.], quum optimi Codd. et plurimi Matth. 24, 20. σαββάτῳ stabiliant. Meminisse debuerat V. D., in ejusmodi l. adjectum ἐν e librariorum officinâ originem repetere. Sic saepe perperam additum est ante Μαραθῶνι, Ἐλευσῖνι [cf.

Aristoph. Acharn. v. 698. εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν —. et ibi Schol.], ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ [vide *Zeunium* ad Xenoph. Cyr. 3, 3, 29.] al.. V. 19. ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις] *erit enim illud tempus non nisi calamitas* h. e. *e. e. i. t. vel maxime calamitosum.* Amos. 5, 20. הֲלֹא־חֹשֶׁךְ יוֹם יְהוָה וְלֹא־אוֹר *nonne dies Jehovae tenebrae erunt, neque lux? i. q. n. d. J. valde tenebricosa erit, neque admodum serena?* Recte *Dav. Schulzius* h. l., vs. 24. et Joh. 16, 33. θλῖψις pro θλίψις excudi jussit. Habet enim ea vox paenultimam syllabam naturâ suâ productam. Nescio igitur, τί παθών idem ille *Schulzius* Matth. 24, 21. 29. θλίψις et θλίψιν salva reliquerit. Permulta autem hujusmodi in vulgatis N. T. editionibus vitia reperiuntur a futuro librorum sacrorum editore diligentissime abolenda. Sic, ut hoc utar, 1 Joh. 2, 20. 27. male χρίσμα excusum legitur pro χρῖσμα [vide *Buttmanni* ausf. gr. Sprachl. II, I. p. 259. cl Phrynich. *Bekkeri* Anecd. I, p. 46.], Marc. 1, 7. Luc. 3, 26. Joh. 1, 27. ἱμάντα pro ἱμᾶντα (cf. ἀνδριάντα, ἀλλᾶντα et *Lobeckium* in *Wolfii* Analectis III, p. 59.) et fortasse στύλος 1 Timoth. 3, 16. pro στῦλος. Hoc tamen sic accipi velim, θλῖψιν, χρῖσμα, ἱμᾶντα, στῦλος in N. T. exhibendum tum demum adeo certum, ut nullus restet dubitationis scrupulus, videri, si Codd. addixerint, id quod ut valde probabile est, ita in tantâ eorum qui contulere Accentuum aliarumque, quas putarunt, quisquiliarum neglectione nunc penitus ignoramus. Quemadmodum enim *Arcadius* ἴδε, βάλε posterioribus scriptoribus diserte tribuit, ita ἐν τῇ συνηθείᾳ circumflexum in acutum sonum mutatum esse alias Grammatici docent et fieri potest, ut nonnunquam etiam dialecti aliquam in hâc re vim habuerint, velut in στῦλος, ubi e latino stўlus vel stĭlus acute *Passovius* in Lex. gr. conjecit Aeolicum fuisse στŭλος. Tralatitium est autem, N. T. scriptores nonnunquam se ad aeolicae dialecti imitationem composuisse. οἷα οὐ γέγονε τοιαύτη] Constructio notissima. Cf. *Herm.* ad Soph. Oed. Tyr. v. 249. κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ' — κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον. et not. ad Marc. p. 14., ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ἧς ἔκτισεν ὁ θεός] *ab initio rerum*

procreatarum, *quas Deus procreavit.* Verba ἧς ἔκτισεν ὁ θεός, quae Marci ubertate muniuntur [cf. vs. 20. διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο et not. ad Marc. 12, 23.] in D. 27. et Verss. nonnullis exciderunt ob homoeoteleuton [κτίσεως — ὁ θεός]. καὶ οὐ μὴ γένηται] F. G. 1. 13. 69. 157. Mt. 10. οὐδ' οὐ μὴ γένηται e Matth. 24, 21.. Ceterum vs. 18. et 19. hoc vinculo continentur: *preces ad numen fundite, ne res in hiemem incidat, magna fugientibus impedimenta objecturam. Tanta enim tum calamitas futura est, quanta nec fuerit unquam ab initio rerum conditarum, neque postea futura sit.* V. 20. κύριος] ὁ κύριος Ev. 2. | ὁ θεός 28. 64. al. ex interpretamento. In N. T. ὁ κύριος et κύριος nullo sensus discrimine tum *Deus* vocatur [Marc. 5, 19. Luc. 1, 28. cl. vs. 58.], tum *Jesus* [Joh. 11, 2. cl. Col. 3, 24.], ille tanquam summus omnium rerum imperator [Matth. 11, 25.], hic tanquam disciplinae Christianorum auctor eorumque coetus rector. Utrique dicendi generi detractus saepe est Articulus, quia multo usu factum est, ut appellativa *domini* notio in nomen proprium verteret. Quamquam non temere N. T. scriptores modo adjecerunt Articulum, modo demserunt, sed firmas quasdam in hâc re sunt leges sequuti, quas ita ad Luc. 1, 58. enucleabimus, ut quibus regulis ibi judicium moderandum sit, ubi Codd. in illâ formulâ discrepent, exponamus. Quam quidem quaestionem aut inchoavit nuper aut profligavit *Winerus*, vir egregius, Programmate: *de sensu vocum κύριος et ὁ κύριος in Actis et Epistolis Apostolorum.* Erlangae 1828. 4.. ἐκολόβωσε] κολοῦν *decurtare*, *in brevius contrahere* est forma antiquior, κολοβοῦν recentior. Hesychius: κολοῦσθαι, κολοβοῦσθαι. Idem κολούει· κατασείει, σάττει, κωλύει, ἐμποδίζει, κολοβοῖ. Quam rarum sit v. κολοβοῦν in antiquioribus scriptoribus, doceat *Bekk.* Anecd. 104, 3. κολοβωθῆναι. Ἀραρώς Ἀδώνιδι. et *Wetstenius* ad Matth. 24, 22.. ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας] Post ἡμέρας addendam esse nego voculam ἐκείνας, quae mediocrem auctoritatem habet, ceterum loci naturam turbat. Referuntur enim ad se ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας bis, quemadmodum Matth. 24, 22. ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι — κολοβωθήσονται αἱ

ἡμέραι ἐκεῖναι. Atque *ἐκείνας* aut e Matth. l. l. aut supra e vs. 19. *αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι* manavit. Item lectio *διὰ δέ* pro *ἀλλὰ διά* e Matth. l. l. petita est. Converte: *et nisi Deus funestum, quod dixi, tempus* [certo, quod ad liquidum exploratum habemus, consilio] *in brevius contraxisset, omnes homines salvi non evasissent* [i. q. omnes homines tales videri oporteret, de quibus, quum certo perituri essent, jam esset conclamatum]: *sed propter dilectos homines, quos e ceterâ turbâ sibi quasi delegit* [quae rata erit, sententiâ] *tempus calamitosum brevius fecit.* Nam Aoristus *ἐκολόβωσε* ad captum a Deo funesti temporis contrahendi consilium pertinet: Aoristus *οὐκ ἂν ἐσώθη* jam *periisse* censendos esse homines infert, quibus si eos Deus pessumdare decrevisset, *certissima pernicies* exspectanda esset. Verba *οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ*, quae *Lutherus* male interpretatus est *würde kein Mensch selig*, bene jam *Theophylactus* enarraverat [*οὐκ ἂν ἐσώθη* — *τουτέστιν* — *οὐκ ἂν ὑπελείφθη*] et *Victor.* Ceterum consule not. ad Matth. 24, 22.. V. 21. *καὶ τότε ἐάν τις*] D. *καὶ τότε ἄν τις.* Male. Nunquam enim in N. T., si Joh. 20, 23. exceperis, *ἂν* pro *ἐάν* s. *ἤν*, casus opinor ludibrio, legitur, quum seriores scriptores *ἄν* sexcenties pro antiquiore formâ *ἐάν* s. *ἤν* usurpaverint. *ἰδού, ὧδε ὁ Χριστός, ἢ ἰδού, ἐκεῖ*] Vocem *ἤ Millio* Prol. §. 1069. auctore exstinguendam esse [*en, hîc est Messias, en, illic* cf. Matth. 24, 26. *ἰδού, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί* —, *ἰδού, ἐν τοῖς ταμιείοις*] multa demonstrant. Nam omittit illam ingens Codd. turba et B. Syr. Prag. in ejus locum *καί* inepte substituunt. Praeterea sententiam nostram variantes lectiones Matth. 24, 23. Luc. 17, 21. communiunt. Matth. l. l. *ἰδού, ὧδε ὁ Χριστός, ἢ ὧδε* alii *ἢ ἐκεῖ*, al. *ἰδού, ἐκεῖ*, al. *ἰδού, ὧδε* testantur et Luc. l. l. *οὐδὲ ἐροῦσιν· ἰδού, ὧδε ἢ ἰδού, ἐκεῖ* al. om. *ἤ*, al. pauciores, sed meliores libri *ἰδού*, ut satis manifestum sit, Marco e Matthaeo et Lucâ a librariis impertitum esse *ἤ*, Matthaeo et Lucae e Marco *ἰδού*. *μὴ πιστεύσητε*] Ut cum *Griesbachio μὴ πιστεύετε* reponatur, Codd. poscit auctoritas [vide etiam var. lect. Matth. 24, 23.]. *Μὴ πιστεύσητε* a Matth. 24, 23. mutuati sunt librarii. Ce-

terum ut h. l. μὴ πιστεύετε diceretur res non minus permittebat, quam ut μὴ πιστεύσητε scriberetur. His verbis *futuri temporis*, quo fieri possit, ut Apostoli praestigiatoribus Messiae adventum ante tempus nuntiantibus credant, ratio habetur, illa hoc adsignificant, fidem, quae vanis nuntiis adjungatur, non temporis momento absolvi, sed in animi habitu, qui perduret diutius, cerni. V. 22. Cf. not. ad Matth. 24, 23. 24.. Verba ψευδόχριστοι καί praetermissa sunt in D. 124. Cant. Vind.. Nimirum defecerunt scribae a ψευδόχριστοι ad ψευδοπροφῆται. Quemnam igitur tali in l. usum habeat *Dav. Schulzii* nota „*Rec. ap. Mt. l. l.*" equidem ignoro [cf. not. ad vs. 4.]. Ἀποπλανᾶν differt a verbo simplici πλανᾶν. Significat enim *a verâ sententiâ abductum in errorem inducere.* καὶ τοὺς ἐκλεκτούς] Voculam καί, quam soli B. D. omittunt, sententiarum ratio vs. 21. 22. flagitat [attende verba εἰ δυνατόν]. Etenim ut homines nefarii, qui vel Messiae vel prophetarum nomen sibi arrogaturi sint, editis prodigiis quum neminem non a vero ad errorem traducere conentur, tum, *si fieri possit*, vel dilectos Deo homines fore ostendit Jesus vs. 21. 22.. V. 23. ὑμεῖς δὲ βλέπετε] *Vos autem cavete.* Opponuntur Apostoli (ὑμεῖς) hominibus, quos, si fieri possit, promiscue omnes οἱ ψευδόχριστοι et ψευδοπροφῆται decepturi sint (v. 22.). προείρηκα ὑμῖν πάντα] i. e. *praedixi vobis omnia.* A. K. M. 11. 15. 38. 42. 46. 49. 50. 60. 61. 63. 68. 72. Ev. 2. 9. 10. 12. 13. 15. 17. 18. 19. προείρηκα ὑμῖν ἅπαντα h. e. *praedixi vobis cuncta* (alles zusammen: vid. *Buttmann.* ad Plat. Gorg. p 513.). Utrum praeferendum sit, ambigi potest, quum et πάντα et ἅπαντα idoneam sententiam praebeat. Praestare tamen putavi πάντα graviorum subsidiorum testimoniis corroboratum.

V. 24. Ἀλλ᾽ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις μετὰ τὴν θλῖψιν ἐκείνην ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, 25. καὶ οἱ ἀστέρες ἔσονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται. 26. Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις

μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. 27. Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὑτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὑτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων ἀπ᾽ ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. 28. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς ἁπαλὸς γένηται καὶ ἐκφυῇ τὰ φύλλα, γινώσκεται, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. 29. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε, ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. 30. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται. 31. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. 32. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

V. 24. ἀλλ᾽ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις μετὰ τὴν θλῖψιν ἐκείνην] *sed illo tempore* (h. e. eo, quo hominibus in Judaeâ constitutis fugam capessendam esse dixi vs. 14—21.) *post illam calamitatem* (i. e. eam, quam *summam* exstituram esse docui vs. 19.). Quod ne quis praeter necessitatem monitum credat perversam *Haabii* opinionem cognoscat ex *Wineri* gr. p. 59.. De reliquis vide not. ad Matth. 24, 29..
V. 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες] Qui haec v. interpretati sunt *et astra polo decident*, *Reichardus* et *Stolzius*, magis quam res posceret sententiam considerarunt, quam, an vocabulis jure subjiciatur, laborarunt. Est vero ordo verborum talis, ut vocc. οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ copulari debeant [Apoc. 6, 13. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν] h. s.: *et sidera coelestia cessabunt* [1 Cor. 13, 8.]. Jam vero ne tum quidem, quum v. τοῦ οὐρανοῦ cum vocc. ἔσονται ἐκπίπτοντες conjungi posset, illius explicationis venia esset concessa. Nunquam enim in N. T. ἐκπίπτειν τόπου valet *decidere de loco superiore*, sed declaratur id formulis πίπτειν ἀπὸ τόπου [Matth. 15, 27. Luc. 16, 21. Act. 20, 9.] et πίπτειν ἐκ τόπου [Apoc. 8, 10. 9, 1.]. Nihil in contrariam partem efficitur l. Act. 12, 7. ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν (*exciderunt e*

manibus, quas vincula antea constrinxissent) cl. Hom. Il. ξ. v. 31. σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. ο. v. 465. τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Omnino non consociatur ἐκπίπτειν cum Genitivo in N. T., nisi quando translato usu positum notat *re excidere*, *rem amittere* [Gal. 5, 4.]. Quid ergo? Quum e Matth. 24, 29. consentaneum sit, Marcum non quidem *et sidera coelestia cessabunt*, sed hoc dixisse: *et sidera de coelo decident*, dubitari nequit, quin mutanda sit lectio. Et scripturam quidem A. C. 4. 7. 15. 68. 69. 72. καὶ οἱ ἀστέρες ἔσονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπίπτοντες propter causas supra manifestatas nemini placeat. Relinquitur igitur, ut susceptâ lectione L. 3. 11. 13. 42. 63. 78. Ev. 9. 10. 12. 13. 15. 17. 18. 19. Mt. f. 10. Verss. Copt. Goth. Syr. καὶ οἱ ἀστέρες ἔσονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντες et orationis probitati et sententiae integritati pariter consulamus: *et astra polo decident.* Exquisita est, sed non ideo vera scriptura D. καὶ οἱ ἀστέρες οἱ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται πίπτοντες [cf. *Schaefer.* ad Demosth. II. p. 288. et not. ad Matth. 24, 17.]. αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] D. K. 115. al. αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν e Luc. 21, 26. et Matth. 24, 29., ubi vide notam. V. 26. Cf. ad Matth. 24, 30.. ἐν νεφέλαις μετά] D. ἐπὶ τῶν νεφελῶν μετά e Matth. 24, 30.. μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης] A. M. 11. 13. 36. 40. 69. 72. 106. 108. 124. 131. 157. 218. Mt. a. e. o. 10. et multi alii [cf. *Wetsten.*] μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Utrum vulgata lectio retinenda sit, an recipi debeat καὶ δόξης πολλῆς, de eo in utramque partem disputari posse fateor. Sed multo malim receptum καὶ δόξης πολλῆς e tot Codd.. Nam Matth. 24, 30. πολλῆς καὶ δόξης nonnisi D. 115. et Verss. habent, in Lucâ 21, 27. autem καὶ δυνάμει πολλῇ καὶ δόξῃ D. Cant., πολλῆς καὶ δόξης duo Codd. et Verss.. Quid vero impedit, quo minus haec *e Marco jam depravato* derivemus? Homoeoteleuton hîc quoque erroris est origo. V. 27. Vide not. ad Matth. 24, 31.. Αὐτοῦ prius omittunt B. D. L. Copt. Cant. Verc. Vind. Corb., posterius D. L. 1. 91. Cant. Verc. Vind. Corb.: sed utroque loco eâ voce aegre caream [cf. Matth. 24, 31.]. ἐπισυνάξει] *congregabit*, *coget* scil. angelis

utens ministris. Pluralis ἐπισυνάξουσι Matthaei 24, 31. est. ἀπ' ἄκρου γῆς] Perperam nonnulli, ut D., ἄκρων. Luc. 16, 24. τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου Hebr. 11, 21. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου. Videmus et hic τὴν σύνθεσιν esse κατάλληλον et Matth. 24, 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. V. 28. et 29. A fico discite, inquit Jesus, quod rem illustret, exemplum. Ut enim e teneritate ramorum ejus arboris foliisque, quae pullularunt, aestatem adventare cognoscitur, ita vos quoque, si quas exposui calamitates (vs. 5—27.) ingruere videritis, in propinquo et quasi ante fores Messiam esse cognoscite. Judice *Valckenario* l. c. p. 357. versui 28. inest καινῶς a Marco ῥηθέν. Quidnam sibi vir summus voluerit, hoc difficilius potest constitui, quod plura in eo, ut vulgo quidem scribitur, pessime comparata sunt. Est autem haec ejus in vulgatis exemplaribus conditio: ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. 29. Οὕτω καὶ ὑμεῖς — γινώσκετε κτλ. In his falsum esse ordinem verborum αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος et rei perversitas docet [*si fici jam rami teneri redditi fuerint*] et ostendunt Codd. vehementer discrepantes. Tanto malo duobus modis obviam ire licet, vel ut e 44. Mt. f. ὅταν αὐτῆς ὁ κλάδος ἤδη ἁπαλὸς γένηται [Mt. f. γένηται ἁπαλός], vel ut ex A. B. C. D. L. 13. 69. 72. Mt. k. p. r. z. al. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς ἁπαλὸς γένηται [*si jam ejus rami teneri facti fuerint*] suscipiatur. Posteriorem rationem priori multum praestare existimamus et propter Codd. auctoritatem et quoniam Marcus h. l. Matth. 24, 32. aemulatur, ubi ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς omnes libri exhibent. ἁπαλός] si fici rami *molles*, *teneri* redditi fuerint sp. reducto arbori per denuo diffusum succum vigore. καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα] *et* (si) *rami producant folia*. Sed ingens Codd. vis h. l. et Matth. 24, 32. recte praebet ἐκφυῇ, quos *Matthaeius* et nos sequuti sumus. Namque est illa lectio non solum iis de causis gratiosa, quas ad Matth. l. l. enarravimus, sed etiam aliâ, quam nunc enucleabimus. Ἐκφύῃ potest et Praesentis φύω et attici Aoristi ἔφυν Conjunctivus [φύω, φύῃς etc.] haberi *apud bonos*

scriptores, in N. T., quod ab Aoristo ἔφυν abstinet, esse deberet Praesentis. Posterior enim aetas non ἔφυν, unde Conjunctivus φύω ducitur, sed Passivum ἐφύην, unde Conjunctivus φυῶ, φυῇς, φυῇ derivatur, usurpare consuevit, quam formam vel Hippocrati scriptori de melioribus tribuit *Buttmannus* gr. II, p. 252. *Photius* 144, 15. nescio unde καταφυέν: γεννηθέν.. In N. igitur T. posterioris temporis ἐφύην, φυῶ etc. legitima esse et sincera quum ob rem credas facile, tum e locis, in quibus plane invaluit forma deterior, intelligitur [cf. Luc. 8, 6. φυέν. ibid. v. 8. φυέν: sine varietate.]. Aoristi igitur ἐφύην nonnulla, alterius ἔφυν nulla omnino est in N. T. memoria. Quisnam igitur in Matthaeo et Marco ἐκφυῇ redintegrare dubitet, praesertim quum praecedens γένηται Aoristum ab Evangelistis, non Praesens collocatum esse doceat? Transfer: *et si enata fuerint folia.* γινώσκετε] B. D. Mt. k. p. γινώσκεται [Matth. 12, 33.], quod recte probavit *David Schulzius*, quamquam re minime perspectâ. Nam „*rec.*, inquit, *in Mt. et Lc. parall.*“ Sed si qui judicio sit paullo acriore, non minus Matth. 24, 32. et Luc. 21, 30., quam in Marco sententiarum lumen, ut γινώσκεται pro γινώσκετε scribatur, flagitare intelligat. Conservato enim γινώσκετε quae in tribus Evangelistis proxime insequitur oppositio οὕτω καὶ ὑμεῖς — γινώσκετε prorsus absona est: *si jam fici ramus mollis redditus fuerit et nata fuerint folia, aestatem instare cognoscitis. Sic vos quoque — cognoscitis* [*!!*]. Quam rem quum ad Matth. 24, 33. perspexissem, corruptelam bene animadversam violenter sustuli distinguendo: οὕτω καί, ὑμεῖς ὅταν ἴδητε ταῦτα πάντα, γινώσκετε κτλ.. Nimirum Mt. c. k. γινώσκεται ibi continere non attenderam. Quo recepto ut sententiae recte decurrant egregie efficitur: *si jam fici rami molles facti et folia enata fuerint, aestatem appropinquare cognoscitur. Sic vos quoque — cognoscitis* etc.. Gravius, quam Matth. et Marci l. l. afflixerunt librarii l. Luc. 21, 30., quem e Codd. sic refingendum esse suo tempore docebimus: ὅταν προβάλωσιν ἤδη, ἀπ' αὐτῶν γινώσκεται [Cd. D. γινώσκεται], ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. *si jam emiserint arbores folia, ex his ae-*

statem adventare cognoscitur. Ita vos quoque — cognoscitis. Superest, ut quî in tot libris γινώσκεται in γινώσκετε depravari potuerit, disputem. Ortum est fortasse ineptum γινώσκετε in tribus Evangelistis ex γινώσκετε, quod paullo post sequitur. Sed probabilius multo est, γινώσκεται ita natum esse. In vetustissimis Codd., velut in D., plerumque αι, perraro ε scribitur. Illam igitur scribendi rationem posteriores librarii vel ad grammaticae legem vel ad contextae orationis necessitatem revocaturi, sic saepe judicio lapsi sunt, ut ε substituerent, ubi retinendum esset αι et αι propagarent, ubi exarandum esset ε. ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα] *si haec* (h. e. quae vs. 6—27. persequutus sum) *fieri videritis.* Pro ταῦτα ἴδητε dedi ἴδητε ταῦτα et quoniam optimi libri [A. B. C. L. al.] sic habent et quia hic ordo praestat [cf. Luc. 21, 31.]. Lectio D. Ev. 36. al. ἴδητε πάντα ταῦτα e vulgaribus exemplaribus Matthaei 24, 33. ducta est. ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις] np. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (cf. v. 26.) *prope adesse ad fores Messiam* [vid. not. ad Matth. 24, 33.]. V. 30. μέχρις οὗ — γένηται] Procul dubio μέχρις οὗ — γένηται a Marco profectum est. Nam ἕως ἂν — γένηται, quod 1. 13. 28. al. tenent, aut e Matth. 24, 34. et Luc. 21, 32., aut e glossemate in Marcum illatum est. Victor: μέχρις οὗ ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ. Eustath. apud *Wetstenium:* τὸ ἄχρις ἀντὶ τοῦ διόλου ἢ ἕως. *Hesychius:* μέχρι· ἕως τινός. Quod vero μέχρις nudum detractâ voculâ ἂν cum Conjunctivo consociatum est, plane ad usum seriorum Graecorum [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 15. infra] et N. T. scriptorum [cf. v. c. Gal. 3, 19.] respondet. Formas μέχρις et ἄχρις summae auctoritatis Grammatici ab iis, qui sunt Atticorum morem elegantiamque imitati, abjudicant merito [cf. *Wetsten.* ad h. l. *Phrynich.* ed. *Lob.* p. 14. et *F. V. Fritzsche* Comment. *de Atticismo et Orthographiâ Luciani* I. p. 2. Rostochii 1828. 4.]. Sed illud Atticistarum praeceptum nullam vim habet in constituendis infimae sortis scriptoribus graecis, ut in Achille Tatio, ad quem vide *Jacobsium* p. 479., et in novo Testamento ad integritatem revocando. Namque in codice sacro μέχρις ante vocalem [cf. Hebr. 12, 4.], μέχρι

ante consonam ponitur [cf. v. c. Act. 10, 30. 1 Tim. 6, 14.]. Eadem ibi est ratio formarum ἄχρις et ἄχρι, nisi quod ἄχρι ἧς ἡμέρας quater legitur [Matth. 24, 38. Luc. 1, 20. 17, 27. Act. 1, 2.]. Fortasse tamen ἄχρι ex idoneis libris hic illic redintegrandum est, v. c. Luc. 21, 24. ex B. L. ἄχρι οὗ πληρωθῶσι. πάντα ταῦτα] B. C. L. 13. 69. al. ταῦτα πάντα. Praestabilius est h. l. πάντα ταῦτα, quam ταῦτα πάντα. Quippe in voce πάντα hic pondus recumbit eximium [cf. supra ad vs. 4.]: *affirmo vobis*, *non interituram esse hanc hominum aetatem*, *donec omnia haec*, *quae dixi*, *ad eventum perducta sint* [cf. ad Matth. 24, 34.]. V. 31. παρελεύσονται] παρελεύσεται A. E. F. G. H. L. M. S. et multi alii Codd.. Singularis παρελεύσεται patrocinium recte suscepit *Millius* Prol. §. 1443. et *Griesbachius* [cf. ad Matth. 24, 35. et ad Marc. 13, 3.], qui in eo tantum constantiam desiderari passus est, quod in ejusdem generis loco Luc. 21, 33. e bonis Codd. παρελεύσεται recipere dubitavit. παρέλθωσι] D. παρέλθωσιν. Verissime Cf. *Boissonade* ad Philostrati Heroica p. 280.. | B. K. L. al. παρελεύσονται, quae est corruptelae ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται temeraria repetitio. Eadem depravatione nonnulli librarii Lucam polluerunt 21, 33.. Justam igitur mirationem *Davidis Schulzii* observatio faciat: „*Rec. in Mt. et Luc. parall*." *Coelum et terra*, inquit Jesus, *peribit*, *sed dicta mea non peribunt*, *quin iis fides constet* [cf. ad Matth. 24, 35.]. V. 32. καὶ τῆς ὥρας] ἢ pro καί suppeditant A. B. C. E. H. K. L. M 11. 36. Ev. 2. 36. et multi alii: Articulum autem τῆς demunt A. E. M. 11. 13. 36. 69. 124. Ev. 2. 36. al.. *Griesbachius* edidit ἢ τῆς ὥρας. Sed quum iidem ferme Codd., qui ἢ pro καί testantur, Articulum τῆς excludant, recte *Matthaeium* ἢ ὥρας exhibuisse in promtu est. Vide etiam not. supra p. 338.. Lectio vulgata καὶ [τῆς] ὥρας in Marci Codd. e Matth. 24, 36. insinuavit, ubi Articulum *in plurimis et optimis libris omissum David Schulzius* tuetur, mire provocans ad hunc Marci l. et ad alium Matthaei 25, 13.. Ceterum voc. ὥρα h. l. *horam* [Matth. 24, 50.], alias [v. c. Matth. 10, 19.] *tempus* notat, quemadmodum *hora* apud Romanos passim [v. *Torrentium*

ad Hor. Od. 3, 13, 9. *flagrantis atrox hora caniculae*, ubi *Wakefieldus* male *aura* pro *hora* conjecit]. οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ] Οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ Luc. 12, 8. 9. 15, 10. Joh. 1, 52. οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν Matth. 24, 36. ἄγγελος θεοῦ Gal. 4, 14. ἄγγελοι θεοῦ Hebr. 1, 6. Marc. 12, 25. ἀλλ᾽ εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Haec omnia rationi conveniunt, neque eâ destituuntur haec: Act. 10, 3. εἶδεν — ἄγγελον τοῦ θεοῦ (*einen* Engel Gottes) cl. 27, 23. παρέστη — ἄγγελος τοῦ θεοῦ. In Matthaeo 22, 30. ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελοι θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσίν et 13, 39. οἱ ἄγγελοι legendum esse jam alias significavi [cf. Recens. einer Recens. p. 29. et not. ad Marc. 12, 25.]. Dicendum est igitur aut ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ, aut (οἱ) ἄγγελοι (οἱ) ἐν τῷ οὐρανῷ, aut ἄγγελοι οὐρανῶν, aut (οἱ) ἄγγελοι (οἱ) τῶν οὐρανῶν, nec multum refert, utrum οἱ ἄγγελοι οἱ, an ἄγγελοι οἱ, an οἱ ἄγγελοι scriptum sit. Eodem modo res habet in verbis οὐρανῶν, τῶν οὐρανῶν, ἐν οὐρανοῖς, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, θεοῦ, τοῦ θεοῦ. Ex his consequitur, vulgatam scripturam in Marco οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ vitiosam esse. Solus B. οὐδὲ ἄγγελος ἐν οὐρανῷ praestat, cui si οὐδὲ ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ subsit ferri id possit. Οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν [78. Colb. Ev. 15. Syr.] e Matth. 24, 36. fluxit. Restat igitur, ut vel οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ ex D. 74. 80. 90., vel οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ ex 89. 106. Mt. p x. z. in ordinem recipiatur. Quorum illud aliis fortasse magis placebit, mihi hoc praestabilius videbatur. Verba οὐδὲ ὁ υἱός Ambrosii de Fide 5, 8. ab Arianis in Marcum illata affirmantis auctoritate expungere nemo audeat. *Veteres graeci Codices*, inquit, *non habent quod nec Filius scit. Sed non mirum, si et hoc falsarunt qui scripturas interpolavere divinas.* Cui viro quominus fidem habeamus, tum illud impedit, quod in omnibus translationibus et Codicibus omnibus, qui superstites sunt, v. οὐδὲ ὁ υἱός inveniuntur, tum hoc obstat, quod Patres ecclesiastici Nicaenae formulae addicti, quum et pertinaciter et diu cum Arianis digladiarentur, illius tamen fraudis Arianos nunquam insimularunt [vid. *Mill.* Proleg. §. 826.]. Ultimum est, ut de v. εἰ μὴ ὁ πατήρ disputem, quibus voc.

μόνος superadjectum est [*εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος*] in 13. 61. 124. Mt. e. et Verss. nonnullis, quibus testibus ut recte confidamus vereor. Non igitur sententiae poenitet, quam ad Matth. 24, 36. professus sum, nisi quod Matthaeo — *εἰ μὴ ὁ πατήρ μόνος* tum expulsâ voculâ *μου*, tum adjectâ voce *μόνος*, Marco — *οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ (pater κατ᾽ ἐξοχήν* i. e. *Deus)* detracto vocabulo *μόνος* vindicare debueram. Quot enim Codd. v. *μόνος* Matthaeo tribuunt, tot detrahunt Marco. Item vocem *μου* tam multi tamque praeclari libri excludunt [cf. Matth. 11, 27.], ut operam perdiderit qui scriptoris libertatem opinatâ usus necessitate circumscribendo nuper tuitus est *Dav. Schulzius*. Toto versu hoc dicitur: *diem autem illum et horam* (np. quâ revertar Messias cf. v. 26. 29.) *nemo novit, ne angeli quidem coelestes, immo ne filius quidem, praeterquam pater.* Quod h. l. reditus sui tempus nescivisse dicitur Jesus, quem nihil non scivisse par esse videretur [Matth. 11, 27. Joh. 1, 18. 16, 30. 21, 17. Col. 2, 3. 9.], id adeo torsit Theologos, ut nonnulli inopes consilii quasi obtorpescerent [v. c. *Heumannus*], plerique absurda quaedam, quibus tanto malo succurrerent, comminiscerentur. Nullam igitur rem veri inventionem tam obruisse, literarumque splendori offecisse, quam quod VV. DD. et maxime Theologi vanarum opinionum praejudicio duci, quam vel historiae auctoritate regi vel rationis lumine uti saepe maluerint, memorabili discimus exemplo. Namque Jesus h. l. Judaeorum sententiam, tempus, quo Messias proditurus sit, *nemini* exploratum esse nisi Deo ad suum de caelo reditum accommodavit [v. *Bertholdti* Christol. p. 37.]. Commemorabo nunc Theologorum consilia, quibus nodum ab ipsis nexum solverent, non quod frugi futura arbitrer, sed ne qui silentio praeterita moleste ferant. Itaque *Petavius*, *Possinus* aliique apud *Wolfium scivisse* quidem Jesum reditus sui tempus, sed *nescivisse* tamen eatenus, quatenus id aliis aperire noluisset acute nimirum observarunt. Contra *Augustinus* de Genesi c. Manichaeos c. 22., *Caesarius* Q. 20., *Lutherus* et *Melanchthon* ab *Heumanno* citati, *Wetstenius* al. ignoravisse Jesum tempus, quo in terram

reverteretur, affirmari dixerunt propterea, quod quum plane illud compertum haberet, tamen ei ut discipulis manifestaret non mandatum esset a Deo. Utraque opinio protenus corruit, si quis verbis οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός vocabula οὐδεὶς οἶδεν ita exponi perpenderit, ut memorentur quorum sapientia hominum intelligentiam multum superare videatur: — *nemo novit*, *ne angeli quidem caelestes*, *quin ne filius quidem* (quibus perspicaciam nemo non tribuat humanâ multo majorem), *nisi pater*. *Irenaeo* adv. Haer. 2, 48 sq., *Grotio* aliisque auctoribus nescivisse Jesus dicitur temporis, quo redeundum ei esset in terras, momentum non *omnino*, sed priusquam ex inferis ad superos reversus esset. Nam quin noverit posteaquam revixerit dubitationem exemtam esse. Quippe vel Jesum ceterorum mortalium more modoque profecisse sapientiâ, donec ad summum pervenisset [Luc. 2, 52.]. Verum enim vero de filio h. e. Messiâ h. l. in universum atque sic sermo instituitur, ut tempus ante supplicium et post ejus in vitam reditum non distinguatur. Plerique, ut Chrysostomus Jesum rem ignoravisse ut *hominem*, optime scivisse ut *Deum* contendi putarunt. Videlicet quod in Jesu *natura divina* et *humana* (ut formulâ utar a Theologis sancitâ) discriminatur, Theologorum invento nititur, non librorum s. auctoritate. Quamquam enim divini scriptores, Johannes maxime et Paulus, Jesum supra humanam conditionem evehunt eique auctoritatem tantum non divinam vindicant, ea tamen fuit antiquitatis simplicitas, ut neque quantum in illo fuerit majestatis divinae, quantum fragilitatis humanae argute quaereretur, neque quo vinculo divina virtus cum humanâ imbecillitate in eo nexa fuerit curiose disceptaretur, neque quidnam ei concessum fuerit ut divino numini, quidnam negatum ut homini cupide constitueretur. Multis licet hanc rem ex mythologiâ Graecorum illustrare exemplis. Qui tametsi heroes quippe a Deo et homine satos vi atque virtute inter Deorum atque hominum genus medios interposuere tribuerunt illis quidem et hominum fragilitatem et robur Deorum, sed tamen quamcunque rem utrum tanquam Dei

cujusdam suboles, an ut hominis stirps aggressi essent, quaerere supersederunt.

V. 33. *Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐστιν.* 34. *Ὡς ἄνθρωπος, ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ.* 35. *Γρηγορεῖτε οὖν, οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ ἢ μεσονυκτίου ἢ ἀλεκτοροφωνίας ἢ πρωΐ,* 36. *μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας.* 37. *Ὃ δὲ ὑμῖν λέγω πᾶσι λέγω, γρηγορεῖτε.*

V. 33. *βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε*] ***cavete vobis, vigilate et preces fundite*** [Marc. 14, 38.]. Verba *βλέπετε* et *καὶ προσεύχεσθε* in nonnullis Cdd. exciderunt ob homoeoteleuton *ἀγρυπνεῖτε*. Perperam igitur *Millius* Prol. §. 1279. vocc. *καὶ προσεύχεσθε* tanquam e Luc. 21, 36. ducta damnavit. Ibi nimirum res est, non leguntur verba. Neque ulla est offensio in Asyndeto *βλέπετε*, ut spernam lectiones paucorum Codd. *βλέπετε οὖν* [cf. Luc. 21, 36.], *βλέπετε δέ* [cf. *Wetsten.*]. *οὐκ οἴδατε — ἐστιν*] ***nescitis enim quando sit statum*** (reditus mei) ***tempus***. *οἴδατε*] Forma minus attica, quam *ἴστε* [Marc. 10, 38. 13, 35. Gal. 4, 13. al. *οἴδαμεν* Marc. 11, 33. Joh. 7, 27. al.]. Phrynichus *Bekkeri* I, 53, 15. *οἴδατε: ἄμεινον τὸ ἴστε.* Quamquam probabiliter *G. Dindorf.* Aristoph. Acharn. v. 278. correxit: *ἀντὶ δ᾽ ὧν ἐσπεισάμην οὐκ οἴδατ᾽ ἀλλ᾽ ἀκούσατε.* Cf. *Buttm.* gr. I. p. 570.. V. 34. Quum VV. DD. in struendo hoc vs. per alia atque alia consilia trepidaverint, priusquam de compositione totius dicam, de singulis v. disseram. *ὡς*] 209 *ὥσπερ* | 1. 13. 69. 91. 124. *ὥσπερ γάρ*. Hoc repudio non quo *David Schulzius* argumento commotus, quod *ὥσπερ* a Marci usu abhorreat, sed quia, ut *ἀποδημῶν* pro *ἀπόδημος* ex D. 1. 209. Mt. o. consignatum, e Matth. 25, 14. in hunc l. traductum est. *ἀπόδημος*] Forma malae notae. Thomas: *ἔκδημος, οὐκ ἀπόδημος· ἐκδημῶ δὲ καὶ ἀποδημῶ.* Moeris: *ἔκδη-*

μος, ἀττικῶς. ἀπόδημος, ἑλληνικῶς. Designat autem ἔκδημος eum *qui profectus peregre abest*, non, ut sumsit *Kuinoelius* eum, *qui peregre proficiscitur* h. e. ἀποδημῶν. In quem errorem eo V. D. incidit, quod fieri vidit nequivisse, ut homo *peregre profectus* mandata daret janitori. At Participia ἀφεὶς — καὶ δοὺς apta sunt a voce ἔκδημος h. m.: — homo, qui relictâ domo suâ et commissâ servis procuratione assignatoque suo cuique penso peregre abfuit. τὴν ἐξουσίαν] i. e. h. l. *arbitrium regendae domus*, *procurationem rerum domesticarum*. Vocem καί ante v. τῷ θυρωρῷ proscribendam esse conjecerunt *Beza* et *Piscator*. Frustra. Nam valet *etiam* atque eo pertinet, quod herus, qui quum suum *cuique servo* munus descripsisset in peregrinâ terrâ degit, *etiam janitori* priusquam proficisceretur officii loco injunxit vigilantiam. Universo versui ad sententiae constructionisque integritatem multa deesse *Bezae* apertum esse videbatur, qui mancam, quam putavit, orationem his verbis explevit: ἐστὶ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὡς κ. τ. λ. *sum ego Messias ut herus qui peregre profectus reliquit domum et servos ei praefecit et suum cuique pensum assignavit et servo atriensi mandavit, ut vigilaret.* Hoc pacto nisi ultimum καί contemtâ omnium Codd. auctoritate expunxeris Anacoluthon, quo a Participiis ad orationem rectam subitus fiat transitus [vid. Ephes. 1, 20. et *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 1300.], obtinere confitearis necesse est. Sed neque verba ἐστὶ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὡς ita a scriptore omitti potuerant et consistit illa interpretatio tantum cum ἀποδημῶν, lectione ut diximus futili, nullo modo cum voce ἀπόδημος, quandoquidem non qui peregre abiit relinquit domum et dat mandata ministris, sed qui proficiscitur. Quo magis mirum est, *Bezae* exemplum plerosque explicatores imitatos esse [v. c. *Zegerum*, *Heupelium*, *Schottum*.]. Multo minus Marcus reticere potuerat, quod eum omisisse *Vatablus* opinatus est: ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ὡς —. *simile est Messiae regnum homini*, *qui* etc.. Tum *Kuinoelius* post *Reichardum* ante ὡς mente adjiciendum dixit ποιῶ h. s.: *ego abiturus sic facio*, *ut fecit herus peregre abiturus*, *qui* etc.. Verum et ποιῶ praeter omnem ratio-

nem dicendique morem Marcus praetermisisset et confudit *Kuinoelius* ἀπόδημος cum ἀποδημῶν. Restat mirifica ratio, quam *Euthymius* iniit, qui περὶ τοῦ Χριστοῦ, inquit, καὶ τῶν Χριστιανῶν εἴληπται τουτὶ τὸ παράδειγμα· ἔστι δὲ ἐλλειπτικόν. ἐλλείπει γὰρ τὸ ἔσται· φησὶν οὖν, ὅτι ὡς ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἔσται. Legit igitur ἀποδημῶν atque vocabulo ἄνθρωπος inepte ad Jesum relato sic explanavit: *quippe relictâ domo et commissâ servis rerum domesticarum curâ et dato cuique eorum officio et janitori commendata vigilantiâ peregre proficiscar* h. e. sublimis in caelum abibo. Quin nihil plane a scriptore omissum neque minus sententia plena est, quam constructio. Declarat ὡς *sicuti*, ut exemplum hominis, qui proficiscens janitori vigilantiae officium imposuerit, ad universam, quae vs. 33. pronuntiata est, sententiam *attento animo opus esse*, *ne Messiae praeter exspectationem reversi adventu opprimaris*, pertineat h. r.: *quo modo* (i. e. si paullo latius dicas *res ita habet*, *ut* — *die Sache verhält sich so*, *wie* —) *homo*, *qui relictâ domo et servis procuratione demandatâ et suo cuique munere dato in peregrinâ terrâ degit*, *etiam servo atriensi* (h. e. ut aliis servis alia mandavit, sic janitori hoc quod subjicitur) *praecepit* (np. priusquam abiret), *ut vigilaret*. Pari modo καθώς usurpavit Paulus ep. ad Gal. 3, 6. Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ θεῷ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. *quo modo Abrahamus fide Deo habitâ Dei favorem consequutus est*. h. e. *quod Deus propter fidem vobis nuntiatam spiritus divini beneficiis vos auxit et in vestro coetu portenta edidit* (v. 5.), *hoc ita habet*, *ut Abrahamus fide suâ Deo probatus est*. Atque eâdem brachylogiâ Horatius vocibus *ut si* usus est Sat. I, 1. 54. *Ut tibi si sit opus liquidi non amplius urnâ vel cyatho et dicas*, *magno de flumine malim*, *quam ex hoc fonticulo tantundem sumere*. h. e. *res sic habet*, *ut si* —. V. 35. Non aliâ de causâ Jesus se τὸν κύριον τῆς οἰκίας *aedium dominum*, ut Apulejus loquitur, i. e. *herum* [cf. *Elsner*. ad h. l.] vocavit, quam ut similitudinem de hero v. 34. ad se atque discipulos suos disertius transferret. Verbis ὀψέ, μεσονυκτίου, ἀλεκτοροφωνίας, πρωΐ quattuor vigiliae, *vesper*, *media nox*, *gallicinium*, *contici-*

nium, significantur, quas Judaei ab Romanis dominis mutuati sunt [vid. not. ad Matth. 14, 25. et *Fischer*. D. V. L. N. T. p. 451.]. Ceterum forma ἀλέκτωρ, unde ductum est v. ἀλεκτοροφωνία, e poëtis in communem dialectum transiit [v. *Lobeck*. ad Phryn. p. 229.]. V. 36. *Μή* (i. q. ἵνα μή) aptum est a γρηγορεῖτε v. 35. [*vigilate* (i. q. attenti estote) —, *ne postquam improviso venerit*, *dormientes* (h. e. securos) *vos deprehendat*], non ab omisso ὁρᾶτε, quae *Lipsii* est sententia Dissert. *de Modorum usu* etc. I. p. 57.. Quem is paullo post p. 61. tractavit locum I Thess. 3, 5. *Διὰ τοῦτο — ἔπεμψα* (*Τιμόθεον*) *εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν*., cum neque ipse expediit neque ante eum *Winerus* gr. p. 182. et *Wahlius* Clav. p. 575.. Esse autem post *καί* mente repetendum μήπως hâc lege, ut priore loco, ubi vere positum est, *oblique interrogantis* sit *(an forte)*, posteriore, ubi cogitando addi debet, *metuentis (ne forte)*, Indicativi (μήπως ἐπείρασε) et Conjunctivi (μήπως γένηται) vicissitudo docet. Hoc igitur dicit Apostolus: *quare misi Timotheum, ut vestram fidem cognoscerem, an forte Satanas vos transversos egisset et ne forte labores mei irriti essent* h. e. misi Timotheum duabus de causis, et ut explorarem, an etiamnum in fide perstetis et ut impedirem, quo minus ab eâ desciscatis. V. 37. ἅ] ὃ B. C. K. L. 11. 64. 72. Ev. 2. 18. 36. Mt. f. r. 10.. Hoc de optimâ notâ a *Griesbachio* commendatum Marco restituendum esse et Codices ostendunt et sensus ipse manifestat. Pertineat enim vox ad unum illud γρηγορεῖτε, quod identidem Jesus inculcat, necesse est: *quod autem vobis dico, omnibus dico* i. e. *vigilate*. Etiam lectio D. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· γρηγορεῖτε firmandae est scripturae ὅ. — Quae capite 12. et 13. leguntur more suo Marcus e Matthaei 21, 33 sq. et Lucae 20, 9 sq. commentariis hausit, h. e. sic, ut quae ab utroque scriptore prodita essent diligentissime in rem converteret et libertatem tamen suam bene tueretur. Nam et nonnulla ab auctoribus suis in universum dicta vel aliorum hominum auctoritate nixus vel suo usus judicio arctioribus limitibus circumscribenda putavit [Marc. 13, 1. 3. cl. Matth. 24, 1. 3.

Luc. 21, 5.], et adhibuit nonnunquam aut ubertatem aut perspicuitatem, quam alteruter auctor, majorem [Marc. 12, 32—34. cl. Matth. 22, 39. Marc. 12, 41—44. cl. Luc. 21, 1—4. Marc. 13, 33—37.], et alio interdum modo, quam quo relatam vidisset, rem gestam esse memoravit [Marc. 12, 28. 34. cl. Matth. 22, 35.]. Vide *Griesbachium* Opusc. II. p. 376. et *Saunierum* l. l. p. 132 sq..

CAP. XIV.

ARGUMENTUM.

Biduo ante paschatis ferias summi pontifices et jureconsulti consilia inierunt, quibus Jesum dolo circumventum interficerent, sed rem per ferias agi noluerunt, ne plebs ei favens tumultuaretur. vs. 1. 2.. *Eo tempore Jesus Bethaniae in domo Simonis leprosi inter epulas pretiosis unguentis a muliere perfusus est vs.* 3.. *Moleste ferentibus quibusdam tantam profusionem factam, quod venditis unguentis pecunia inde redacta pauperibus rectius distributa esset, feminam et recte et benevole fecisse Jesus declaravit vs.* 4 — 9.. *Tum Judas Cariothensis pontificibus judaicis magistrum a se traditum iri pollicitus est nactusque mercedulae spem rei opportune gerendae occasiones anquisivit vs.* 10. 11.. *Die mensis Nisan quartodecimo, quo agnus mactari solebat, duos Jesus discipulos Hierosolymas intrare jussit ibique hominem aquae urceum ferentem, qui iis obviam futurus esset, domum sequutos herum monere, ut sibi coenaculum, in quo magister cum discipulis coenam paschalem obiret, assignaret vs.* 12 — 14.. *Tum eum spatiosum stratisque lectis bene paratum coenaculum monstraturum esse. Ibi convivium adornarent vs.* 15.. *Quae a divinante praedicebantur acciderunt et apparaverunt discipuli, ut mandatum erat, coenam vs.* 16.. *Quum igitur Jesus vesperi cum Apostolis accubuisset inter epulas primo tectius, deinde apertius Judam Cariothensem*

se adversariis traditurum esse, miserans simul ejus hominis, qui Messiam hostibus tradat, fortunam, significavit vs. 17 — 21.. *Quo facto tum fractum panem tum poculum discipulis porrexit monitis ut ederent et biberent. Nam fractum panem corpus suum quod frangatur, vinum sanguinem suum, quo propter multos effuso novum cum Deo foedus sanciatur, adumbrare* vs. 22 — 24.. *Postremo sub coenae finem se non amplius nisi regno messiano constituto vinum bibiturum esse affirmavit* vs. 25.. *Hymnis sacris cantatis in montem olivarum se contulit* vs. 26.. *Ibi discipulis V. T. oraculo admonitus fore, ut se omnes in mortis discrimine desererent, sed magistrum in vitam reversum in Galilaeâ inventuros esse ostendit* vs. 27. 28.. *Negavit Petrus se unquam doctorem deserturum* vs. 29.. *At Jesus hâc ipsâ nocte, inquit, priusquam gallus bis cecinerit, ter te ad meam societatem pertinere negabis* vs. 30.. *Ac perstitit quidem Petrus in suâ sententiâ idemque, quod ille, omnes Apostoli affirmaverunt* vs. 31., *sed vere Jesum auguratum esse tempus docuit* vs. 66 — 72.. *Quum autem in villam gethsemanensem pervenisset discipulis ex intervallo relictis numen divinum, ut instantes calamitates ab se auferret ter pie precatus est reversusque ad Apostolos, quibus somnus interea obrepserat, ter iis, sed frustra, somnolentiam exprobavit* vs. 32 — 42.. *Jamque aderat Judas Cariothensis cum magnâ manu hominum, quos gladiis armatos et fustibus comites ei dederant synedri* vs. 43.. *His quum ille Jesum magistrum salutando et arcta ei oscula figendo (ita enim convenerat) ostendisset* vs. 44. 45., *injectis manibus eum comprehenderunt* vs. 46.. *Tum quidam ex adstantibus stricto gladio summi pontificis servo aurem abscidit* vs. 47., *Jesus autem, quod quem quotidie in templo docentem non adorti essent nunc quasi latronem insidiis circumvenirent conquestus, ita in fatis esse, quae V. T. prophetae reclusissent interpretabatur* vs. 48. 49.. *Eo tempore omnes Apostoli diffugerunt* vs. 50.. *Sed unus aliquis juvenis Jesum sequebatur sindone ita indutus, ea ut nudum corpus tegeret. Hunc postquam synedrorum ministri comprehenderant relictâ sindone nudus aufugit* vs. 51. 52.. *Ducebatur Jesus ad pontificem maximum, eminus eum usque in pontificis aulam ubi cum ministris consedit sequente Petro* vs. 53. 54.. *Eo postquam convenerant synedri, hoc egerunt, ut Jesum falsis testimoniis obrutum opprimerent. Sed improbum consilium irritum fuit. Adeo enim eorum,*

qui testes prodierunt, testimonia discreparunt, ut non solum alii alia comminiscerentur, sed etiam qui eandem fabulam narrarent in eâ exponendâ variarent vs. 55 — 59.. *Itaque pontifex maximus quum testibus nihil profici intellexisset novum iniit idque callidum consilium. Ejusmodi enim ex Jesu vocem eliciendam putavit, quae eum supplicio obnoxium redderet. Quare Jesum interrogavit, an Messias esset vs.* 60. 61.. *Affirmavit vs.* 62.. *Tum pontifex maximus discindere vestes, rem jam transigi posse sine testibus dicere, Dei majestatem ab Jesu imminutam esse culpare. Quum igitur synedrorum sententias perrogavisset, omnes Jesum quasi impietatis convictum supplicio dignum esse professi sunt vs.* 63. 64., *et magnâ eum tum nonnulli ex synedris tum apparitores contumeliâ affecerunt vs.* 65..

V. 1. Ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέ-
ρας, καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς,
πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν. 2.
Ἔλεγον δέ· μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται
τοῦ λαοῦ. 3. Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ
οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ κατακειμένου αὐτοῦ ἦλθε
γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πο-
λυτελοῦς, καὶ συντρίψασα τὸν ἀλάβαστρον κατέχεεν
αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. 4. Ἦσαν δέ τινες ἀγα-
νακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες· εἰς τί ἡ ἀπώ-
λεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν; 5. Ἠδύνατο γὰρ
τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηνα-
ρίων καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.
6. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; κα-
λὸν ἔργον εἰργάσατο ἐν ἐμοί. 7. Πάντοτε γὰρ τοὺς
πτωχοὺς ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν καὶ ὅταν θέλητε δύνα-
σθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.
8. Ὃ ἔσχεν αὕτη ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ
σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. 9. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν·
ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο, εἰς ὅλον τὸν
κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη λαληθήσεται εἰς μνη-
μόσυνον αὐτῆς. 10. Καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς
τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα αὐτὸν
παραδῷ αὐτοῖς. 11. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν

καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύρια δοῦναι· καὶ ἐζήτει, πῶς αὐτὸν εὐκαίρως παραδῷ.

V. 1. *καὶ τὰ ἄζυμα*] Haec vocc. om. D. Sax. Cant. Corb. ap. Blanch. *Millio* Prol. §. 1279. et *Wassenberghio* Dissert. de glossis N. T. p. 41. probantibus. Quum enim τὸ πάσχα et τὰ ἄζυμα sensu non discrepent, τὰ ἄζυμα glossam ad explicandum τὸ πάσχα in margine positam atque adjectâ voce καί contextae orationi postea obtrusam videri. Multum equidem dissentio. Nam et quae subsidia καὶ τὰ ἄζυμα demunt, ad unum omnia genus pertinent, ut pro *uno teste* recte numerentur, et omissionis causa fortuita est, homoeoteleuton πάσχ α — ἄζυμ α. Lectio autem Syr. Gat. Pers. τὸ πάσχα τῶν ἀζύμων plane intelligi nequit. Itaque de verâ explicatione v. τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα agitur. *Stolzius* sic vertit: *erant exacto biduo paschatis feriae et panes nullo subacti fermento comedebantur.* Verum et intulit V. D. quod loco non continetur *comedebantur* et mire paschatis ferias cum panibus fermento non temperatis composuit. Videtur ad suam explicationem eo delatus esse, quod τὰ ἄζυμα, quemadmodum hebraicum מַצּוֹת Exod. 12, 15., non nisi *panes*, *qui nihil haberent fermenti* significare credidisset. Verum τὰ ἄζυμα de tempore, quo ejusmodi panibus Judaei uterentur h. e. *de paschatis feriis* dici et analogiae patrocinium habet [cf. Joh. 10, 22. τὰ ἐγκαίνια, τὰ ἐπιφάνια, τὰ θεοφάνια apud *Suicerum* Thes. eccles. I, p. 1198., τὰ προαύλια, τὰ ἐπαύλια et Romanorum *Saturnalia*, *Lupercalia*], et confirmatur l. Matth. 26, 17. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων Marc. 14, 12. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων h. e. *primâ die feriarum paschatis*, non *primâ die panum non fermentatorum*. *Zegerus*, *Paulus* et *Schulzius* l. l. T. II. Fasc. II. p. 136. τὸ πάσχα *primum feriarum diem, quo agnus comedi solebat*, τὰ ἄζυμα *septem feriarum dies omnes, quibus Judaei panibus fermento non temperatis vescebantur* interpretantur h. s.: *post biduum instabat solemnis convivii dies et dies, quibus a fermento abstinebatur.* At quotusquisque orationem toleret tanto pleonasmo affectam: *post biduum feriarum initium et ipsae erant*

feriae? *Euthymius* paschatis ferias agni, qui die XIV. mensis Nisan comedebatur, ratione habitâ τὸ πάσχα, ob panes non fermentatos, quibus tum Judaei utebantur, τὰ ἄζυμα appellari putat. Mihi simplicissimum videtur, Marcum quâ est dicendi ubertate duas appellationes, hebraicam alteram, alteram graecam cumulasse statuere: *erat autem pascha et* (ut graece dicam) *azyma post biduum.* Cf. Act. 7, 10. ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου. Confirmat nostram sententiam Lucas 22, 1. ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων ἡ λεγομένη πάσχα, cujus verba Marcus in brevius contraxit. ἐν δόλῳ] Haec vocc. haud dubie conservanda sunt, quum ea unus D. cum nonnullis Verss. lat. excludat et qui libri δόλῳ omisso ἐν praebent in iis Marcus corruptus sit e Matth. 26, 4.. Et aptissima sunt v. ἐν δόλῳ. Omnino enim fraude et insidiis Jesus circumventus est (cf. v. 11.). Quamquam *a Marco* omissa nemo desideraret [cf. Luc. 22, 2.]. Ceterum Marci verba πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν in Matthaeo 26, 4. lectionem muniunt, quam *Griesbachio* auctore recepimus δόλῳ κρατήσωσι καὶ ἀποκτείνωσιν. V. 2. ἔλεγον δὲ] ἔλεγον γὰρ B. D. L. Copt. Rd. Syr. p. in m. Vulg. ms. It. „*sicut Matth.* 26, 5.“ per errorem dicit *Dav. Schulzius.* Habet enim Matthaeus ἔλεγον δέ. Voculae γάρ et δέ sexcenties a librariis ob sensus similitudinem (γάρ *nam*, *nempe*, δέ Latinorum *autem*) confusae sunt. Cf. *Schaefer.* ad Dionys. p. 194. ad Demosth. V. p. 346. et *Winer.* ad Gal. 1, 11.. Si hîc omnes aut plurimi Cdd. ἔλεγον γάρ sustinerent, ad ἐζήτουν —, πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν scriptor rediret h. m.: *animi pendebant, quomodo per fraudem comprehensum interimerent. Nam dicebant* etc.. Sed multo melius in narrando pergunt Matthaeus et Marcus: *dicebant autem.* Contra Lucas 22, 2. *qui non ipsa scelestorum hominum verba attulerit*, longe rectius scripsit ἐφοβοῦντο γάρ (non δέ, ut nonnulli Cdd.) τὸν λαόν: *studiose quaesiverunt, quomodo eum de medio tollerent. Nam metuebant plebem.* μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ] scil. τοῦτο γινέσθω *ne ea res per ferias agatur.* Vid. ad Matth. 26, 5. et *Heindorf.* ad Plat. Protag. §. 25. ἀλλὰ μὴ οὕτως —. Ari-

stoph. Nub. v. 85. *μή μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον* scil. *λέγε*. — *μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ*] Lectionem *μήποτε θόρυβος γένηται τοῦ λαοῦ* scribae mutuati sunt a Matthaeo 26, 5., unde Vers. Vulg. Syr. etiam *ἐν τῷ λαῷ* pro *τοῦ λαοῦ* petierunt. D. *μήποτε ἐν τῇ ἑορτῇ ἔσται θόρυβος τοῦ λαοῦ*. B. C. L. *μήποτε ἔσται θόρυβος τοῦ λαοῦ* [cf. Hebr. 3, 12.]. Hoc e pauculis libris utut optimis arripere noluimus. Constructionis *μή* s. *μήποτε* cum Futuro Indicativi et Conjunctivo *Winerus* gr. T. I. p. 181. cl. T. II. p. 159. hoc discrimen constituit, ut *μὴ ἔσται* declarare dicat *ne futurus sit aliquando* (tempore nescias quo), *μὴ ᾖ ne sit*. Errasse Virum doctissimum vel hic Marci locus demonstrat. Noluerunt enim Judaeorum principes Jesu supplicio plebem ad tumultum exciri *per proximarum feriarum tempus*. *Μὴ γένηται* et *ἔσται* nequaquam *tempore* discrepant: ambo enim illa Futurum enuntiant, sed diversa est vocis *μή* potestas. Quippe *μή* cum Conjunctivo est *prohibentis ne*, dass nicht, sed cum Indicativo *suspicantis quod timendum sit*. *Μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ* declarat *alioquin plebem tumultum edituram esse suspicamur*, *μήποτε θόρυβος γένηται τοῦ λαοῦ ne plebs tumultuetur*. *Φοβοῦμαι μὴ τοῦτο ᾖ* valet *vereor ne hoc sit: φοβοῦμαι μὴ τοῦτό ἐστιν hoc esse cum metu suspicor: φοβοῦμαι μὴ τοῦτο γέγονε hoc factum esse cum curâ conjicio*, ich *vermuthe* unter Besorgniss, das ist geschehen: *φοβοῦμαι μὴ τοῦτο γεγονὸς ᾖ metuo, ne hoc factum sit*. Sic semper *μή* varie accipitur, prouti Indicativus *suspicionem* aut Conjunctivus *metum* declarans subsequitur. V. 3. Compositionem verborum *καὶ ὄντος αὐτοῦ* — *ἦλθε γυνή* legitimam esse qui *κατακειμένου αὐτοῦ* arctissime cum *ἦλθε* cohaerere meminerit confiteatur necesse est: *et quum Bethaniae in domo Simonis leprosi esset accumbente eo venit mulier* (so kam *bei Tische* ein Weib). Cf. Hebr. 11, 7. *Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν* —. (piâ mente condidit arcam). *νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς*] Mirifice vexavit interpretes vocabulum *πιστικός* bis in N. T. de nardo dictum. Et hoc quidem l. v. *νάρδου πιστικῆς*

πολυτελοῦς nullo modo sollicitari possunt propter Codd.. Etenim *πολυτίμου*, quod loco *πολυτελοῦς* multos Cdd. occupavit, ex Joh. 12, 3. irrepsit. Neque Joh. l. l. vulgatam lectionem *λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς* concutere licet. Frustra igitur conjecturis tentatum est v. *πιστικῆς*, cujus vis eruditâ explicatione esset enucleanda. *J. Hartungius* proposuit *Ὀπιστικῆς* (unguentum Babylonicum pretiosissimum, quod nomen acceperit ab *Opis*, vico Babyloni propinquo) probante *Sculteto* et *Pasore: Possinus ψιτατικῆς* (nardus *Psitatica* a Psitace, urbe ad Tigrim sitâ). Alii [cf. *Wolf.* in Cur.] foedo errore suspicati sunt vocabulum *πιτικῆς* (sic) a *πίνω* ductum, ut *nardus potabilis* significetur. Postremo fuerunt auctore *Wetstenio* quibus *πιττικῆς* in mentem veniret. Quodsi *nardum* vel *picinam* vel *picatam* explicuerunt, neque id satis intelligas et quidquid sit non *πιττικῆς*, sed *πιττίνης* vel potius *πισσίνης* dicendum fuisse nullo negotio perspicias. Non multum proficiat qui ad eruendam vocis *πιστικῆς* potestatem vetustas translationes in consilium adhibeat. In iis enim obscurum vocabulum utcunque redditur. Cant. al. h. l. et Joh. 12, 3. vertunt *pistici* (unguenti), Verc. *optimi*, Syrus vetus ܕܢܪܕܝܢ ܪܝܫܝܐ *nardi capitalis* i. e. *praestantissimae*. Restat, ut interpretum consilia referam. *Scaliger* in verborum etymologiis ad Varronem vocabulo *pistor πιστικός* a *πτίσσω pinsere* derivans enarrat *nardus expressa et contusa in liquorem et unguentum.* Enimvero a *πτίσσω* formatur *πτιστικός*, non *πιστικός*. Non melius *Ludovicus de Dieu* apud *Wolfium νάρδον Πιστικήν* a *Pistâ*, urbe Indicâ, ubi optima nardus fuerit, appellatam putat. Aeque improbabilis est *Lightfooti νάρδου πιστικῆς nardi balanini* cl. Plin. H. N. 13, 1. 12, 21., quia Graecorum *βάλανος* talmudicis scriptoribus sit אפרסמ, interpretantis opinio. *Bretschneiderus* Lex. II. p. 278. fieri posse dicit, ut *νάρδος πιστική* vel *nardum, cujus sinceritas probata sit signo externo, ut sigillo*, vel *nardum artificiose comparatam* declaret. Nam fortasse reddidisse Evangelistas voce *πιστικός* vocabulum aramaicum a verbo אָמַן ductum, quod Rabbinis et Talmudistis non solum

significet *veritatem rei probare*, sed etiam *artificiose comparare*. Confudit V. D. duo diversa vocabula הֵימִין *confirmare* et אָמַן *perite, artificiose aliquid facere* [cf. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 113 sq.]. *Castalioni*, *Zegero*, *Grotio*, *Wetstenio* et *Rosenmuellero* Marcus dixisse videtur πιστικός per Metathesin pro σπικάτος [Vulgatus: *alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi:* Martialis 11, 28. nardum *spicatum* vocavit *foliatum*], ut supra 7, 4. ξέστης pro *sextario* et Paulus 2 Tim. 4, 13. φαιλόνης pro *penulâ* locaverit. At praeterquam quod exemplum φαιλόνης ineptum est (Graeci enim ut plerumque φαινόλης sic interdum etiam φαιλόνης dixerunt: cf. Photius 636, 20 sq.: ut φαιλόνης non latinum, sed *graecum* vocabulum esse appareat), illius metathesis rationem nullam video, qui mihi sic persuaserim, Marcum, si *spicatam* nardum dicere voluisset, retinere oportuisse σπικάτος, ut Galenus apud *Wetstenium* saepe (v. c. de Compos. Medic. per partes Corp. I. III. et VIII.) fecit. Contra eos nunc mihi disserendum est, qui πιστικός a πίστις nomine repeterent, ut νάρδος πιστική designet *nardum fidelem* i. e. *germanam*, *sinceram*. Hûc pertinent *Theophylactus* ad h. l.: πιστικὴν δὲ νάρδον νόει ἤτοι εἶδος νάρδου οὕτω λεγόμενον πιστικὴ, ἢ τὴν ἄδολον νάρδον καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσαν, *Syrus Philox.* ܕܢܪܕܝܢ ܡܗܝܡܢܘܬܐ, *Hieronymus* ad Matth. 26, 7., *Lutherus*, *Clarius*, *Heumannus*, *Kuinoelius*, *Wahlius* Clav. p. 754. al.. Quorum quidem sententia analogiae praesidio non destituta est. Quemadmodum enim a μάντις μαντικός, a πρᾶξις πρακτικός, a δύναμις δυναμικός, a κρίσις κριτικός aliaque a similibus orta sunt, sic etiam a πίστις πιστικός nasci potuit. Sed tum πιστικός foret *qui fidem vel facere vel habere potest*, quod quî in nardum conveniat, nemo manifestet. Inusitate enim et contorte loquatur qui *nardum fidem facientem* pro *sincerâ* nardo ponat. Sed *Theophylacti* interpretationem eo nonnulli, velut *Suicerus* Thes. eccles. T. II. p. 390 sq., tuiti sunt, ut πιστικός a verbo πείθειν ducerent. Quod est falsissimum. Nam primum ipsa forma multum habet dubitationis, siquidem a

Perfecto *πέπεισμαι*, *πέπεισται* derivaveris: quippe tum *πει-στικός* potius dicendum fuisse nemo negaverit. Ac profecto apud Plat. Gorg. p. 20, 22. *Bekk.* *πειστικός* sex Codd. praebent et alius a pr. m. (v. *Bekkeri* Comment. Crit. I. p. 174.), quam formam *Heindorf.* in editione p. 29. et *Buttmannus* ibidem p. 509, solam amplexi sunt. Sed tamen equidem fateor me eo propendere, ut *πιστικός* longe anteponam alteri *πειστικός* tum propterea, quod Codd. plerumque *ι* offerunt, perraro *ει*, tum quod rarius *πειστός*, quam *πιστός* correptâ syllabâ penultimâ, ut in *εὑρετός* ab *εὕρηται* et aliis quam plurimis, dici solet: a *πιστός* vero quid aliud quam *πιστικός* fieri poterat? Atque Pollux IV, 21. affert *πιστικός*, *παραπιστικὸς ῥήτωρ*, ubi *Kuehnius* et *Jungermannus* *πειστικός*, *παραπειστικός* *conjiciunt*, posterius probante *Schneidero* in Lexico. Pariter in Diogene Laertio IV, 6, 12. *πιστικός τε παρ' ὁντινοῦν* *omnes libri* suppeditant. Tum in Xenophonte Cyrop. I, 6, 10. *L. Dindorfius* certe edidit: *πιστικωτέρους, σάφ' ἴσθι, λόγους δυνήσῃ τότε λέγειν.* Sed in Polluce VII, 210., ubi iterum *πιστική*, *πιστικόν* *omnes* Codd. agnoscunt, *ει* bis sufficiunt editores hoc argumento, quod Plato in Politico dixerit: *τίνι τὸ πειστικὸν οὖν ἀποδώσομεν ἐπιστήμῃ πλήθους καὶ ὄχλου;* et postea: *τῇ τῆς πειστικῆς ἀρχούσῃ καὶ λεκτικῆς.* Concedamus igitur, utramque formam et *πιστικός* a *πιστός* et *πειστικός* a *πέπεισμαι* Graecos novisse. At enim *πιστικός* a *πιστός* derivatum designat *eum qui fidem facit* (überzeugend): quis vero unquam dixerit *νάρδον πιστικήν*, *überzeugende* Narde? Nemo sane, frustraque nos e Plinio H. N. 12, 22. et Dioscoride 1, 6, 7. docent, nardum saepe adulteratam fuisse: neque enim *νάρδος πιστική* valet unquam *nardum veram*, *sinceram*, *germanam*. Quae si recte disputata sunt nihil superest, nisi ut *νάρδον πιστικήν* *nardum potabilem* explanemus. Ac tantum mihi videor acri et diuturnâ meditatione consequutus, ut eam interpretationem procul dubio veram esse docere posse videar. Unguenta quaedam, in his nardum, bibisse veteres docet insignis locus Hicesii apud Athenaeum XV, 689. c.: *τῶν μύρων ἃ μέν ἐστι χρίματα, ἃ δ' ἀλείμματα· καὶ ῥόδι-*

νον μὲν πρὸς πότον ἐπιτήδειον, ἔτι δὲ μύρσινον, μήλινον· τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ εὐστόμαχον καὶ ληθαργικοῖς χρήσιμον· τὸ δ' οἰνάνθινον εὐστόμαχον ὂν καὶ τὴν διάνοιαν ἀπαραπόδιστον φυλάσσει· καὶ τὸ σαμψύχινον δὲ καὶ ἑρπύλλινον ἐπιτήδεια πρὸς πότον καὶ κρόκινον τὸ χωρὶς σμύρνης πολλῆς· καὶ ἡ στακτὴ δ' ἐπιτήδειος πρὸς πότον, ἔτι δὲ νάρδος. Praeterea in Athenaeo l. VI. legi νάρδον καταπίνειν observat *Casaubonus* adjecto Hirtii de bello hispan. 33, 5. loco: *vinum et nardum identidem sibi infudit.* Bonum igitur sensum habuerit νάρδου πιστικῆς *nardi potulentae.* Sed ita qui interpretati sunt *Beza*, *Casaubonus*, *H. Stephanus* Thes. p. 7345. ed. Lond., *Schwarzius* Comment. ad N. T. p. 1099., *Heupelius, Fischerus* ad Well. 3, 156. et Prolus. in V. T. p. 140., *Schneiderus* in Lex. gr., *Schleusnerus* Lex. II. p. 557. al. multis modis errarunt, primum eo quod πιστικῆς verterunt *liquidi*, *diluti*. Minus enim late patet *potabilis*, quam *liquidus*. Ut enim potabilia liquida esse necesse est, ita non omnia quae liquida sunt apta sunt potui. Male igitur dicas trinkbar pro flüssig; quamquam notum est, alia unguenta *crassa* fuisse, quibus *linerentur* (hoc est χρίεσθαι), *liquida* alia, quibus *perfunderentur* (h. e. ἀλείφεσθαι). Dioscorides quidem 1, 75. λεπτὴν νάρδον *liquidam nardum* commemorat, quae haud dubie eadem fuit cum πιστικῇ, sed inde non sequitur significationes perturbari. Imo idem unguentum merito dixeris λεπτόν, quum alia spissa et crassa opponas, et πιστικόν, ubi opponis quae bibi non possunt. Deinde illud falsum est, quod illi VV. DD. πιστικῆς παρὰ τὸ πίνειν vel ab Aoristo πιεῖν derivant. Namque a πέπωκα, πέπομαι existit ποτός (unde τὸ ποτόν *potus*) non πιστός aut πιστικός, Verbum autem πίω non legitur, sed obsoletum est maleque ab eo Etym. M. 674, 1. ducit nomen πίων. Quin imo πιστικός fluxit a Verbo πιπίσκω *potum praebeo*, cujus verbi tempora quae quidem huc pertineant haec vel ab aliis vel a me observata sunt: Pind. Isthmm. 6, 108. πίσω σφε Δίρκης ὕδωρ, Eupolis allatus in Etym. M. 673, 24. s. v. πίσα.: τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολύς, πίσει. Eustathius ad Il. χ'. p. 1253. ed. Rom. — καὶ τὸ πίσομαι παρὰ Ἀντιφάνει ἀντὶ τοῦ πίσω., quem tamen errasse credo

neque Antiphanem *πίσομαι* pro *πίσω* posuisse, sed pro *πίομαι* potius *bibam*, proprie *mihi ipse potum praebebo*. Aeschylus Prometh. v. 470. *οὐ χριστὸν οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων χρείᾳ κατεσκέλλοντο* —, ubi Schol. *πιστὸν*] *πινόμενον*, cujus loci mentionem fecisse Eustathium ad Il. *ν'*. p. 1193, 22. et ad Odyss. *ζ'*. p. 1554, 45. annotavit *Fischerus* ad Weller. 3, p. 156.. Ex eodem fonte etiam alia quaedam derivata sunt: Hesychius: *πιστήριον, ποτιστήριον. πίσαι γὰρ τὸ ποτίσαι. καὶ πίστραι, αἱ ποτίστραι.* Vide eundem Hesychium sub vocibus *Πίσαι, Πισμός, Ὑποπίσαι* et *Ὑπέπισα*. Etym. M. 673, 28. s. v. *Πίστρα. Πίστρον poculum* invenitur in Eurip. Cycl. v. 29. *πληροῦν πίστρα*. Ex his intelligitur, luculentioribus testibus uti potuisse *Lobeckium* ad Phryn. p. 469.: „*πίσαι* pro *πιπίσαι Hippocrates*, ut *Palladius* observat —." Ceterum Praesens *πιπίσκω* Atticos non admodum probasse jure ex eo concludere videor, quod Lucianus ineptum suum Lexiphanem c. 20. dicere jussit *πιπίσκοντες*. Redeo ad *πιστικῆς*: quod tametsi a *πιπίσκω, πίσω, ἔπισα, πέπισμαι, πιστός* prone ducitur, duae tamen restant dubitationes, una quod *πιπίσκω* est *potum praebeo*, non *πίνω bibo*, ut *πιστός* atque *πιστικός* potius *tränkbar* quam *trinkbar* significare videatur, altera de terminatione. Et illam quidem removeris facile. Nam quum omnino verba activa et neutralia saepenumero confundantur, apud recentiores maxime (velut *suppedito* tam est *suppeto* quam *facio ut suppetat*, *ὀσφραίνω* agendi modo dixisse Archigenem ostendit *Lobeckius* l. supra l., *εὐπορεῖν* pro *ἐκπορίζειν* [non *εὐπορίζειν* quod est vitium], reperiri demonstravit *Schaefer*. ad Demosth. T. II. p. 262.), tum haec ipsa verba in — *σκω* non semper sic aut Inchoativa aut Causalia fuisse, quin interdum, quamvis raro (vide supra p. 530.), plane eandem cum Simplicibus vim recuperarent verissime monuit *Buttmannus* Gr. T. II. p. 35.. Noli quaerere: id ipsum cadit in *πιστός* atque *πιστικός*, ut perspicuis documentis deprehendimus. Etenim *πιστόν* in illo Aeschyli loco non tränkbar, sed trinkbar *τὸ πινόμενον*, ut recte Scholiasta, denotare manifestissimum est; *πίστρον* apud Euripidem est *vas unde bibi potest* (quamquam in eodem

dramate Cycl. v. 47. altero sensu legitur: ὕδωρ ποταμῶν ἐν πίστραις κεῖται). Eodem igitur more modoque declarabit πιστῆς νάρδου *nardi quae bibi potest*. Sane πιστῆς dixerit quispiam: at Evangelistae scripserunt πιστικῆς. Superest igitur, ut terminationis offensionem tollamus, vim enucleemus. Nam et *Casaubonus* ingenue professus est ἀναλογώτερον fuisse πιστή quam πιστική, et alii multi similiter judicarunt. De quâ re sic habeto. Verbalia in — τός et — τέος (πιστικός enim e πιστός formatum est) multis generibus variant. Nam priora illa aliquoties activum sensum accipiunt, ut ὕποπτος, πιστὸς (a πείθω), μεμπτὸς, ἀμφίπληκτος, ἄδηκτος al. [vide egregiam notam *Porsoni* ad Eur. Hec. v. 1117.]. Neque minus — τέος utrumque et agendi et patiendi sensum complectitur, ut πειστέον αὐτόν a πείθω, πειστέον αὐτῷ a πείθεσθαι. Eandem fortunam subiisse Adjectiva in — ικός quae quidem ex illis manavissent infra videbimus. Scilicet vim Adjectivorum in — κός latissime diffusam esse exemplis propositis declaravit *Buttmannus* Gr. II. p. 339., sed nos satis habemus nunc exponere de illis quibuscum nobis res est Adjectivis — ικός a Verbali — τός derivatis. Haec plerumque quidem passivum sensum Verbalis mutant in activum, velut: ὀνομαστός qui *nominari* potest, ὀνομαστική (scil. πτῶσις) Casus *Nominativus*, εὑρετός qui *inveniri* potest, εὑρετικός qui facile *invenit*, et fortasse ποιητός, ποιητή atque contra ποιητική quae carmina condit, quod est ποιεῖν. Adde τίθημι, τέθειμαι, θετός *positus*, θετικός *ponens*, *affirmans*, positiv bestimmend. De thesibus Philosophorum, maxime Stoicorum v. θετικά usurpatur. Cic. Prooem. ad Paradoxa: „ea quae dicuntur in scholis θετικά." Sed aliquando tamen retinuisse illa Adjectiva vim passivam, ut eo tantum, quod majorem copiam facultatemque designarent, a primitivis suis discreparent, apertis exemplis planum faciam. Πεπτός a πέπτω ductum, est *qui aut coqui aut concoqui potest*, πεπτικός vero quod inde profluxit *qui facile aut coqui aut concoqui potest* (i. q. εὔπεπτος) diciturque de certis quibusdam unguentorum generibus. Item ἐμπνευστικόν et ἁπτικόν *passive* dixit grammaticus *Bekkeri* 653, 30. Ita igitur πιστός est

qui bibi potest, πιστικός *qui facile bibi potest*, *lubenter bibitur*. Priusquam illorum exemplorum meminissem, sic potius censebam, πιστός valere *qui bibi potest*, πιστικός recipere agendi vim *qui potum praebere potest*, quod recte mihi dici videbatur de unguento quod bibatur *seque quasi ad potationem offerat*. Sed hanc opinionem ut non satis simplicem nunc rejicio. Stultum enim glandibus vesci frugibus repertis. Hoc unum addo, Eusebium Apod. I. 9. Evangelium vocare τὸ πιστικὸν τῆς καινῆς διαθήκης κρᾶμα. Ceterum νάρδος πιστική *nardus quae lubenter bibitur* utrum diversa fuerit a *nardo spicatâ*, an non, equidem decernere nolim. Illam sententiam qui defendere voluerit ad Galenum de Compos. Medic. per partes Corp. I. provocet, qui quum plura essent nardi genera, σπικάτον inter μύρα νάρδινα eademque πολυτελῆ refert. Quamquam probabilius est, diversa unguenta fuisse. Nam Galenus l. l. σπικάτα dicit παχύτερα et utitur verbo χρίεσθαι. Sed utcunque sit, certum puto, diversissima vocabula πιστικός et σπικάτος fuisse (cf. supra). Ultimum est, ut constructio v. ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς expediatur. *Zegerus*, *Heupelius*, al. v. μύρου πολυτελοῦς consociant, ut *unguentum pretiosum* declaretur, quod cujus generis fuerit vocabulis νάρδου πιστικῆς manifestetur: *alabastrum* [Plin. H. N. 13, 1. unguenta optime servantur in *alabastris*] *unguentis nardi quae lubenter bibitur pretiosis plenum*. Haec interpretatio, quae grammaticae quidem leges non laedit, ut contorta mihi displicet. Potius igitur πολυτελοῦς cum v. νάρδου cohaerere puto, aut ut νάρδου πιστικῆς pro unâ notione sit [*alabastrum unguentis suavis potanti nardi pretiosae plenum*], aut ut πολυτελοῦς explicationis causâ adjectum sit [*alabastrum unguentis dulcis haurienti nardi ejusdemque pretiosae plenum*]. Utraque explicatio tollit offensionem Asyndeti πιστικῆς πολυτελοῦς. Neque aliter sentio de l. Joh. 12, 3. λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου. — καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον] καὶ frustra demunt B. L., vocem plane necessariam. τὸ ἀλάβαστρον] A. C. D. E. F. K. S. al. τὸν ἀλάβαστρον. | B. L. τὴν ἀλάβαστρον. Romani di-

xerunt et *alabaster* et *alabastrum* [Martial. 11, 9.], Graeci ὁ *ἀλάβαστρος* [cf. *Wakefield.* S. C I, 157.], τὸ *ἀλάβαστρον* [cf. *Valcken.* Adoniaz. p. 396. LXX. II. Reg. 21, 13.], et ἡ *ἀλάβαστρος* [vid. *Steph.* Thes. p. 5595.]. Rectissime Marco ex optimis Cdd. τὸν *ἀλάβαστρον* reddendum esse monuit *Kuinoelius.* Quippe ὁ *ἀλάβαστρος* forma est minus frequentata [Photius 219, 21. — ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστον εἶπεν Ἡρόδοτος cl. Aristoph. Acharn. v. 1066.]. Quod formarum ὁ, ἡ *ἀλάβαστος*, τὸ *ἀλάβαστον* nullum exstat in N. T. Codd. vestigium non debet mirum videri. Nam communis dialecti est *ἀλάβαστρος*, *ἀλάβαστρον*, atticum alterum. Immerito hîc quoque vapulat Thomas M. p. 30. ab editoribus, qui et ad Composita, ut *ἀλαβαστοθῆκαι*, quorum constans ratio est et ad aliorum Grammaticorum consensum spectare debuerant. Vide *Brunck.* ad Aristoph. Acharn. v. 1066. *Bekkeri* Anecd 374, 6. Athen. 15, 691. e.. *καὶ συντρίψασα — τῆς κεφαλῆς*] Non posse haec v. sic explanari: *et confracto alabastro desuper in eum effudit* (oleum) *super caput* jam dudum *Hammondus* viderat. Nam ut comminui vas ex alabastro confectum potuerit, quamquam alabastrum frangere majoris est operae, quam vitrum, tamen mulier comminuto alabastro et manum sibi laesisset et fortasse Jesu caput, et nardum temere humum profudisset. *Knachtbulli*, *Hammondi* [vid. *Wolf.*] et *Wakefieldi* S. C. V. p. 57. enarrationi: *et conquassato alabastro* (nachdem sie das Gefäss *umgeschüttelt* hatte) *unguentum desuper effudit* etc. repugnat vis et usus verbi *συντρίβω*. Idem valet de *Kypkii* et *Pauli* explicationibus, quorum ille *et quum Jesum fricuisset alabastrum desuper effudit* etc., hic sic interpretatus est: *et unguentum Jesu interens alabastrum in Jesu caput desuper effudit.* Quin vocc. *καὶ συντρίψασα τὸν ἀλάβαστρον κατέχεεν κ. τ. λ.* praegnante structurâ hanc sententiam complectuntur: *et fracto orificio aperiens alabastrum*, *unguentum desuper effudit* etc. *κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς*] Lectiones *κατέχεεν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς* et *κατέχεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ* parum sunt testatae. Disputari potest, utrum in v. *κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς* vocula

αὐτοῦ a κατέχεεν [*desuper in eum effudit super caput*], an a vocc. τῆς κεφαλῆς [*desuper in ejus caput effudit*] apta sit. Priorem rationem verborum collocatio commendat. Toto igitur versu haec dicuntur: *et quum Jesus Bethaniae esset in domo Simonis leprosi, mulier ad accumbentem accessit cum alabastro unguentis nardi potanti dulcis ejusdemque pretiosae pleno diffractoque orificio alabastrum aperuit et unguentum desuper in eum super caput effudit.* V. 4. ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτούς] h. e. *erant autem qui apud animum suum stomacharentur.* Perperam *Schleusner.* Lex. I, p. 10. πρός h. l., ut alias περί cum Genitivo [Marc. 10, 41.], de re quam moleste feras locatum esse affirmavit. εἰς τί — γέγονεν;] *cui bono haec unguenti profusio facta est?* Quominus vocc. τοῦ μύρου γέγονεν excludamus et testium paucitate et variantibus lectionibus Matth. 26, 8. prohibemur. Qui τοῦ μύρου γέγονεν praetermiserunt Marcum e Matthaeo corrumpere conati sunt. V. 5. τοῦτο τὸ μύρον] Assentior *Griesbachio* τὸ μύρον contextae orationi inserendum rato, quum id praeclari Cdd. teneant, quorum magna pars in Matthaeo omittant [cf. *Griesb.* C. C. p. 172.]. Sed utrum τοῦτο τὸ μύρον [ita A. B. C. K. L. 1. al.], an τὸ μύρον τοῦτο [sic D. 13. 69. 124. al.] a Marco profectum sit, ambigi potest. Ac fatendum est, elegantius postponi τοῦτο, quam praeponi, ut, ubi τοῦτο τὸ πρᾶγμα et τὸ πρᾶγμα τοῦτο varietur, posterius plerumque scriptori impertiendum sit. Sed h. l. τοῦτο τὸ μύρον majorem habet a libris auctoritatem et probabilius est, Matthaeum 26, 9. e Marco, quam ex Joh. 12, 5. depravatum esse. *Nam potuerat hoc unguentum trecentis amplius denariis vendi et pecunia inde redacta dari pauperibus.* Cf. not. ad 10, 21. p. 434.. Trecenti denarii, si eos ad *Rambachii* calculum vocaveris [vide not. ad Matth. 18, 28.], sexaginta trium imperialium et unius et viginti grossorum summam habent. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ] h. e. *et indignationem suam in mulierem evomuerunt.* Theophyl.: ἐνεβριμῶντο αὐτῇ τουτέστιν ἠγανάκτουν, ὕβριζον, ἐπέπληττον αὐτῇ. Vid. v. 6. cl. 1, 43.. V. 6. καλὸν ἔργον] G. 13. al. καλὸν γὰρ ἔργον e Matth. 26, 10. ἔργον γὰρ καλὸν

εἰργάσατο εἰς ἐμέ. Asyndeton eo minus habet difficultatis, quod primo loco posita est vocula καλόν *pulchrum facinus in me obiit*, ein **gutes** Werk hat sie an mir gethan. εἰργάσατο] D. h. l. et similibus in locis, v. c. Matth. 25, 16. 26, 10. ἠργάσατο praebet, quod perquam notabile est. Vide *Sturz* de dial. mac. et alex. p. 125. In Demosthene Σ' optimus Codex saepe in hoc verbo η suppeditat [cf. *Schaefer.* ad Demosth. Tomo V.] et sic interdum etiam Inscriptiones habent [vid. *Boeckh.* ad Corpus Inscriptionum N. 162.]. εἰς ἐμέ] Rectissime *Matthaeius* et *Griesbachius* pro εἰς ἐμέ, quod e Matthaeo 26, 10. manaverat, ἐν ἐμοί dederunt Codicum auctoritati obsequuti. Cf. *Mill.* Prol. §. 1101. et *Wetsten.* Declarat ἐν ἐμοί *an mir*, ut 1 Cor. 4, 6.. Plus negotii est in explanando ἐν Act. 7, 14., quod recte admiratus est *Winerus* gr. II, p. 136 sq.. Cujus ibi ratio habetur loci Deut. 10, 22. בְּשִׁבְעִים נֶפֶשׁ יָרְדוּ אֲבֹתֶיךָ מִצְרָיְמָה LXX. ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον. dubium non est, quin sic enarrari debeat: *in siebzig Leuten (per* septuaginta homines) wanderten deine Väter nach Aegypten h. e. dum septuaginta homines in Aegyptum se conferrent patres tui eo demigrarunt i. q. patres tui, numero septuaginta, in Aegyptum abierunt. Jam Act. 7, 14. — Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε (si lect. certa. vid. varr. lect. ap. *Wetsten.)* verba ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε arcto vinculo connectenda sunt cum μετεκαλέσατο h. r.: *per septuaginta quinque homines Josephus Jacobum patrem suum et universam familiam in Aegyptum arcessivit (in* 75 *Personen rief* Joseph seinen Vater Jacob und die ganze Familie *zu sich* nach Aegypten) h. e. Josephus eo, quod septuaginta quinque homines in Aegyptum arcesseret, patrem suum Jacobum et cognatos suos omnes eo traduxit i. e. *ad sensum:* Josephi familia in Aegyptum evocata constitit ex septuaginta quinque hominibus. V. 7. Boni Cdd. αὐτοῖς pro αὐτούς offerunt. Recte fortasse. Cf. Matth. 7, 12. 21, 40. Joh. 12, 16. Act. 4, 16. Hebr. 13, 6.. μεθ' ἑαυτῶν] D. 91. μεθ' ὑμῶν e correctione **δύνασθε** αὐτοὺς (supra: οἷς) εὖ **ποιῆσαι**]

ποιεῖν D. a p. m. 9. 38.. Sed conservandus Aoristus, quantumvis praecedat Praesens. Vere enim dudum perspexit *Hermannus* Aoristo rem cito praetereuntem exprimi solere. Cf. Act. 4, 16. *οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι*. Marcum adjectis verbis *καὶ ὅταν θέλητε δύνασθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι* Jesu orationi aculeos in Judam Cariothensem, hominem avarum Joh. 12, 6., indidisse suspicatur S. V. *Paulus: et potestis, si voletis* (at credo Cariothensi benefaciendi animum defuturum), *iis benefacere.* Verum tam reconditi hi fuerint aculei, ut ab auditoribus deprehendi vix potuerint. Quin Marcus non nisi hoc dicit: *et potestis, quando voletis* (i. q. *quotiescunque voletis*) *hominibus egenis* (*qui nunquam vobis deerunt:* cf. v. praecedentia) *opem ferre.* V. 8. *ὃ εἶχεν αὕτη ἐποίησε*] *ἔσχεν* pro *εἶχεν* ex ingenti Cdc. turbâ ediderunt *Matthaeius* et *Griesbachius.* Quod etiam parallelismus commendat: *ἔσχεν* — *ἐποίησε* — *προέλαβε μυρίσαι*. Voculam *αὕτη* cum septem Cdc. nullo jure deleas. Nam exterminatâ voce justo nudior oratio evaderet, *ὃ ἔσχεν, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι* etc.. Ceterum locum sic explicandum esse patet: *ὃ ἔσχεν αὕτη ποιεῖν ἐποίησε.* Cf. 15, 8. — *ἤρξατο αἰτεῖσθαι* (scil. *αὐτοῖς ποιεῖν*), *καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς*. *Quod haec mulier facere potuit* [cf. Luc. 12, 4. Cic. Att. II, 22. de re publicâ nihil *habeo* ad te scribere] *fecit.* Asyndeto *προέλαβε μυρίσαι* male offendaris quippe ad praecedentium verborum *ὃ ἔσχεν αὕτη ἐποίησε* dilucidationem posito. Cf. Philostr. Her. p. 26. ed. *Boisson.* *τὸ δὲ αἴτιον, οὐδενί πω ἑωρακότι αὐτὰ ξυγγέγονα.* Dissert. nostram II. ad 2 ep. ad Cor. p. 107. et *Winer.* gr. II. p. 189.. *μου τὸ σῶμα*] B. D. L. al. *τὸ σῶμά μου.* *Illud venustius et ornatius*, inquit *Wetsten.* At in talibus adeo nullum est venustatis aucupium, ut *τὸ σῶμά μου*, si id plurimi et fide dignissimi testes confirmarent, haud dubie alteri praeponendum esset. *Προλαμβάνω* respondet latinis v. *antecapio*, *anteverto*, *occupo*, *praeverto* et *praesumo* [Hor. Sat. II, 2, 89.]. Atque ut *occupo* saepe cum Accusativo jungitur, interdum etiam cum Infinitivo [Hor. Od. II, 12, 28. *interdum rapere occupat*], sic *προλαμβάνω*, plerumque cum Accusativo copulatur [vide

multa l. apud *Wetsten.*], aliquando, ut hîc, cum Infinitivo. Voc. ἐνταφιασμός *pollinctura* [Joh. 12, 7.] legitime formatum est ab ἐνταφιάζω [cf. ὀμφιάζω ἀμφιασμός, κροτέω κροτησμός, μυρίζω μυρισμός, λογίζω λογισμός, ἁρπάζω ἁρπαγμός], sed tempore recens est, quemadmodum omnia Substantiva in — ασμός et aliquot Verba in — άζω (cf. ἀμφιάζω, quod Atticis est ἀμφιέννυμι) exeuntia. Quare Attici ἁρπαγμός quam ἁρπασμός dicere maluerunt. Eo autem quod Jesus ita loquutus est: *quod haec mulier facere potuit fecit: quippe occupavit corpus meum ungere ad pollincturam* quum de instante sibi supplicio discipulos commonefecit, tum conflatam invidiam a muliere amoturus ejus facinus benigne sic interpretatus est *benevole eam mortui pollincturam antevertisse ungendo viventem. Loesneri* Obss. Philon. p. 84 sq. et *Rosenmuelleri* interpretatio *praesensit corpus meum ungendum esse ad pollincturam* Marci verbis obstrepit. Nam ut προλαμβάνειν *mente aliquid antecapere, praesentire* vel passim declaret, vel declarare possit, nemo tamen *praesensit ungere meum corpus ad pollincturam* concise dixerit pro *praesensit se oportere meum corpus ungere ad pollincturam.* Hoc sensu dictu opus erat προέλαβε ὅτι μυρίσαι δεῖ τὸ σῶμά μου εἰς τὸν ἐνταφιασμόν, aut saltem προέλαβε μυρισθῆναί μου τὸ σῶμα κ. τ. ἑ. *praesensit*, (oportere) *ungi meum corpus ad pollincturam.* Hebr. 13, 5. 6. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· — ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν — *ut bono animo dicere nobis liceat.* V. 9. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν] Multi et boni Cdd. ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν tenent, quod quominus amplectar et Matthaei 26, 13. loco impedior, quem Marcus paene verbotenus descripsit, et eo, quod ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν — ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν et καὶ ἀμὴν λέγω ὑμῖν variatur. ὅπου ἂν] *Matthaeius* ὅπου ἐάν tum ob Cdd. auctoritatem tum ob Matthaei 26, 13. exemplum recte edidit. τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο] Vocem τοῦτο, quam B. D. L. 13. 69. Cant. Verc. Vind. Corb. proscribunt, h. l. et Matth. 26, 13. excludere Critici sit parum verecundi. Utrobique apte sic explicari potest, aut ut Jesum definite loquutum esse putemus de re sibi carissimâ alteque mente repositâ [*hoc evangelium,*

quod de me exponit], aut ut Evangelistas censeamus a suâ aetate profectos transtulisse definitum vocabulum ad Jesu orationem quo tempore *evangelium* nondum docebatur [vide ad Matth. p. 5. et 536.]. Vocabula εἰς ὅλον τὸν κόσμον antecedentium v. ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ explicationi inserviunt: *ubicunque hoc evangelium pronuntiabitur, per totum inquam mundum.* Id docet sedes particulae καί. Nam ad hanc sententiam: *ubicunque hoc evangelium docebitur etiam quod haec fecit mulier per universum mundum narrabitur in ejus memoriam*, hoc opus erat verborum ordine: ὅπου ἐὰν κ. τ. ε. τ. καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς ὅλον τὸν κόσμον λαληθήσεται ε. μ. α., quamquam justam mirationem faceret loquutio λαληθήσεται εἰς ὅ. τὸν κόσμον. V. 10. ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης] B. D. L. 124. Orig. IV. 387. B. Ἰούδας Ἰσκαριώτης, quod vim habet nominis proprii *Judas Cariothensis* Marc. 3, 19. | A. C. 1. 69. 72. 157. 209. al. Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης i. e. *Judas Cariothe oriundus.* Matth. 10, 4.. Hoc tanquam melius h. l. ceteris formulis munitum in fidem recepimus. παραδῷ] D. προδοῖ. B. παραδοῖ cl. var. lect. 4, 29.. Nihil id est, nisi scriptura vulgata. Nam in vetustis membranis ο pro ω creberrime scribitur. ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς] D. 28. 91. al. om. αὐτοῖς | B. C. L. 69. al. ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Horum auctoritatem Codd. sequuti sumus, quum vulgata scriptura perverso verborum ordine laboret et moleste ad aures accidat, ad hoc ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς variantes lectt. Matth. 26, 16. commendent. Ad locum Lucae 22, 6. nulla est provocatio quippe corruptum. V. 11. ἀργύριον] A. K. 61. 89. Ev. 18. Mt. f. al. ἀργύρια suppeditant, quod iidem libri cum multis aliis etiam Luc. 22, 5. offerunt. Erit fortasse qui praecipuam quandam prudentiam eo sibi assumat, ut ἀργύρια utrobique his argumentis rejiciat. Marco et Lucae, qui quanta Judae pecuniae summa oblata fuerit non definiant, dicendum esse ἀργύριον *et polliciti sunt, se ei daturos esse pecuniam.* Contra Matthaeum 26, 15. subducto calculo bene sic loqui: ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια *promiserunt ei triginta siclos.* Cujus exemplum si Marcus et Lucas imitari voluerint,

non *ἀργύρια*, *siclos*, sed numero inito *τριάκοντα ἀργύρια* memorare debere. Quâ argumentatione nihil fingi potest infelicius, ut saepe fieri necesse est ubi plurimis Codd. repugnetur. Enimvero et nostro l. et Luc. 22, 5. scribendum est *ἀργύρια δοῦναι*. Scilicet praeter vulgarem (in N. T.) significationem *sicli*, *nummi argentei*, Pluralis *ἀργύρια* etiam denotat *pecuniam* i. q. *ἀργύριον*. Matth. 28, 12. *ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν*, ubi duo Codd. ex interpretamento habent *ἀργύριον ἱκανόν*. Cf. Aristoph. Av. v. 600. Nub. 753. et ibi *Herm.* et Schol.. *Phavorinus: ἀργύριον· πᾶν νόμισμα — εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν· καὶ οἱ μὲν ῥήτορες ἑνικῶς, οἱ δὲ κωμικοὶ ἀργύρια πληθυντικῶς.* Converte: *et promiserunt, se ei pecuniam daturos esse. πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ*] Hic verborum ordo et suâ indole pravus est et sententiam reddit ambiguam, quandoquidem *πῶς εὐκαίρως* in hunc sensum jungi potest: *et deliberavit, quam opportune (?) eum traderet hostibus.* At Marco hoc dicendum est: *et deliberavit, quomodo eum opportune traderet sacerdotibus judaicis.* Hinc ex A. B. C. L. 131. 218. al. *πῶς αὐτὸν εὐκαίρως παραδῷ* exhibuimus.

V. 12. *Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσομεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;*
13. *Καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ*
14. *καὶ ὅπου ἐὰν εἰςέλθῃ εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει· ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμά μου, ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;*
15. *Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν.*
16. *Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.*
17. *Καὶ ὀψίας γενομένης ἔρχεται μετὰ τῶν δώδεκα.*
18. *Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω*

ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με ὁ ἐσθίων μετ᾽ ἐμοῦ. 19. Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ᾽ εἷς· μήτι ἐγώ; 20. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· εἷς ἐκ τῶν δώδεκα ὁ ἐμβαπτόμενος μετ᾽ ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον. 21. Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι᾽ οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. 22. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον εὐλογήσας ἔκλασε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ εἶπε· λάβετε, τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ σῶμά μου. 23. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. 24. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. 25. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

V. 12. καὶ — ἔθυον] *et primo die feriarum paschatis, quo die agnum paschalem homines mactare* s o l e b a n t. Vid. *Hermann.* ad Vig. p. 746. et *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 938.. Dicitur dies XIV. m. Nisan, quo post solis occasum convivium paschale celebrabatur [cf. v. 17. et not. ad Matth. 26, 17.]. Quam *Winerus* gr. I. p. 104. interpretationem proposuit: *et primo feriarum die*, *q u u m n e m p e agnum sacrificarent* ipse, opinor, V. D. jam missam fecit. Qui autem v. τῇ πρώτῃ pro τῇ προτέρᾳ locata et ὅτε ad τῶν ἀζύμων relatum voluerunt [vid. Ven. *Roehrii* krit. Biblioth. T. I. p. 706.] h. s.: *et die*, *qui paschatis feriis*, *quibus agnum paschalem mactare solebant*, *proxime praecederet* i. e. *die XIII. m. Nisan* et grammaticae leges violarunt neque Matthaeum Marcum et Lucam Jesum *die XIV. m. Nisan*, quo vulgo Judaei, solemnes paschatis epulas fecisse et die *XV.* supplicio affectum esse unâ voce perhibere satis expenderunt. ἑτοιμάσωμεν] Futurum ἑτοιμάσομεν h. l. firmiter stabilitum recipiendum duximus. Cf. not. ad Matth. 13, 28. 26, 17. Marc. 10, 36..

Sed ne quis *ἑτοιμάζειν* absolute positum credat h. m.: *ubi vis digressos apparare* s. *adornare* (Anstalten treffen), *ut agnum comedere possis?*, meminerit *τὸ πάσχα* in secundario membro locatum esse quod in primario exhibendum fuisset [cf. Luc. 22, 8.]: *ubi vis digressos epulas paschales apparare, ut eas celebres?* Notum est illud Terentii: populo ut placerent quas fecisset *fabulas*. Add. not. ad Marc. 6, 5. Cic. Lael. 16, 55. *Constituendi* sunt autem, qui sint in amicitiâ *fines* et quasi termini deligendi. Liv. 43, 15. Indigne patiente praetorum arbitrio *Consulem* subjectum dimisso senatu ad tribunal praetorum stans postulavit etc. Cf. Dissert. meam in 2 ep. ad Corinth. I, 34. II. 172. et *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 177.. V. 13. et 14. *καὶ ἀπαντήσει*] *καὶ εἰςελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν ἀπαντήσει* 13. 28. al. e Luc. 22, 10.. *Ἄνθρωπος* h. l. et Luc. 22, 10. quippe oppositus *τῷ οἰκοδεσπότῃ de servo* dicitur. Ac servorum erat aquari [cf. Jos. 9, 21. et *Wetsten.* ad h. l.]. Pariter in graecis scriptoribus, ut Demosthene et Plutarcho, *ἄνθρωπος* vocatur qui antea *δοῦλος* esset nominatus: nec idcirco tamen cum aliquot V. D., ut *Kuinoelio* ad Luc. 12, 36., credo *ἄνθρωπον* servum *significare*. Nam opinor etiam servi *homines* sunt. *κεράμιον*] D. *κεράμειον*. At *κεράμιον* est Substantivum *urceus fictilis*, *κεράμειον Adjectivum*, quod nullo adjecto Substantivo, ut *ἀγγεῖον*, *σκεῦος* al. de *vaso fictili* poni posse recte negat *Suidas*. *κεράμιον ὕδατος*] Quum solemnis Genitivi haec vis sit, ut quod cum re forte conjunctum sit (rei *Accidens* vocant) declaret, nihil inusitati habere *κεράμιον ὕδατος* h. e. *vas fictile aquam forte continens, aqualis, vas figlinum aquae plenum* quivis largiatur necesse est. Vid. I Sam. 10, 1. פַּךְ הַשֶּׁמֶן Marc. 14, 3. — *ἀλάβαστρον μύρου*. Varro de R. R. I, 63, 1. in sole ponere oportet *aquae catinos* etc. *Heupel.* ad Marc. 14, 3. *Wetsten.* ad h. l. et *Schaefer.* ad Demosth. II. p. 209.. Asyndeton *ἀκολουθήσατε* etc. ei non displicebit, qui arcte cohaerere vocc. *ἀκολουθήσατε αὐτῷ καὶ — εἴπατε* reputaverit: *sequamini eum et quamcunque domum ingressus fuerit hero dicatis*. Item Luc. 22, 10. 11. connectenda sunt vocc. *ἀκολουθήσατε αὐτῷ — καὶ ἐρεῖτε —*. *ἐὰν*] *ἂν* h. l. tantum A.

B. D. 229. suppeditant. Voculam ὅτι defendo, quamvis a multis Cdc. omissam. Melius enim eâ additâ fluit oratio. Et unde orta sit? λέγει] *dicit* np. nobis utens interpretibus i. q. nuntiari jubet. τὸ κατάλυμα] τὸ κατάλυμά μ ο υ tot egregii Cdd. continent, ut textis inferre non dubitaverim, praesertim quum vocula Luc. 22, 11. non legatur. Sententia ipsa fert μου et adjectum et omissum: si adest, relativa enuntiatio ὅπου — φάγω accuratius declarat τὸ κατάλυμά μ ο υ: *ubi est meum diversorium, ubi cum discipulis meis convivium paschale celebrem?*: sin abest μου, ut in Lucâ, perpetuâ oratione cohaerent vocc. τὸ κατάλυμα ὅπου — φάγω; *ubinam est conclave in quo — celebrem?* Τὸ κατάλυμα *diversorium*, quod improbum vocabulum esse Grammatici docent [Thomas M. p. 501. καταγώγιον καὶ κατάγεσθαι. ὡσαύτως καὶ καταλύειν. κατάλυμα δὲ οὐδεὶς εἶπε τῶν δοκίμων.], h. l., ut ex explicatiore voce ἀνάγαιον v. 15. manifestum est, ad coenaculum in superiore aedium parte referri debet. φάγω valet *esse comedam* pendetque a ποῦ *ubi — comedam:* φάγομαι, quod quominus recipiamus sola testium paucitas [D. 13. 69. 209.] prohibet, significaret essen will vi Futuri: *ubinam est meum diversorium, in quo agno paschali cum discipulis meis vesci animus est?* V. 15. ἀνώγεον] A. C. E. G. H. K. L. 1. 13. 69. al. ἀνάγαιον | B. S. 124. al. ἀνώγαιον | 10 al. ἀνώγεων | D. ἀνάγαιον οἶκον. Glossema cum glossâ coaluit. Lex. MSC. ap. *Matthaeium* ἀνάγαιον· τὸ οἴκημα. Eodem modo in altero l., in quo ἀνώγεον legitur, libri variant Luc. 22, 12.. Rectissime *Griesbachius* utrobique reposuit ἀνάγαιον. Tutantur id enim optimi quique libri et ipsa forma talis est, quae N. T. scriptores maxime deceat. Atque quod ad posteriorem vocabuli partem attinet — γαιον vituperatur a Phrynicho Bekk. Anecd. 47, 14. κ α τ ά γ ε ι ο ν· οὐχὶ κατάγαιον διὰ τῆς αι διφθόγγου. *Lobeckius* quae coegit ad Phryn. p. 297. iis parum proficimus. Verum si seriores scriptores κ α τ ά γ α ι ο ν usurparunt, quidni iidem ἀ ν ά γαιον posuerint? Res est enim ejusmodi, ut et ἀν ώ γ ε ο ν et ἀν ά γ α ι ο ν dicere liceat, prout ἄνω Adverbium vel ἀνά Praeverbium praeponatur. Pariter et κατά et κάτω (hoc quidem

maxime a posterioris aetatis scriptoribus) usurpatum fuisse quum aliunde constat, tum e Suidâ s. v. *κατώγειος*. Sed altera illa in ultimis syllabis variatio tota pendet a vocum a *γῆ* factarum variis scripturis, quarum una — *γεως* attica est, ut *ἀνώγεων, λεπτόγεως*, reliquae — *γειος* et — *γαιος* magis minusve frequentatae sunt. Rarissimi usus fuit *ἀνάγαιον*. Sed recentiores scriptores eo vocabulo usos esse e veteribus Grammaticis concludi potest. Etym. M. 115, 22. *Ἀνώγεον ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ γαῖα, τὸ ἄνω τῆς γῆς ὄν· ἀνάγαιον δὲ* (deest explicatio). Hesychius, quem more suo descripsit Phavorinus: *Ἀνάγαιον· ἀνὰ τὴν γῆν.* Suidas binis locis, semel: *Ἀνώγαιον* scribe *Ἀνάγαιον* ut series literarum postulat) *τὸ οἴκημα. Ἀνώγαιον, καὶ κατώγαιον, διὰ διφθόγγου καὶ ō μικροῦ* et rursus sub *Ἀνώγεον.* — *Ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον διὰ διφθόγγου καὶ ō μικροῦ.* Scripsit utrobique ut puto: *Ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον διὰ διφθόγγου καὶ ᾱ μικροῦ.* Zonaras p. 187. *Ἀνάγαια καὶ ἀνάγαιον· οἴκημα.* — *ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον ἕτοιμον*] Pauci Codd. demunt *μέγα*, plures sed non optimi *ἕτοιμον.* Spreverunt *ἕτοιμον* tanquam glossema verbi *ἐστρωμένον* *Beza*, *Millius* Prol. §. 1078., *Bengelius* al.. *Grotius* autem e Matth. 26, 19. *καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα* irrepsisse putavit. Sed jure *Matthaeius* et *Griesbachius* C. C. p. 173. propagandum putarunt *ἕτοιμον.* Facile enim intercidit aut propter homoeoteleuton [*ἐστρωμένον* — *ἕτοιμον*], aut quoniam ob *ἑτοιμάσατε*, quod statim sequitur, perversum videretur. Verum si *ἕτοιμόν* ad *coenaculum*, *ἑτοιμάζειν* ad *epulas paschales* referatur aptissimum videatur necesse est: *et ostendet vobis spatiosum conclave in superiore aedium parte lectis stratum, ita ut sit paratum excipiendis convivis.* Exprimit igitur Adjectivum *ἕτοιμον* rem, quae cubiculo lectis strato sponte consequeretur [cf. *Winer.* gr. I. p. 192.]. Ceterum in N. T. *ἑτοῖμος* scribendum esse nego, quum veteres Grammatici *antiquissimis Atticis* eam pronuntiationem tribuerint, recentiores ab eâ descivisse confessi. Cf. ad Greg. Cor. p. 12. 20 sq. *Duker.* ad Thucyd. 8, 92. *Poppo* ad Thucyd. I, p. 213 sq. et *Buttm.* gr. I, p. 55.. *ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν*] scil. *τὸ πάσχα* (v. 14. et 16.) *ibi adornate nobis coenam paschalem*

np. agnum, panes et herbas amaras coementes. ἐκεῖ] B. C. L. καὶ ἐκεῖ | D. κἀκεῖ. His paucis testibus fidem derogavi, quia neque egemus h. l. copulâ neque ullus liber eam Luc. 22, 12. offert. V. 16. et 17. ἐξῆλθον] *exierunt* scil. Bethaniâ cf. v. 3.. εὗρον] D. ἐποίησαν. — καὶ ὀψίας] D. ὀψίας δὲ e Matth. 26, 19. 20., ubi vid. not.. V. 18. ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ] B. Sahid. τῶν ἐσθιόντων μετ' ἐμοῦ, quod quum manifesta sit vulgatae lectionis correctio, non debebat probare *David Schulzius.* Qui tamen bene vidit, ὁ ἐσθίων mire dictum videri posse. Nam si significat, ut vulgo censent: *is qui nunc mecum coenat*, nihil additur, quo unus aliquis indicetur, siquidem omnes discipuli cum Jesu epulabantur (cf. v. 17.). Sed salva res est. Scilicet *cum indignatione et acerbitate* Jesus Judam Cariothensem obscurius significaturus ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ adjecit: *affirmo vobis, unum vestrum me adversariis traditurum esse, eum qui nunc mecum coenat.* Nam quum mensa communis *amicitiae* pignus haberetur, recte Jesum quod convictor hostibus se traditurus esset doluisse intelligitur. Haud dispar est ratio loci Joh. 3, 10. σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; quo loco Articulus difficillimos explicatus habere videbatur *Winero* gr. II. p. 32.. Ne potest is quidem praeterquam sic accipi: *tu quum inclytus sis Israelitarum doctor* (der *bekannte* Lehrer in Israel) *haec non intelligis?* Quae quidem sententia non *e rei veritate*, sed *e commoto Jesu pusillum hominis ingenium mirantis imbecillamque indolem ei exprobrantis animo* metienda est [vid. not. ad Matth. 27, 40. et *Stallbaum.* ad Plat. Euthyphr. p. 12.]. Et sic recte explicuit pater in literis ad me datis. V. 19. εἷς καθ' εἷς] Codices paene nihil variant. Nam εἷς καθείς 49. all. Mt. a., εἷς καθεῖς edd. Steph. I. II. al., *ΕΙΣ ΚΑΤΑ ΕΙΣ* B. L. perperam pro aliis lectionibus numerantur, quum sint plane vulgata, nisi quod in postremo hiatus admissus est. Scilicet ubi scribitur καθεις per ϑ, in iis Cdc. α extritum est; qui κατὰ εἷς praebent, ii retinent τ, ut satis appareat, κατά, neque vero κᾶτα illorum Cdd. scripturam esse. Supersunt lectiones εἷς παρείς Mt. n., εἷς καθ' ἕνα Orig. IV. 436. E., postremo

εἷς ἕκαστος C. Magno autem hîc errore impliciti sunt *Beza*, *Wetstenius*, *Piscator*, *Wakefieldus* S. C. V. p. 58. et *Dav. Schulzius*. Scribendum enim esse conjecerunt εἷς κᾆτα εἷς, sive, ut *Schulzius*, εἷς κ ἀ θ ε ῖ ς. At enimvero conjecturae εἷς κᾆτα εἷς non licet praetendere B. et L. (cf. supra.). Deinde nemo Graecorum sic unquam loquutus est: nec quidquam *Wetstenius* proferre potuit nisi Victoris Epit. 41. *unus post unum*, quod nihil valet, nec rectius comparaveris latinum *unus et item alter*. Tum Lucianus Soloec. c. 9., Thomas M. p. 483. aliique veterum Atticistarum καθ' εἷς ut minime atticum pro καθ' ἕκαστον rejecerunt. Quaecunque autem veteres illi Grammatici repudiarunt, eorum pleraque in N. T. inveniuntur: quae res quantam vel curam vel relligionem injecerit *Trillero*, *Georgio* aliisque bonis viris nemo ignorat. Adde quod levissimo argumento falsam opinionem defendit *Schulzius*, qui ubi conjecturam proposuit perrexit sic: „*nam illud* ε ῖ ς κ α θ' ε ῖ ς *in N. T. non nisi in historiâ illâ de adulterâ Joh.* 8, 9. *quâ carent B. L. alii multi, iteratur.*" At etiam in Johanne nonnulli libri junctim εἷς καθεῖς praebent et est amborum l. ratio communis, ut εἷς κᾆτα εἷς aut utrobique scribi debeat, aut ne semel quidem. Quin etiam omnino redit καθ' εἷς in N. T., quum Paulus dixerit Rom. 12, 6. ὁ δὲ κ α θ' ε ῖ ς. Praeterea εἷς καθ' εἷς vel καθ' εἷς satis superque ex iis scriptoribus, quorum oratio N. T. sermoni simillima est, muniverunt. Ipse *Wetstenius* attulit Euseb. P. X. 1. ὁ καθ' εἷς αὐτῶν. H. E. X. 4. ὁ καθ' εἷς. Bessarion Epist. ὁ καθ' εἷς ἕκαστος. Glossae graeco-barbarae κ α θ ά (lgd. aut καθ', aut κατά) εἷς *unusquisque* Theophanes p. 105. καθ' εἷς. Theophilus 3, 11. καθ' εἷς, quibus alia addiderunt *Graevius* ad Soloecist. c. 9. et editores Thomae l. l.. Praeterea Rom. 12, 6. et locis sim. ὁ — κᾆτα εἷς scribere ineptissimum sit. Ac recentiores scriptores eodem soloecismo dixerunt εἷς π α ρ' εἷς [Leon. Tact. 7, 83.] atque ἀνὰ εἷς [Apoc. 21, 21.]. Quo igitur artificio in his praeverbium amovebunt? Haec omnia sat scio *Schulzium* non commovebunt, sed illud credo percellet, si dixero κᾆτα (pro καὶ εἶτα) nusquam in toto N. T. legi, tametsi id per se ab horum scriptorum indole non prorsus ab-

horret, quos *κἀκεῖ* et similia usurpasse Codices fidem faciant. Illud vero plane tolerari nequit, quod *Schulzius* fabricatus est, *κᾀθεῖς*, quod nullus graecus homo pro *καὶ εἶτα εἷς* posuerit. Omnino trium vocalium contractio rarissima est etiam in poëtis (veluti *καί τοὐστὶν* in Aristophanem intulit *Elmslejus)*, in N. T. et id genus scriptoribus inaudita. Sane *Schulzii κᾀθεῖς* simillimum videtur *triphthongo*, quam exagitavit *Reisigius* in Syntagmate Critico pone ed. Nubium p. 30. Utrum autem *εἷς καθ᾽ εἷς*, an *εἷς καθεῖς* exhibeatur parum refert. Sic alii *μεταμικρόν*, *διατοῦτο*, alii *μετὰ μικρόν, διά τοῦτο* scribunt. Quamquam rectius nunc dirimere solent *καθ᾽ εἷς*. Est enim, ut *ἀνὰ* et *παρά*, quae aeque ante *εἷς* a posterioris temporis scriptoribus poni vidimus, *καθ᾽* praeverbium *κατά*. Ceterum ut seriores scriptores ad soloecismum *εἷς καθ᾽ εἷς* delaberentur probam formulam *ἓν καθ᾽ ἓν* [Apoc. 4, 8.] fecisse tralatitium est. *καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;*] Omittunt haec v. multi et in his aliquot boni Codd. *Erasmo*, *Bezâ*, *Grotio*, *Millio* Prol. §. 409. et *Dav. Schulzio* probantibus. Quorum judicium verissimum est. Nam non tam supervacanea sunt vocc. *καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;* post *εἷς καθ᾽ εἷς*, ut illi putarunt, quam absurda: *illi autem coeperunt tristitiâ affici eique dicere singuli: num ego sum? quo facto alius dicebat: num ego sum?* [*!!*]. Miror igitur *Griesbachium*, qui C. C. p. 173. ut *καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;* tutaretur ad Marci uberius loquendi genus [cf. not. ad 12, 23.] confugerit. Inferri potuerunt vocc. *καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;* ab iis qui *εἷς καθ᾽ εἷς* aut non intellexissent et cum *εἷς* simplice confudissent aut *εἷς* tantum pro *εἷς καθ᾽ εἷς* scriptum in aliquo Codice invenissent. Quamquam credibilius est, vocc. *καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;* glossema esse verborum *εἷς καθ᾽ εἷς* h. m.: *εἷς· μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος· μήτι ἐγώ;* *Kuinoelii* sententiae, scripsisse Marcum — *εἷς καθ᾽ εἷς· μήτι ἐγώ; μήτι ἐγώ;* illud obstat, quod ea lectio in *nullo Codice* prodita exstat. V. 20. *Ἀποκριθείς* potuit e Matth. 26, 23. irrepere, sed cum *Millio* Prol. §. 1246. inducere nolui, quum tantum desit in B. C. D. L. et nonnullis Verss.. *Εἷς τῶν* et *εἷς ἐκ τῶν* in N. T. pariter frequentatur [cf. not. ad 13, 1.]. Fidem igitur abrogavi

septem Codd., qui ἐκ demunt. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ᾽ ἐμοῦ] A. al. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ᾽ ἐμοῦ τὴν χεῖρα· — εἰς τὸ τρυβλίον] 63. al. ἐν τῷ τρυβλίῳ. Hae lectiones e Matth. 26, 23. petitae sunt. Et vocem τὴν χεῖρα arcendam esse vel ex eo apparet, quod Marcus ὁ ἐμβαπτόμενος dixit. Nihil enim Medium indiget addito v. τὴν χεῖρα: *unus e duodecim discipulis, is qui sibi* (für sich) *intingit in patinam* scil. αὐτὸς (s. οὗτος) παραδώσει με *me tradet adversariis* [cf. Matth. 26, 23.]. His verbis Jesus Judam Cariothensem, quem vs. 18. obscurius tetigerat, designavit apertius. V. 21. Nihil omnino in hoc vs. novandum est, quem Marcus verbotenus e Matth. 26, 14., ubi vid. not., transscripserit. Variantes lectiones aut vitia sunt, aut certe omnes parum testatae. V. 22. Cf. not. ad Matth. 26, 26.. Vocabulum ὁ Ἰησοῦς suspectum est *Millio* Prol. §. 1279. Mihi non item. Omittunt enim tantum B. D. It. et post ἄρτον collocatur nonnisi in 106. 115. ἄρτον] Mt. e. o. p. x. τὸν ἄρτον e Matth. 26, 26.. Quippe Marcus cum Lucâ 22, 19. rem non tam subtiliter, quam Matthaeus 26, 26., ubi vid. not., definiens Jesum simpliciter *panem* (Brod) sumsisse refert. Non minus e Matth. l. l. fluxit lectio καὶ εὐλογήσας. Interpretationem monstrat D. εὐλόγησεν καὶ ἔκλασεν: *et inter coenam Jesus quum panem sumsisset actis precibus eum fregit* [cf. ad v. 3.]. λάβετε, φάγετε] Voc. φάγετε in multis et partim optimis Cdd. deest. „*Sono decepti sunt scribae* λάβετε — φάγετε“ inquit *Matthaeius*. Cui repugnans *Griesbachius* C. C. p. 173 sq. tot librariis homoeoteleuton fraudi fuisse probabile videri negat. Quid multa? E Matthaeo 26, 26. illatum est φάγετε [vid. *Grotium* ad h. l. et *Mill.* Proleg. §. 1197.] similemque interpolationem expertus est l. 1 Cor. 11, 24.. τοῦτό ἐστι] D. h. l. et v. 24. τοῦτ᾽ ἐστί. Recte. V. 23. τὸ ποτήριον] Articulum omittunt satis multi libri, in his B. C. D. L. Matth. 26, 27. λαβὼν τὸ ποτήριον. Articulum excludunt B. Z. al.. Luc. 22, 17. δεξάμενος ποτήριον. Suppeditant τὸ ποτήριον A. D. K. M. al.. Sequitur v. 20. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον et τοῦτο τὸ ποτήριον. 1 Cor. 11, 25. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον et τοῦτο τὸ ποτήριον. Haec qui consideraverit, Articulum τό a multo

pluribus et melioribus libris adjici quam omitti, sed rursus a tam multis omitti, ut non nolis bis vel semel obliteratum, intelliget. Sed tamen τό ubivis tenendum judico, quia vix recte abesse potest [cf. ad Matth. 26, 27.] et sequens syllaba πο illud extrusit. Nam si affirmes in solo Matthaeo, ut qui antea posuerit τὸν ἄρτον, sequi debuisse τὸ ποτήριον, quum Codices qui ad τό propendent valde obnitantur, tum 1 Cor. 11, 25., ubi antecedit ἔλαβεν ἄρτον sine Articulo (nam soli D. F. G. τὸν ἄρτον continent) et tamen sequitur ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον. — εὐχαριστήσας] Mt. q. καὶ εὐχαριστήσας e Matth. 26, 27.. Rursus arctissimo vinculo v. εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς continentur: *et quum poculum sumsisset actis Deo gratiis id dedit discipulis* [cf. ad vs. 22.]. V. 24. Quod Matthaeus 26, 28. et Lucas 22, 20. Jesum dum Apostolis poculum propinaret *comprehensum poculo vinum sanguinem suum, quo novum cum Deo foedus sanciatur, oculis subjicere* affirmasse contenderunt, Marcus contra sic loqui videbatur, quasi Jesus posteaquam Apostoli vinum bibissent idem dixisset, ea res magnam interpretibus curam injecit. Quare ne Marcus cum Matthaeo et Lucâ dissentiret *Erasmus* ad πρωθύστερον, *Heupelius* ad πρόληψιν provocavit, postremo *Paulus* falso sic explicuit: *et dixerat iis, quum poculum porrigeret.* Est enimvero ita explanandum: *et dicebat iis* np. *quum poculum propinaret*, quâ interpretatione et grammaticae legibus satisfit et tollitur discordia. τό αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης] Τό, quod h. l. multi libri, pauciores Matth. 26, 28. demunt, deleri non posse apparet. Absona enim oratio evaderet: τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ αἷμά μου τῆς καινῆς διαθήκης. — Vocabulum autem καινῆς abest tantum a B. C. D. L. Copt. Cant.. Omissioni opportunitatem dedit praecedens τῆς. Eodem errore καινῆς in B. L. et nonnullis aliis excidit Matth. 26, 28.. Confirmant καινῆς in Matthaeo et Marco variantes lectiones Luc. 22, 20. et sententia, quae in tribus Evangelistis pariter requiritur, ipsa. Nam si Jesus praetermisso v. καινῆς hoc dixisset: *hoc vinum sanguinem meum adumbrat, quo foedus sanciatur* etc. animis pependissent Apostoli, de quonam foedere loqueretur. Alia est

ratio l. Hebr. 9, 20. 10, 29., ubi *τὸ αἷμα τῆς διαθήκης* neminem offenderit propterea, quod contextae orationis perspicuitas illorum v. intellectum adjuvat. Etenim in priore l. de Mose sermo instituitur et V. T. locus affertur, in posteriore de Christianorum disciplinâ disseritur. Ceterum *Griesbachius* C. C. p. 174 sq. non idoneis argumentis, sed levibus conjecturis, ad quas descendere indignum sit Critico, vocem *καινῆς* in Marco suspectam reddere conatus est. *τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον*] — *sanguinem, qui propter multos* (i. q. in multorum commodum) *effundatur*. Cf. not. ad Matth. 26, 28. et *Winer*. gr. II. p. 141.. B. C. L. *τὸ ἐκχυννόμενον ὑπὲρ πολλῶν* | D. 13. 69. 124. Ev. 18. *τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον*. At *περί* omnino retinendum est, tum quod libri *ὑπέρ* praebentes sibi non constant, sed alium alii verbis ordinem assignant, tum quod in Matthaeo 26, 28. *ὑπέρ* in paucissimis subsidiis repertum est. Atqui Marcus h. l. a Matthaeo suspensus est. Denique *ἐκχυννόμενον* [vide *Wetsten*. et Matth. 26, 28.] est *calami error*, quum de hâc formâ nemo quidquam inaudiverit, recentiores vero scriptores *χύνω* pro *χέω* usurpaverint recte improbatum Luciano [vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 726.]. V. 25. *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν*] 3. 4. 5. al. *ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν* e Matth. 26, 29. *λέγω δὲ ὑμῖν* | 12. *ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν* e Luc. 22, 16. *λέγω γὰρ ὑμῖν*. Nullâ particulâ opus est, quia Marcus dixit *ἀμὴν λέγω ὑμῖν affirmo vobis* [cf. not. ad v. 9.]. *ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω*] D., quocum consentiunt Cant. [— *quia non adponam bibere ex* —] Verc. Brix. *ὅτι οὐ μὴ προςθῶ πιεῖν* testantur. *Griesbachius* C. C. p. 175. dilectum sibi Codicem nimio, quo solet, studio amplectens haec monet: „phrasis *προςθῶ πιεῖν* tantopere hebraismum sapit, ut haec lectio, quamvis graece in uno duntaxat Codice D. et latine in pauculis italae versionis libris supersit vulgarem tamen reddat suspectam. Quisnam enim in suo exemplari inveniens *οὐκέτι οὐ μὴ πίω* loco hujus sive consulto sive oscitanter scripsisset *οὐκέτι οὐ μὴ προςθῶ πιεῖν*?" At vero non ita D. cum pedissequis habet, sed *ὅτι οὐ μὴ προςθῶ πιεῖν* (*non addam bibere* i. q. *non rursus bibam*), quod apertum est vulgatae scripturae interpretamentum, non

ex abstruso fonte derivatum, sed ex loquutionis Lucae familiaris *προςτίθεσθαί τι ποιεῖν* (*denuo, de integro aliquid facere:* cf. Luc. 20, 11 sq. Act. 12, 3.) memoriâ haustum. *ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου*] *de vitis fructu* i. e. *de vino.* A. C. E. L. et alii multi *ἐκ τοῦ γενήματος τ. ἀ.* quod commendavit *Griesbachius.* Quo id jure fecerit disserendum est. Pertinent ad hanc quaestionem haec loca. Matth. 26, 29. *ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου.* Ibi optimi libri *γενήματος* stabiliunt. Luc. 12, 18. *συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου καὶ τὰ ἀγαθά μου.* Praecesserunt v. *οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.* Rursus optimi Codices *τὰ γενήματα,* alii *τὸν σῖτον* praebent. Luc. 22, 18. *οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου.* Hic multi Codd. apud *Wetstenium γενήματος* offerunt. 2 Cor. 9, 10. *αὐξήσαι τὰ γεννήματα* (non pauci Codices *γενήματα*) *τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν.* In his omnibus locis sive *γέννημα* sive *γένημα* sensu vel proprio vel translato de fructibus dicitur: unde consequitur, constanter *ν* aut *νν* scribendum esse. Mire igitur *Griesbachius* et *Knappius γένημα* nonnisi Luc. 12, 18. 2 Cor. 9, 10. expresserunt, *Matthaeius* tantum Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. Luc. 12, 18. 22, 18.. Altera vocis *γέννημα* potestas haec est, ut *de personis* dicatur eadem vi quâ *γεννητός* [Matth. 11, 11. Luc. 7, 28. *ἐν γεννητοῖς γυναικῶν.* Hesych. *γεννητός· γνήσιος υἱός*]. Matth. 3, 7. 12, 34. 23, 33. Luc. 3, 7. *γεννήματα ἐχιδνῶν* (sine ullâ varietate). Utraque vi vocabulum saepe usurparunt LXX. [v. c. Genes. 41, 34. 47, 24. Deut. 22, 9. Jos. 15, 14. Sir. 10, 18.], sed ut nunquam non librarii et editores *γέννημα* et *γένημα* ultro ac citro jactent [vid. *Breitinger.* ad Deut. 22, 9.]. Quamquam autem *γέννημα* in prioribus locis *de rebus,* i. e. *de proventu agrorum,* in posterioribus *de personis* (hominum vel animalium *fructus* i. e. *suboles, progenies*) usurpatum videmus, utrobique tamen unum idemque vocabulum est, *fructum* significans. Quamobrem aut ubivis *γένημα* scribendum est, aut nusquam. Atqui *γένημα* a nullo grammatico allatum neque in ullo scriptore lectum et inventum est. Quodsi quis analogiam praetendat a *γίγνομαι* facta esse tum *γένεσις,*

γενικός, tum *fortasse* γεννητός, γέννημα, quemadmodum a γεννάω ducta sint γέννησις, γεννικός, γεννητός, γέννημα affirmans, tamen levissimum hoc argumentum esse ultro concedat. Codicum vero pondus sic elevare licet, ut contendas quum omnino multa vitia illos obsedisse, tum in antiquissimis quibusque libris perraro consonas duplicari, ubi id vel maxime fieri debuerat [cf. not. ad Marc. p. 503. et *Wineri* gr. II. p. 14.]. Contra summum momentum facit, quod Phrynichus Eclog. p. 286. γεννήματα ἐπὶ τῶν καρπῶν improbat et post cum Thomas M. p. 190. . Quippe recentiores potissimum scriptores ita loquuti sunt, ut Diodorus Siculus. Γέννημα de personis crebro dicitur, memoratum a Polluce Onom. II, 67. V, 80. III, 12. 21. VI, 181. Hesychius: γέννημα· παιδίον, ubi ἀπογέννημα ex Aeliano attulerunt. Ex his omnibus hoc, opinor, colligitur γένημα esse vitium atque γέννημα ubivis vel reponendum, vel conservandum. Obiter hîc de formis βαλάντιον et βαλλάντιον disputare liceat. Βαλλάντιον per duplex λ toties scribitur etiam in atticis scriptoribus, ut incertum sit, utrum λ an λλ exarari debeat [vide interpretes Thomae p. 139. et Phrynichi p. 224.]. Illud apparet, quum prima hujus vocabuli syllaba a poëtis producatur [cf. *Pierson.* ad Moer. p. 96.], aut in βα vocalem α naturâ longam esse, aut βαλλάντιον legi debere. Equidem sic censeo, atticos scriptores primum α produxisse ac proinde βαλάντιον posuisse, seriores correptâ α positionem quam vocant substituisse βαλλάντιον. Quare in N. T. Luc. 10, 4. 12, 33. 22, 35. 36. *cum optimis Codicibus* βαλλάντιον scribendum judico. — De reliquis h. vs. v. vid. not. ad Matth. 26, 29..

V. 26. *Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.*
27. *Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ὅτι γέγραπται· πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα.*
28. *Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*
29. *Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ· εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἀλλ᾽ οὐκ ἐγώ.*
30. *Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σὺ σήμερον ἐν*

τῇ νύκτι ταύτῃ πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι τρίς
ἀπαρνήσῃ με. 31. Ὁ δὲ Πέτρος μᾶλλον ἐκ περισ-
σοῦ ἔλεγε· ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι οὐ μή σε
ἀπαρνήσωμαι. Ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον.

V. 26. ὑμνήσαντες] cf. ad Matth. 26, 30.. ἐξῆλθον] *exierunt* (ex urbe) *in montem olivarum.* At debebant Judaei actâ coenâ paschali proximam noctem Hierosolymis transigere [vid. Pesachim f. 95, 2.]. Unde exstiterunt qui Matthaeum Marcum et Lucam ab Jesu paullo ante mortem paschale convivium celebratum esse recte perhibuisse negarent [cf. ad Matth. p. 762 sq.]. V. 27. σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ] *omnes in me hâc nocte offendemini* i. q. *omnes animis injecto de meâ auctoritate scrupulo me deseretis* (cf. v. 50.). Sed rectissime *Millius* Prol. §. 1407. 1475. 1476. verba ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ e Matth. 26, 31. invecta esse existimavit. Nam praeterquam quod a multis bonae notae Codd. [v. c. B. C. D. G. H. L. S.] absunt, qui libri aut ἐν ἐμοί sine v. ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ [v. c. 28. 157.] aut ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ sine vocc. ἐν ἐμοί [45. 53. 54. al.] testantur rem demonstrant, quippe oculis quasi subjicientes, ut sensim sensimque illa v. e Matth. suscepta fuerint. Adde, quod omnino librarii hunc vs. e Matthaeo multis modis corrumpere conati sunt. Huc pertinent scripturae D. τότε λέγει pro καὶ λέγει, D. 13. al. πάντες ὑμεῖς et E. F. al. τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Utar etiam alio ex Petri oratione in Matthaeo et Marco depromto argumento eoque gravissimo. Nam verba quidem ἐν ἐμοί in Marco abjicienda esse ostendit l. Matth. 26, 31. σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ cl. vs. 33. εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί. Atqui in Marco v. 29. Petrus non dicit nisi σκανδαλισθήσονται. Itaque etiam vs. 27. ἐν ἐμοί exstirpandum est. Aeque autem ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ revellimus primum, quia praestantissimi libri utrumque additamentum demunt et per Codices ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, quod viles quidam libri propagant, non magis retineri licet quam ἐν ἐμοί, quod et ipsum tenues quidam tueri conantur, deinde vero ob Matthaei locum. Mirum enim quum ἐν

ἐμοὶ e Matthaeo irrepserit, ni indidem etiam ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ pullulaverit. Non nego tamen, hanc orationem ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε, ὅτι γέγραπται *injicietur vobis omnibus scrupulus, quia hoc exstat in literis sacris oraculum* etc. nudam nimis et concisam videri posse. Sed tenendum est, Marcum ut omnino in multis peculiariter loquutus est, ita modo amplificasse sermonem, ut saepe, modo contraxisse, quippe qui Matthaei et Lucae librorum epitomen scriberet. *Griesbachius* C. C. p. 175 sq. et ipse primum in *Millii* sententiam inclinavit, deinde animo fluctuatus vocc. ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ tollenda esse negavit et quoniam in vetustis translationibus tantum non omnibus repperiantur et quia iis conservatis ad Marci ubertatem oratio bene respondeat. Neutrum argumentum h. l. pollere ex iis quae supra diximus apparet. γέγραπται] Zachar. 13, 7. διασκορπισθήσεται] A. F. al. διασκορπισθήσονται e Zachar. l. l.. Vocc. τὰ πρόβατα verbo διασκορπισθήσεται s. διασκορπισθήσονται tantum B. D. L. 13. 115. 127. Vind. Cant. praeponunt. Verbum autem σκορπίζεσθαι et composita minime attica esse docet Phryn. Ecl. p. 218.. Ceterum de ratione quâ sententiae v. 27. 28. decurrant vid. not. ad Matth. 26, 32.. V. 29. καὶ εἰ] εἰ καί B. G. L. 1. 13. 69. 124. Mt. e. Arm.. Differunt hae particulae sic, ut καὶ εἰ plus dubitationis contineat notans *etiamsi*, quam εἰ καί, quod est concedentis *etsi* [vid. *Herm.* ad Viger. p. 832. et *Jacobs.* ad Achill. Tat. II. p. 907. cl. Luc. 11, 8. 18, 4. 2 Cor. 4, 3. 16. 7, 8. Phil. 2, 17. 1 Petr. 3, 14. Col. 2, 5. Hebr. 6, 9.]. Non autem dubito, quin h. l. εἰ καί reponendum sit, quod non solum nonnulli boni libri offerant et variantes lectiones Matth. 26, 33. muniant, sed quod etiam melius quam καὶ εἰ huic loco conveniat. Patet enim e vocc. ἀλλ᾽ οὐκ ἐγώ scil. σκανδαλισθήσομαι, Petrum non hoc dicere: *etiamsi omnes te deserent* (quod an sint commissuri addubito), *at ego te non deseram*, sed illud: *etsi omnes te deserent* (quemadmodum *fortasse* deserent: largiar enim) *at ego te non deseram.* Non igitur praefracte negat, ceteros Apostolos fugam capessituros esse, hoc recte se affirmare confidit, se egregie in fide mansurum esse. Ceterum bene *Gries-*

bachius Matth. 26, 33. *καὶ* delevit. Matthaeum enim e Marco, non Marcum e Matthaeo depravatum esse, Codices in Matthaeo ostendunt. Sed immerito *Dav. Schulzius* Matth. 26, 33. *δέ* damnavit et per se bonum et optime testatum. V. 30. *ὅτι σή-μερον*] Ut *Matthaeii* et *Griesbachii* exemplo *ὅτι σὺ σήμερον* exhibeatur, Codicum consensus postulat [vide *Wetsten.*]. Recte *Matthaeius* ed. maj.: „*proximum σῆ absorpsit σὺ*" cl. *Griesbachio* C. C. p. 177.. *σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ*] Neque *σήμερον* paucissimorum subsidiorum auctoritate recte excludas nec *ταύτῃ τῇ νυκτί* ex B. C. D. L. al. jure recipias, quod Matthaeo 26, 34. sublectum sit. *Dav. Schulzius:* „*Alibi Mc. non habet σήμερον.*" Quia nimirum notionem *hodie* enuntiandi praeter hunc l. nulla fuit opportunitas. *ἢ δίς*] om. D. ¦ *δίς* om. Mt. e.. Sed firmat vocem narratio infra vs. 66 sq. Demtum est voc. *δίς*, ut Marcus cum Matthaeo 26, 34. 74. congrueret. Eadem mente vs. 68. vocc. *καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε* et v. 72. v. *ἐκ δευτέρου* nonnulli librarii exstinxerunt. At verbis a Matthaeo, non sententiis Marcus discrepat, quippe qui quod Matthaeus concisius et obscurius dixerit idem latius et apertius declaret. Nam quum Jesus Matth. 26, 34. (cf. Luc. 22, 34. Joh. 13, 38.) portendisset, fore, ut Petrus priusquam gallus proximâ nocte cantum suum *absolvisset* sibi cum magistro quidquam societatis esse ter negaret, Marcus rem ad secundum galli cantum recte rettulit ejusque intellectum narrationis perspicuitate adjuvit [cf. v. 66—72.]. Scilicet parum ei credibile videbatur quae vs. 26—72. continentur omnia acta esse ante primum galli cantum h. e. dum nox esset intempesta. V. 31. *Ὁ δὲ*] *ὁ δὲ Πέτρος* A. C. G. M. S. 1. 13. 28. 69. 124. et multi alii, quod cave e Matth. 26, 35. ductum opineris, quum totus l. genuinum esse demonstret. Cf. v. 27. *καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς* v. 29. *ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ* v. 30. *καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς* et Matth. 26, 31. 33. 34. 35.. *ἐκ περισσοῦ*] L. 13. al. *περισσῶς* e glossemate. ¦ C. D. al. *ἐκπερισσῶς*, quod defendit *Griesbachius* C. C. p. 177 sq.. Ac putet aliquis *ἐκ* in hoc vocabulo, ut in *ἔκπικρος*, *intendendi* vim habere, ut *ἐκπερισσῶς* *admodum vehementer*, *vehementissime* significet. Sed recte, opinor, *Matthaeius* et

Dav. Schulzius ἐκπερισσῶς ex genuinâ loci lectione (ἐκ περισσοῦ) ejusque interpretamento (περισσῶς) pessime conflatum esse [cf. 1 Thess. 5, 13. ὑπερεκπερισσοῦ | B. F. G. ὑπερπερισσῶς et Marc. 6, 51. varr. lect.] existimarunt. ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον] In his v. μᾶλλον importuno loco positum esse apparet: *Petrus autem vehementer dicebat magis.* Qui quorundam Cdd. auctoritate μᾶλλον cum v. sqq. junctum voluere, ut *Erasmus*, h. s.: *quin si me oporteat tecum commori* etc. inscienter fecerunt linguae legibus violatis. Nimirum veram scripturam conservarunt 1. 13. 69. 124. 209. μᾶλλον ἐκ περισσοῦ ἔλεγε *Petrus autem majore vehementiâ usus dicebat.* Cf. Marc. 6, 51. 7, 36.. ἐάν με δέῃ] A. B. al. ἐὰν δέῃ με e Matth. 26, 35.. οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι] C. F. K. 72. et multi alii οὐ μή σε ἀπαρνήσωμαι. Si res per se spectetur, multo probabilius est, Conjunctivum optasse N. T. scriptores Aoristi I., quam Futurum. Attici οὐ μή aut cum Futuro aut cum Conjunctivo Aoristi II. consociant, cum Conjunctivo Aorist. I. perquam raro jungunt, ut *Brunckius* aliique in ejusmodi l. vel invitis Cdd. Futurum restitutum voluerint, quod tamen obtineri nequit [vid. *Elmslejus* ad Soph. Oed. Col. v. 177.]. Revertor ad N. T.. Ubi tantum jam *Winerus* gr. II. p. 157. perspexit, Futuri usum post οὐ μή Codicum suffragiis minime certum esse. Imo vero οὐ μή in N. T. semper cum Conjunctivo Aorist. I. vel rarius II. copulatur. Magnus est locorum numerus, in quibus summâ librorum consensione Conjunctivus legatur [cf. v. c. Matth. 23, 39. 1 Thess. 4, 15.]. Haud raro Codices discrepant, sed ut vel pauci et mali Conjunctivum abjiciant [ut Joh. 4, 14. 48. Apoc. 3, 12. 21, 25.], vel in majore dissensu plurimi saltem et praestantissimi Conjunctivum tueantur. Qui semel tantum Luc. 22, 34. pauciores testes socordiâ eorum qui Codd. contulerunt invenit. *Griesbachius* tertiam fere partem locorum qui hûc pertinent sanavit. Nos coepta perficiamus. Legendum est igitur Matth. 16, 28. Mr. 9, 1. Luc. 9, 27. γεύσωνται. Mr. 9, 41. ἀπολέσῃ. Mtth. 26, 35. Mr. 14, 31. ἀπαρνήσωμαι. Mr. 16, 18. βλάψῃ Luc. 10, 19. ἀδικήσῃ 18, 7. ποιήσῃ 22, 34. φωνήσῃ Joh. 8, 12. περιπατήσῃ 8, 52. γεύσηται 10, 5. ἀκολου-

ϑήσωσιν. 13, 8. νίψης. 13, 38. φωνήσῃ. Rom. 4, 8 λογίσηται. Gal. 5, 16. τελέσητε. Hebr. 10, 17. μνησθῶ. Restat, ut videtur, solus l. Matth. 16, 22. οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, ubi nulla est scripturae diversitas. Neque eam hîc desideres, ubi οὐ μὴ ἔσται longe aliâ sit potestate locatum atque in ceteris locis. Est enim ibi malum omen averruncantis: *ne tibi hoc accidat.*

V. 32. *Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον, οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καθίσατε ὧδε ἕως προσεύξωμαι.* 33. *Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μεθ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* 34. *Καὶ λέγει αὐτοῖς· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε καὶ γρηγορεῖτε.* 35. *Καὶ προελθὼν μικρὸν ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ προσηύχετο, ἵνα εἰ δυνατόν ἐστι παρέλθῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ ὥρα.* 36. *Καὶ ἔλεγεν· ἀββᾶ ὁ πατήρ, πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ· ἀλλ᾽ οὐ τί ἐγὼ θέλω ἀλλὰ τί σύ.* 37. *Καὶ ἔρχεται καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι;* 38. *Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* 39. *Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.* 40. *Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν καταβαρυνόμενοι καὶ οὐκ ᾔδεισαν, τί ἀποκριθῶσιν αὐτῷ.* 41. *Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον καὶ λέγει αὐτοῖς· καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδού, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.* 42. *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδού, ὁ παραδιδοὺς με ἤγγικε.*

V. 32. *Γεθσημανῆ*] Summa est incundi de v. *Γεθσημανῆ* consilii difficultas. Nam neque origo ejus vocabuli satis certa est et utroque quo legitur loco [cf. Matth. 26, 36.] Codd

magnopere dissident. *Hillerus* compositum putavit ex גַּת *torcular* et סְמָנֵי *signa*. Verum quid hoc est *torcular signorum? Paulus* Comment. III. p. 618. *Γεθσημανῆ* prorsus esse hebraicum גֵּיא־שְׁמָנִים *vallis* s. *ager olei* [cf. Jes. 28, 1.] sibi persuasit. Sed ita unde natum sit *ϑ* in primâ syllabâ non apparet. Vero simillima eorum est sententia, qui *Γεθσημανῆ* ex גַּת *torcular* et שְׁמָנָא *oleum* (vel ex שְׁמָנֵי, qui est ejusdem vocis status constructus Pluralis, vel ex שְׁמָנֵי, quae est forma correpta status absoluti Pluralis pro שְׁמָנִים sive שְׁמָנִין) derivarunt h. s.: *torcular oleorum*. Quod גַּת graece in *Γεθ* conversum est de more factum (cf. 1 Sam. 6, 17., ubi hebr. גַּת redditur ab LXX. *Γέθ*). Sed magis, quam VV. DD. de vocis origine sententiae, fluctuant Codices. Plurimi et optimi Matth. l. l. *Γεθσημανεί* sive *Γεθσημανεῖ* testantur (nam libri literis majusculis exarati accentibus destituuntur), pauci vel *Γεθσαμανεί*, vel *Γεθσιμανί*, vel *Γεσθημανῆ*, vel *Γεσσημανεί*, vel *Γεσθιμανῆ*. In Marco rursus optimi libri tenent *Γεθσημανεῖ*, ceteri vel *Γηθσεμανεί*, vel *Γεσσημανεί*, vel *Γησαμανεί*, vel *Γηθσημανί*, vel *Γεσσημανῆ*, vel *Γεθσιμανῆ*. Quae librorum lectiones satis docent, optionem tantummodo datam esse *utroque loco* aut *Γεθσημανῆ* scribendi cum vulgo aut *Γεθσημανεῖ*. Negligenter igitur *Griesbachius* in Matthaeo *Γεθσημανεί*, in Marco *Γεθσημανεῖ* commendavit. Utrum *Γεθσημανῆ* an *Γεθσημανεῖ* verum sit pro certo dicere non ausim. Hoc affirmo qui illud praeoptet, vocabulum a גַּת שְׁמָנֵי ducere debere, qui hoc praeferat ei vocem a גַּת שְׁמָנֵי repetendam esse. ἕως προςεύξωμαι] *donec preces fecero*. D. 131. al. ἕως προςεύξομαι, quod recepit *Matthaeius* | 106. al. ἕως ἂν προςεύξωμαι | 13. 77. al. ἕως ἀπελθὼν προςεύξωμαι | M. 13. al. ἕως ἂν ἀπελθὼν προςεύξωμαι. Haud dubie genuina est lectio vulgata. Etenim solent seriores scriptores πρίν, ἕως, ἄχρι et μέχρι cum Conjunctivo non interpositâ particulâ ἂν copulare [cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 15. *Jacobs*. A. P. p. 405. *Stallbaum*. ad Phileb. p. 61. Hebr. 10, 13. ἕως τεθῶσιν]. Potuit ἂν facile ab iis inseri, qui N. T. orationem ad Atticorum usum exigerent, quod quidem factum esse Codices nonnulli multis locis declarant.

Deinde omnes lectiones praeter vulgatam e Matth. l. l. varie depravato petitas esse ex eo elucet, quod in Matthaeo, ubi recte opinor vulgatam scripturam tenui, plane eadem est librorum diversitas. Accedit quod hîc alii tantum *ἂν*, alii tantum *ἀπελθὼν* addunt, alii utrumque conjungunt *ἂν ἀπελθών*, ut paullatim oriri videas interpolationem. V. 33. *τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην*] Verissime *Matthaeius* et *Griesbachius* ex optimis Cdd. *τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην* dederunt [vid. not. ad 9, 2.]. *ἀδημονεῖν*] D. a. p. m. *ἀκηδεμονεῖν*. Monstrum est, e glossâ et parte glossematis conflatum. Hesychius *ἀδημονῶ· ἀκηδιῶ*. Verc. hîc transtulit *acediari*. V. 34. *καὶ λέγει αὐτοῖς*] G. H. al. *καὶ λέγειν αὐτοῖς* scil. *ἤρξατο* v. 33., quod apertum vitium est, quum *ν* in *λέγειν* e praegresso *ἀδημονεῖν* adhaeserit. Novam h. l. Marcus ordiri debet sententiam: *Et dixit iis* (cf. Matth. 26, 38.). Lectiones autem *τότε λέγει* pro *καὶ λέγει* et *γρηγορεῖτε μετ᾽ ἐμοῦ* pro *γρηγορεῖτε* e Matth. l. l. ductae sunt. *Μετ᾽ ἐμοῦ* h. l. ferri non posse non tantum Codices ostendunt, sed etiam ratio evincit. Matthaeus 26, 38. dixit *γρηγορεῖτε μετ᾽ ἐμοῦ* et perrexit v. 40. *γρηγορῆσαι μετ᾽ ἐμοῦ*. Marcus autem v. 37. solum posuit *γρηγορῆσαι*, unde eum v. 34. dixisse tantum *γρηγορεῖτε* intelligitur. V. 35. *καὶ προελθὼν — γῆς*] *et progressus paullulum* (a loco quo manere jusserat discipulos v. 34.) *in terram se prostravit*. Scripturam *προςελθὼν* ad sensum ineptam esse [*et quum paullulum accessisset* (ad quemnam, obsecro?) *in terram prostratus est*] ad Matth. 26, 39. professus sum Neque mirum est, quum toties librarii *πρὸ* et *πρὸς* confuderint [cf. *Reisig.* ad Oed. C. C v. 149. Achill. Tat. p. 420. et 426. ed. *Jacobs. Schaef.* Demosth. II. p. 149. et 216 sq. Marc. 9, 15. 10, 17. Rom. 3, 9. Luc. 19, 4. Gal. 1, 16. 6, 1. varr. lect.], si aliquando, ut h. l., ea corruptela vel optimos libros invaserit. Non igitur *Matthaeius* et *Paulus* Codicibus confisi *προςελθὼν* ordini inferre debuerant. Probavit etiam *Dav. Schulzius* ad Matth. l. l. *προςελθών*, quia *προελθὼν* in Matthaeo *inauditum* sit. Idcirco nimirum sensum perverti oportet. Quanto melius *Griesbachius* C. C. ad Matth. l. l. *reputemus nobiscum*,

inquit, *criticen non esse artem mechanicam.* *Gersdorfius* in l. Sprachcharakteristik u. s. w. p. 488. locum ita interpunxit: καὶ προελθὼν, μικρὸν ἔπεσεν κ. τ. λ. h. s.: „und er ging vorwärts, warf sich *ein wenig* (Augenblicke lang) auf die Erde u. s. w.". Quod quidem consilium ejusmodi est, ut viro doctissimo in mentem venire non debuerit. Nam quis unquam dixit μικρὸν πίπτειν ἐπὶ τῆς γῆς *paullulum* (ad breve tempus) *in terram procidere?* ἔπεσεν] B. L. ἔπιπτεν. At minime opus est Imperfecto ob v. sq. καὶ προσηύχετο. Nam καὶ προσηύχετο idem valet quod προσευχόμενος. Cf. Matth. 26, 39. ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς] D. G. 1. 13. al. ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς γῆς. Inepta haec lectio est. Dicendum erat aut ἐπὶ πρόσωπον *in faciem procubuit*, aut ἐπὶ τῆς γῆς [Marc. 9, 20.] *in terram procidit*, non *utrumque: procidit in faciem in terram (!).* ἵνα εἰ δυνατόν ἐστι παρέλθῃ] *rogabat, ut si fieri posset tempus calamitosum ab se abiret* (cf. ad Matth. p. 858.). Scriptura εἰ δυνατόν ἐστιν ἵνα παρέλθῃ et paucos auctores habet et e Matth. 26, 39. inferri poterat. Quae si probari posset *necessario* refingendum esset ἵνα παρέλθῃ ἀπ᾽ ἐμοῦ, ut esset circumloquutio Imperativi παρελθέτω (Matth. 26, 39. cf. supra p. 179. 1 Petr. 2, 9. Liv. 1, 18. *Jupiter —, si est fas hunc Numam Pompilium — regem Romae esse, uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines, quos feci.): precabatur: si fieri potest funestum tempus a me recedat.* Atqui ἀπ᾽ ἐμοῦ non tenet nisi unus Bodlejanus apud *Wetst.*. V. 36. ἀββᾶ] Est id chald. אַבָּא, status emphaticus vocis אָב. Ὁ πατήρ explicationis causâ adjicitur [cf. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6.[. Dixit Jesus ἀββᾶ ratione, ut videtur, solemnis precum formulae quae a voce ἀββᾶ inciperet, habitâ. παρένεγκε] *aufer.* Xenophon Cyrop. 2, 2, 1. (de coquo cibos appositos *auferente)* ὁ μάγειρος οἰόμενος αὐτὸν οὐδέν τι δεῖσθαι ὄψου ᾤχετο παραφέρων πρὶν λαβεῖν αὐτὸν ἕτερον. Hebr. 13, 9. *Griesb.* μὴ παραφέρεσθε *ne* (a vero) *auferamini, abducamini.* Frequentius hoc sensu ἀποφέρειν legitur. Aristoph. Acharn. v. 1035. ἀπόφερε τὰς σπονδάς. v. 1022. ἀπόφερ᾽ ἀπόφερε τὰ κρέα καὶ μή μοι δίδου. — τὸ ποτήριον ἀπ᾽ ἐμοῦ τοῦτο] Hic verborum ordo

perversus est. Dici debebat aut *τοῦτο τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ* [sic D. 1.], aut *τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ* [ita A. B. C. G. L. 69. 76. 108. 124. 127. 131. 218. al. et Luc. 22, 42.], aut *ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο τὸ ποτήριον*, aut *ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο* [sic 72. et Matth. 26, 39.]. Recepi *τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ*, cui plurimi libri patrocinantur: *aufer hoc* (calamitatis) *poculum a me. ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω ἀλλὰ τί σύ*] *at non quid ego velim, sed quid tu* scil. *quaeritur*, s. *respice* [cf. supra p. 242.]. Qui libri *ὡς ἐγώ* et *ὡς σύ* praebent non magis suspiciendi sunt, quam qui *ὅ ἐγώ* et *ὅ σύ* suppeditant [vid. *Wetsten.*] Illi enim e Matth. 26, 39. depravati sunt, hi falsum interpretamentum fovent. Perperam enim explicatores *τί* pro *ὅ* h. l. positum esse vulgo sibi persuaserunt h. m.: *at non quod ego volo sed quod tu* scil. *γινέσθω fiat*. V. 37. *ἴσχυσας*] D. 1. 69. al. *ἰσχύσατε* e Matth. 26, 40.. V. 39. Verba *τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών*, quae Marcus e Matth. 26, 44. hausit, frustra demunt D. Cant. Verc. Colb. Corb.. Necessario enim ad sententiae integritatem requiruntur. Nam non satis erat, Marcum ab Jesu discipulis denuo relictis preces ad Deum missas esse referre, nisi simul precum argumentum paucis verbis complecteretur. Ceterum vocc. *προςηύξατο — εἰπών* ita cohaerent, ut idem valeant quod *προςηύξατο καὶ — εἶπεν*. Hom. Od. 2, 3. *ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς εἵματα ἑσσάμενος*. V. 40. *καὶ ὑποστρέψας*] D. Cant. Verc. Corb. Colb. *καὶ ἐλθών* | B. L. Pers. Ar. p. *καὶ πάλιν ἐλθών* | Arm. Rd. Vulg. Brix. Prag. *καὶ ὑποστρέψας πάλιν*. | Syr. *καὶ ὑποστρέψας πάλιν ἐλθών*. Iidem omnes excludunt postea *πάλιν* ante *καθεύδοντας*, ut par est. *Griesbachio* C. C. p. 178. *πάλιν* e Matth. 26, 43. ductum videtur. Sed quum Codd. *καὶ ὑποστρέψας* sollicitantium testimonia non ejusmodi sint, quibus quidquam tribuas, ne *πάλιν* quidem proscribi posse emergit. Fac tamen, fidem illis habendam esse. Ne sic quidem *πάλιν* recte deleas, quum jam praecesserit v. 37. *εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας*. Unde etiam Matthaeus 26, 43. *πάλιν* posuit. Nihil igitur restaret, nisi ut *καὶ πάλιν ἐλθὼν εὗρεν αὐτοὺς καθ.* probaremus. Ita vero Marcus loqui profecto non potuit: *καὶ πάλιν ἀπελ-*

θὼν προσηύξατο τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Καὶ πάλιν ἐλθὼν εὗρεν —. Quare vulgata scriptura relinquenda est, in quâ *πάλιν καθεύδοντας* parum concinne ad v. 37. referri temere contendas. Eodem enim jure *εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας deprehendit eos rursus dormientes* quo *πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθ. rursus deprehendit eos dormientes* dicere licebat. *οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν*] B. C. al. *αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί* e Matth. 26, 43.. Ex eodem fonte derivatum est quod vulgatur *βεβαρημένοι* i. e. *erant enim eorum oculi somno gravati.* Contra tot Codd. *καταβαρυνόμενοι* stabiliunt, ut procul dubio Marco impertiendum sit, nec *Matthaeii* suspicio credibilis sit *κατα* invexisse interpretem. Recepto v. *καταβαρυνόμενοι* Marcus hoc dicit: *nam eorum oculi somno gravabantur* (sie *wurden* beschwert). *Βαρύνειν* formam probam, *βαρεῖν* improbam esse vere monent Grammatici, ut Thomas M. p. 141 sq.. Sed sacri scriptores tum *βαρύνω* et *βαρέω* [Luc. 9, 32. 21, 34.] tum *καταβαρύνω* et *καταβαρέω* [LXX. 2 Sam. 13, 25. Joel. 2, 8. 2 Cor. 12, 16.] promiscue usurpant. *τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι*] A. B. C. D. L. al. *τί ἀποκριθῶσιν αὐτῷ.* Recte. Vid. not. ad 12, 28.. V. 41. 42. *τὸ λοιπόν*] *τό* magnus Codd. partim optimorum numerus demit atque est illud exterminandum, praesertim quum Matth. 26, 45. pauci libri deleant, quos e Marco corruptos esse patet. Declarat *τὸ λοιπόν* [cf. Aristoph. Nub. v. 430. et 673.] *in posterum tempus* (für die Zukunft) *λοιπόν posthac* (künftig). Sic *νῦν* valet *nunc*, *τὸ νῦν* vel *τὰ νῦν in praesens tempus* et in aliis similiter scriptores variant. *καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε*] Explicatores de his verbis in eadem vel contentione sunt vel dissensione, quâ de iisdem vocc. in Matthaeo 26, 45. jactantur. Non igitur opus est, ut eorum sententias nostro judicio interposito denuo dinumeremus. Hoc unum ad ea, quae ad Matthaeum disputavimus, adjicimus, verba *καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε* ironiae aculeum reconditum habere [cf. *Theophyl.* et *Heupel.* ad h. l.] atque ab Jesu discipulorum somnolentiam objurgante proferri, id quod etiam ex verbo *ἀναπαύεσθαι* eluc t, quum sit *membra labore fracta somno recreare* (sich pflegen, ausruhen). Non ergo ut *Winero*

contra nos disserenti gr. II. p. 105. accederemus a nobis impetravimus. Verbi sequentis ἀπέχει idoneam rationem reddere adeo difficile est, ut si cui consilium torpeat non mirum videri debeat. Vocabulum ipsum nec sede suâ moveri nec tentari recte potest. Nam omittunt tantum 50. et Aethiops ap. Mich.. Deinde scriptura 106. ἐπέχει non est nisi calami error. Denique ne ceterae quidem lectiones ejusmodi sunt, ut ἀπέχει suspectum reddant. ἀπέχει· ἦλθεν ἡ ὥρα] 13. 69. al. ἀπέχει τὸ τέλος· ἦλθεν ἡ ὥρα | D. ἀπέχει τὸ τέλος καὶ ἡ ὥρα· ἰδοὺ κ. τ. λ. *Colb.: adest enim consummatio et hora. Corb.: adest enim consummatio et venit hora. Cantabr. — et requiescite. Sufficit: finis et hora: ecce* etc. *Syr.:* ܡܛܬ ܫܘܠܡܐ ܘܐܬܬ ܫܥܬܐ *adventavit finis et venit hora.* Mirabilis lectio ἀπέχει τὸ τέλος καὶ ἡ ὥρα sic nata videtur: ἀπέχει. τὸ τέλος h. e. ἀπέχει significat finem, e Luc. 22, 37. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει [vid. etiam *Euthymium* ad Matth. 26, 45.]. Tum hoc interpretamentum τὸ τέλος male ordini illatum et inepte conversum est. Fortasse etiam scriptura τὸ τέλος e διττογραφίᾳ orta est; ἦλθε τὸ τέλος καὶ ἡ ὥρα (sine v. ἀπέχει) et ἀπέχει ἦλθεν ἡ ὥρα (sine voce τὸ τέλος), quo ducit tum librorum discrepantia tum nonnullae versiones. Nam ex utroque postea altera pars ascita est atque ita natum ἀπέχει τὸ τέλος. Sed utcunque sit, illud tamen facile patet, scripturam quae τὸ τέλος addit librariis, non Marco imputari debere neque ἀπέχει nude a scriptore collocatum conjectoris libidini obnoxium esse. Frustra igitur *Pauwius* ad Anacr. 28, 33. conjecit ἀπέχω h. s.: *abstineo nec vos ulterius excitabo*, quum praesertim ἀπέχω ne significet quidem graece *abstineo* (ich halte ein). Proinde restat, ut in recte enarrando ἀπέχει opera et studium consumatur. *Grotius* ad Matth. 26, 45 ἀπέχει adversante vocabuli usu et hujus loci conditione explanavit: *habet* i. q. *peractum est.* Scilicet gladiatores superato adversario exclamare solebant *habet* (letale vulnus). Vid. *Lipsius* Saturnalium l. II c. 21.. Item *Kypkius* Obs. s. I. p. 193. inauditâ verbo ἀπέχω potestate subjectâ explicuit: *abstrahit* s. *abripit* (scil. ὁ

καιρός), *venit hora.* Postremo male *Heumannus*, *Thiessius*, *Wahlius* Cl. I. p. 74., *Kuinoelius* al. sic interpretati sunt: *abest* s. *transiit animi mei angor* collatis l. Matth. 15, 8. Luc. 15, 20. 24, 13.. Nam neque eam vim ἀπέχει habet et si haberet *angoris* notio verbo erat a scriptore concipienda. In locis allatis ἀπέχει *de loco* dicitur (*interjecto spatio a loco sejunctum esse*), quo modo Lipsia a Rostochio quinquaginta milliaribus distare dicitur. Sed num *distare a loco* idem valet quod *transiisse* de re, ut animi statu, dictum? Quin unice vera plerorumque interpretum sententia est, declarare ἀπέχει *sufficit* [ita Cantabr. Vulg. *sufficit. Lutherus*, *Beza*, *Stephanus* Thes. ed. Lond. p. 3957., *Gataker.* ad Antonin. 4, 49. p. 135., *Heupelius*, *Raphelius* ex Herod. al.]. Composita verbi ἔχω neutralem sensum suscepisse non est quod miremur. Nam et ipsum simplex ἔχει cum Adverbiis copulatum vi neutrali pollet et nonnulla inde derivata [v. c. παρέχει i. q. ὑπάρχει vel ἔξεστιν (cf. *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 168.), περιέχει 1 Petr. 2, 6., *se complectitur* i. q. *continetur*, *perscriptum est*, ὑπερέχει Rom. 13, 1. 1 Petr. 2, 13. *eminet*, *excellit*]. Sed de sensu intransitivi ἀπέχει h. l. quaeritur. Atque apud Atticistas quidem veteresque Grammaticos altum est de hoc verbo silentium, si ab uno *Hesychio* discesseris, ubi legitur: Ἀπέχει ἀπόχρη· ἐξαρκεῖ. Cujus tamen loci quam tenuis sit ac potius paene nulla auctoritas tum ex eo elucet, quod illa verba alienissimo loco post Ἀπόχασον collocata sunt, tum inde, quod ἀπόχρη reconditius vocabulum et glossae quam glossemati similius videtur. Neque tamen Viris DD. assentior, qui corruptum illud scholion putarunt, sed ita censeo, serius Hesychii Glossario illa verba illata esse et quidem, quod maxime probabile est, ex hoc ipso Marci loco. Quae sententia egregie eo confirmatur, quod paucis lineis post in Hesychio sequitur: Ἀπόχρη· ἐξαρκεῖ. Atqui hoc est plane idem cum superiore, nisi quod recte omisso isto ἀπέχει. Itaque ex illis v. nihil aliud sequitur, nisi hoc, fuisse librarium vel monachum qui Marci locum illo modo explicaret. Additur Anacreon (sive genuinus, sive potius personatus) 28, 33. Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν. Ubi ἀπέχει certissimae fidei est: con-

jecturae ἀπέχου et ἀπέχω sententiam, tertia ἄπεχε etiam metrum evertit. Est autem loci nexus hic. Quum poëta pulcritudinem amicae excussis singulis membris veluti ad statuarium dicens vehementer praedicavisset, subito conspectâ puellâ subjecit: ἀπέχει i. e. haud dubie *sufficit*, *s' ist gut*, *genug*, *halt!* *Fischerus* ad h. l. Lucae 22, 38. ἱκανόν ἐστι (ubi D. ἀρκεῖ) contulit et Joh. 19, 28. 30. τετέλεσται. Disertior locus a *Wetstenio* comparatus est Cyrilli in Hagg. II, 9. ἐμόν φησι τὸ ἀργύριον καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον, τοῦτ᾽ ἐστίν, ἀπέχει, καὶ πεπλήρωμαι, καὶ δεδέημαι τῶν τοιούτων οὐδενός., ubi ipse Cyrillus ἀπέχει interpretatur *exsatiatus sum*, *non his opus est*. Praeterea ἀπέχει *satis est* affertur ex Mazoch. Tabul. Heracl. 215., sed male. Ibi enim legitur απο τω ποτεχει ϝενιαυτω. Interpres ποτεχει pessime pro Verbo accepit, quum sit Adjectivi dorici, ποτεχής. Verte: *ab hoc anno*. Ceterum aut valde corruptus est locus, aut ἀπό cum Dativo soloece ex Latinismo consociatum. Apparet ex his, ἀπέχει et perraro et apud seriores duntaxat scriptores neutralem potestatem habuisse. Unde illam Odam, ut plurimas, Anacreonti suppositam arbitror, quum praesertim totum carmen frigidum sit neque liberum a vitiis. Sed ἀπέχει neutrale *pro cujusque loci conditione* multa declarare potest, non minus quam latinum *sufficit*, *satis est* et vernaculum *es ist gut*, *genug*. Aliter igitur personatus Anacreon, aliter Cyrillus, aliter denique Marcus usurparunt, quamquam ubique verti debet *sufficit*. Absurde *Wolfius* in Cur. hunc sensum constituit: *sufficit* i. e. *sufficiunt calamitates a me exantlatae nec superest quidquam*, *quam ut supplicium sustineam*. Haec enim enuntiatio neque cum antegressis neque cum sequentibus v. ullo vinculo cohaeret. *Schleusnerus* Lex. I. p. 275., *Bretschneiderus* Lex. I. p. 100. al. ἀπέχει ita enucleant: *satis somno indulsistis*. At contraria sententia requiritur et vult Jesus discipulos porro dormire. Verum vidit *Hammondus* sententiâ hoc modo comprehensâ: *sufficit* i. e. *non amplius vestras vigilias expeto*. Nam exprobratâ discipulis ironiae subsidio somnolentiâ (*dormite posthac et vos recreate*) Jesus mente ad hanc cogitationem revocatâ nihil se imminente jam

supplicio Apostolorum vigiliis juvari sedato animo *sufficit*, inquit (i. e. non ero vobis injungendo vigiliarum labore postea molestus): *adventavit tempus funestum: en traditur filius hominis in impiorum manus.* Plane sic nos Germani es ist gut ad eum dicimus, cujus ope non amplius egemus. εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν] τὰς A. K. 1. 69. 124. al. male excludunt. Recte quidem Matthaeus 26, 45. dixit εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, sed Marcus scribere debebat εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν. Quis autem unius Cd. 69. testimonio εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν Marco impertiat? V. 42. Cf. ad Matth. 26, 46.. ἐγείρεσθε] *excitamini*, *evigilate* (cf. not. ad 2, 11.). Sed rectius fortasse ἐγείρεσθε vox incitantis existimatur atque usus ratione habitâ pro numero multitudinis Singularis ἔγειρε accipitur: *age*, *agite (agite, eamus. En, appropinquavit meus traditor).* Ita prorsus dicunt Attici παῦε *desine*, sed παύεσθε (non παύετε) *desinite.*

V. 43. *Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται*
Ἰούδας Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ
ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων παρὰ τῶν ἀρ-
χιερέων καὶ τῶν γραμματέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων.
44. *Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐ-*
τοῖς λέγων· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε
αὐτὸν καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς. 45. *Καὶ εὐθέως*
προςελθὼν λέγει αὐτῷ· ῥαββί, ῥαββί, καὶ κατεφίλη-
σεν αὐτόν. 46. *Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς χεῖ-*
ρας αὐτῶν καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. 47. *Εἷς δέ τις*
τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν ἔπαισε
τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ
ὠτίον. 48. *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς·*
ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων
συλλαβεῖν με. 49. *Καθ᾽ ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς*
ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με· ἀλλ᾽
ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. 50. *Καὶ ἀφέντες αὐ-*
τὸν πάντες ἔφυγον. 51. *Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκο-*
λούθησεν αὐτῷ περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ,

καὶ κρατοῦσιν αὐτόν. 52. Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.

V. 43. εὐθέως] om. D. 1. 13. 69. et pauci alii | B. C. L. εὐθὺς sufficiunt, formam in hoc libro inusitatam. Nos propagandam putavimus vocem εὐθέως et Marco frequentatam et huic l. aptam [*statim*, *quum adhuc loqueretur*] et quae e l. parallelis Matth. 26, 47. Luc. 22, 47. inferri non potuerit. Ἰούδας] K. M. 11. al. Ἰούδας Ἰσκαριώτης | A. 4. 80. Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. Recepimus Ἰούδας Ἰσκαριώτης melius altero testatum. Cf. not. ad vs. 10.. Lectio vulgata e locis parallelis multos libros occupavit. εἷς ὢν τῶν δώδεκα] *qui unus erat ex duodecim Apostolis*. *Griesbachius* C. C. p. 178.: „ὢν a multis vetustis et gravibus testibus νοθείας incusatum prorsus damnaremus, nisi omitti facile potuisset vel propter sequens τῶν vel propter parallelos Matthaei 26, 47. et Lucae 22, 47. locos." Addere potuerat: vel ob loquutionem in Evangeliis saepe obviam εἷς τῶν δώδεκα. Cf. not. ad 13, 1. et 14, 10.. Sed haec omnia eo tantum valent, ut non mirum sit, si in recentibus quibusdam libris ὢν interciderit: a vetustissimis autem [A. C. D. K. L. S. al.] profecto non casu abest, sed veri indicium subsit oportet. Quare delevimus solemnemque Evangelistis formulam εἷς τῶν δώδεκα restituimus. πολὺς paucorum auctoritate Cdc. male excludas, quum praesertim post ὄχλος facile perierit et Marcus a Matth. 26, 47. pendeat. παρὰ τῶν ἀρχιερέων] i. e. *adventarunt Judas et turba clientum a pontificibus missi.* Cf. not. ad 3, 21.. Quamobrem deteriorum quorundam Cdc. scriptura ἀπεσταλμένοι παρὰ τῶν ἀρχ. glossema est. V. 44. δεδώκει] Perpauci apud *Wetstenium* et *Matthaeium* ἐδεδώκει tenent. Male. Vere enim *Winerus* gr. I. p. 37. et *David Schulzius* ad Marc. 15, 7. Plusquamperfecta in N. T. plerumque sine Augmento syllabico [Marc. 15, 10. 16, 9. Hebr. 7, 11.] poni monuerunt. σύσσημον] h. e. *signum de composito datum*, *tessera* | D. al. σημεῖον vel e glossemate [Hesychius: σύσσημον· σημεῖον], vel e Matth. 26, 48.. Usurparunt Alexandrini σύσσημον pro Atticorum σημεῖον. Cf. *Wetsten.* ad h. l., *Kypke* Obs. s. I. p. 194., *Sturz.* de dial.

alex. et maced. p. 196. et Phrynichi Ecl. p. 418. ed. *Lob.* Eustathius ad Il. ψ. p. 1426. — ἃ φασὶν οἱ χυδαΐζοντες σύσσημα. In N. T. solus Marcus, qui multa peculiaria habet, illud sibi vocabulum indulsit. ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι] h. e. *quemcunque osculatus fuero*, *is est*, wen ich nur immer geküsst haben werde, *er* ist's. Nimirum N. T. scriptores ibi saepe αὐτός collocant, ubi Attici οὗτος dicturi erant. ἀπαγάγετε] Pauci Cdd. vel ἀπάγετε vel ἀγάγετε praebent, quorum posterius sententiam non explet (requiritur enim verbum *abducere* denotans), prius erroris convincitur a praecedente Aoristo κρατήσατε. Ἀσφαλῶς, quod ad ἀπαγάγετε pertinet, non, ut *Grotius* praeeunte Syro putavit, simul ad κρατήσατε αὐτόν, *Elsnerus* explanavit *sine periculo*, *quod vobis nullum Jesu amici conflabunt* locis fretus dissimilibus v. c. Polyb. 1, 19. ἔλαθε (Hannibal) τοὺς πολεμίους ἀπαγαγὼν ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν. κρατήσατε αὐτὸν καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς] *comprehendite eum et diligenter s. caute abducite.* Frustra *Kuinoelius* ad Matth. p. 694. post *Heumannum* his verbis Judae ludibrium contineri putavit. Nam eum ita ratum, Jesum *Messiam* nullius custodiâ coerceri nullisque vinculis constringi posse, ludificantem pontificum, quos pecuniâ ab se emunctos gauderet, legatos, dixisse: *comprehensum beneque constrictum abducite* (si potestis). At verbis hoc tantum subest: *ego meo tradendi Jesum munere functus sum: restat*, *ut*, *quod vestrarum partium est*, *comprehensum beneque munitum abducatis.* Nititur *Kuinoelii* opinio falsâ sententiâ, Jesum, quo citius Messiae dignitatem sibi assumeret, ab Judâ adversariis traditum esse. Cf. not. ad Matth. p. 759 sq.. V. 45. Si lectio vulgata καὶ ἐλθὼν εὐθέως προςελθὼν αὐτῷ λέγει sana esset, Marcus voce ἐλθὼν ad voc. παραγίνεται vs. 43. revolveretur h. m.: *et quum* (in villam Gethsemanensem, cf. v. 43.) *venisset statim accessit ad eum* (Jesum) *et dixit.* Sed vitio illam laborare Codicum discrepantia demonstrat. Nam ἐλθὼν om. D. 1. 91. 106. 50. 59. 80. Syr. Cant. Verc. Corb. Colb. et Mt. x., qui offert καὶ εὐθέως προςελθὼν αὐτῷ λέγει· | εὐθέως om. D. Cant. Verc. Corb. Colb.. Ejus loco εὐθὺς fovent B. C. L.. Postremo permulta subsidia retentis

verbis *αὐτῷ λέγει* post *λέγει* adjicere *αὐτῷ* dicuntur, sed falso. Quippe D. F. [cf. *Wetsten.*] Syr. Cant. Corb. Colb. demunt *αὐτῷ* ante *λέγει* et 28. 56. 58. ejus loco *τῷ Ἰησοῦ* exhibent. *Διττογραφία* locum corrupit. Namque *ἐλθών* est alia lectio pro *προςελθών*, quod apparet quum ex eo, quod nonnulli *εὐθέως* praetermittunt, tum inde, quod *ἐλθών* satis multi demunt, Mt. x. autem pro *ἐλθών* habet *προςελθών* abjecto postea v. *προςελθών*. Vulnus auxit 60. *καί* interponens: *καὶ ἐλθὼν εὐθέως καὶ προςελθών*. Pro *αὐτῷ* pauci *τῷ Ἰησοῦ* e Matth. 26, 49. jactant. Sed longe plurimi et optimi Cdc. *αὐτῷ* collocant post *λέγει*. Hae turbae unde ortae sint, non est obscurum, si Marcum scripsisse *καὶ εὐθέως προςελθὼν λέγει αὐτῷ* concesseris. Etenim ad *προςελθών* Dativus requiri videbatur. Unde alii suffecerunt *ἐλθών*, alii ordinem mutarunt *προςελθὼν αὐτῷ λέγει*. — *ῥαββί, ῥαββί*] B. D. L. M. al. *ῥαββί* vel e Matth. 26, 49., vel, quod potius credam, vitio fortuito. | Mt. f. al. *χαῖρε ῥαββί* e Matth. l. l. | Multi a sec. m. [vide *Wetsten.*] *χαῖρε, ῥαββί, ῥαββί* Matthaei *χαῖρε, ῥαββί* et Marci *ῥαββί, ῥαββί*, lectionibus conflatis. *καὶ κατεφίλησεν αὐτόν*] *et multa atque impensa ei oscula dedit.* [vid. *Raphel.* Obs. ex Xenoph. et *Heupel.*]. Idem esse *καταφιλεῖν* quod simplex *φιλεῖν* e vs. 44. minime consequitur [cf. not. ad Matth. 26, 49.]. Exclamavit autem Judas *ῥαββί, ῥαββί* et arcta magistro oscula junxit, quo facilius signo de quo convenerat in tenebris animadverso Jesus comprehenderetur. V. 46. *οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν*] Hanc quae vulgatur scripturam a Marco profectam esse tanto certius affirmari potest, quanto facilius lectionum ab eâ discrepantium originem demonstres. | 1. 11. 13. 69. *οἱ δὲ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῷ*. Nimirum exciderat *ἐπ᾽ αὐτόν* ob homoeoteleuton [*ἐπέβαλ ο ν — ἐπ᾽ αὐτ ό ν*], quod damnum *αὐτῶν* in *αὐτῷ* mutato utcunque reparatum est. Multo enim N. T. scriptores *ἐπιβάλλειν τὴν χεῖρα ἐπί τινα* [Matth. 26, 50. Luc. 20, 19. 21, 12. Joh. 7, 30. 44. Act. 5, 18. 21, 27.], quam *ἐπιβάλλειν τὴν χεῖρά τινι* [Act. 4, 3.] *manum alicui injicere* dicere maluerunt. | Deinde illud damnum A. B. K. al. eo resarserunt, ut *ἐπ᾽ αὐτόν* post *αὐτῶν* collocarent:

τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπ' αὐτόν. | Denique 28. 40. 57. al. omittunt αὐτῶν. Ita enim in Codd. fieri solet, ut ubi incerta est sedes verborum vocabula in commissurâ posita, ut h. l. αὐτῶν, excidant. V. 47. Pauciores Cdd. omittunt τὶς, quam quibus confidam. Nec mirum, quum εἷς in N. T. saepenumero significet τὶς, ubi utrumque v. copulatur, alios εἷς [D. καί τις pro εἷς δέ τις], alios τὶς delevisse. *Εἷς τις* declarat *unus aliquis* h. e. vel *unus nescio quis*, vel *unus, quem appellare nihil attinet.* Loca in hanc rem coegit *Wetsten.* ad h l.. τὸ ὠτίον] Thomas p. 664. Οὖς Ἀττικοί, οὐκ ὠτίον. Vide not. ad Matth. 26, 51.. Deterior etiam forma est τὸ ὠτάριον h. l. ex B. D. 1. Syr. p in m. et Joh. 18, 10. ex B. L. Syr. p. in m. (male vulgo adduntur It. Vulg., quippe qui etiam in l. parall., ut Matth. 26, 51., *auriculam* habeant: vide *Fischerum* D. V. L. N. T. p. 11.) consignata. Omnino enim Deminutiva, quae in — αριον terminantur, pejoris sunt notae, quam quae in — ιον. Confer ἱππάριον, κλινάριον, κυνάριον, ξυλάριον, ὀνάριον, παιδάριον, παιδισκάριον, πλοιάριον, ὀψάριον cum formis ἱππίδιον, κλινίδιον, κυνίδιον etc.. Non autem debuerat ὠτάριον in Marco a *Paulo*, in Johanne a *Dav Schulzio* e paucissimis Cdc. arripi, praesertim quum ὠτίον ad indolem N. T. scriptorum egregie respondeat. Et in Marco τὸ ὠτίον etiam varr. lect. Luc. 22, 50. muniunt. V. 48. Male *Matthaeius* verba ὡς ἐπὶ λῃστὴν — συλλαβεῖν με pro interrogatione habuit. Sunt enim de insidiis sibi tanquam homini nefario factis simpliciter conquerentis. ἐξήλθετε] ἐξήλθατε A. B. C. D. E. L. 13. 69. 124. 131. Ev. 6. „sicut multis in locis all. in vetust. codd.“ recte ait *Dav. Schulzius.* Nonnullas hujusmodi formas alexandrinas restitui voluit etiam *Winerus* gr. I. p. 37.. Sed cavendum magnopere est, ne ibi probentur, ubi librariis pervulgato errore ductis suam originem debeant. Ita Luc. 11, 52. ὅτι ἤρατε — αὐτοὶ οὐκ εἰςήλθετε καὶ — ἐκωλύσατε, ubi *Griesbachius* ex optimis Cdd. εἰςήλθατε commendat, fieri potest, ut α ob verba ἤρατε et ἐκωλύσατε scribis exciderit, quae est sententia *Elmsleji* ad Med. p. 232. (217.). Vide *Hermannum* ad Aristoph. Nub. vs. 973.. Idem judico de his l.: Marc. 13, 15. (ubi vid. not.),

Act. 22, 7. ἔπεσόν (multi perperam ἔπεσά) τε — καὶ ἤκουσα, 1 Cor. 10, 8. ἐπόρνευσαν καὶ ἔπεσον (A. D. E. al. male ἔπεσαν), Hebr. 11, 30. κατεπόθησαν — ἔπεσε (A. al. vitiose ἔπεσαν), Apoc. 22, 8. ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσον (pauci perperam ἔπεσα). Verum quum vetustissimi Codd. saepenumero Aoristum I. praebeant, quin hoc Tempus ad Alexandrinorum usum accommodatius *in idoneorum librorum consensu* aliquoties reponi debeat in dubium vocari nequit. De quâ re ita dicam, ut primum certa verba commemorem, deinde dubia, postremo vitiosa. Grammaticus in Bekk. Anecd. p. 1270. τῇ συνηθείᾳ tribuit Aoristos ἐφάγαμεν, ἤλθαμεν, ἐδράμαμεν, ἐλάβαμεν. Protulit haec ex LXX, Orph. et simil. Buttmannus gr. I, p. 416.. Sed nonnulla verba de praecipuis perstringam omisso εἶπα, de quo supra ad 12, 14. exposui. Dicendi exordium capio ab ἦλθα, quam formam multorum et bonorum Cdc. testimoniis commendatam recipi oportet [v. c. Matth. 11, 7 — 9. et Luc. 7, 24. *ter* ἐξήλθατε pro ἐξεληλύθατε. Marc. 14, 48. Luc. 22, 52. ἐξήλθατε. Matth. 25, 36 ἤλθατε. 26, 39. παρελθάτω. 26, 55. ἐξήλθατε], a paucis vel malis proditam repudiari [v. c. Marc. 4, 4. D. ἦλθαν. Apoc. 21, 4. A. ἀπῆλθαν]. Progredior ad εἱλάμην, quo uti recte vetat Phrynichus p. 183., ubi v. *Lobeckium*. Quemadmodum id optimorum Cdc. auctoritate haud raro sacris scriptoribus impertiendum est [v. c. Act. 7, 10. ἐξείλατο. 7, 21. ἀνείλατο. 12, 11. ἐξείλατο. 2 Thess. 2, 13. εἵλατο], ita εἶλα ab iis abjudicandum videtur [Act. 2, 23. A. D. al. ἀνείλατε. 10, 39. al. A. C. al. ἀνεῖλαν]. Pergo ad ἔπεσα, quem Aoristum vel in Euripide *Buttmannus* gr. II, p. 271. defendit recte adversante *Hermanno* ad Eur. Alcest. v. 471.. In N. T. altas egit radices. Gal. 5, 4. vulgo ἐξεπέσατε. Pauci ἐξεπέσετε. Apoc. 6, 13. vulgo ἔπεσαν. ἔπεσον Codd. deteriores. Joh. 6, 10. optimi ἀνέπεσαν, item Rom. 15, 3. ἐπέπεσαν et Apoc. 7, 11. ἔπεσαν. Non tamen haec res eo valet, ut ἔπεσα e paucis subsidiis ordini inferre concessum sit, velut Marc. 4, 5. ἔπεσαν ex D. et Hebr. 3, 17. ἔπεσαν ex C. D. E. et Cyrillo. Postremo εὑράμην, de quo v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 139 sq., exstat Hebr. 9, 12. εὑράμενος, ubi male nonnulli εὑρόμενος. Venio ad

dubia. Hoc loco primum moneo, in aliquot Verbis ab Aoristo I. Medii non posse ad Aoristum I. Activi concludi. Ita N. T. scriptores usurpasse εἱλάμην longe est certissimum, sed ἀνείλατε Act. 2, 23. et ἀνεῖλαν 10, 39. admodum suspecta sunt. Rursus quum εὕρασθαι in N. T. minime offendat, nullo modo Luc. 2, 16. e paucis Cdc. εὗραν vel ἀνεῦραν petendum esse reor. Tum ἔφαγα posset illud quidem in N. T. tolerari, sed quis Marc. 4, 4. κατέφαγαν e solo D. suscipere ausit? Porro in justam suspicionem adducimus Aoristum εἶδα propterea, quod ejus valde tenuia vestigia in N. T. deprehenduntur, quum multis in locis εἶδον insideat. Denique aperta vitia quum alia afferre possim, tum unum idque foedum afferam e Marc. 3, 11., ubi προςέπιπταν B. Quo quid vitiosius? Nempe aliae hujusmodi formae scriptoribus debentur, aliae librariis. Verum per hanc opportunitatem de aliis iisque ex parte similibus formis disseram. Sed antea *Sturzium* de dial. mac. et alex. p. 61. commemoro, cujus libro quam caute utendum sit hic etiam locus demonstrat, quum εἶδα pro Perfecto Medii acceperit [v. varr. lect. Act. 4, 20. 6, 15. 9, 35. 12, 16.] formasque diversas confuderit. Bene tamen attulit Act. 5, 10. 3, 6. ob ἔφυγαν et Luc. 5, 5. ob ἐλάβαμεν, quod idcirco repetimus, quod neque ἔφυγα neque ἔλαβα in N. T. ferri potest. Nec quidquam profeci e *Dav. Schulzii* Praef. p. XLV.. Nunc de formâ ἀνάπεσαι disputabo. Etenim Luc. 14, 10. vulgabatur ἀνάπεσον, sed optimi Cdc. aut ἀνάπεσαι aut ἀνάπεσε sufficiunt. Rursum Luc. 17, 7. optimi libri ἀνάπεσαι vel ἀνάπεσε testantur, paucissimi iique mali ἀνάπεσον. Et *Lobeckius* quidem ad Phryn. p. 724. inter ἀνάπεσαι et ἀνάπεσε liberum opinanti arbitrium relinquit. Neque ego ἀνάπεσε damnandum esse praefracte contenderim, contuitus Apoc. 6, 16. πέσετε ἐφ' ἡμᾶς et Luc. 23, 30. πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, ubi tantummodo L. Q. Mt. a. πέσατε praebent. Sed tamen firmioribus ἀνάπεσαι quam ἀνάπεσε sustentari mihi posse videtur argumentis. Nam quum ἀνάπεσον in N. T. legitima forma sit, vel ab ἀνέπεσα (vide supra) vel etiam ab Aoristo II., ut εἰπόν, ἄνελον al., derivata, quis non miretur, optimos libros utrobique ἀνάπεσε sufficere ac non potius reconditum

quiddam hic latere existimet? Scilicet ἀνάπεσαι probaverim non ut Imperativum Aoristi I. Medii ἐπεσάμην, qui inauditus est, sed suspicor in utroque loco Futurum vi Imperativi instructum repperiri. Quantumvis enim in N. quoque T. Futurum πεσοῦμαι formetur [Matth. 24, 29. Luc. 21, 24. Act. 27, 34.], tamen hi scriptores ἀπάπεσαι ad similitudinem Futurorum φάγεσαι et πίεσαι apud eundem Lucam 17, 8. composuisse videntur. Praeterea Alexandrini tertiam personam Pluralis Aoristi II. et Imperfecti similitudine a Verbis in μι ductâ in — σαν terminarunt. *Lobeckius* quidem ad Phryn. p. 349. id tantum de Aoristo II. docet, sed valere etiam de Imperfecto discas e Phrynicho in Bekk. Anecd. 91, 14. Ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν καὶ τὰ ὅμοια Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. Adde *Sturzium* l. l. p. 60. et *Fischerum* ad Weller. II. p. 351.. Verumtamen ut nunc Cdc. lectiones in N. T. comparatae sunt, nusquam illa forma tuto redintegrari posse videtur. Nam Joh. 15, 22. et 24. vulgatur εἶχον, D. habet εἶχαν (qui est barbarismus, ut supra προςέπιπταν), εἴχοσαν tantum B. J. L. 1. 33. 244. Cyrill. Orig.. 2 Thess. 3, 7. vulgo παρέλαβε, optimi libri παρέλαβον, sed παρελάβοσαν A. Basilius. ἐλάβοσαν D. a p. m.. Rom. 3, 13. vulgo recte ἐδολιοῦσαν, ἐδόλωσαν tantum Edd. Colinaei, Bogardi. Ultimus l. nihil valet, ut e V. T. petitus, reliqui non multum. Praeterea autem nullum hujus formae in N. T. puto indicium exstare. Nam Joh. 19, 3. ubi vulgatur ἐδίδουν, B. L. autem et alii ἐδίδοσαν subrogant, formam non minus vulgatâ lectione legitimam, hunc inquam locum eodem relatum esse a *Dav. Schulzio* quis non miretur? His unum adjungam. Constat enim, Alexandrinos tertiam Perfecti Activi personam pro — ασι saepe fecisse — αν, ut πέφρικαν, ἐλήλυθαν, εἴληφαν. Locos quum aliorum tum LXX. interpretum diligenter collegit *Sturzius* l. l. p. 57., cujus copiis nonnulla Grammaticorum testimonia addere si velis, possis facile. In N. T. hanc formam ex Apoc. 19, 3. καὶ δεύτερον εἴρηκαν et Joh. 17, 7. ἔγνωκαν expellere frustra coneris. Contra cavendum est, ne aliis locis e paucis Cdc. obtrudatur. Hûc refero Rom. 16, 7., ubi A. B. γέγοναν, 2 Cor. 5, 17., ubi F. G. 2. 4. 26. γέγοναν, Col. 2, 1.,

ubi A. B. *ἑώρακαν*, Apoc. 21, 6., ubi *γέγοναν* A. et Irenaeus, et Joh. 17, 6., ubi *τετήρηκαν* in B. D. L. procudit *ἔγνωκαν* quod sequitur. Superest, ut de Luc. 9, 36. *καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν* disputem. Ibi B. L. Mt. B. H. *ἑώρακαν* praebent, *ἐθεάσαν* D. p. et *ἐθεάσαντο* correctum, C. *ἑοράκασιν* (forma attica et nihil ad N. T.) H. 36. *ἑωράκεισαν*. Ac Perfectum ferri non posse apparet, quum sensus requiratur hic: *nihil eorum quae vidissent*. Sed hâc re concidit scriptura *ἑώρακαν*, quum id formâ, non sensu, discrepet ab *ἑωράκασιν*. Ne multa. Legendum est *ἑωράκεισαν* Plusquamperfectum. Est autem *ἑώρακαν* nihil nisi compendium scripturae (*ἑωράκαν*), quod posteriores scribae male acceperunt pro *ἑωράκασιν*, quum diducere deberent in *ἑωράκεισαν*. Eodem ex fonte formae alexandrinae fluxerunt Rom. 16, 7. Col. 2, 1. 2 Cor. 5, 17. Apoc. 21, 6.. V. 49. *ἤμην*] Vide de hâc formâ *Lobeckium* ad Phryn. p. 152. et *Winerum* gr. I. p. 42., qui eadem paginâ fallitur, *ἔνι* Gal. 3, 28. Col. 3, 11. Jac. 1, 17. non pro contractâ formâ verbi *ἔνεστι* accipiens, sed praeverbium *ἐν* Adverbii potestate locatum existimans. At id est *ἐν* et *ἐνί*, nunquam *ἔνι*. Neque allatorum locorum ratio fert *ἐν* Adverbium, sed flagitat verbum *ἔνεστι*. Ac esse *ἔνι* idem quod *ἔνεστι* tum diserta veterum scriptorum loca docent [cf. v. c. Aristoph. Nub. v. 482. *λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ᾽, ἀποστερεῖν δ᾽ ἔνι*], tum monent Grammatici, qui *ἔνι* pro *ἐστί* simplice recte capi negant. Horum unum vide apud *Wetstenium* ad Marc. 2, 4.. *ἐκρατήσατέ με*] *me comprehendistis*. Solus B. tenet *ἐκρατεῖτέ με*, quod ab h. l. alienum est: *me comprehendebatis*, quum nimirum apud vos essem homines in templo instituens. *αἱ γραφαί*] B. al. *αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν* e Matth. 26, 56.. *ἀλλ᾽ ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί*] scil. *τοῦτο γέγονεν*, quod *Syrus*, *Erasmus*, *Grotius*, *Heupelius* al. mente addunt, sive quod equidem malim *κρατεῖτέ με me* (hoc modo cf. v. 48.) *comprehenditis*. Cf. ad Matth. p. 841.. Ceterum patet, Marcum verba *ἀλλ᾽ ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί* e Matth. 26, 56. ita hausisse, ut quae ibi sententia esset meditantis Evangelistae, eam Jesu orationi

continuaret. Unde in errore versatur *Dav. Schulzius*, qui ad Matth. 26, 56. *apud ceteros* [evangelistas], inquit, *ne vestigium quidem illius dicti* [Matth. 26, 56.]. V. 50. *καὶ*] 3. 69. al. *τότε οἱ μαθηταὶ (αὐτοῦ)* e Matth. 26, 56.. Vocabulum *πάντες* neque paucorum auctoritate Cdc. excludi potest cum *Millio* Prol. §. 1443. (satis enim defenditur versu 27.: erat autem Marco ostendendum eventu esse Jesu augurium comprobatum), neque cum quinque libris post *ἔφυγον* rejici. Bene autem *Paulus* et *Joh. Dan. Schulzius* l. l. Vol. II. Fasc. II. p. 151. monuerunt, Marcum non satis dilucide suam mentem voce *πάντες* declarasse, quum *πάντας* dici *Apostolos* non e Marco, sed e Matthaeo 26, 56. appareat. Nam quamquam Marcus Jesum comitantibus *discipulis* in villam Gethsemanensem, ubi quae hîc leguntur, acta sunt, venisse rettulit vs. 32., tamen neque tantâ rerum varietate interpositâ ante dictorum statim hoc loco memineris et tam late patet *πάντες*, ut omnes etiam pontificum satellites, qui Jesum comprehensum venerant, aufugisse existimare possis. V. 51. *καὶ εἷς τις νεανίσκος*] 72. *καὶ εἷς νεανίσκος* | D. *νεανίσκος δέ τις* | B. C. L. *καὶ νεανίσκος τις*. Haec lectio eo non displicet, quod in iisdem Cdc. inventa est, quae paullo post v. *οἱ νεανίσκοι* recte demunt. Temere autem interpretes de eo vehementer disceptarunt, quisnam ille juvenis fuerit. Videlicet ipse Marcus, sive *καὶ εἷς τις νεανίσκος* sive *καὶ νεανίσκος τις* scripserit, aut nescivit aut certe non rettulit, ut curiosi sit maleque feriati in hominem, de quo solus Marcus demto nomine dixerit, inquirere. Ne iis tamen defuisse videar, qui in eo praecipuum quoddam studium consumunt, ut de rebus quae non modo sciri sed ne divinari quidem possunt cupide disputent, explicatorum hariolationes commemorabo. *Ambrosius*, *Gregorius M.* al. Johannem Evangelistam dici putarunt [cf. *Gerhardi* harm. evang. p. 1791.]. Male. Apostoli enim omnes fugam capessiverant [cf. v. 50.]. Alii vel hominem indicari e domo, in quâ Jesus coenam paschalem celebravit, magistrum cum discipulis abeuntem sequutum, vel Jacobum minorem, qui sibi *justi* cognomen pepererit [vid. *Theophylactum* et *Heumannum* ad h. l. et Epiphanium LXXVII, 13. cl. not. ad Matth. 13, 55.] opinati sunt. Po-

stremo *Grotius* juvenem ex villâ aliquâ horto proximâ eorum strepitu qui manus Jesu injicerent excitatum qui subito ut quid ageretur cognosceret accurrisset intellectum voluit atque Marcum rem satis levem hâc mente literis consignavisse putavit, ut pontificum ministros non Jesum tantummodo sed etiam ejus discipulos prehendere voluisse doceret. ἠκολούθει αὐτῷ] i. e. *sequebatur eum* scil. quum comprehensus ad pontifices abduceretur vs. 46. et 53.. Verum Cdc., quorum plurimi et ex parte praestantissimi ἠκολούθησεν tutantur, ut *Matthaei* exemplo scribatur ἠκολούθησεν αὐτῷ *sequutus eum est* flagitant. Et multo melius Aoristus in narratione quadrat, quam Imperfectum, quo modo v. 54. legitur καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν. Tertiae lectioni συνηκολούθει αὐτῷ *simul eum sequebatur* (quod fere idem est quod *simul cum eo ibat*: vid. not. ad 5, 37.) adstupent *Paulus*, *Griesbachius* C. C. p. 178., *Kuinoelius* et *Dav. Schulzius* ad h. l. cl. 5, 37.. Immerito. Nam verissima observatio, librarios verba composita in simplicia mutare consuevisse [cf. *Hermannum* ad Aristoph. Nub. v. 149.] h. l. nullam vim habet tum quia συνηκολούθει idoneâ auctoritate destituitur, inventum tantummodo in B. C. L., tum quoniam συν in συνηκολούθει e praecedente literâ σ [νεανισκοΣ] errore scribis frequenti natum est. ἐπὶ γυμνοῦ] Male plerique interpretes [v. c. *Heupelius*, *Wolfius*, *L. Bos.* de ellips. ed. *Schaef.* p. 459.] per ellipsin deesse σώματος opinantur h. s.: *indutus sindone super nudo corpore.* Ejusmodi enim ellipsis a ratione atque usu plane abhorret. Sed non melius aliquis γυμνοῦ pro Masculino accipiat, ut ἐπὶ γυμνοῦ idem sit quod ἐφ' αὐτοῦ γυμνοῦ ὄντος *indutus sindone nudus*, er hatte um sich den Nackten ein leinenes Gewand geworfen. Est enim haec interpretatio, quam antiquitus qui pro ἐπὶ γυμνοῦ ex interpretamento γυμνός exararunt librarii, paullo ante nostram memoriam *Fischerus* D. V. L. N. T. p. 85. iniisse videntur, contorta et artificiosa. Imo potius ἐπὶ γυμνοῦ a τὸ γυμνόν Neutro derivandum est, quod Substantivi potestate locatum *nudum corpus*, das nackte Fleisch, i. q. ὁ χρώς declarat: *sindone ita indutus ut ea nudum corpus contegeret.* Articulo (ἐπὶ τοῦ γυμνοῦ) quum Praever-

bium antecederet non opus erat [cf. *Wineri* gr. II. p. 36.]. Egregie hanc explicationem tum Luc. Navig. c. 33. ἄθλιον βαλὼν ἐς τ ὰ γ υ μ ν ά i. e. *partes corporis non tectas* vel *nudas*, tum loquutiones τὰ δοῦλα s. δουλικά, τὰ αἰχμάλωτα, τὰ αὐτόμολα, τὰ νεκρά al. apud *Lobeckium* ad Phryn. p. 378. adjuvant. Adde τὰ φίλιατα, quod de personis usitatum [cf. *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 181.]. Perperam *Heumannus* et *Boltenus* κρατοῦσιν *de conatu* interpretantur: *prehendere volebant.* Nam comprehenderunt sane juvenem, sed subduxit se sindone relictâ (cf. vs. 52.). Si genuina essent voce. οἱ νεανίσκοι, quae haud dubie sunt adulterina, quo modo explicanda essent consideremus. Late patet οἱ νεανίσκοι, ut Romanorum *juvenes* et Germanorum *die jungen Leute* ejusque vocabuli interpretatio nunquam non e cohaerentiâ petenda est. Quare ubi agitur de militibus, ad *milites*, ubi de apparitoribus, ad *apparitores* et sic porro referendum est. *Casaubonus*, *Grotius* al. ad milites a synedris, ut Jesu manus injicerent, ablegatos, *Heupelius*, *Heumannus* al. ad adolescentes synedrorum legatos promiscue ex urbe sectatos pertinere arbitrati sunt. Illorum opinioni officit, quod Marco fidejussore 14, 43. non milites, qui Jesum comprehenderent, missi sunt, sed turba clientum [cf. not. ad Matth. 26, 47.], horum rationi obstat Articulus ο ἱ νεανίσκοι. Nam quum Marcus legatorum a synedris hominum catervam sequutos temere esse ex urbe juvenes non antea tradidisset, dicere debuerat νεανίσκοι eosque suâ sponte synedrorum ministros comitatos esse hoc loco memorare. Proinde οἱ νεανίσκοι ad magnam illam synedrii satellitum catervam vs. 43. spectent necesse est. Sed delenda esse verba οἱ νεανίσκοι longe est certissimum. Nam primum quidem cum sensu non congruunt. Esto enim, ut illi synedrorum ministri vel omnes vel plurimi juvenes fuerint: certe non potuisset eos Marcus minus apto vocabulo appellare, quam verbo οἱ νεανίσκοι propterea, quod hominem, de quo hic agitur, eodem modo dixerat καὶ εἷς τις ν ε α ν ί σ κ ο ς, nihil praeterea adjecto, unde eum cognosceres. Quid ergo sibi vult κρατοῦσι τὸν νεανίσκον οἱ νεανίσκοι? Deinde absunt v. οἱ νεανίσκοι a B. C. D. L. Syr. Arr. Perss. Copt. Vulg. It. Rd.

Prag. Theophyl. et in aliis Cdc. incertâ sede jactantur, quum 13. 69. οἱ δὲ νεανίσκοι ἐκράτησαν αὐτόν | 1. οἱ δὲ νεανίσκοι κρατοῦσιν αὐτόν praebeant. Denique vitii originem indages facile. Inepte quidem *Millius* Prol. §. 409. v. οἱ νεανίσκοι correctoribus addita putat, juvenem a sui similibus comprehensum esse consentaneum ratis. Sed praeclare *Kuinoelius* sic orta existimat, ut quum librarius inter versus explicandi studio αὐτὸν posuisset, αὐτὸν τὸν νεανίσκον, quia ineptum videretur, in αὐτὸν οἱ νεανίσκοι mutaretur. Quod quamquam non magis ferri potest, tamen Subjectum hoc modo librarii adepti sunt [cf. not. ad 5, 12.]. Scilicet ita, non aliter, nata esse v. οἱ νεανίσκοι, perspicitur e vers. Slav., quae τὸν νεανίσκον pro αὐτὸν οἱ νεανίσκοι continet. Quare obliteratis v. οἱ νεανίσκοι exhibuimus καὶ κρατοῦσιν αὐτόν *et comprehenderunt eum* np. synedrorum clientes v. 43.. Utcunque defendit v. οἱ νεανίσκοι *Griesbachius* C. C. p. 179.. V. 52. ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν] Constructio ad Hebraeorum dicendi consuetudinem [נָדַד מִן Hos. 7, 13.] conformata [LXX. Levit. 26, 36. 1 Cor. 10, 14. Jac. 4, 7.], quam obliteratis v. ἀπ' αὐτῶν B. C. L. et nonnullae translationes frustra tollunt.

V. 53. *Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν ἀρχιερέα, καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ γραμματεῖς.* 54. *Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.* 55. *Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν, καὶ οὐχ εὕρισκον.* 56. *Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν.* 57. *Καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ λέγοντες·* 58. *ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος· ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.* 59. *Καὶ οὐδ' οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐ-*

τῶν. 60. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἰς μέσον ἐπη-
ρώτησε τὸν Ἰησοῦν λέγων· οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν, τί
οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; 61. Ὁ δὲ ἐσιώπα καὶ
οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς ἐπηρώτησεν
αὐτὸν καὶ λέγει αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ
εὐλογητοῦ; 62. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· ἐγώ εἰμι, καὶ
ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν καθήμε-
νον τῆς δυνάμεως καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν
τοῦ οὐρανοῦ. 63. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς
χιτῶνας αὐτοῦ λέγει· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύ-
ρων; 64. Ἠκούσατε τῆς βλασφημίας· τί ὑμῖν φαί-
νεται; οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον
θανάτου. 65. Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ
καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόςωπον αὐτοῦ καὶ κολαφί-
ζειν αὐτὸν καὶ λέγειν αὐτῷ· προφήτευσον· καὶ οἱ
ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλον.

V. 53. Hic versus est ille quidem sanissimus, sed duo tamen sunt quae negotium exhibeant. Alterum cernitur in ejusdem vocabuli iteratione: πρὸς τὸν ἀρχιερέα — πάντες οἱ ἀρχιερεῖς. Quorum superius Marcus concise dicens de eo qui tum temporis pontifex maximus esset [Joh. 18, 13.] intellectum, posterius, πάντες οἱ ἀρχιερεῖς, ad totum sacerdotum ordinem, qui synedrorum partem effecerunt, relatum voluit. Sed tamen librariis haec dicendi brevitas displicuit. Inde haud pauci Καϊάφαν e Matth. 26, 57., vel Ἄνναν etiam, ut Victor ex Joh. 18, 13. [πρὸς τὸν ἀρχιερέα Καϊάφαν s. Ἄνναν] loco incommodo apposuerunt (requirebatur enim πρὸς Καϊάφαν s. Ἄνναν, τὸν ἀρχιερέα, ut plane perscriptum est apud Origenem IV, 387. B. et Matth. l. l.). Inde Copt. vertit πρὸς τὸν ἀρχιερέα καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς γραμματεῖς omissis reliquis hujus vs. vocabulis. Denique ob eandem causam aliquot Codd. οἱ ἀρχιερεῖς mutant in οἱ ἱερεῖς. Alterum pertinet ad v. συνέρχονται αὐτῷ. Αὐτῷ om. D. L. 13. 64. 69. It. Vulg. Rd. probante *Millio* Prol. §. 409. | C. συνέρχονται πρὸς αὐτόν. | 1. 209. συνέρχονται αὐτοῦ (ibi). Hae varietates e Dativo non intellecto promanarunt et

sunt *correctiones.* *Συνέρχεσθαί τινι* aut significat *unà cum aliquo proficisci* i. q. *ἔρχεσθαι σύν τινι* [Luc. 23, 55. Act. 9, 39. 10, 23. al.] aut, idque perraro, *convenire ad aliquem.* Hoc pacto obtinet *Dativus motus* [cf. Conjectanea nostra I. p. 42. et *Wineri* gr. I. p. 85.]. Plane sic Johannes dixit 11, 33. *τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους Judaeos qui ad Mariam confluxerant.* Itaque h. l. *συνέρχονται αὐτῷ* vertendum est: *et congregantur ad pontificem maximum.* V. 54. *ἠκολούθησεν*] *sequutus est.* Lectioni *ἠκολούθει (sequebatur eum* np. *quum ad summum pontificem abduceretur)* tum testium paucitas, tum v. 51. obstat, ubi *ἠκολούθησεν* in eodem nexu legitur. Iidem vero libri, qui illic recte *ἠκολούθησεν* tenent, hic pravé jactant *ἠκολούθει.* Videlicet Imperfectum et Aoristus ubivis permutantur. Quamquam h. l. *ἠκολούθει* e Matth. 26, 58 Luc. 22, 54. et Joh. 18, 15. peti potuerat. *ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν*] *usque intro in palatium.* Cf. II. Paral. 26, 8. Joh. 2, 7. *ἕως ἄνω* et *Lobeck.* ad Phryn. p. 45 sq. | *ἔσω* praetermittunt D. 209. al.. Cf. Levit. 23, 14. *ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην.* Marc. 14, 68. *ἔξω εἰς τὸ προαύλιον* et 15, 16. varr. lect.. Sincera est scriptura vulgata, praesertim quum 1. et Syr., qui *ἕως εἰς τὴν αὐλὴν* testari dicuntur, *ἕως τῆς αὐλῆς* e Matth. 26, 58. offerant. Accedit quod quae Matthaeus l. l. ampliore verborum circuitu usus sic enuntiaverat: *ἠκολούθει αὐτῷ — ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω κ. τ. λ.* Marcus his paucis verbis complexus est: *ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως.* Miro autem casu factum est, ut in N. T. semper legatur *ἔσω, ἔσωθεν, ἐσώτερος,* nunquam *εἴσω,* ac tamen ubivis *εἰς,* nusquam *ἐς.* Idem valet de LXX et libris V. T. apocryphis. Nam qui unus repugnare videtur l. 2 Macc. 14, 43., ibi *Breitingerus* pro *εἴσω* recte edidit *ἔσω.* *πρὸς τὸ φῶς*] Quum *τὸ φῶς* declaret *quidquid lucet*, commode *de igne* (cf. Luc. 22, 55. et *Raphel.* Annotatt. Polyb. p. 151.) poni poterat. Hausit Marcus v. *πρὸς τὸ φῶς* e Luc. 22, 56.. Sed hoc minus eleganter, quam Lucas 22, 55. 56. et Johannes 18, 18., instituit, quod — *θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς* scripsit,

non ante memorato, incensum ignem esse in summi pontificis atrio. Ceterum vocc. *θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς* valent: *se calefaciebat ad ignem conversus.* (Germani ita loquuntur: er wärmte sich *am* Feuer). Sic Graeci sexcenties dicunt *πρὸς τὸν ἥλιον* i. e. *ad solis radios conversus.* Valeat igitur contorta *Erasmi*, *πρὸς τὸ φῶς* cum verbis *ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν* ita copulantis, ut vocc. *καὶ θερμαινόμενος* sint *διὰ μέσου* locata: *et sedit unà cum ministris* (et se calefaciebat) *ad ignem*, interpretatio. V. 55. *μαρτυρίαν*] A. et pauci alii *ψευδομαρτυρίαν* e Matth. 26, 59.. Simplex v. *μαρτυρίαν* hanc praebet idoneam sententiam, anquisivisse synedros adversus Jesum testimonium, quod ad supplicium de eo sumendum sufficeret. *Falsis* testimoniis opus fuisse Marcus tum ex toto libro, unde Jesum innocentem virum fuisse emergeret, tum e vs. 56—59. intelligi voluit. *εὕρισκον*] *ηὕρισκον* D. F. 1. Knit. a.. Lectio perquam notabilis, quum Atticos *εὕρισκον*, *εὗρον* sine Augmento usurpasse constet [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 140.]. V. 56. *ἶσαι*] In N. T. modo *ἶσος* modo *ἴσος* scriptum invenias. Praefero posterius. Nam vetustissimi Graeci, Jones dico, *ι* produxerunt, ut Homerus: *λελόγχασ᾽ ἶσα θεοῖσι*, Attici et qui hos sequuti sunt correptum *ι* maluerunt. *καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν*] h. e. *neque testimonia inter se congruebant.* Quo nihil synedris evenire poterat ingratius. Neque enim e legis mosaicae sententiâ Deut. 18, 6. 19, 15. capitis damnare licebat, nisi quem duorum vel trium hominum testimonia dicentium consensus reum peregisset. Perperam *Erasmus*, *Grotius*, *Hammondus*, *Heupelius* al. sic interpretati sunt: *neque idonea erant testimonia supplicio sumendo* i. q. neque testimonia ad mortis sententiam ferendam suffecerunt. Obstrepit enim iis, ut bene *Beza* viderat, loquendi usus. Eo autem illi a vulgari interpretatione desciverunt, quod eam versum 59. non recipere temere putavissent. V. 57. *καί τινες*] *et quidam* scil. praeter illos multos, qui falsa testimonia dixerunt vs. 56.. Sunt igitur lectiones *καὶ ἄλλοι* [D. 124. Corb.] et *ἄλλοι δὲ* [13. 69. Colb. *alii autem*] a correctoribus profectae. V. 58. Cf. not. ad Matth. 26, 61.. *οἰκοδο-*

μήσω] Apud Origenem IV, 200. C. Codd. etiam ἀνοικοδομήσω *(reficiam)* praestant, in quo videtur tum vulgata lectio tum ἀναστήσω, quod D. post ἄλλον jactat, latere. V. 59. οὐδὲ οὕτως] A. 72. οὐδ᾽ οὕτως. — ἴση ἦν ἡ μαρτυρία] Ed. *Erasmi* V. habet ἴσαι ἦσαν αἱ μαρτυρίαι. Haec est prava correctio quae loci naturae repugnet. Nam supra v. 56., ubi multorum ementita testimonia afferebantur, recte dixit Marcus καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν: hic vero quum de uno tantum argumento [cf. vs. 58.] agatur, requiritur numerus Singularis. Quae verba καὶ οὐδ᾽ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν declarant, ne in isto uno quidem quod Jesu crimini dedissent, eum templum hominum manibus exstructum se diruturum atque aliud sine ope humanâ exacto triduo aedificaturum dixisse, sibi constitisse nefarios delatores aliis aliter Jesu vocem referentibus. Facile autem in confictis criminibus fieri poterat, ut testimonia inter se discreparent, propterea, quod more receptum erat, ut singuli testes ad testimonium dicendum in judicum conspectu collocarentur [cf. *Heumannum* ad h. l.], non unâ omnes ab judicibus arcesserentur. V. 60. Itaque in tantâ testium crimina Jesu affingentium dissensione frustra synedri pestem divino viro machinati essent, nisi coortus pontifex maximus vocem ex eo elicuisset ejusmodi, quae foedo supplicii decreto improbe praetenderetur v. 60 — 64.. εἰς τὸ μέσον] *Matthaeius* et *Griesbachius* dederunt εἰς μέσον. Rectissime. Nam id ut reponatur plurimorum et optimorum Cdd. auctoritas efflagitat [cf. Luc. 4, 35. Marc. 9, 36.]. Frustra *Dav. Schulzius* opponit Marc. 3, 3.. Nam utrumque dicitur εἰς μέσον et εἰς τὸ μέσον perlevi discrimine, quod ad Grammaticam, non ad sensum attineat. Quippe τὸ μέσον pro Substantivo valet *(in locum medium)*, εἰς μέσον formula est Adverbii naturam referens *(in medium, mittenhinein)*. ἐπηρώτησε] Aut h. l. ἐπηρώτα ex 38. Ev. 7. 9. 10. 12. 13. 17. scribendum est, aut vs. 61. ex F. 13. 56. 58. 61. 69. 106. ἐπηρώτησεν. Hoc potius videbatur propter Codd.. οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;] *nihilne plane respondes, quid illud hi tibi crimini dent?* Est concisa oratio pro — τί τοῦτό ἐστιν ὃ οὗτοί σου καταμαρτυ-

ϱοῦσιν; *nihilne plane respondes*, *quid illud sit*, *quod hi tibi exprobrent?* Utrum haec interpretatio, an quam ad Matth. 26, 62. probavi, ad rerum quae tractantur ordinem melius respondeat, quum ipse nunc animi pendeam, alii viderint. Ceterum pro τί B. ὅτι habet „forsan recte ap. Marc. Rc. ap. Mt. l. l." inquit *Dav. Schulzius.* Sed nemo ex uno quantumvis praeclaro Codice ὅτι recipere ausit. V. 61. ὁ δέ] A. et pauci alii ὁ δὲ Ἰ η σ ο ῦ ς e Matth. 26, 63.. ὁ δὲ ἐσιώπα] D. ἐκεῖνος δὲ ἐ σ ί γ α. Ἐσίγα si optime testatum esset, ἐσιώπα crederem e glossemate illatum. Hesychius: σιγᾷ· σιωπᾷ. atque ἐσιγάθη· ἐσιωπήθη. Nunc ἐσίγα contemnendum. Idem valet de scripturâ D. 69. οὐδὲν ἀπεκρίθη pro οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Namque ἀποκριθῆναι de responso ponunt recentiores scriptores. Vide Phrynichum p. 108. *Lob.*. οὐδὲν ἀπεκρίνατο] Male B. L. Copt. Or. IV. p. 200. C. ο ὐ κ ἀπεκρίνατο ο ὐ δ έ ν jactant. Cavendum est enim, ne in iis quae non recte poterant exaequari concinnitatem desideremus. Dixerat v. 60. pontifex οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; h. e. *nihilne plane respondes?* Antwortest du denn auch gar nicht? Sed Marcus ita pergere debebat: ὁ δὲ ἐσιώπα καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο *ille autem tacuit et nihil respondit*, non καὶ ο ὐ κ ἀπεκρίνατο ο ὐ δ έ ν — *et n i h i l p l a n e respondit.* Satis enim graviter enuntiata illa est sententia eo, quod tum affirmando tum negando expressa est: exaggeratio hîc locum non habet. πάλιν] 1. ap. *Wetst.* καὶ πάλιν. Perperam. Ita enim divini scriptores πάλιν collocare solent, ut quasi ipsum pro copulâ sit [Matth. 4, 8. 21, 36. 22, 4. 26, 42. 1 Joh. 2, 8. all.]: *R u r s u s eum pontifex interrogavit eique dixit.* ἐπηρώτα] cf. ad vs. 60. | 1. Orig. IV, 387. C. al. ἐπηρώτησεν αὐτὸν ἐ κ δ ε υ τ έ ϱ ο υ, λ έ γ ω ν. Sed ut tum in vulgatâ lectione tum in eâ quam nos adoptavimus Tempora diversa (ἐπηρώτησεν s. ἐπηρώτα — λέγει) displiceant, at e paucis Codd. refingi non debent. τοῦ εὐλογητοῦ] *laudibus celebrati* h. e. *Dei.* Solebant enim Judaei nominis *Jehovae* prolationem quovis modo vitaturi Deum κατ' ἐξοχήν הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא h. e. *Sanctum celebratum* appellare [cf. *Schoettgenii* Hor. ad Rom. 9, 5.]. Lectiones θ ε ο ῦ τοῦ εὐλογητοῦ et θεοῦ τοῦ ζῶντος (cf. Matth. 26, 63.)

sunt interpretamenta. V. 62. Cf. not. ad Matth. 26, 64.. Voc. Ἰησοῦς mordicus tenendum est, quum absit tantum a 13. Mt. e. f. atque sequatur sententia in toto Jesu cum synedris colloquio gravissima et quae divini viri fortunam converteret: ἐγώ εἰμι κ. τ. λ.. καθήμενον ἐκ δεξιῶν] Bene *Bengelius*, *Matthaeius* et *Griesbachius* ἐκ δεξιῶν καθήμενον ediderunt. Nam id ut Marco restituatur Codices flagitant [vide *Wetsten.*]. Vulgaris lectio καθήμενον ἐκ δεξιῶν e Matth. 26, 64. manavit. Ceterae in hoc vs. lectiones nauci non sunt: ἐγώ εἰμι] σὺ εἶπας, ὅτι ἐγώ εἰμι e Matth. 26, 64. | τῆς δυνάμεως] τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ e Luc. 22, 69.. μετὰ τῶν νεφελῶν] ἐπὶ τῶν νεφελῶν e Matth. 26, 64., ubi male *Dav. Schulzius* πλὴν λέγω ὑμῖν ἀπάρτι consociavit. Excutere hic placet ejus viri notulam. Matth. 26, 64. πλὴν λέγω ὑμῖν ἀπάρτι ὄψεσθε „sic distinguere suadet v. 29. 23,39. et sensus ratio; cf. tamen Joh. 1,52." Ἀπάρτι recentioribus scriptoribus significat vel ἀπὸ τοῦ νῦν [Apoc. 14, 13.], vel *mox*, *haud ita multo post* copulantque cum Futuro sicut etiam simplex ἄρτι, id quod Attici sibi non licere existimarunt [vide *Lobeckium* ad Phryn. p. 18 sq.]. Quem ergo sensum habeat πλὴν λέγω ὑμῖν ἀπάρτι doch ich sage euch *von jetzt an* sive *kurz nachher?* Sed nimirum hanc distinctionem commendat v. 29. λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπάρτι — et 23, 39. λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε ἀπάρτι, ἕως —. Imo evertunt hi loci interpunctionem ipso sensu absurdam. Neque enim in iis ἀπάρτι cum λέγω consociatum est, sed cum οὐ μὴ πίω et οὐ μή με ἴδητε, quorum utrumque vi et potestate *Futuri* dicitur. Igitur plane sic superiore loco ἀπάρτι ὄψεσθε legitur. Ultima quoque verba „cf. tamen Joh. 1, 52." mirationem faciunt. Nam in Johanne scriptum est: ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἀπάρτι ὄψεσθε —. Atqui si demonstrasset *Schulzius* ἀπάρτι in Matthaei loco cum v. λέγω cohaerere aut si id alioquin fieri certe posset, non sane ei repugnaret locus Johanneus, in quo non difficilius quam apud Matthaeum λέγω ὑμῖν ἀπάρτι conglutinare liceret. Verum enim vero id neutro l. fieri potest propter vim vocis ἀπάρτι et ob *sensus rationem*. V. 63. Cf.

not. ad Matth. 26, 65. τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ] h. e. *pallium* (מְעִיל) *et tunicam* (כֻּתֹּנֶת). Vide *Wineri* bibl. Realwörterbuch p. 296 sq.. V. 64. Voc. πάντες, quod post ἠκούσατε pauci addunt, e sqq. verbis οἱ δὲ πάντες (ubi om. 60.) fluxit et absonum est. Minus etiam concoquo ἠκούσατε πάντως, quod ex v. πάντες corruptum. Porro ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν (ita A. D. G. al.) e Matth. 26, 65. natum. Genitivum non esse culpandum docet *Winerus* gr. I. p. 76.. Postremo αὐτοῦ post τὴν βλασφημίαν rursus e Matth. l. l. illatum, τοῦ στόματος αὐτοῦ e Luc. 22, 71., αὐτοῦ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ex utroque. τί ὑμῖν φαίνεται;] *quidnam vobis videtur? quaenam vobis sententia est?* Hom. Od. α. 318. ἥδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή. Arist. Eccles. v. 870. ὀρθῶς ἔμοιγε φαίνεται. — φαίνεται] δοκεῖ D. 28. Ev. 14. 13. 17. Glossema e Matth. 26, 66. susceptum. εἶναι ἔνοχον] B. L. Rd. Ed. Complut. ἔνοχον εἶναι. Hunc ordinem praeferrem si testes sufficerent. Mira est autem constructio: κατέκριναν αὐτὸν ἔνοχον εἶναι θανάτου. Quum εἶναι cum D. Cant. Corb. tollere relligioni sit, κατέκριναν absolute positum esse apparet h. m.: *hanc in eum sententiam dixerunt, esse eum supplicio dignum.* Eadem syntaxi usus est Lucian. Ver. Hist. II, 19. καὶ μέντοι πάντες αὐτοῦ ἐπιορκεῖν κατεγίγνωσκον mirante verborum compositionem *Hemsterhusio.* V. 65. τὸ πρόςωπον αὐτοῦ] B. L. 108. 127. αὐτοῦ τὸ πρόςωπον Luc. 22, 64.. προφήτευσον] Quae h. l. alii atque alii adjiciunt προφήτευσον [νῦν] [ἡμῖν] [Χριστὲ] τίς ἐστιν ὁ παίσας σε illata sunt e Matth. 26, 68. cl. Luc. 22, 64.. Synedrorum ludibrium *Marco auctore* in eo expromebatur, ut Jesum ductis ei colaphis, ut tanquam Messias vaticinaretur, monerent atque tum per odium sputa in eum ingererent tum per petulantiam ejus faciem obvolverent. Dissentit igitur Marcus a Matthaeo 26, 68. (ubi vid. not.) et a Luc. 22, 64. προφήτευσον, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; i. e. *praedic* (obvoluto capite), *quisnam te percusserit?* αὐτὸν ἔβαλλον] A. B. K. L. S. 11. al. αὐτὸν ἔλαβον | 1. 13. 33. al. αὐτὸν ἐλάμβανον | D. ἐλάμβανον αὐτόν. Ἐλάμβανον vitium est ex vitioso ἔλαβον detortum. | 12. 14. 15. 72. Mt. 17. c. 10. f. x. αὐτὸν ἔβαλον |

Mt. z. q. n. *αὐτὸν ἔβαλον*. Haec eo valent, ut Marco *αὐτὸν ἔβαλον* restituatur, praesertim quum Aoristus praecesserit *ἤρξαντο* et *προφήτευσον*. Recte *Griesbachius* C. C. p. 181. „*ἔβαλλον*, inquit, *ἔβαλον* et *ἔλαβον* facile confundebantur. Sic comm. 72. nonnulli pro *ἐπιβαλών* habent *ἐπιλαβών*." Male igitur *Paulus* *ἔλαβον* recepit. Ac loquutionis ad Romanorum dicendi consuetudinem [Cic. Tusc. II, 14. *pueri verberibus accipiuntur*] compositae *λαμβάνειν τινὰ ῥαπίσμασιν* *plagis aliquem accipere*, jemandem mit Schlägen den Willkommen geben nusquam ullum est vestigium. *Griesbachii* autem interpretatio l. l., *apparitores Jesum (a synedris condemnatum et sibi traditum) alapis excepisse* fatente ipso *Griesbachio* contorta est. Jam loquutionem *βάλλειν τινὰ ῥαπίσμασιν*, quae et ipsa mira videatur, sic acceperim, ut *βάλλειν* de motu vehementiore dictum sit. Conferri igitur potest cum Latinorum formulis *alapam alicui infligere*, *contundere aliquem pugnis* estque aliquanto gravior quam *διδόναι τινὶ ῥαπίσματα* Joh. 18, 22.. Loci Eur. Phoen. v. 1528. *σκότον ὄμμασι βαλών* et Soph. Philoct. v. 67. *λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς* certe eatenus hûc quadrant, quod *βάλλειν* de re injucundâ collocatum est.

V. 66. *Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως,* 67. *καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον ἐμβλέψασα αὐτῷ λέγει· καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ ἦσθα.* 68. *Ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων· οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι, τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε.* 69. *Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστῶσιν· ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν.* 70. *Ὁ δὲ πάλιν ἠρνήσατο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.* 71. *Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι· ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε.* 72. *Καὶ εὐθέως ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώ-*

νησε· καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τὸ ῥῆμα ὃ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς ἀπαρνήσῃ με τρίς· καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

V. 66. ἐν τῇ αὐλῇ κάτω] κάτω om. D. 69. 78. al. | κάτω ἐν τῇ αὐλῇ praebent B. L. 127. Ev. 36. Mt. f. verbis legitime dispositis. Cf. not. ad 1, 13. ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Sed neque delendum κάτω putavimus (unde enim invectum sit?), neque κάτω ἐν τῇ αὐλῇ suscipiendum. Desideravimus enim vel plures vel luculentiores ejus lectionis testes. Converte: *quum esset Petrus in aulâ infra* h. e. eo loco, qui erat sub dio et qui porticibus, sub quibus pontifices quaestionem exercebant et ad quas per gradus adscendebatur opponitur [cf. *Bezam* ad h. l. et not. ad Matth. p. 785. et 792.]. μία τῶν παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως] *una servarum pontificis.* Vocabulum παιδίσκης Attici, qui ad solam *aetatem* respicerent, de *puellâ* sive ingenuâ sive servâ usurparunt, seriores scriptores *conditionis* ratione habitâ de *servâ* promiscue, sive juvenis esset sive vetula [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 239.]. V. 67. τὸν Πέτρον] αὐτόν 1. 69. Syr. Arm. Ar. Colb. Eus., quibus solis non confidam. Nam quum τοῦ Πέτρου satis longo intervallo v. 66. praecesserit et interpositum sit τοῦ ἀρχιερέως, apte ad ambiguitatem vitandam dictum est καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον. Neque satis placet καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν θερμαινόμενον ἐμβλέψασα αὐτῷ, quod certe ejusmodi est, ut non temere scriptori inferri debeat. Ceterum ἰδοῦσα — ἐμβλέψασα sine *copulâ* sic est accipiendum, ut ἐμβλέψασα arctissimo vinculo cum v. λέγει connectatur: *et quum Petrum se calefacientem animadvertisset in eum intuita dixit* [cf. not. ad 14, 3.]. μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ Ἰησοῦ (sic) ἦσθα] Ἰησοῦ om. 54. 57. 61. 86. Ev. 19.. Scriptura quae vulgatur τοῦ Ναζαρηνοῦ Ἰησοῦ perverso verborum ordine laborat, perversiore etiam B. L. exhibent τοῦ Ναζαρηνοῦ ἦσθα τοῦ Ἰησοῦ | D. Ἰησοῦ τοῦ Ναζορηνοῦ | Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου Ev. 14. 17. Goth. Euseb. Mt. e., cujus f. τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναζαρηνοῦ et o. τοῦ Ναζαρηνοῦ τοῦ Ἰησοῦ. Denique 44. a p. m. Ἰησοῦ τοῦ Ναζαρηνοῦ. Ex his apparet, aut reponendum esse μετὰ

Ἰησοῦ τοῦ Ναζαρηνοῦ (nam forma Ναζωραίου a Marco aliena est: vide ad 10, 47.) cf. Matth. 26, 69. 71. Marc. 10, 47. 16, 6. Luc. 18, 37. 24, 19., aut Ἰησοῦ cum *Wassenberghio* de glossis p. 41. et *Gersdorfio* l. l. p. 43. inducendum. Hoc praeopto et quoniam qui libri Ἰησοῦ τ. Ναζ. stabiliunt, eorum plerique τοῦ Ναζωραίου habent formam Marco inusitatam et quod Ἰησοῦ locis diversissimis membranae collocant, unde vocem glossema esse colligas et quod multi Cdd. τοῦ Ἰησοῦ cum Articulo testantur, unde ad τοῦ Ναζαρηνοῦ adscriptum fuisse pro interpretamento τοῦ Ἰησοῦ intelligi potest. Unde ancilla hoc dicit: *tu quoque cum viro Nazarethâ oriundo versabare.* Formam vulgarem ἦς pro atticâ ἦσθα fovent tantum 1. 13. 209.. V. 68. οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι] Animum adverte ad Marci ubertatem, non illam tamen inanem, sed quae sententiae fortiter enuntiandae inserviat. Nam *non novi neque scio quid dicas* idem est, quod *plane non intelligo quid tibi velis.* Plaut. Mil. Glor. 2, 5, 42. *Neque vos qui homines sitis novi neque scio.* Cic. pro Sex. Rosc. Amer. 43, 125. *non enim novi neque scio.* Lectio ex D. L. 1. consignata οὔτε οἶδα οὔτε ἐπίσταμαι *neque novi neque scio* non tantum ob locos allatos sed ne per se quidem ullo modo tolerari potest. Quae enim haec tanta perversitas, notiones tam parum disjunctas, ut οἶδα et ἐπίσταμαι, particulis οὔτε — οὔτε segregare? τί σὺ λέγεις] σὺ om. D. Rd. al., fortasse quod non exstat in Matthaeo 26, 70.. Ante τί est in B. L. 1. 108. 209. Copt.. Sed collocatio verborum τί σὺ λέγεις melius comparata est, quam σὺ τί λέγεις. — εἰς τὸ προαύλιον] i. q. Matth. 26, 71. εἰς τὸν πυλῶνα *foras exiit in locum qui erat ante pontificis aedes.* Variantes lectiones aut manifesta sunt vitia (D. ἔξω εἰς τὴν προςαυλήν | 13. 69. εἰς τὴν ἔξω προαυλήν | 1. 209. εἰς τὴν ἔξω αὐλήν), aut interpretamenta (73. ἔξω εἰς τὸ πρόπυλον). Adde quod vulgata lectio tum optimorum Cdc. auctoritate nititur, tum aptissimum praebet verborum positum, tum ob προαύλιον concuti nequit. Nam προαύλιον, quod praeter h. l. in toto N. T. non legitur ut plurima alia apud Marcum, est vox de rarioribus,

quam librariis deberi nemo sibi persuadeat. *καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε*] Haec v. in B. L. Ev. 17. Copt. Colb. *consulto* deleta sunt, ut Marco cum Matthaeo et Lucâ conveniret. Vide not. ad vs. 30.. V. 69. Male *Grotius* *ἡ παιδίσκη* explanavit *παιδίσκη τὶς* et linguae lege violatâ et Marci sententiam parum assequutus. Is enim in re parvi momenti a Matthaeo 26, 69 — 71. dissidens *unam eandemque ancillam* Petrum ex Jesu sectatoribus esse *bis* suspiciose arguisse refert. Unde explica: *et serva superius* (v. 66.) *memorata. πάλιν ἤρξατο λέγειν*] Vox *πάλιν* hoc quo vulgo legitur loco conservanda. Nam pauci admodum neque primarii libri vel demunt *πάλιν*, vel alii ante *αὐτόν* alii post *ἤρξατο* alii post *λέγειν* collocant. In promtu est autem (docet enim ipse verborum positus), quâ sede vulgo ponitur, referri debere *πάλιν* ad *ἤρξατο λέγειν* cum *Grotio* (*et serva eum conspicata rursus dicere coepit adstantibus*), non ad *ἰδοῦσα αὐτόν* cum plerisque interpretibus (*et serva rursus eum conspicata dicere coepit adstantibus*). *τοῖς παρεστηκόσιν*] B. K. L. 11. 15. 72. Mt. 10. al. *τοῖς παρεστῶσιν*. Utraque forma et in N. T. et in Marco invenitur [cf. Matth. 26, 73. Luc. 19, 24. Marc. 11, 5. 14, 70. 15, 35. 39. et *Winer*. gr. I. p. 40.]. Hoc loco, quum v. 70. statim *οἱ παρεστῶτες* (sine ullius pretii varietate) sequatur, praestat *τοῖς παρεστῶσιν*. *ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν*] *hic vir ex eorum hominum, de quibus agitur, numero est*. [Cf. ad Matth. 26, 73.]. D. L. 13. al. *ὅτι καὶ οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν* (*hic quoque vir* etc.) vel e vs. 67. vel e Matth. 26, 73.. V. 70. *ἠρνεῖτο*] *negabat* np. *quum ancilla argueret*. *ἠρνήσατο* F. G. M. 1. 13. 37. 39. 69. 124. 209. Ev. 7. 13. 17. Mt. f. o.. Procul dubio e tot Cdd. *ἠρνήσατο* (*negavit*) petendum. Cf. v. 68. *Ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων*, cui praeclare respondet *ὁ δὲ πάλιν ἠρνήσατο*. Plane sic etiam Matthaeus 26, 70. *ὁ δὲ ἠρνήσατο* — 26, 72. *Καὶ πάλιν ἠρνήσατο*. Tertius in utroque Evangelistâ [Matth. 26, 74. Marc. 14, 71.] Aoristus subjicitur *ἤρξατο*. — *τῷ Πέτρῳ*] om. D. Cant. Verc. | *αὐτῷ* Ev. 13. 17. | *αὐτῷ τῷ Πέτρῳ* 106.. At quotusquisque his auctoribus aliquid novet? *καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει*] 73.

131. 142. a m. rec. Goth. Verc. om. vocc. *καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ.* (Defecerunt enim librarii a *καί* ad *καί*) | Vocc. *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει* demunt B. C. D. L. 1. 118. 209. Copt. Sahid. Rd. Vulg. Cant. Verc. Colb. Galt. Corb. Germ. 1. Prag. Euseb. Augustin.. (Nimirum fraudi fuit scribis homoeoteleuton *εἶ* — *ὁμοιάζει*. Eandem ob rem Matth. 26, 73. in L. Ev. 32. excidit *καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.*). Non igitur mirum videri potest, quod in 116. utrumque membrum confusum est: *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ.* | Aeth. — *καὶ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ* e Matth. 26, 73. | Mt. 17. — *καὶ γ ά ρ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.* Verba *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει*, quae suspecta visa sunt *Millio* Prol. §. 409., *Griesbachio* C. C. p. 182. et *Dav. Schulzio*, ita sana sunt, ut nihil quidquam in toto Marco magis sincerum esse possit. Nam muniuntur tum variantibus lectionibus Matth. 26, 73., ubi D. cum pedissequis (i. e. Ver. Verc. Colb. Corb. 2. Clar.) pro *δῆλόν σε ποιεῖ e M a r c o* jactat *ὁμοιάζει*, tum Marci more, qui a Matthaeo et Lucâ exposita in suos usus convertere solet. Itaque ex Luc. 22, 59. *καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν* fecit *καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ*, Matthaei 26, 73. autem verba *καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ* sic reddidit: *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει* scil. *Γαλιλαίῳ et dialectus tua Galilaeo similis est* i. q. *Galilaeum refert.* Praeterea lectio vulgata, quam cum *Matthaeio* sartam tectam habemus, pluribus et ex parte melioribus testibus nititur, id quod e scripturae varietate, quam supra integram posuimus, emergit. Infelix est autem *Griesbachii* l. l. de verbis, quae in disceptationem vocavimus, *κρίσις*, infelicior *Dav. Schulzii.* Ille vocabula *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει* e Matth. 26, 73. Marco obtrusa ratus, quum lectionem apud Matthaeum *ὁμοιάζει* suae causae valde officere probe intellexisset, eo temeritatis processit, ut in Matthaeo *ὁμοιάζει*, quod ibi paucis et fide indignis testibus niti supra vidimus, probaret, *δῆλόν σε ποιεῖ* pro scholio habens. Deinde quod adjecit, non videri Marcum *καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει* scripsisse lectoribus discriminis inter Galilaeorum dialectum et hierosolymitanam ignaris, non reputavit, hoc crimen, quod tamen nullum omnino est, admissum esse, etiam

si Marcus tantum scriberet *καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ.* Hoc enim valeret: *nam Galilaeus es*, *ut e dialecto tuâ cognovi.* Sequitur, ut *Dav. Schulzio* respondeam, qui „et λαλιά, inquit, et ὁμοιάζειν aliena a Marco." Scilicet praeterquam quod nulla fuit Marco nisi h. l. alterutro verbo utendi opportunitas, quum voc. λαλιά ei bene convenit, quippe N. T. scriptoribus usitatum [Matth. 26, 73.], tum v. ὁμοιάζειν, quod quum in libris graece scriptis qui aetatem tulerunt sit ἅπαξ εἰρημένον quivis, cui intelligens sit judicium, Marco multa singularia consectato, non glossatoribus attribuat. Atticis est λαλιά *loquacitas*, quam Salustius *loquentiam* vocat, Redseligkeit, λαλεῖν *garrire* [Aristoph. Nub. v. 929. εἴπερ γ' αὐτὸν σωθῆναι χρὴ, καὶ μὴ λαλιὰν μόνον ἀσκῆσαι. Eupolis de Alcibiade: λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.], serioribus scriptoribus, notante vocis abusum Luciano in Lexiphane c. 14. λάλης et c. 10., ubi frater certâ emendatione ἐκλάλει restituit, tum *sermonem*, tum *dialectum* [vide interpretes ad Thomam M. p. 566. LXX. Cant. 4, 3. Matth. 26, 73.] significat. Recte *Buttmannus* gr. II. p. 317 et 322. λαλιά a λάλος ducit apteque componit λάλος λαλιά, παῖς παιδιά, minus bene ἐσχατιά adjungit, quum id *de loco* dicatur. Legitime factum ὁμοιάζειν ab ὅμοιος, ut πλαγιάζειν a πλάγιος. Vetusti Graeci haec verba active ponunt, ut παρεικάζω, recentiores etiam neutrali sensu. Unde ὁμοιάζω non idem denotat, quod ὁμοιόω, sed *similis sum.* *Παρομοιάζω haud absimilis sum* in Matthaeo 23, 27. π α ρ ο μ ο ι ά ζ ε τ ε τάφοις κεκονιαμένοις invenitur, π ρ ο ς ὁμοιάζω *adsimilis sum* in Geoponicis 2, 21, 6.. Converte: *profecto ex eorum societate es. Etenim Galilaeus es et tua dialectus Galilaeum refert.* V. 71. ὀμνύειν] ὀμνύναι formam meliorem tanto consensu Codices praebent, ut ineptus sit qui contra eam vel hiscere audeat. Et patrocinati sunt voci ὀμνύναι *Millius* Prol. §. 1471., *Bengelius*, *Matthaeius* et *Griesbachius.* Ὀμνύειν vel e Matth. 26, 74. pullulavit, vel pervulgato vitio palaeographico e praegresso — ειν subrepsit (ἀναθεματίζ ε ι ν καὶ ὀμνύ ε ι ν pro ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι). τὸν ἄνθρωπον τοῦτον] Voc. τοῦτον, quod abest tantum a D. K. 27. 57. 64. Goth. 118. 209. aut casu

omissum est, aut quia Matth. l. l. deficit. Ceterum hic l., ut plurima alia, Marcum suum librum e Matthaei et Lucae voluminibus composuisse aperte demonstrat. Etenim vocc. ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ita e Matth. 26, 74. petiit, ut de suo vocabulum τοῦτον adjiceret, sequentia autem v. ὃν λέγετε idcirco addidit, quia Jesus Lucâ auctore 22, 60. dixerat οὐκ οἶδα ὃ λ έ γ ε ι ς. V. 72. Utrum εὐθέως ante v. ἐκ δευτέρου recipiendum sit [cf. *Griesbach.* C. C. p. 182.] an rejiciendum, de eo dubitari posse video. Sed multo Marco impertitum malim primum ob Cdd., qui et multi et boni εὐθέως tuentur, nisi quod B. L. εὐθὺς tenent, deinde propterea, quod quae ad sententiam abundare videntur saepe a librariis neglecta sunt. Denique quum omnino Marcus εὐθέως frequentet, tum h. l. vox ad sensum est valde accommodata, e quâ discimus, postquam Petrus ter sibi cum magistro quidquam societatis intercedere abnuerit, protenus eventum habuisse Jesu augurium: *et s t a t i m gallus iterum cecinit.* ἀνεμνήσθη] G. 1. 13. 69. 209. ἀναμνησθείς. Eos libros paullo post pro κ α ὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε continere ἐπιβαλὼν ἔκλαιε consentaneum est, id quod de solo 1. notavit *Wetstenius.* Verum gratiâ indigna lectio videtur, quippe Grammaticis καὶ ἀνεμνήσθη — καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε Participii adjumento in elegantiorem nimirum vocem καὶ ἀναμνησθεὶς — ἐπιβαλὼν ἔκλαιε contrahentibus. Altera scriptura ἐμνήσθη (74. 89. 90. Mt. q. r.) pro ἀνεμνήσθη Matthaei 26, 75. est. Quocirca ἀνεμνήσθη propagavimus. τοῦ ῥήματος οὗ] Marcum τὸ ῥῆμα ὃ scriptum reliquisse plurimi Codd. apud *Wetstenium* et *Matthaeium* fidem faciunt probavitque eorum scripturam *Millius* Prol. §. 1101. et *Griesbachius*, quum N. T. ederet, recepit *Matthaeius.* Ac verba memoriae et oblivionis passim ab optimis scriptoribus cum Accusativo rei consociari tralatitium est [cf. *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 656. 1 Cor. 4, 17. 2 Cor. 7, 15. Hebr. 10, 32.]: *et recordatus est Petrus vocem, quam ei dixit Jesus.* Lectio vulgata τοῦ ῥήματος οὗ e Matth. 26, 75. fluxit. Ea quod ad Genitivum (τοῦ ῥήματος) attinet vulgarem structuram repraesentat: sed simul Attractione (τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν) temperata est, quod ideo moneo, ut quod

multis exemplis declarari possit, librarios etiam intulisse quae aliquam haberent elegantiae speciem appareat. Tertiam scripturam τὸ ῥῆμα ὡς tantum fovent A. B. L. 42. 72. 106. 114. Mt. 10.. Tamen ei obtigerunt patroni *Paulus* et *Griesbachius* C. C. p. 183.. Qui causae suae nihil aliud praetendere potuerunt nisi quandam quâ ὡς placeat elegantiae umbram. Sed quum omnino propter tales causas optimorum Codd. auctoritas contemni non debeat, tum nostro l. ὡς e Luc. 22, 61. derivatum esse patet. Non autem ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τὸ ῥῆμα ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς cl. Luc. 22, 61. Latinismum redolere [Cic. ad Fam. 7, 28. *meminiquum mihi desipere videbare, quod cum istis potius viveres quam nobiscum* —] crediderim, quum ὡς non significet Romanorum *quum*, sed ὡς εἶπεν idem esse judico quod ὅτι εἶπεν, ut v. ὡς εἶπεν αὐτῷ adjecta sint per epexegesin h. m.: *et recordatus est Petrus vocem, nempe ei Jesum dixisse.* καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε] De verbi ἐπιβαλὼν potestate controversia semper torsit vehementer Viros doctos. Nam quin nihil sit mutandum in voce. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε nullâ est unquam in dubitatione versatum. Quippe καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε om. tantum 37. Emm. | D. praebet καὶ ἤρξατο κλαίειν (ex interpretamento: cf. infra), et Mt. q. Copt. ἐπιλαβὼν pro ἐπιβαλὼν, solemni errore (cf. supra v. 65.). *Hammondus* et *Palairetus* enarrant: *et quum oculos conjecisset* (scil. in Jesum) *lacrymas effudit* citato l. Lucae 22, 61. Male. Nam praeterquam quod in Lucâ non Petrus oculos conjicit in Jesum, sed *Jesus in Petrum*, neque nude positum ἐπιβαλὼν sic accipi potest et ipsa sententia, *conjectis in Jesum oculis Petrum lacrymatum esse*, tenuior mihi videtur, quam cui praecipuum pondus a Marco recte tribuatur. Fuerat autem hoc pacto dicendum aut καὶ ἐπιβαλὼν τῷ Ἰησοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔκλαιε [Synes. ep. 67. ἐδέησεν ἐπιβαλεῖν τὰς ὄψεις τῷ τόπῳ] aut saltem καὶ ἐπιβαλὼν τῷ Ἰησοῦ ἔκλαιε, ut e Phavorino elucet: ἐπιβάλλω τὸ ἐπιβλέπω τόνδε ἢ τῷδε. *Wetstenius* et *Kypkius* in hunc modum explicant: καὶ ἐπιβαλὼν (scil. τὸν νοῦν) ἔκλαιε *et quum ad galli cantum attendisset eumque accuratius perpendisset flevit.* Marcum enim hoc exprimere: Pe-

trum galli cantu velut ex profundo somno excitatum lacrymas profudisse facti poenitentiâ tactum. Hanc interpretationem per usum verbi *ἐπιβάλλω* iniri posse ante *Wetstenium Casaubonus* et *Beza* largiti sunt. Verum enim vero e locis a *Wetstenio* congestis apparet, Graecos aut plene dixisse *ἐπιβάλλειν τὸν νοῦν (τὴν διάνοιαν) τινί*, aut minus plene· *ἐπιβάλλειν τινί animum ad aliquid appellere*, *rei adjicere*, *advertere*, et siquando *absolute* posuerint *ἐπιβάλλειν*, id ibi tantummodo factum esse, ubi *contexta oratio* requiri *attentionis*, *observationis* et *deliberationis* notionem perspicue doceret. Cf. Plotin. Ennead. 5. 5. 12. *ποῦ ἐπιβαλὼν καὶ πρὸς τί ἀτενίσας οὐχ εὑρήσεις ἐκεῖ;* [Non sequitur contrarium ex eo, quod voc. *ἐπιβολή* nude collocatum passim idem declarat quod *ἔννοια notio*, *mentis conceptus*, *observatio*. Suidas: *ἐπιβολή. ἔννοια*. Redundavit enim ex multo verbi *ἐπιβάλλω*, cujus vim cohaerentia manifestaret, usu, ut *ἐπιβολή* simplex illam potestatem acciperet.]. Quod in Marco secus est; qui quum non scripserit *καὶ ἐπιβαλὼν τῇ ἀλεκτοροφωνίᾳ ἔκλαιε* *Wetstenii* interpretationem missam facimus. Neque est ea huic loco satis accommodata. Nam attendisse Petrum ad galli cantum jam inest verbis *καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος κ. τ. ἑ.*. Cum Wetstenio sentire videtur *Stolzius*. Tum *Beza*, *Henr. Stephanus* Thes. col. 2615., *Er. Schmidius*, *Raphelius* Annot. ex Polyb., *Schleusnerus* Lex. N. T. I, 893. et Lex. LXX. II, 443., *Bretschneiderus* Lex. I, 381., *Wahlius* Clav. I, 381., *Vaterus* al. ita explanant: *quum se foras projecisset* np. ex aedibus summi pontificis (cf. v. 54. et 66.). Perperam. Nam et exierat jam Petrus ex aedibus in vestibulum (v. 68.) neque *ἐπιβάλλω se ex loco proripere* unquam declarat. Loca quae in suam rem citarunt omnia aliena sunt. In plerisque legitur *ἐπιβάλλειν τινί* s. *ἐπί τινα* s. *ἐπί τι* i. e. *hostiliter in aliquid (aliquem) invadere* [2 Macc. 12, 19. *καὶ τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλών* —. 1 Macc. 4, 2. — *ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων*. 2 Macc. 13, 15. *ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλήν*], in aliis repperitur *ἐπιβάλλειν τινί τι alicui aliquid* (oneris loco) *imponere* [Deut. 24, 5. *καὶ οὐκ ἐπιβληθήσεται αὐτῷ οὐδὲν πρᾶγμα*],

In aliis ἐπιβάλλειν vi neutrali significat *ingruere* [Marc. 4, 37. τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον]. Male se duci passi sunt illi VV. DD. locis parallelis Matth. 26, 75. καὶ ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσε πικρῶς et Luc. 22, 62. καὶ ἐξελθὼν ἔξω (ὁ Πέτρος) ἔκλαυσε πικρῶς. *Lutherus*, *Heinsius*, *Loesnerus*, *Wakefieldus* S. C. II, 125. V, 61., *Kuinoelius* al. ἐπιβάλλειν *incipere* significare arbitrati ἐπιβαλὼν ἔκλαιε pro κλαίειν ἐπέβαλε collocatum ferunt h. s.: *et flere coepit.* Eodem nimirum modo Act. 11, 4. ἀρξάμενος — ἐξετίθετο pro ἤρξατο — ἐκτιθέναι [ἐκτίθεσθαι] positum esse. At ita potius explicandum erat: *quum loqui coepisset — exposuit ordine* etc.. Minus ab eorum causâ tales loci remoti videntur, cujusmodi est Luc. Saturn. c. 12. κατὰ ἀρξάμενος ἐδίδασκεν et Conviv. c. 40. καὶ ἀρξάμενος ἀνεγίνωσκεν. Provocant, ut ἐπιβάλλειν significare ἄρχεσθαι ostendant ad Suidam: ἐπέβαλεν· ἤρξατο [jure igitur scripturam D. e glossemate natam esse supra contendimus], ἐπεχείρησεν et, male quidem (cf. infra), ad schol. Thucyd. 3. p. 196. *Duk.* ἐπιβολή — ἐγχείρησις. Enimvero ut seriores scriptores ἐπιβάλλειν *incipiendi* potestate usurpaverint, tametsi hujus rei unum auctorem habemus Suidam (nam ἀναβάλλεσθαι; vid. *Valckenar.* ad Theocrit. Id. VI, 20. τῷ δ' ἔπι Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδεν. et ἐπιβάλλεσθαι cum Infinitivo: cf. Philopatris c. 16. ἐπιβαλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν: hâc vi, ut sit *incipere*, anheben legi constat) neque ἐπιβαλὼν ἔκλαιε pro κλαίειν ἐπέβαλε poni potuisse patet neque placet h. l. sententia *et flere coepit*, ut debilior, quum gravior requiratur. Ἐπιβάλλειν [scil. τὸν νοῦν s. ἑαυτόν] τινί [Ptolem. Geogr. 1. καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς ἐπιβαλεῖν τῷ μέρει τούτῳ] et ἐπιβάλλειν seq. Infinitivo [vide Diog. Laert. 6, 2, 4. ἐπέβαλε τερετίζειν et Hesychium s. v. μνηστῆρες, ubi est οἱ ἐπιβάλλοντες γῆμαί τινα] plerumque respondet verbo ἐπιχειρεῖν, Romanorum formulis *rem aggredi*, *capessere*, *conari* et Germanorum loquutionibus sich auf etwas werfen, etwas unternehmen diciturque in re, in quâ multum sit operae, laboris, consilii expromendum. Hujus usus ii videntur memores fuisse, qui non *et lacrymari*

coepit, sed *et vehementer*, *multum lacrymari coepit* enarrarunt, velut *Theophylactus:* — ἢ ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος, *Erasmus* et *Vatablus: prorupit in fletum.* Videlicet et mirifice et male Marcus dixisset *et* (fletum) *aggressus flevit* pro *et multum flevit.* Ceterum *et flere coepit* multi antiquitus explanaverunt, v. c. Syrus, It. Vulg. et translatio in vulgarem Graecorum linguam: καὶ ἄρχησε τὰ κλέγῃ. Praeterea sunt, qui ἐπιβάλλειν *addere*, *adjicere* explicent, ut ἐπιβαλὼν idem denotet quod προςθείς: vide Lucam 19, 11. cl. Soph. El. v. 47. ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προςτιθείς —. An haec vis verbo ἐπιβάλλειν subjecta sit in dubium venire non potest. Est enim res aperta [vide Diod. Sic. I, 563. ἐπιβαλὼν ἔφη et interpretes ad II, 288.]. Sed quae apta sententia ita e verbis elici possit parum liquet. Absurde enim fecerit qui vertat: *et quum addidisset* (fletum) *flevit* i. q. *et praeterea*, *de integro flevit*, *flere perrexit.* Non enim est Petrus lacrymatus antea. Deinde quod *Ludov. de Dieu et quum addidisset s. auxisset (?) flevit* idem valere quod *et abunde flevit* contendit, ejus est viri commentum. Denique *Grotius*, *Heupelius* al. verbo ἐπιβαλὼν ad ἀνεμνήσθη relato interpretantur: *et recordationi vocis ab Jesu missae* — *adjecit fletum* i. q. *non solum recordatus est*, *Jesum dixisse* etc., *sed etiam praeterea flevit.* Id vero neque inest verbis neque inesse potest. Dicendum sic fuerat: καὶ ὁ Πέτρος οὐ μόνον ἀνεμνήσθη — ἀλλὰ καὶ — ἔκλαιε [ἔκλαυσε]. Omnes veritatis numeros eorum rationem habere existimo, qui transferunt: *et veste capiti injectâ* (s. *capite operto) flevit.* In hâc sententiâ sunt *Theophylactus:* — ἐπιβαλὼν γάρ φησιν ἔκλαιε, τουτέστιν ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλήν, ἢ ἀντὶ τοῦ ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος., *Casaubonus* utrum ἐπιβαλὼν sic an pro ἐννοήσας accipiendum sit in medio relinquens, *Abreschius* ad Aeschyl. p. 410., *Salmasius* de foen. trapez. p. 276., *Lamb. Bos* Exercitt. p. 21. et ellips. p. 204. ed. *Schaef.*, *Suicerus* Thes. eccles. I, p. 1161 sq., *Elsnerus*, *Heumannus*, *Wolfius*, *Krebsius*, *Fischerus* ad Plat. Phaed. p. 495. al.. Loquendi usum illam interpretationem admittere certum est. Nam quamquam nullus hucusque locus prolatus

est, ubi quo modo hic ἐπιβαλὼν positum sit (ubivis enim ἱματίου s. ἐσθῆτος vocabulum adjectum est LXX Levit. 19, 19. Num. 4, 14.), tamen quum toties loquutiones ἐπιβάλλειν ἱμάτιον, φᾶρος sim. [vide Eurip. El. v. 1221. ἐγὼ μὲν ἐπιβαλὼν φάρη κόραις ἐμαῖσι. Aristoph. Eccles. v. 558. ἐπιβαλοῦσα τοὔγκυκλον, ubi cf. *Brunckium*], ut ἀποβάλλειν et περιβάλλειν τὸ ἱμάτιον Marc. 10, 50. 14, 51., frequentatae essent, recte potuit ἐπιβαλὼν pro ἐπιβαλὼν τὸ ἱμάτιον τῇ κεφαλῇ collocari. Haec enim valet regula, ut quae lector tritae formulae recordatione nullo negotio mente adjicere queat jure reticeantur. Pertinent hûc quae supra p. 226. disputavi. Ejusdem generis tum ὑποδησάμενος est, quod voc. saepe simpliciter ponitur *(ubi sandalia pedibus adstrinxit)* tum l. Joseph. A. J. 9, 7, 3. — (Gotholia) περιῤῥηξαμένη (scil. τὴν ἐσθῆτα) καὶ δεινὸν ἀνακράζουσα cl. A. J. 10, 4, 2. περιῤῥηξαμένη τὴν ἐσθῆτα. Superest ut quâ mente Petrus *obvoluto capite* lacrymatus sit constituatur. Jam quum soleant homines *in magno acerboque fletu* vel caput veste obvelare, ut olim [Plat. Phaed. p. 495. ed. *Fisch.* Ἀλλ' ἐμοῦ γε βίᾳ καὶ ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαιον ἐμαυτόν. Eurip. Orest. v. 280. 295. Iphig. A. v. 1123. 1550. Joseph. A. J. 7, 10, 5.. Nihil ad h. l. pertinet, quod omnino in luctu et tristitiâ capitis obvelationem apud Hebraeos 2 Sam. 15, 30. et Graecos Hom. Il. ω. v. 163. more receptam fuisse interpretes monent. Nam quo consilio lugubres vestes induerunt pectusque percusserunt, eodem illud fecerunt h. e. ut luctum prae se ferrent], vel, ut nunc, linteo faciem obtegere, quippe nimium luctum ut parum decorum aliquo pudoris quem natura instillavit sensu victi dissimulaturi, explicatores *operto capite flevit* idem ad sententiam dicere quod *impense*, *magnopere flevit* (Matth. 26, 75. ἔκλαυσε πικρῶς) arbitrantur. At alia potest eaque verisimilior causa afferri, cur Petrus caput veste obvolverit. Nam latere voluit [Liv. 3, 49. — quum fractis animis Appius vitae metuens in domum se propinquam foro insciis adversariis *capite obvoluto* recepit.] eos qui adstarent, ne qui adessent e lacrymis Petri necessitudinem ejus atque Jesu altius conjecta-

rent, fortassis etiam ne rursus an Jesu esset discipulus interrogatus aut amicitiae jura denuo violaret si negaret, aut si affirmasset periculum adiret. Hanc sententiam illud magnopere commendat, quod Petrus *Marco auctore* non egressus est e pontificis vestibulo, sed ibi mansit. Aliter Matthaeo 26, 75. cl. Luc. 22, 62. visum est. — Hoc capite Marcus singulas res quo Matthaeus 26, 2—75. usus erat ordine disposuit eumque in ipsâ rerum gestarum narratione praecipuum est auctorem sequutus [vid. v. c. Marc. 14, 26—28. cl. Matth. 26, 30—32], ut Lucae tamen commentarios diligenter consuleret [vid. not. ad Marc. 14, 70. 71. et Marc. 14, 14—16. cl. Luc. 22, 11—13.]. Verum non eo contentus fuit, ut ab illis accepta referret, nisi ea aliunde cognitis locupletavisset [cf. Marc. 14, 3. 5. 50—52.] suisque auctoribus judicii libertatem tuitus correctionem interdum adhibuisset [cf. Marc. 14, 30. 67. 69. 72.]. In quo illud miror, quod in duarum rerum expositione cum Johanne consentit [vide Marc. 14, 3. cl. Joh. 12, 3. Marc. 14, 5. cl. Joh. 12, 5.].

CAP. XV.

ARGUMENTUM.

Jesu supplicio addicto (14, 64) *statim synedri sub posteri diei diluculum quomodo Pilato, procuratori romano, de sui judicii aequitate persuaderent deliberarunt vinctumque ei reum tradiderunt vs.* 1. *Convenerat autem ut Jesus affectati imperii postularetur. Unde Pilatus quaestionem ab hâc percontatione exorsus est: num tu es Judaeorum rex? Affirmavit hoc Jesus eo sensu, quo Messias dici Judaeorum rex solebat, ceterum adversariorum criminationes, quamvis a Pilato, ut se defenderet provocatus, ipso silentio vanitatis arguit, ut Pilato Jesu innocentia, principum judaicorum invidia oculis subjecta vide-*

retur vs. 2—5. 10.. *Peropportune igitur Pilato cecidit, quod plebs judaica ut pro more paschatis festo captivum libertate donaret incondito clamore flagitavit. Expeditam enim absolvendi Jesu rationem se inventurum credidit, si utrum Barabbam, quem improbum status civilis perturbatorem in vinculis tum habebat, an Jesum sibi condonatum mallent, Judaeis optionem dedisset* vs. 6—9.. *Sed praeter omnem exspectationem plebs a synedris instigata Barabbae libertatem, Jesu supplicium, idque identidem, aucto clamore, dum Pilatus Jesu innocentiam antestaretur, poposcit* vs. 11—14.. *Itaque quum diu Pilatus frustra adversus iniquum postulatum tetendisset, tandem, ut Judaeis gratificaretur Barabbam in libertatem vindicavit, Jesum laesae majestatis condemnatum crucis supplicio addixit et flagellis caesum ut in crucem tollerent militibus tradidit* vs. 15.. *Qui in Pilati palatium abductum convocatâ universâ cohorte militaribus facetiis luserunt. Nam quem regnum affectasse putarunt, ei regium habitum, pallium coccineum et diadema, spineum illud, induerunt eumque regis titulo consalutatum, quasi ne rem serio acciperet caventes, summâ verborum et factorum contumeliâ obruerunt* vs. 16—19.. *Quo facto suis Jesu vestibus redditis ex urbe eum ut cruci suffigeretur eduxerunt* vs. 20.. *In quâ viâ Simoni cuidam Cyrenaeo forte praetereunti crucis ferendae onere imposito postquam ad supplicii locum ventum erat vinum myrrhâ temperatum Jesu frustra obtulerunt ejusque in crucem sublati vestimenta inter se sortibus jactis partiti sunt* vs. 21—24.. *Tertiâ diei horâ auditâ cruci jam erat Jesus suffixus* vs. 25.. *Adscriptus titulus crimen nefarie objectum indicavit affectusque crucis supplicio est simul cum duobus latronibus* vs. 26. 27. [*quâ re V. T., quod de Messiâ cecinit, oraculum eventum habuit* vs. 28.]. *Calumniis Jesum in crucem actum prosciderunt ludibrioque habuerunt tum homines praetereuntes tum pontifices judaici tum latrones, qui simul cum eo in crucem sublati erant* vs. 29—32.. *Ab horâ diei sextâ usque ad nonam portentosa caligo universum terrarum orbem contexit* vs. 33.. *Tum Jesus acutissimorum dolorum sensu correptus in notam Psalmi* 22, 2. *vocem erupit* vs. 34., *quâ quum adstantes ad inepta dicteria abusi essent* vs. 35. 36., *magno edito clamore exspiravit* vs. 37. *templique velum, quum moreretur, a summo ad imum in duas partes scissum est non sine miraculo* vs. 38.. *Conjecit autem centurio romanus supplicio praepositus inde quod Jesus altâ*

voce sublatâ exspirasset, tanquam ex insigni re, eum Dei cujusdam filium fuisse vs. 39.. *Ceterum observarunt Jesu supplicium Maria Magdalenensis, Maria, Jesu mater, Salome aliaeque multae mulieres, quae simul cum eo Hierosolymas profectae erant* vs. 40. 41.. *Orto vespere Josephus, Arimathaeus, dives senator ac pius Jesu discipulus, demortui magistri corpus ad sepulturam a Pilato sibi expetiit, quod impetratum sindonique involutum in aliquo sepulchro e rupe exciso posuit* vs. 42—46., *ita, ut Maria Magdalenensis et Maria, Jesu mater, ubi corpus poneretur observarent* vs. 47..

V. 1. *Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαν-*
τες οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμ-
ματέων καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, δήσαντες τὸν Ἰησοῦν
ἀπήνεγκαν καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ. 2. *Καὶ ἐπη-*
ρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν
Ἰουδαίων; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· σὺ λέγεις.
3. *Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλά.* 4.
Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων· οὐκ
ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε, πόσα σου καταμαρτυροῦσιν.
5. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥςτε θαυ-*
μάζειν τὸν Πιλάτον. 6. *Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν*
αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ ᾐτοῦντο. 7. *Ἦν δὲ ὁ*
λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν στασιαστῶν δεδεμέ-
νος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν. 8.
Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς
ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. 9. *Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐ-*
τοῖς λέγων· θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν
Ἰουδαίων; 10. *Ἐγίνωσκε γάρ, ὅτι διὰ φθόνον πα-*
ραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς. 11. *Οἱ δὲ ἀρ-*
χιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραβ-
βᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς. 12. *Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἀπο-*
κριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· τί οὖν ποιήσω ὃν λέγετε τὸν
βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 13. *Οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν·*
σταύρωσον αὐτόν. 14. *Ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐ-*
τοῖς· τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκρα-
ξαν· σταύρωσον αὐτόν. 15. *Ὁ δὲ Πιλάτος βουλό-*

μενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ. 16. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν. 17. Καὶ ἐνδιδύσκουσιν αὐτὸν πορφύραν καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον, 18. καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν· χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. 19. Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ. 20. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια· καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.

V. 1. Vide not. ad Matth. 27, 1.. ἐπὶ τὸ πρωΐ] i. e. *sub diluculum*. Act. 3, 1. — ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, τὴν ἐνάτην. Arrian. Exp. Al. 3, 18. ἐπὶ τὴν ἕω. Desunt v. ἐπὶ τό in B. D. L. 46. al.. Id *correctores* instituisse, ne Marcus cum Matthaeo 27, 1. πρωΐας δὲ γενομένης dissideret, ex Colb. *quum autem mane factum esset* colligas. Verum neque pendent Codices B. L. a Colbertino neque dissentiunt Evangelistae, si in Marco ἐπὶ τὸ πρωΐ legatur. Quippe loquutio ἐπὶ τὸ πρωΐ *sub diluculum* late patet tempus ante diluculum et post diluculi ortum pariter complectens. Casu igitur ἐπὶ τό male intercidisse potius credo. συμβούλιον ποιήσαντες] *quum consilia agitavissent*. Cf. Marc. 3, 6.. L. συμβούλιον ἑτοιμάσαντες ex interpretamento. Scilicet συμβούλιον perperam h. l. *de synedrii consessu* intellectum est: *quum senatus consessum instituissent*. Vide *Grotium*. | Ev. 13. συμβούλιον λαβόντες e Matth. 27, 1., ubi vicissim D. al. ἐποίησαν jactant pro ἔλαβον e Marco. | D. Orig. IV, 387. D. Ev. 7. 9. 14. συμβούλιον ἐποίησαν — καὶ δήσαντες [Ev. 7. 9. 14. συμβ. ἐποίησαν — συνέδριον κατὰ τοῦ Ἰησοῦ καὶ δήσαντες e Matth. 27, 1.]. Manifesta interpolatio. Nam constructionem monstrare atque indicare, δήσαντες cum verbo (ἀπήνεγκαν) arctissime cohaerere (cf. Marc. 14, 3.) *correctores*, quibus Matth. 27, 1. 2. ob oculos erat, suarum

partium esse arbitrati sunt. — Optime comparata sunt vocc. *καὶ ὅλον τὸ συνέδριον* post v. *οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων.* Declarant enim illa *et*, *ut paucis verbis absolvam*, *universum synedrium*. Vide not. ad Matth. 26, 59. et Marc. 13, 8.. Lectio edit. *Er. Schmidii καὶ ὅλου τοῦ συνεδρίου* ex Syro aliisque translationibus derivata *emendatio* est. Nam si, ut debemus, *ὅλον τὸ συνέδριον* retinemus, id grammatice cum remotiore v. *οἱ ἀρχιερεῖς* cohaeret. Sed versionum auctores commodius putarunt proxima componere *μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων καὶ ὅλου* —, male quidem. *ἀπήνεγκαν* (*amoverunt*, sie schafften ihn fort) de Jesu qui injectis vinculis non sui arbitrii esset usurpatum nullam offensionem habet. Alia erat ratio loci Marc. 11, 7. Cf. supra p. 469.. Est autem hic Aoristus I (*ἀπήνεγκα*) in N. T. prope legitimus; vide plurima exempla apud *Schleusnerum* sub v. *προςφέρω*. Scriptura *ἀπήγαγον* pro *ἀπήνεγκαν* non satis testata est. Peti potuit e Marc. 14, 44. 53. et maxime e Matth. 27, 2.. Lectio autem D. *ἀπήγαγον εἰς τὴν αὐλὴν abduci jusserunt in palatium* [cf. *Griesbach.* C. C. p. 183.] *ineptum* est *glossema* e vs. 16. susceptum. Namque h. l. Jesus traditur tantum Pilato vs. 16. autem a militibus rapitur *in Pilati palatium.* *τῷ Πιλάτῳ*] 13. 69. al. *αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ* e Matth. 27, 2. | *Πιλάτῳ* excluso Articulo B. D. L. 1. praebent. Qui cum tot Cdd. conservandus est. Quamquam enim Nomina propria ubi primum ponuntur plerumque sine Articulo dicuntur (cf. ad Matth. 27, 2.), tamen in notissimis et pervagatis Nominibus haec lex non semper servatur. Bene igitur h. l. habet *τῷ Πιλάτῳ*. Totius versus haec conditio est: *et quum extemplo sub diluculum pontifices cum presbyteris et legum divinarum magistris et totus omnino senatus consilia agitavissent injectis vinculis Jesum amoveri et Pilato tradi jusserunt.* Sed quia scriptor verbis *εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες — ἀπήνεγκαν* aperte redit ad 14, 64., *e Marci sententiâ* synedros, quum Jesum noctu mortis condemnassent, ante hanc, de quâ hîc agitur, consultationem non domum discessisse suam, sed eos quomodo Pilato, procuratori romano, de suae sententiae

aequitate persuaderent continuo deliberantes diluculum oppressisse crediderim. V. 2. In eodem crimine Marcus h. l. est, cujus Matthaeum 27, 11. insimulavimus. *ὁ Πιλάτος*] E. 72. et ed. *Erasmi*. *ὁ Πιλᾶτος*. Quamquam *α* naturâ producitur, tamen in romanis nominibus graece dictis tam parum sibi constant scriptores, ut optimas membranas sequi tutissimum sit. Inter *σακέρδωτος* et *σακερδῶτος*, *Ὀνώρατος* et *Ὀνωρᾶτος* et alia Romanorum nomina in Plutarcho aliisque tanta cernitur librorum dissensio, ut vix speres fore unquam ut aequabilitas restituatur. Romani produxerunt a Pilātus, corripuerunt N. T. scriptores *Πιλάτος* satis habentes accentum *α* literae imposuisse. *σὺ λέγεις*] *Theophylactus:* — *ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Πιλάτου, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ κύριος ἀμφίβολον ἀπόκρισιν δίδωσι· τὸ γὰρ σὺ λέγεις δύναται νοηθῆναι, ὅτι ἀληθῶς εἶπας, σὺ εἶπας ὅπερ εἰμί· δύναται δὲ νοηθῆναι καὶ οὕτως, ὅτι ἐγὼ οὐ λέγω τοῦτο, σὺ δὲ λέγεις.* Immo nulla est in Jesu verbis ambiguitas, quum *usu* invaluerit, ut *σὺ λέγεις* et finitimae loquutiones in affirmando (*recte*, *sane*, *omnino*) collocarentur. Cf. *Heupelium* ad h. l.. Ceterum vide not. ad Matth. 27, 11.. V. 3. *πολλά*] Vulgatus: *in multis*. Quin potius *multum*. — *πολλά, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο* 13. 69. al.. Est interpolatio ob v. vs. 4. *οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν* et vs. 5. *οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη* e Luc. 23, 9. et Matth. 27, 12. in multos et ex parte bonos Cdd. suscepta [cf. *Griesbach*. C. C. p. 183 sq.]. Quod librarii malâ sedulitate addiderunt, scriptor e vs. 4. et 5. cordatum lectorem suâ sponte intelligere voluit. Adulterina esse v. *αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο* etiam ex eo emergit, quod Marcus a Matthaeo 27, 12. 13. latius dicta paucioribus verbis vs. 3. et 4. comprehendit. V. 4. Verba *πάλιν ἐπηρώτησεν* bene referuntur ad vs. 2. *καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος*. Quare neque *πάλιν* aut omitti cum 127. 131. al. aut cum D. ante *λέγων* collocari potest propter sensum et lectioni *ἐπηρώτα* refragatur Aoristus versu 2.. Pilatus igitur Jesum, ut pro se diceret, permoturus, rursus his verbis interrogavit: *nihilne respondes? vide, quanta adversus te crimina testentur*. *καταμαρτυροῦσιν*] B.

D. al. κατηγοροῦσιν. Est glossema e vs. 3. *καὶ κατηγόρουν κ. τ. λ.* ductum. Idem Matth. 27, 13. invasit 1. 209. ex vs. 12.. V. 5. Respicitur verbo *οὐκέτι* ad responsum, quod Jesus primo a Pilato interrogatus dederat h. r.: *Jesus autem non amplius* (i. e. post responsum vs. 2., quo se Messiam esse fassus erat) *quidquam regessit.* V. 6. Non solum per paschatis, sed etiam per τῆς πεντηκοστῆς et τῆς σκηνοπηγίας ferias hominem maleficum a procuratore romano Judaeis condonatum esse male *Er. Schmidius* ad Matth. 27, 15. e verbis κατὰ δὲ ἑορτὴν — argumentatus est. Quamquam enim ἡ ἑορτή de quibusvis feriis in genere dicitur, tamen h. l., quum *de paschate* agatur (Marc. 14, 1.), καθ' ἑορτὴν ad *paschatis* ferias referri debet: *singulis paschatis feriis.* Vide Joh. 18, 39. et not. ad Matth. 27, 15.. ἀπέλυεν] 13. 69. εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν | Syr. al. εἰώθει ἀπολύειν e Matth. 27, 15.. Consuetudinis notio h. l. non *Imperfecto* ἀπέλυεν [cf. *Munthium* ad h. l. et *Winerum* gr. I. p. 103.], sed verbis κατὰ δὲ ἑορτὴν [Act. 2, 46. Tit. 1, 5.] inclusa est: *per singulas paschatis ferias dimittebat Pilatus unum captivum in Judaeorum gratiam.* ὅνπερ ᾐτοῦντο] *quem quidem sibi expetebant.* D. G. 69. ὃν ἂν ᾐτοῦντο. [Marc. 6, 56.]. Quippe facillime ὃν ἂν *quem quovis tempore, den allemal* et ὅνπερ *quem quidem, den nehmlich* ut sensu affinia confundebantur. Postremo scriptura A. ὃν παρῃτοῦντο pro ὅνπερ ᾐτ. longe usitatissima est librariorum aberratio. Quod autem ὅςπερ in N. T. nusquam praeterea invenitur, reputandum est et sensui h. l. aptum esse ὅνπερ et legi in N. T. ὥςπερ, εἴπερ, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ, ἐάνπερ, ἤπερ, καίπερ, καθάπερ. V. 7. μετὰ τῶν συστασιαστῶν] Haud vulgare critici acuminis specimen ediderit qui de varietate συστασιαστῶν et στασιαστῶν recte judicaverit. Equidem cum *Dav. Schulzio* praefero στασιαστῶν, quod B. ap. *Bentl.* C. D. K. 1. 34. 39. 56. 58. 69. Ev. 13. Colb. Sahid. testantur. *Matthaeius* nullum ejus lectionis testem memorat, sed συν στασιαστῶν ex v. et Codice Alexandrino affert, quod usitato librariorum vitio detracto est συστασιαστῶν. Argumentis ducor his. Vocabulum συστασιαστής omni paene antiquitatis fide destitutum est,

ut quod praeter hunc l. tantummodo Joseph. A. J. 14, 2, 1. *κατὰ Ἀριστοβούλου καὶ τῶν συστασιαστῶν αὐτοῦ* a VV. DD. hactenus repertum sit. Vox *στασιαστής* non legitur ea quidem praeterea in N. T., sed Moeris p. 359. *στασιαστής* *Hellenistis* tribuit, Thomas M. p. 808. *στασιωτικόν* commendat, a voce *στασιαστικόν* cavendum esse dicit. Deinde *συστασιαστῶν* e temerariâ correctione natum existimo, quia si *στασιαστῶν* scribitur Barabbas e numero *τῶν στασιαστῶν* eximi videri possit: *erat autem qui Barabbae nomine vocabatur cum rei publicae perturbatoribus in vincula conjectus, qui in seditione caedem fecerant.* Eadem cura turbas effecit in sequentibus verbis *οἵτινες — πεποιήκεισαν*, quae Sahid. Rd. Vulg. Verc. Colb. Corb. vertunt *ὅς — πεποιήκει*, Arm. autem reddit *μεθ' ὧν — πεποιήκει.* Utraque lectione inter seditiosos refertur Barabbas. Apparet igitur, *στασιαστῶν* hîc difficiliorem scripturam esse atque hoc nomine commendabilem. Postremo aliquid tribuo verbis *ἐν τῇ στάσει in seditione, quam nemo ignorat* (bei dem *bekannten* Aufruhre), quae contuitus omnia bene congruere intelligas: *erat autem homo qui Barabbas vocabatur unâ cum civitatis perturbatoribus, qui in notâ seditione caedem fecerant, vinctus.* Nihil igitur dubito lectionem *στασιαστῶν* probabiliorem dicere, sed ita certam esse ut nihil contra dici possit nego. Nam et plures libri *συστασιαστῶν* fovent quam *στασιαστῶν*, et vocabulum *συστασιαστής* analogiae praesidio munitum est (quâ enim lege *συστασιώτης* Luc. de saltat. c. 84. a *στασιώτης* ductum est eadem *συστασιαστής* a *στασιαστής* derivatur) et multa Marcus inusitata verba de industriâ consectatus est [cf. v. c. Marc. 14, 3.]. Quodsi *συστασιαστῶν* conservetur hoc enuntiatum est: *erat autem qui Barabbas dicebatur cum seditionis sociis vinculis circumdatus, qui in notâ seditione caedem fecerant.* His duo adjungo: unum, Codicem B. secundum ambiguum *Birchii* testimonium *στασιωτῶν* formam atticam pro *στασιαστῶν* [Moeris l. l.: *στασιώτης, ἀττικῶς*] continere: alterum, perperam S. V. *Wahlium* Clav. p. 965. vocabulum *συστασιαστής* cum v. *συμφυλέτης, συμπολίτης*, de quibus exponit Phrynichus p. 471.

ed. *Lob.*, contendisse. Id Vir doctus non commisisset, si ibi *Scaligeri* notam expendisset. πεποιήκεισαν] F. 61. edd. ἐπεποιήκεισαν. Male. Cf. not. ad 14, 44.. Tertia lectio 74. Ev. 17. πεποιήκεσαν, atticam formam praestans, a N. T. scriptorum indole abhorret [cf. Phrynichum p. 149. ed. *Lob.*]: quarta 71. Ev. 13. al. πεποιήκασι et quinta 28. πεποίηκαν (forma alexandrina pro πεποιήκασι), quia antecedit ἦν δὲ — δεδεμένος, unde dicendum fuisse *qui* — *fecerant* apparet, etiam absurdae sunt. Formulae φόνον ποιεῖν *caedem facere* [LXX Deut. 22, 8.] exemplorum lucem admovit *Raphelius* Obs. Polyb. ad h. l.. *Paulus* seditionem h. l. commemoratam eam esse arbitratur, cujus Josephus A. J. 18, 4. mentionem injecit. Ego quum nihil inveniam quo *Pauli* suspicionem vel confirmem vel redarguam rem in medio relinquam. Illud certum est, Marcum de Barabbae ejusque sociorum seditione loqui ut de re in vulgus notâ [ἐν τῇ στάσει] diversam a Lucae 23, 19. opinione, qui διὰ στάσιν τινὰ dixerit, sententiam sequutum. Ceterum Marcum et Lucam cum Johanne 18, 40., quo auctore Barabbas non status civilis perturbator, sed *latro* fuerit, conciliare frustra coneris. V. 8. Certum est, si quidquam, Marcum ἀναβοήσας, non ἀναβὰς [*quum ascendisset plebs* scil. *in Pilati palatium*] scripsisse, quod *Lutheri* translatione expressum vulgato ἀναβοήσας *Griesbachius* C. C. p. 185 sq. dubitanter, confidenter *Dav. Schulzius* antetulit. Nam primo ἀναβὰς est tantum in B. D. Copt. Sahid. Goth. Vulg. Cant. Colb. Corb. Gat. Prag. Mart. Rd. Verc. [Verc. *accensa turba:* recte correxit *Griesb.* l. l. *ascensa turba*, quod exprimit lectionem ἀναβὰς neque in tam barbarâ versione *ascensa* pro *quum ascendisset* dictum potest offendere] hoc est in *duobus* libris, qui ne consentiunt quidem, quum D. Cant. Goth. ἀναβὰς ὅλος ὁ ὄχλος exhibeant, et *in Verss.*. Hisne ut obsequamur? Deinde ἀναβὰς nimis profecto nude positum est, quam ut sic explicari possit: *et quum plebs in Pilati palatium enixa esset* —. Tum ἀναβὰς vix recte habet ob v. vs. 13. οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν et v. 14. οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν, quibus v. 8. ἀναβοήσας munitur. Licet quidem ita cavillari, ut dicas, πάλιν v. 13. referri ad vs.

11, cujus *sensus* hic sit: „plebem a principibus instigatam *sublato clamore* ut Barabbas sibi condonaretur postulasse," sed nemo hanc difficilem et coactam rationem inibit. Denique scripturae ἀναβάς origo in promtu est. Nam ἀναβάς vel e verborum ἀναβαίνω et ἀναβοάω confusione scribis solemni [cf. LXX 2 Reg. 3, 21., ubi Cd. Alexandrinus male ἀνέβησαν praebet, fortasse e praecedente membro male repetitum, reliqui libri recte ἀνεβόησαν i. e. hebr. וַיִּצְעֲקוּ, Hos. 8, 9. ὅτι αὐτοὶ ἀνέβησαν εἰς Ἀσσυρίους i. e. hebr. כִּי הֵמָּה עָלוּ אַשּׁוּר, Cd. Barberinus perperam ἀνεβόησαν offert. 2 Sam. 23, 9. καὶ ἀνέβησεν ἀνὴρ Ἰσραήλ h. e. hebr. וַיַּעֲלוּ אִישׁ יִשְׂרָאֵל. Male Ald. καὶ ἀνεβόησεν ἀνὴρ Ἰσραήλ. Item in Demosthene (vid. *Schaefer*. I. p. 271.) similes formae βοησόμενοι et βοηθησόμενοι confusae sunt, quorum *prior* vera. Vide praeterea ad Greg. Cor. p. 283 sq. βεβόηται βεβοήθηται, βοήσας βοηθήσας similia inter se a librariis permista.], vel e compendio ΑΝΑΒΣ male resoluto natum est. Ita infra v. 15. in Cd. D. σταυρωθῇ hoc compendio scriptum est: ΣΤΗ. *Pauli* conjectura ἀναβήσας et inutilis est (nam si dicto opus erat *et quum plebs in Pilati palatium ascendisset*, non erat, cur ἀναβάς displiceret) et falsa. Quippe Aoristi I. ionici ἀνέβησα [cf. *Buttmann*. gr. II. p. 87.], qui plerumque vim habet transitivam *effeci ut scanderes*, nullum est, quod equidem sciam, in N. T. et LXX vestigium praeterquam 2 Sam. 23, 9. καὶ ἀνέβησεν ἀνὴρ Ἰσραήλ, ubi tamen fortasse e conjecturâ reponendum est ἀνέβησαν [וַיַּעֲלוּ אִישׁ יִשְׂרָאֵל]. At, inquis, ἀναβοήσας Marco impertiri nequit propterea, quod hoc pacto Marcus cum Matthaeo 27, 17. 21. et Johanne 18, 39. mire dissentiret, quibus fidejussoribus, quum ultro Pilatus vellet consuetudinem more receptam servare, non ut more consueto unum ex maleficis vinculis solveret, sed ut Barabbam potius quam Jesum sibi condonaret dissono clamore plebs postulavit. Quasi vero haec dissensio lectione ἀναβάς dirimatur. Nam vel sic haec discordia remanet, *petiisse* plebem a Pilato, *ut pro more vincula captivo demeret*. Quidni igitur quod simplicissimum est statuere malumus, Marcum, ut saepe alias, ita hîc quoque a reliquis Evangelistis discessionem fecisse, ut

illo auctore plebs id a Pilato incondito clamore requisiverit, quod hi suâ sponte Pilatum obtulisse asseverant? Sic violentis Virorum D. concordiam dissentientibus obtrudentium consiliis supersedere possumus. Quorum *Michaelis* et *Paulus* aliam quam quae antea affuisset populi turbam quum Pilati quaestioni intervenisset nesciam quid ageretur ut hominem maleficum de more in libertatem vindicaret sublato clamore postulavisse opinati sunt. Scilicet plebem quae Pilati cognitioni interesset novâ quae serius veniret turbâ auctam esse nullo verbo indicatum est. *Kuinoelius* autem diversis Evangelistarum narrationibus in unum confusis rem talem confinxit. Populi turbâ cum Jesu ab Herode ad Pilatum reversâ (Luc. 23, 11. 15.) *nonnullos qui Jesu bene cuperent* ut uni de captivis pro more vincula demerentur dissono clamore flagitavisse (Marc. 15, 8.), quippe Jesum, innocentem virum, a Pilato dimissum iri ratos. Quâ conditione laeto animo acceptâ Pilatum utrum Barabbam an Jesum sibi condonatum mallent interrogavisse (Matth. 27, 17.). *Eo autem ipso temporis articulo (?)* Pilatum, ne in Jesum, virum insontem, male consuleret, ab uxore per nuntium monitum esse (Matth. 27, 19.). Sed dum Pilatus cum nuntio ageret plebe ut Barabbam sibi exposceret a synedris concitatâ *homines Jesu infensos* (at Matthaeus 27, 22. *omnes* clamavisse σταυρωθήτω narravit) sublato clamore Barabbam libertati Jesum supplicio destinasse (Matth. 27, 21 sq.). ἤρξατο αἰτεῖσθαι] scil. αὐτοῖς ποιεῖν. [cf. not. ad 14, 8.]. Converte: *et plebs in altum clamorem erupit et sibi expetere coepit ut Pilatus sibi faceret*, *quomodo semper iis* (per paschatis ferias) *faciebat.* V. 9. Pilatus cum aculeo et maledicto in Judaeos facetus *vultisne*, inquit, *ut vobis quem Judaei regem habetis* (alio nimirum rege destituti) *liberum dimittam?* Eandem dicacitatem in Judaeos jacit versu 12. (cf. Joh. 18, 39. 19, 15.). V. 10. ἐγίνωσκε] *cognoscebat*, *intelligebat.* A. al. ἐπεγίνωσκε *accurate cognoscebat* (vide egregiam notam *Valckenarii* Schol. in Luc. p. 14. 15.) ex interpretamento | D. I. al. ᾔδει e Matth. 27, 18. ut paullo post παρέδωκαν D. H. al. παραδεδώκεισαν et παρέδωκαν αὐτὸν 1. 13. al. pro παρα-

δεδώκεισαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς. Non tamen dissimulo, parum placere hanc orationem: οἱ ἀρχιερεῖς. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς. Sed v. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς omittunt tantum Ev. 17. Vers. Arm., vocc. οἱ ἀρχιερεῖς ita pauci, ut vix dubitem casu excidisse illa verba neglecta semel, quia Marcus bis scripsisset. Ac mihi videtur Marcus crimen nefarie condemnati Jesu a plebe judaicâ studiose in principes amoliri [cf. Matth. 27, 20.]. Quare vix abesse potest priore loco οἱ ἀρχιερεῖς. V. 11. ἀνέσεισαν] D. Cant. al. ἔπεισαν e Matth. 27, 20. | Ev. 19. al. ἀνέστησαν | 131. al. ἀνέπεισαν [Act. 18, 13.]. Hoc aut e glossemate [cf. Luc. 23, 5. Hesychius: ἀνασείοις· ἀναπείθοις. Suidas: ἀνασείω· ἀναπείθω ἢ πρὸς μάχην ἐρεθίζω.], aut, ut *Griesbachius* C. C. p. 186. existimat, e διττογραφίᾳ ortum est, h. e. e Matthaei ἔπεισαν et vulgatâ Marci lectione ἀνέσεισαν. Fortius est autem verbum ἀνασείω *sollicitare, concitare* notans, quam ἀναπείθω *persuadere* declarans. ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν λύσῃ αὐτοῖς] i. e. *ut Barabbam potius quam Jesum iis condonaret.* Voc. μᾶλλον in Arm. Sahid. Aeth. male peremtum. Ceterum ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα — ἀπολύσῃ concise dictum esse pro ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον αἰτῆσαι, ἵνα — ἀπολύσῃ [*concitarunt plebem ad petendum a Pilato ut — dimitteret*] *Er. Schmidius* observavit. Nimirum *rogandi* notio, quam ille desideravit, *Conjunctivo* ἀπολύσῃ continetur, id quod facile deprehendas, si verba graeca in vernaculam linguam transtuleris: die Hohenpriester aber wiegelten das Volk auf, dass Pilatus lieber den Barabbas ihnen freigeben *sollte.* V. 12. ἀποκριθεὶς πάλιν] Ordo verborum improbus. Proinde aut πάλιν delendum cum D. 13. al., aut quod praestare nobis videbatur ex B. 115. Mt. a. 17. al. πάλιν ἀποκριθεὶς reponendum. Id apte refertur ad vs. 9. ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων. — τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;] Locus difficilis, de quo in diversas partes disputari potest. Primum θέλετε om. B. 1. 13. 33. 40. 69. Copt. Sahid. idque obliterandum puto. Nam quum e Cdd. discrepantiâ appareat, non posse simul ferri θέλετε atque ὃν λέγετε [*quid ergo vultis eó homine faciam quem Judaeorum regem dicitis?*], eo

citius *θέλετε* expungo, quo minus de integritate verborum *ὃν λέγετε* dubito. *Θέλετε* derivatum est e vs. 9. *θέλετε ἀπολύσω*. Deinde *ὃν λέγετε* deest in A. D. 13. 69. 118. Ev. 13. Rd. Arm. Sahid. Vulg. It.. Male. Scilicet *οὖν θέλετε* et *ὃν λέγετε* tam similem sonum habent, ut facile aut alterutrum aut utrumque praetermitti possit. Tum B. praebet *λέγετε* omisso v. *ὃν* h. m.: *τί οὖν ποιήσω λέγετε τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;* unde suspicari etiam licet, *ὃν λέγετε* primum in *λέγετε* mutatum esse, quod quia absurdum esset, deinceps totum *ὃν λέγετε* male periisse. Perperam Cd. B. lectionem probavit *Dav. Schulzius*, ut *λέγετε* nude positum opinaretur. Haec talis enim oratio: *quidnam ergo faciam*, *dicite* (sagt an), *rege Judaeorum?* ab usu et simplicitate Evangelistarum plane abhorret. Paulus quidem in loco dissimili ita scribere non verecundatus est Gal. 4, 21.. Denique Articulum *τόν* ante *βασιλέα* suppeditant A. B. C. 13. 69. 229. a sec. m. Ev. 13. Mt. f. [*τῷ βασιλεῖ* D.]. Verissime [cf. *Griesb.* C. C. p. 187.]. Est enim haec lectio tam elegans tam toti loco consentanea, ut nisi ab ipso Marco profecta sit a librariis excogitari non potuerit. Recte enim *Paulus* monet, in totâ hâc narratione commemorari *τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων* cum Articulo [vs. 2. 9. 18.], ut vix concoquas *ὃν λέγετε βασιλέα* —. At, dicat aliquis, libri A. D. 13. 69. Ev. 13. simul tollunt *ὃν λέγετε* simul ferunt *τὸν βασιλέα*: non igitur utrumque temere confundi licet. Pauca accipe contra. Mt. f. exhibet *ὃν λέγετε τὸν βασιλέα* et B. *λέγετε τὸν βασιλέα* i. e. nihil aliud quam *ὃν λέγετε τὸν βασιλέα*. Vide supra, ubi praeterea quam facile *ὃν λέγετε* interire potuerit disputatum est. Tum si scriptura Cd. B. *ποιήσω λέγετε τὸν βασιλέα* (sine *ὃν*) et D. *τῷ βασιλεῖ* (sine v. *ὃν λέγετε*) componatur uno addito *ω* orietur lectio, quae aliquando fortasse exstitit *ποιήσω ᾧ λέγετε τῷ βασιλεῖ*. In eâ *ᾧ* post *ποιήσω* facillime neglectum est, quo facto *λέγετε* non poterat non deleri. Superest gravissimum argumentum, quo scripturam *ποιήσω ὃν λέγετε τὸν βασιλέα* (nam Dativus uno D. nititur) defendam, ipsius elegantia. Graeci enim saepenumero hâc attractione usi sunt, ut nomen quod priori membro contribuere

debebant pronomini relativo plerumque cum Articulo postponerent, ut Luc. Lexiph. c. 10. *οὐκ οἶδα — ὃ ν λ έ γ ε ι ς τ ὸ ν Δ ε ι ν ί α ν*, quod e vulgari ratione sic dicendum fuerat: *οὐκ οἶδα — Δεινίαν ὃν λέγεις*. Multa in hanc rem exempla coegit *F. V. Fritzsche* Quaest. Luc. p. 88.. Ita h. l. *τί οὖν ποιήσω ὃν λέγετε τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; quid ergo faciam quem d i c i t i s r e g e m Judaeorum?* was soll ich denn nun machen mit *wie ihr ihn nennt den König der Juden?* per attractionem positum est pro *τί οὖν ποιήσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων ὃν λέγετε; quid ergo faciam rege Judaeorum quem dicitis?* was soll ich denn nun machen *mit dem Könige der Juden, wie ihr ihn nennt?* His disputatis *Millium* Prol. §. 1344. et adversus Cdd. et contra sensum *τί οὖν θέλετε ποιήσω β α σ ι λ έ α (Millio βασιλεῖ* placuisse falso rettulit *Wetstenius) τῶν Ἰουδαίων;* probavisse nemo est quin intelligat. V. 13. *ἔκραξαν*] Pauci apud *Wetstenium ἔκραζον* exhibent, quibus obsecundare nefas, plures post *ἔκραξαν* addunt *λέγοντες*, quod receptum nolui. Tanto enim facilius *λέγοντες* ab emendatoribus e Luc. 23, 21. et Joh. 19, 6. adjici potuit, quanto majorem ambiguitatem verba *οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν· σταύρωσον αὐτόν·* inferre videbantur, quippe ex quibus jam plebem *σταύρωσον αὐτόν* exclamavisse colligi posset, quum v. *πάλιν ἔκραξαν* ad vs. 8. referri debere manifestum esset. Scilicet *πάλιν* ad sublatum vs. 8. clamorem, non ad verba altâ voce enuntiata pertinet. Quod correctores desiderarunt ipsi inest verbo *ἔκραξαν* (Joh. 19, 15.): *plebs autem rursus clamando dixit: in crucem eum tolle.* Confirmat meam sententiam interpolatio e vs. 11. facta, quae est in G. 13. al. *οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν ἀνασειόμενοι ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων κ α ὶ ἔ λ ε γ ο ν· σ τ. α..* V. 14. *τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν;*] h. e. *ut eum crucis supplicio afficiam, a me non impetro. N a m quidnam mali commisit.* Cf. ad Matth. 27, 23.. *περισσοτέρως ἔκραξαν*] *Griesbachius* dedit *π ε ρ ι σ σ ῶ ς ἔκραξαν*. Perperam. Qui enim Cdd. *περισσῶς* testantur, eorum plerique (v. c. A. D. G. K. 1. 69. 72. 108. Mt. r. 10.) *ἔκραζον* continent. Esse autem *περισσῶς ἔκραζον* e Matth. 27, 23. in Marcum illatum facile demonstraveris. De *ἔκραζον* nemo dubitet,

quum id quoniam vs. 13. ἔκραξαν praecessit in Marco tolerari nequeat. Neque id minus de voce περισσῶς liquet. Aptum est enim περισσῶς in Matthaeo, qui quo loco plebs primo Jesu supplicium flagitavit, simpliciter scripserit 27, 22. λέγουσιν αὐτῷ πάντες· σταυρωθήτω, ut aucta hominum impatientia commode his verbis significaretur 27, 23. οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον λέγοντες· σταυρωθήτω., minus aptum in Marco, qui eodem illo loco (v. 13.) ita loquutus sit: οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν· σταύρωσον αὐτόν. Quippe melius οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν *illi autem impensius exclamaverunt* etc. quam οἱ δὲ περισσῶς ἔκραξαν *illi autem impense exclamaverunt* etc. ad v. vs. 13. οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν etc. refertur, praesertim quum Marco auctore plebs ut sibi captivus condonaretur jam antea dissono clamore postulaverit vs. 8.. Gradationis igitur lege περισσοτέρως defenditur. Quid vero mirum, si nonnulli Cdc., ut B. C. H. M. Matthaei et Marci verbis temere conflatis habent περισσῶς ἔκραξαν? V. 15. Formula τὸ ἱκανὸν ποιεῖν τινι, quam exemplis illustravit *Wetstenius* et *Kypkius* v. c. Diog. L. 4, 50. τὸ ἱκανόν σοι ποιήσω, ἐὰν παρακλήτους πέμψῃς., notat *satisfacere alicui* h. e. efficere, ne quis habeat quod queratur. φραγελλώσας] Vid. not. ad Matth. 27, 26.. Vitiose h. l. et Matth. 27, 26. nonnulli libri ap. Mt. exhibent φραγελώσας [cf. *Winer*. gr. II. p. 14.]. Est enim flage l l are. V. 16. Cf. not. ad Matth. 27, 27.. ἔσω τῆς αὐλῆς] 91. al. ἕως τῆς αὐλῆς. Librariorum vitium. Diversa est conditio loci Matth. 26, 58.. Ibi enim Petrus Jesum *usque ad* summi pontificis palatium e longinquo sequutus esse traditur: hic Jesum a Pilati militibus *intra palatium* abductum esse Marcus dicere debet. | C. a sec. m. εἰς τὴν αὐλήν. M. 10. al. εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ *Καϊάφα* [sic]. Glossema vulgatae lectionis. | D. 1. 13. al. ἔσω εἰς τὴν αὐλήν. Temere coaluit glossema cum genuinâ Marci scripturâ. Ceterum cf. supra 14, 54.. ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον] *in palatium quod est praetorium.* Breviter dixit Marcus quod pluribus verbis ita complecti poterat: ἔσω τῆς αὐλῆς, ὃ λέγουσιν (οἱ Ῥωμαῖοι) πραιτώριον *intra palatium, quod Romani vel homines vulgo praetorium*

vocant. Absurde *Millius* Prol. §. 410. nonnullarum translationum lectionem ἔσω τῆς αὐλῆς τοῦ πραιτωρίου [Vulg. — duxerunt eum in atrium praetorii] amplexus est. Scilicet τὴν αὐλὴν *vestibulum* interpretatus est, quum deberet *palatium.* V. 17. ἐνδύουσιν] B. C. D. F. 1. 13. 69. 218. ἐνδιδύσκουσιν. Hoc a Marco profectum esse *Griesbachio* et *Dav. Schulzio* assentior. Nam neque deberi potest talis lectio librariis neque abhorret N. T. ab eâ formâ [cf. Luc. 8, 27. 16, 19. Sirac. 50, 12. Judith. 9, 1. LXX 2 Sam. 1, 24. 13, 18. Prov. 31, 22.]. Omnino ἐνδιδύσκω *induere*, quod minime atticum est vocabulum, ut finitimum ἐπιδιδύσκω Eumath. 11. p. 428., infimi potissimum scriptores [Nicet. Eugen. 1, 319. Chrysost. T. IV. p. 281. Clem. Alex. Paedag. III, 12. νεκροῖς ἐνδιδύσκουσαι πλοκάμοις τὸ κρανίον.] asciverunt. Nihil de v. ἐνδιδύσκω quod meminerim habent veteres grammatici. Sed male *Dav. Schulzius* „*rec.*„ inquit, *ap. Mt. l. l.*" i. e. 27, 28.. Nam ibi est ἐκδύσαντες nihil ad h. l. pertinens. Etenim verba, cujusmodi est ἐνδιδύσκω, formant tantum Praesens et Imperfectum, non Futurum aut Aoristum. πορφύραν] *induerunt ei purpuram, vestem purpuream* i. e. *coccineam.* Cf. Matth. 27, 28.. Passim enim *vestimenta coccinea* per abusum vocata sunt *purpurea* ob utriusque coloris similitudinem [cf. Hor. Sat. II, 6, 102. 106. et *Schleusneri* Lex. N. T. s. v. πορφύρα]. Lectio 12. 61. χλαμύδα κοκκίνην e Matth. 27, 28. fluxit. In scripturâ autem 13. 69. al. χλαμύδα κοκκίνην καὶ πορφύραν Matthaei et Marci verba temere consarcinata sunt. περιτιθέασιν] Forma attica. Vide *Winer.* gr I. p. 40.. | D. Vulg. ἐπιτιθέασιν. Male. Graeci enim περιτιθέναι τινὶ στέφανον, διάδημα simil. *circumdare alicui coronam, diadema* etc. dicere consueverunt [vide *Wetstenium*]. καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον] h. e. καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ ἀκάνθινον στέφανον πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον *et circumdederunt ei spineam coronam postquam eam conseruerant.* Hanc syntaxin illustravi ad Matth. 27, 29.. Add. *Huschke* ad Tibull. I, 1, 25. *Jam possum, modo non, contentus vivere parvo.* et *Heindorf.* ad Hor. Sat. I, 5, 77.. V. 18. αὐτόν] αὐτὸν καὶ

λέγειν 10. 11. 27. 33. al.. Debetur ea lectio emendatoribus, quibus nimis nudum nec satis definitum videretur ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν· χαῖρε —. De quo tanto minus dubitare fas est, quum aliquot libri [157. 74. 91. sec. m. Colb.] αὐτὸν λέγοντες suggerant e Matth. 27, 29.. Praeterea oculis subjecta est variatio, signum corruptelae. Cf. not. ad vs. 13.. βασιλεῦ] Verissime *Matthaeius* et *Griesbachius* ὁ βασιλεύς ediderunt plurimorum et optimorum Cdd. auctoritate moti. Scilicet sexcenties librarii v. c. ὁ πατήρ et πάτερ commiscuerunt, ubi plerumque Nominativus cum Articulo genuinus, simplex Vocativus librariorum foetus est. Unde *Bernhardyi* crisin non concoquo, qui in l. Wissenschaftliche Syntax der griech. Spr. p. 67. e Platone profert ὁ Φαληρεύς *miraturque* illic variari ὦ Φαληρεῦ. V. 19. καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ] *et flexis genubus eum venerati sunt*. Omittunt haec v. D. Ev. 32. Mt. 10. Cant. saltu facto vel ab αὐτῷ ad αὐτῷ, vel a καί ad καί. Male *Dav. Schulzius* „sicut Mt. l. l.“ Nam Matth. 27, 29. certe habet γονυπετήσαντες. V. 20. πορφύραν] l. al. χλαμύδα | 12. 13. 69. al. χλαμύδα καὶ τὴν πορφύραν. Vide not. ad vs. 17.. τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια] Vocc. τὰ ἴδια in D. facile exciderunt post τὰ ἱμάτια | B. C. Syr. τὰ ἱμάτια αὐτοῦ e glossemate. Cf. Matth. 27, 31.. | Utrumque in 59. Mt. x. Syr. p. male compositum τὰ ἱμάτια αὐτοῦ τὰ ἴδια. Frustra hanc lectionem defendas loco Tit. 1, 12. εἶπέ [δέ] τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, quippe corrupto. Lgd. ex F. G. εἶπε δέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος προφήτης. καὶ ἐξάγουσιν αὐτόν, ἵνα στ. α.] *et ex urbe eum eduxerunt, ut crucis supplicio eum afficerent.*

V. 21. *Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.* 22. *Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Γολγοθᾶ τόπον, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον κρανίου τόπος.* 23. *Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον, ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.* 24. *Καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν διαμερίζονται τὰ ἱμάτια*

αὐτοῦ βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτά, τίς τί ἄρῃ. 25.
Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. 26. Καὶ
ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη· Ὁ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. 27. Καὶ σὺν
αὐτῷ σταυροῦσι δύο λῃστάς, ἕνα ἐκ δεξιῶν καὶ ἕνα
ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. [28. Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ
ἡ λέγουσα· καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.] 29. Καὶ
οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν κινοῦντες τὰς
κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· οὐά, ὁ καταλύων τὸν
ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, 30. σῶσον
σεαυτὸν καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. 31. Ὁμοίως
καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους μετὰ
τῶν γραμματέων ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ
δύναται σῶσαι. 32. Ὁ Χριστός, ὁ βασιλεὺς τοῦ
Ἰσραήλ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδω-
μεν καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ. Καὶ οἱ συνεσταυρωμέ-
νοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. 33. Γενομένης δὲ ὥρας
ἕκτης σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνά-
της. 34. Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐνάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς
φωνῇ μεγάλῃ λέγων· ἐλωΐ, ἐλωΐ, λιμᾶ σαβαχθανί;
ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· ὁ θεός μου, ὁ θεός μου,
εἰς τί με ἐγκατέλιπες; 35. Καί τινες τῶν παρεστη-
κότων ἀκούσαντες ἔλεγον· ἰδού, Ἠλίαν φωνεῖ. 36.
Δραμὼν δὲ εἷς καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους περιθείς
τε καλάμῳ ἐπότιζεν αὐτὸν λέγων· ἄφετε, ἴδωμεν, εἰ
ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. 37. Ὁ δὲ Ἰησοῦς
ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε. 38. Καὶ τὸ κατα-
πέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπ' ἄνωθεν ἕως
κάτω. 39. Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ
ἐναντίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτω κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν·
ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν θεοῦ. 40. Ἦ-
σαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, ἐν
αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου
τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ καὶ Σαλώμη, 41. αἳ
καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἠκολούθουν αὐτῷ καὶ διη-
κόνουν αὐτῷ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι
αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.

V. 21. Est versus ad recte aestimandum Marci ingenium multum momenti habens. Nam in plerisque ad Matthaei 27, 32. se auctoritatem composuit: verba ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ Lucae 23, 26. accepta refert: postremo Simoni *praetereunti* crucis ferendae negotium impositum esse eumque virum *Alexandri et Rufi patrem fuisse* quum aliunde cognovisset ipse adjecit. Consentaneum est autem, Alexandrum et Rufum nomen et celebritatem habuisse in primi temporis Christianis. Quare *Grotio*, *Wetstenio* al. Rufum dici eum, qui Rom. 16, 13. commemoratur, ratis adstipulor. Sed quisnam *Alexander* fuerit obscurum est. Qui Act. 19, 33. et 1 Tim. 1, 20. cl. 2 Tim. 4, 14. memorantur, eorum alteruter potest saltem intelligi, sed tertius hujus nominis vir, cujus Act. 4, 6. mentio injicitur, hûc referri plane nequit. Quum in re obscurâ nihil negligendum sit, moneo 47. et alium *Erasmi* Codicem praebere *τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ Ῥούφου*, quo Simon fit pater Alexandri et *avus* Rufi. *Ἀγγαρεύειν*, quod v. h. l. simpliciter *alicui aliquid faciendi necessitatem imponere, aliquem cogere* declarat barbare vertit Vulgatus *angariare*, quo verbo etiam Ulpianus l. XV. dig. titul de privilegio veteranorum usus est: *naves eorum angariari posse Aelio Firmio et Antonino Claro veteranis rescriptum est.* Matthaei 27, 32. Marci et Lucae 23, 26. haud dubie haec mens est, Jesum primo quidem ipsum crucem portavisse more romano [cf. *Lipsius* de cruce 2, 5.], deinde viribus eum deficientibus crucis ferendae munus Simoni datum esse. Sed hâc observatione cum Chrysostomo T. V. p. 928. ed. Paris., Theophylacto ad h. l. al. Johannem 19, 17. cum ceteris Evangelistis pace jungere frustra coneris. Significat enim Johannes Jesum suam crucem portavisse, *donec ad calvariae locum pervenisset.* V. 22. φέρουσιν] D. 13. 69. ἄγουσιν ex interpretamento. Respondet h. l. *φέρειν* Germanorum voci *schaffen* et recte de eo usurpatur, qui vi adhibitâ ad supplicii locum rapitur [cf. 15, 1.]. Scriptura vulgata: *κ. φ. αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον κρανίου τόπος* sic sit vertenda: *et amoverunt eum in Golgotha, aliquem locum hoc significat si interpreteris locum calvariae. und sie schafften ihn nach*

Golgotha, *einen Platz*, *das bedeutet übersetzt Schädelplatz.*, nullo sensu. In eâ enim τόπον inepte abundare nemo est quin intelligat. Itaque ex B. F. L. 13. 69. 124. 127. 131. 142. 12. 34. 36. 37. 39. 40. Mt. a. c. h. o. ἐπὶ τὸν Γολγοθᾶ τόπον — i. e. auf *den Golgothaplatz* das heisst übersetzt Schädelplatz edidimus. Facillime vero τόν intercidere potuit, maxime ex quo Γολγοθᾶν scribi coeptum esset (vide infra). Praeterea ut ἐπὶ τὸν Γ. τ. reciperemus moti sumus lectione 7. 14. 15. al. ἐπὶ τὸ Γ. τ., quae ad alteram ἐπὶ τὸν Γ. τ. alludere videtur. Est autem ἐπὶ τὸν Γολγοθᾶ τόπον idem quod Matthaei 27, 33. εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅ ἐστι κρανίου τόπος. Johannis 19, 17. locus — ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον κρανίου τόπον, ὃς λέγεται ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ. aperte corruptus est: ubi delerem λεγόμενον si per Cdd. liceret. Nunc fortasse vocc. ὃς λέγεται expungenda sunt. Plurimi libri, sed pauci ex praecipuis [F. K.] Γολγοθᾶν testantur, quod placet *Millio* Prol. §. 1424.. Mihi non item, qui Γολγοθᾶν in Marco ex antecedente v. τόν et consequente τόπον, in Matthaeo 27, 33., ubi id pauciores Cdd. exhibent, e praecedente voc. λεγόμενον natum existimem. Ita ut sentiam etiam eo ducor, quod Cdd. Joh. 19, 17. summâ prope constantiâ [vide tamen *Birchium*] Γολγοθᾶ, quâ est verbum formâ chaldaicâ, retinent non graecâ terminatione flectunt Γολγοθᾶς. Verba ὅ ἐστι μεθ. κρ. τ. temere *Wassenberghius* l. l. glossam putat. Habent enim illa omnes Cdd.. κρανίου τόπος] Vere, opinor, haec vocc. ad Matth. p. 812. sic explicui, ut Genitivus Adjectivi potestate polleat. Cf. Luc. Nigr. c. 2. σφαῖρα καλάμου, *Herm.* ad Vig. p. 890. et *Bos.* ellips. p. 688.. V. 23. Obliterato v. πιεῖν sensus bene constaret: *et dare volebant* (i. q. offerebant) *ei vinum myrrhâ temperatum: ille autem non accipiebat.* Sed casu excidit πιεῖν in B. L. Copt. Arm. propter homoeoteleuton (πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον). Quare hoc dicitur: *bibendum ei dederunt milites vinum myrrhâ infectum: ille autem non accepit.* Auctore Matthaeo 27, 34. (ubi vid. not.) Jesus oblatum potum saltem degustavit. Verbum σμυρνίζω solus usurpavit Marcus. [cf. not. ad vs. 7.]. V. 24. Corformatio

recepta *διεμέριζον* tenet e Cd. 3. [Corsendoncensi], quod ne sententiae quidem satisfacit. Marcus enim hoc dicere debet, divisisse milites Jesu vestimenta *inter se.* Genuinam scripturam esse *διαμερίζονται* [cf. v. 21. *ἀγγαρεύουσι* et v. 22. *φέρουσιν*], quam *Aldus*, *Bengelius*, *Matthaeius* et *Griesbachius* [cujus vid. C. C. p. 188.] exhibuerunt, et sensus ratio et plurimorum optimorumque Cdd. conspiratio docet. Quippe *διαμερίζειν distribuere*, *διαμερίζεσθαι distribuere inter se* valere nemo nescit. Ceterae Cdd. varietates hae sunt: 86. *διαμεριοῦνται*, quod est librarii vitium pro *διαμερίζονται* | 11. Syr. p. i. m. Cant. *διαμερίζοντες*, quod aut ortum est e *σταυρώσαντες* et *βάλλοντες*, aut solemni errore prognatum. Sexcenties enim scribae miscent *αι* et *ες*. | 52. Goth. *διαμεριζόμενοι*. Hoc natum e compendio perperam intellecto *διαμερίζαι* | Ev. 13.44. al. *διεμερίσαντο* e Matth. 27, 35. | 69. 124. al. *διεμερίζοντο*. *Haud vilipendenda lectio*, inquit *Dav. Schulzius.* Imo est *διεμερίζοντο* nova depravatio depravati jam *διεμερίσαντο*. Saepissime enim Aoristus et Imperfectum, ut supra v. 13. a scribis confunduntur. Omnino igitur lectio *διεμερίζοντο vilipendenda.* *βάλλοντες*] L. M. et pauci alii *βαλόντες*, quod probari posset, si Marcus *διεμερίσαντο* scriptum reliquisset [cf. supra p. 566.]. Formula in N. T. usitata [Joh. 19, 24.] *βάλλειν κλῆρον ἐπί τι*, Ps. 22, 19. הִפִּיל גּוֹרָל עַל־פ״, sic expedienda est *sortem jacere ratione rei* (rücksichtlich einer Sache) h. e. *ut quae jaciantur sortes ad rem definiendam pertineant.* Atticus scriptor dixerit *βάλλειν κλῆρον ἐπί τινι sortem jacere propter rem* i. e. *ut jaciendis sortibus res domino assignetur.* *βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτά, τίς τί ἄρῃ*] *sortem vestimentorum ratione jacientes, quis quid acciperet.* Duae h. l. interrogationes nullâ copulâ interpositâ in unam sententiam de Graecorum et Romanorum usu colligatae sunt, ut sensus ad nostram cogitandi dicendique rationem sic constituendus sit: *sortem vestimentorum ratione jacientes ut definiretur quis aliquid nancisceretur et quid is acciperet.* Vide praeter formulam homericam in Odysseâ saepe iteratam *τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;* Eurip. Jon. v. 807. *Herm.* *πῶς δὲ ποῦ*

νιν εἰςιδών; Demosth. adv. Arist. 649, 27. *Reisk.* τί τίς ἄλλο ποιεῖν φήσει —; Iren. adv. haeres. 29, 7. οὐ γὰρ ἀκριβέστερον δύναμαι ἐξειπεῖν, τίνες τίνας διεδέξαντο. *Schaef.* Appar. ad Demosth. V. p. 764., Conjectanea mea I, p. 52. et *Bernhardy* wissenschaftliche Syntax der griech. Spr. p. 444.. V. 25. ὥρα τρίτη] τρίτη ὥρα A. C. a p. m. Mt. r. 10.. Non male. | ὥρα ἕκτη Syr. p. i. m. Aeth.. Hanc lectionem vanitatis arguit v. 33.. *Griesbach.* C. C. p. 189.: „τρίτη servandum in textu. Aethiopica versio et margo Philoxenianae neutiquam sufficiunt ad elevandam ceterorum testium omnium inter se concinentium fidem. Si criseos ope [ἡ] ἐναντιοφάνεια tolli deberet, apud Johannem potius 19, 14. tentare aliquid liceret, quam nostro hoc loco.“ Ne in Johanne quidem qui Jesum horâ diei circiter sextâ nondum a Pilato mortis condemnatum esse scribit, voc. ἕκτη tentandum. Quemadmodum enim nonnulli librarii de utriusque Evangelistae discordiâ solliciti Marcum corrumpentes ex Johanne h. l. exararunt ἕκτη, ità alii Johannem depravantes e Marco Joh. 19, 14. scripserunt τρίτη. Neque erat, quod interpretes tantopere de Evangelistarum dissensione componendâ laborarent, praesertim quum Johannes tempus non accuratissime definierit (— ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη). Quin sunt ejusmodi Evangelistarum dissidia potius patienter ferenda, quam inconsultis temerariisque consiliis removenda, quae de nostro l. in medium prolata e *Wolfii* Curis et *Matthaeii* ed. maj. ad Joh. 19, 14. cognoscere licet. Concedo tamen ob tantam rerum a primo mane gestarum (Marc. 15, 1 sq.) varietatem probabilius esse, Jesum circiter horam sextam (i. e. e nostrâ ratione duodecimam) quae Johannis mens est, in crucem sublatum esse, quam, quod Marcus ait, tertiâ, quae nobis nona est, diei horâ auditâ cruci a militibus jam affixum esse. καί] ὅτε 13. 69. 124.. Interpretamentum non pluris illud faciendum, quam observatio ab explicatoribus toties repetita, καί h. l. idem valere quod ὅτε (!). ἐσταύρωσαν] D. Cant. Corb. ἐφύλασσον. Correctio e Matth. 27, 36. facta. Merito autem hic locus interpretem eo exerceat, quod Jesum in crucem actum esse *bis* narratur (v. 24. καὶ σταυρώσαντες αὐτόν — v. 25. καὶ ἐσταύρωσαν

αὐτόν). Hanc difficultatem duobus consiliis tollas. Aut enim cum *Euthymio* colo posito post *τρίτη* et virgulâ locatâ post *ἐσταύρωσαν αὐτόν* Marcum ab iis, quae Jesu in crucem sublato a militibus facta esse *obiter* monuerit vs. 24., ad rem primariam vs. 25. reverti censeas h. m.: *erat autem hora tertia* (np. quum jactis sortibus Jesu vestes inter se distribuerent). *Et in crucem eum egerunt et erat* etc.. Sed est haec ratio valde coacta et hoc habet incommodi, quod ita Marcus tempus sorte distributarum vestium, non illud declarat, quo Jesus cruci affixus sit. Quapropter cum iis faciendum, qui Aoristo *ἐσταύρωσαν* Plusquamperfecti vim impertiunt h. r.: *erat autem hora tertia et cruci eum affixerant* i. e. *ad sensum: erat autem hora tertia, quum in crucem eum sustulissent.* Cf. Luc. 23, 44.. *Heinsii*, *Rosenmuelleri*, *Stolzii* aliorumque interpretatio: *erat autem hora tertia ex quo eum cruci affixerant.* vana est et quia *καί* non valet *ex quo tempore* s. *postquam* et quia docent vs. 33. 34. et 42., numerari *diei*, non sumti supplicii horas. V. 26. Cf. ad Matth. 27, 37.. *Τῆς αἰτίας* vocabulum h. l. *crimen* significat: *et erat titulus criminis ab eo commissi inscriptus: rex Judaeorum.* V. 27. Praesens historicum *σταυροῦσι* post *ἐσταύρωσαν* et *ἦν* vs. 25. 26. optime comparatum est. | B. Sahid. Cant. Colb. Corb. Gat. *ἐσταύρωσαν* e vs. 25.. *Colbertinus: et crucifixerunt cum eo duos latrones, unum a dextris nomine Zoathan, et alium a sinistris nomine Chammatha.* Haec latronum nomina a curioso homine excogitata esse, eorum vis ac ratio declarat, quum utrumque scelestum hominem adsignificet. Quippe *Zoathan* hominem impurum, *Chammatha* hominem iracundum declarat. Est enim illud Nomen a צוֹאָה *squalor* Jes. 4, 4. hoc a חֵמָה *ira* Jerem. 6, 11. ductum. V. 28. Qui hunc vs. tantum explicare decreverit, paucis defungatur. Duo is enim moneat: unum, peccare qui v. *ἡ γραφή* h. l. *librorum sacrorum locum* [Luc. 4, 21.] interpretantur, quum aperte *libros sacros* significet h. r.: *et eventu comprobati sunt libri sacri* (loco quem nemo ignoret Jes. 53, 12.) *dicentes: — et cum improbis numerando conjunctus est:* alterum, loquutionem ex Hebraeorum usu depromtam *λογίζεσθαι μετά τινος*

[Luc. 22, 37.] נִמְנָה אֶת פ [Jes. 53, 12. cl. Act. 1, 26. *συγκαταψηφίζεσθαι μετά τινος*] ita explanandam esse: *numerando cum aliquo conjungi.* Aliquanto plus laboris Critico h. l. exhauriendum est. *Dav. Schulzius:* „*Ex Mci quidem genere hic vs. non est* (Marcum quidem hic vs. non refert): *formulam citandi ex Jo., locum excitatum e Lc.* 22, 37. *cepisse* (sumsisse) *videtur glossae auctor.*" Mihi quoque hic vs. adulterinus esse videtur ob has causas. Gravior est auctoritas librorum qui versum tollunt quam eorum qui propagant. Nam eum ignorant plurimi libri, in his A. B. C. 157., rursus eum tuentur L. P. 1. 12. 69. Verss. omnes, Orig. Euseb.. Deinde parum probabile est, Marcum qui rarius reliquis Evangelistis V. T. oracula testificetur hîc contra reliquorum exemplum [Matth. 27, 38. Luc. 23, 33.] ejus rei admonuisse. Tum pauciores illi libri qui versum continent in singulis vocabulis multum variant. Quippe *ἡ λέγουσα* om. Copt.. | *τό* addit 76. *λέγουσα τό·* | *καὶ* etiam Mt. q. r. v. | *καὶ* post *λέγουσα* om. o. | [Nihil hûc pertinet, quod pro *ἀνόμων* Eutychiani *νεκρῶν* scripserunt. Hoc enim fecerunt, ut suum dogma de unicâ Christi naturâ stabilirent. Posito enim v. *νεκρῶν* Jesum non vere mortuum, sed pro mortuo habitum esse colligi poterat. Vide *Bezam*]. Itaque alii legunt: *καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφή· καὶ —.* alii *καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα τό· καὶ —.* alii *καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· μετὰ —.* Quum igitur *ἡ λέγουσα* alii addant alii adimant, sane prior versus pars e Johanne sumtus videtur, qui modo adjecerit *ἡ λέγουσα* [Joh. 19, 24], modo omiserit [Joh. 13, 18. 19, 36.]. Illud praeterea apparet, quatuor libros qui hîc *ἡ λέγουσα τό* exhibent corruptos esse e Luc. 22, 37., ubi vicissim *πληρωθῆναι* pro *τελεσθῆναι* aliquot Cdd. e Marco suggerunt. Cd. Mt. 14. versum non habet, sed in scholiis legitur: *πλὴν ἀνάμνησις προφητείας λεγούσης· καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη·*, quod memoratu dignum judico. Nam scholii auctor non videtur habuisse quomodo priorem versus partem adornaret nec nisi ultima scripta invenisse *καὶ μ. ἀ. ἐλογίσθη.* Restat ut unde natus sit versus constituatur. Existimo igitur, pervetustam esse interpolationem, haustam e Luc. 22, 37.,

ubi Jesus λέγω γὰρ ὑμῖν, inquit, ὅτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ τό· καὶ μ. ἀ. ἐ.. Nimirum interpolator ostendere voluit, sane eventum habuisse quod Jesus praedixisset. Fortuitâ causâ hunc versum olim deletum esse, ut *Griesbachius* C. C. p. 189 sq. sumsit a καί ad καί praecipitem saltum factum esse ratus, id prorsus incredibile duco. Aut quis abitretur, tot Codices, qui toties inter se discrepant, e communi omnes fonte derivatos esse? Quamobrem si defendi hunc versum fas esse crederem, potius dicerem eum illis temporibus, quorum hodie perobscura memoria est, a correctoribus sublatum esse, qui Marcum narrare id de qua ceteri Evangelistae vel nullam mentionem injecissent, vel ut Lucas 22, 37., alio loco modoque dixissent, pati noluissent. V. 29. et 30. Vid. ad Matth. 27, 39. 40.. οἱ παραπορευόμενοι] D. Eus. οἱ παράγοντες e glossemate. οὐά] Est exclamatio in re novâ, magnâ, repentinâ. Unde ii etiam voculâ recte usi sunt, qui, ut h. l. Judaei, alieno infortunio, gauderent miserumque illuderent [vide *Wetstenium*]. Alii scribunt οὐᾶ, rectius fortasse. Nam est Latinorum *vah*. καὶ κατάβα] L. κατάβα. Hic καί ante κατάβα facile excidit, quo facto κατάβα in καταβάς [ita B. D.] mutatum est. | 1. 90. al. καὶ κατάβηθι. Nimirum καί Marci, κατάβηθι Matthaei 27, 40. est. De formâ contractâ Imperativi κατάβα disseruit *Buttmann.* gr. I. p. 531. T. II. Fasc. I. p. 87. et *Winer.* gr. I, 41.. Conf. *Bekk.* Anecd. 81, 12. Apoc. 4, 1. ἀνάβα. Act. 12, 7. Ephes. 5, 14. ἀνάστα. Protev. Jac. 2. ἀπόστα. V. 31. Vocem δέ damnatam a *Millio* Prol. §. 1344. jure excluserunt *Bengelius*, *Matthaeius* et *Griesbachius*. Nam non a Marco profectam esse tum Codd. eam omittentium conspiratio docet, tum varr. lect. Matth. 27, 41.. Ὁμοίως καί *similiter etiam* sine inserto δέ legitur Matth. 22, 26. [Luc. 5, 33.]. Sed ὁμοίως cum D. Mt. e. Cant. Colb. Corb. ne per sententiam quidem ejici potest. Conjungenda esse v. ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους *illudentes inter se* s. *invicem*, neque πρὸς ἀλλήλους ad ἔλεγον referri posse *inter se* — *dixerunt* apertum est. Ineleganter tamen fecit Marcus recte observante *Matthaeio* in ed. min. ad h. l. eo, quod ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους ante v.

τῶν γραμματέων quam post ea ponere maluit. Ceterum interrogandi signum, quod in multis Cdd. post σῶσαι appositum [v. *Wetsten.*] *Bezae* magnum pondus sarcasmo addere videbatur, ineptum esse docui ad Matth. 27, 42.. V. 32. Voc. τοῦ ante Ἰσραήλ om. B. D. K. L. 1. 69. al. hîc quidem e Matth. 27, 42. depravati. πιστεύσωμεν] Plurimi et optimi libri, quos *Matthaeius* sequutus est, αὐτῷ addunt: perpauci vel ἐν αὐτῷ, vel ἐπ' αὐτῷ, vel εἰς αὐτόν, vel αὐτόν [sic]. Permira hîc est *Griesbachii* C. C. p. 191. κρίσις, qui non viderit, quod ante pedes est, Marcum scripsisse καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ. Scilicet αὐτῷ e Matthaeo 27, 42. traductum esse opinatur. At ipse illic ediderat πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ, ego, ut arbitror, rectius πιστεύσομεν ἐπ' αὐτόν. Pergit *Griesb.*, variare libros hîc plane ut in Matthaeo. Hoc rursus miror dictum. Nam inde sequi putes, utrumque Evangelistam exaequandum esse, quod minime fecit *Griesb.*. Laudo factum. Neque enim eodem modo variant Codices, sed hîc longe plurimi maximâ constantiâ αὐτῷ, quod est etiam nonnullorum αὐτόν sed corruptum, ἐν s. ἐπ' αὐτῷ s. εἰς αὐτόν *paucissimi* habent (unus quidem C *ex emendatione)*, partim illi e Matthaeo depravati, partim solitâ confusione in N. T. ubi πιστεύειν legitur. Contra apud Matthaeum plurimi libri ἐπ' αὐτῷ vel quod recte praeponas ἐπ' αὐτόν stabiliunt, εἰς αὐτόν Evangeliaria quaedam, longe paucissima subsidia αὐτῷ, quod tantum non omnes Cdd. in Marco praestant. Denique argute sed falso contendit *Griesb.*, αὐτῷ non requiri in Marco, ut qui ἴδωμεν καί interjecerit, quod in Matthaeo abest. At vero v. ἴδωμεν καί sic a Marco interposita sunt, ut non multum ad sensum conferant et commode etiam abesse potuerint. In utroque autem Evangelistâ haec sententia requiritur: *descendat nunc de cruce, ut (viso ejus descensu* Marc.) *fidem ei habeamus.* De ceteris v. cf. not. ad Matth. 27, 44.. V. 33. Consentaneum visum est primi temporis Christianis, quum Messias, tot tantorumque beneficiorum quibus hominum genus ornaretur auctor, moreretur obortam caliginem, tanquam universa rerum natura summi viri interitus acerbi luctum prae se ferret, totum terrarum orbem [vid. not. ad Matth. 27, 45.]

contexisse. Similiter etiam Romulo ad superos digrediente [Cic. Somn. Scip. 7.] et Julio Caesare exstincto [Virgil. Georg. I, 163 sq.] obscuratum esse solem paganos perhibuisse ac credidisse, *Wetstenius* doctissimâ notâ ad Matth. 27, 45. observavit, quâ rite expensâ de tenebris h. l. memoratis quivis recte existimet. γενομένης δὲ] D. G. L. M. 1. 28. 29. 41. 57. 69. Copt. Syr. καὶ γενομένης. Vulgata lectio conservanda, quae graviorum testium auctoritate nititur. Ac solent Evangelistae inter καὶ et — δέ sic variare, ut caveant, ne alterutrum justo saepius repetitum molestiam creet. Sic h. l. Marcus v. 32. καὶ οἱ — v. 33. γενομένης δὲ — v. 34. καὶ τῇ —. ἐννάτης] *Matthaeius* e multis Codd. [cf. etiam *Wetsten.*] ἐνάτης edidit. v. 34. τῇ ὥρᾳ τῇ ἐννάτῃ] *Matthaeius* rursus ex idoneis libris dedit τῇ ὥρᾳ τῇ ἐνάτῃ | B. D. F. L. 1. 69. 115. Eus. τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ [e Matth. 27, 46.] *Dav. Schulzio teste exhibent.* At praebent τῇ ἐνάτῃ ὥρᾳ. In N. T. ἔννατος, non ἔνατος scribendum esse si quis ex Eustathii verbis ad Il. ϑ. 598. 13. ἔνατος — οἱ μὲν λόγιοι δι' ἑνός ν γράφουσιν ὡς ἀπὸ τοῦ νέατος — οἱ δὲ χύδην βάζοντες διπλασιάζουσι καὶ ἐν τῷ ἔννατος colligi posse existimaverit multum fallatur. Nam οἱ χύδην βάζοντες sunt graeculi, scholiastae, glossatores, non scriptores alexandrini. Et ubivis in N. T. exarandum esse ἔνατος, plurimi et optimi Cdd., qui eam formam testantur, demonstrant. *Millius* Prolog. §. 1101.: „Mitto ἐνάτης . . . ἐνάτῃ [Marc.] 15, 34. cum simplici ν hîc et apud Matthaeum [27, 46.] summo Codicum, *nescio an omnino omnium*, — consensu; pro quo in posterioribus Editt. ex usu hodierno ἐννάτης — ἐννάτῃ.“ Loca N. T. quae hûc pertineant sunt: Matth. 20, 5., ubi *Griesb.* ἐνάτην in margine commendavit, Matth. 27, 45. 46., ubi vide *Wetsten.* et *Matthaeium*, Luc. 23, 44. Act. 3, 1. (ubi vide *Wetstenium*) 10, 3. et 30.. In his locis omnibus forma ἔνατος optime testata est et a *Bengelio* et *Matthaeio* textis illata. Sed Apoc. 21, 20. apud *Wetstenium* unus Cd. 27. ὁ ἔνατος tenet. Non recte *Passovius* Lex. gr. I, 473. ἔνατος nonnisi a poëtis [Hom. Il. β. 313. Hesiod. ἡ. 8.] et pedestribus scriptoribus *serioris temporis* usurpari monet, qui citat *Schaef.* Melet.

p. 32. Schol. Ap. Rhod. p. 188.. Cum *Passovio Winerus* gr. II. p. 12. 13. sentit, formam *ἔνατος* eos, qui posteriore tempore solutâ oratione usi sunt *maxime frequentasse* observans. At in omnibus scriptoribus graecis promiscue *ἔνατος* exarandum esse tum Grammaticorum testimonia docent [Etym. M. *ἐκ τοῦ ἐννέα διὰ δύο νν ἔνατος δι' ἑνὸς ν*], tum membranae. [*Henr. Steph.* Thes. col. 3734. „— hoc tamen affirmo, me, dum scripta olim exemplaria cum typographicis conferrem, ut plurimum *ἔνατος* unico *ν* apud illos etiam solutae orationis scriptores reperisse."]. Quae de *ἔννατος* disputavimus valent etiam de *ἐννενήκοντα*, quam *vitiosam* formam vocat *Buttmannus* gr. T. I. p. 283., antestans Etym. M. 308, 52. Il. *β*. 602.. In N. T. quater [Matth. 18, 12. 13. Luc. 15, 4. 7.] *ἐννενήκοντα* vulgatur, sed optimi Cdd., quos *Matthaeius* sequutus est, ubivis *ἐνενήκοντα* praebent. In LXX *Breitingerus* constanter exhibet tum *ἔνατος* [cf. v. c. Levit. 23, 32. 25, 22. Hagg. 2, 10. 18.], tum *ἐνενήκοντα* [v. c. Gen. 5, 9. 17. 17, 1. 1 Paral. 9, 6.], haud dubie, quod eas formas libri praestant. V. 34. Cf. ad Matth. 27, 46.. Voc. *λέγων* pauciores Cdd. [in his B. D. L.] excludunt, quam quibus obsecundem: *et horâ nonâ elapsâ Jesus magnâ voce haec verba exclamavit: ἐλωΐ* etc.. Ea e Ps. 22, 2. depromta sunt. ἐλωΐ, ἐλωΐ] Est forma syriaca ܐܠܗܝ אֱלָהִי *mi Deus.* | D. praebet *ἠλεί, ἠλεί* i. e. *ἠλί, ἠλί*, quod injuriâ *Grotius* probavit. Est enim Matthaei 27, 46.. Hoc tamen concedi debet, probabilius videri, Jesum, ut Matthaeus l. l. rettulit, formâ *ἠλί*, אֵלִי, quae est in textu hebraico et versione chaldaicâ Ps. 22, 2., quam, ut Marcus perhibet, formâ syriacâ *ἐλωΐ* usum esse, propterea, quod *ἠλί* facilius quam *ἐλωΐ* dicterio vs. 35. *Ἠλίαν φωνεῖ* opportunitatem dare potuerat. *λαμμᾶ*] i. e. hebr. לָמָּה, unde vocabulum hoc accentu affectum malles *λάμμα*. | B. D. l. *λαμᾶ* i. e. hebr. לָמָה Ps. 22, 2. | S. al. *λειμά* [sic]. Est vitium. | L. C. 72. et aliquot Verss. *λεμά* i. e. chald. לְמָא s. לְמָה *cur* | Plurimi et optimi Cdd. *λιμά*, ut *Matthaeius* in Matthaeo et Marco dedit, sive quemadmodum rectius scribitur *λιμᾶ* suppeditant. Quum nihil

obstet, quin ita expressum sit chaldaicum לְמָא s. לְמָה [cf. *Buxtorfii* Lex. talm. p. 1163.], quamquam translatio chaldaica Ps. 22, 2. non hoc, sed מְטוּל מָה continet, nunc et in Marco et in Matthaeo, ubi rursus plurimi libri λιμᾶ testificantur, scribendum esse λιμᾶ judico. Saltem quum Cdd. in Matthaeo et Marco iisdem modis varient, utrumque Evangelistam exaequandum esse, ut utrobique aut λαμᾶ aut λιμᾶ exhibeatur, apparet. ὁ θεός μου, ὁ θεός μου] μου prius frustra omittunt A. E. F. K. 1. 13. al. Debuit enim Marcus ἐλωΐ, ἐλωΐ interpretari ὁ θεός μ ο υ, ὁ θεός μου, non potuit ὁ θεὸς ὁ θεός μου. V. 35. Vid. ad Matth. 27, 47.. τῶν παρεστηκότων] τῶν παρεστώτων D. 33. 68. Ev. 7. 9. 10. 12. 18. ap. *Wetst.* f. ap. Mt., qui testes ad vulgatam scripturam convellendam non sufficiunt. Verum tamen est, saepius in universum formam vulgarem παρεστηκότες, quam contractam eandemque atticam deberi librariis. ἰδού] om. D. | C. al. ὅτι e Matth. 27, 47. | K. al. ὅτι ἰδού Matthaei et Marci verbis temere compositis. Nonnulli boni libri [B. F. 1. 13. 69. al.], sed pauciores quam quibus morem geram ἴδε exhibent. Ita nimirum haec vocula in N. T. scribenda est scripsitque *Griesbachius*, praeterquam Gal. 5, 2., ubi male exaravit ἰδέ. Docent enim veteres Grammatici [Moeris, ubi vid. *Pierson* p. 193., Arcadius περὶ τόνων 118, 26. Etym. Gud. 270, 46. Etym. M. 296, 15. Gregor. Corinth. p. 121. et 286.], Atticos ἰδέ, Hellenistas ἴδε pronuntiasse. Contra quorum auctoritatem insurgens doctiss. *Bornemannus* in Ven. *Rosenmuelleri* Repert. II, p. 267. „fallor, inquit, — aut omnes Graeci ἰδέ scripserunt vel pronuntiarunt, ubicunque Accusativum regeret, ἴδε autem, postquam in meram exclamationem Imperativus abiisset.“ probavitque ejus sententiam, quamquam dubitanter, S. V. *Winerus* ad Gal. 5, 2. et gr. II. p. 15.. At neque est ἰδέ unquam exclamatio, sed ἰδού *en*, *ecce*, illud autem ἰδέ semper Imperativus est *vide*, neque Attici usquam aliter quam ἰδέ aut Alexandrini aliter quam ἴδε scripserunt. Omnino quaenam Atticis formae placuerint, quaenam displicuerint non licet aliunde cognoscere, quam e vetustis optimae notae Grammaticis, quorum testimoniis fere semper cum optimorum Cdd.

lectione congruentibus ita standum est, ut nihil contra ea posse debeat novitiorum philologorum vel mala sedulitas vel arguta levitas. Licet his in rebus grammaticis et criticis ingenium cum fructu exercere. V. 36. Lectiones *καὶ δραμών* pro *δραμὼν δέ* [vid. *Wetsten.*], *τις* pro *εἷς καὶ* et D. *σφόγγον* (forma attica) pro *σπόγγον* fide destitutae sunt. Si deleatur vocula *τε* post *περιθείς* cum B. D. L. 67. Goth., quod equidem ob testium paucitatem non ausim facere, e Matthaei 27, 48. verbis *πλήσας τε ὄξους* eam profluxisse et vocc. *περιθεὶς καλάμῳ* arcte cohaerere cum *ἐπότιζεν* arbitreris h. m.: *et cucurrit unus et spongiam poscâ implevit potumque Jesu cum illam scipioni circumdedisset praebuit dicens* etc.. Cf. not. ad 14, 3.. Tum *ἄφες*, quod pro *ἄφετε sinite, permittite* multi libri offerunt, Matthaeo 27, 49. sublectum est. Praeterea moneo, in eo Marcum a Matthaeo 27, 48. 49. (ubi vid. not.) descivisse, quod qui homo Jesu poscam obtulit illo auctore Jesum ludibrio habuit. V. 37. *ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην*] *quum magnam vocem emisisset* i. q. *quum altâ voce exclamavisset.* Verba, quae Jesus moribundus altâ voce pronuntiaverit, Lucas 23, 46. et Johannes 19, 30., diversi diversa, monumentis tradiderunt. Sed Matthaeo 27, 50. et Marco Jesum magno sublato clamore exspirasse monere satis visum est. V. 38. Cf. ad Matth. 27, 51.. *εἰς δύο*] D. addit *μέρη* e glossemate. Ipsum Neutrum *εἰς δύο* hanc vim habet, ut declaret *in duas res* s. *partes* [cf. *Wetsten.* ad Matth. 27, 51.]. Non igitur de ellipsi voc. *μέρη* cogitandum cum *Michaele* in *Bosii* ellips. p. 294. et *Kuinoelio.* *ἀπὸ*] B. D. Mt. c. *ἀπ'*. Recte. V. 39. Verba *ἐξ ἐναντίας* principio sane ita usurpata esse credo, ut mente adderetur *χώρας* [cf. *Bos.* ellips. p. 562.] *ex adverso loco.* Sed postea vertit formula in Adverbium *e regione* [cf. Thucyd. 4, 33. LXX. Jos. 6, 19. — *καὶ ἀνέβη* — *ἕκαστος ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ.* 2 Sam. 11, 15. *εἰςάγαγε τὸν Οὐρίαν ἐξ ἐναντίας τοῦ πολέμου τοῦ κραταιοῦ.*] i. q. *ἐναντίον*. Valeat igitur lectio 1. 59. Syr. Colb. *ἐξ ἐναντίας αὐτῷ.* — *οὕτω*] Mt. x. *οὕτως* e sq. *κράξας*. Mirum potest videri *ὅτι οὕτω κράξας ἐξέπνευσεν*, quum Marcus v. 37. simpliciter dixerit *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς*

φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε, non verba rettulerit, in quae quum Jesus erupisset exspiraverit. Simplicissima interpretatio haec est, *Marco fidejussore insignem et quae de aliquâ Jesu cum numine necessitudine admoneret rem centurioni visam esse, Jesum tanto clamore edito exspirasse.* Argute eorum ratio excogitata est, qui e Marci sententiâ centurionem supplicio praepositum mortem tantum clamorem, ex quo Jesus diutius vitam trahere posse videretur, statim sequutam, i. e. acceleratam mortem, quam Jesu Dei cujusdam beneficio contigisse arbitraretur, quum lentâ morte cruci suffixos exstingui constaret, miratum esse contenderunt. Postremo *Rosenmuelleri* explicatio, qui *οὕτω* ad v. 33. relatum et v. *κράξας ἐξέπνευσε* arctissime juncta voluit h. m.: *eum tali modo* (nimirum inter tenebras vs. 33.) *exspirasse clamore sublato* non tam *dura* est, ut *Kuinoelius* ait, quam absona. *ἀληθῶς — θεοῦ*·] *omnino hic homo Dei cujusdam filius* [i. q. aliquis *τῶν κρειττόνων*, sive heros] *erat* np. *quum id de se profiteretur, homines vulgo negarent*, vel etiam: *quum viveret.* V. 40. et 41. Vocem *καὶ* ante *Μαρία* omittunt sedecim Cdd. ap. *Wetst.* et tredecim alii apud *Mt.*. Profecto melius abest omisitque Matthaeus 27, 56.. Unde eam expunxi, quamquam lectio vulgata ad sensum non absurda est: *in quibus erat etiam Maria Magdalenensis et Maria — et Salome — et aliae multae —*. *Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου*] Haec quae vulgatur lectio irrepsit e Matthaeo l. l., qui rectissime dixit *καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου*. At vero Marcus qui addiderit *τοῦ μικροῦ*, dicere non potuit *τοῦ Ἰακώβου*, sed debuit *Ἰακώβου*. Rem exemplis illustrabo: Matth. 10, 2 sq. *Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος — Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ — Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζ. καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ — — Ματθαῖος ὁ τελώνης, Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου καὶ Θαδδαῖος ὁ — Σίμων ὁ — καὶ Ἰούδας ὁ —*. Marc. 3, 17 sq. *Ἰάκωβον τὸν τοῦ — Ἰωάννην τὸν — Ἰάκωβον τὸν τοῦ — Σίμωνα τὸν —*. Luc. 6, 15 sq. *Σίμωνα ὃν καὶ — Ἀνδρέαν τὸν — Ἰάκωβον τὸν τοῦ — Σίμωνα τὸν — Ἰούδαν Ἰακώβου καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην.* Gal. 1, 19. *Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου.* Dicitur igitur *Μαρία Ἰακώβου* nullâ

distinctione, ubi distinguitur *Μαρία ἡ Ἰακώβου* vel *ἡ τοῦ Ἰακώβου*, sed ubi aliud *τοῦ* sequitur, antea sine Articulo *Μαρία ἡ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ*. Nostro l. verba *ἡ τοῦ* om. circiter duodecim Cdd., in his D. F. a p. m. L.. Male. Duplex enim Maria distinguitur *Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου*. Aut sic scribendum, aut quod non patiuntur Cdd. *Μαρία Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰακώβου* (ut Luc. 6, 15.). Matthaeus quoque in priorem modum loquutus 27, 56. *Μαρία ἡ — καὶ Μαρία ἡ* — ib. vs. 61. *Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία* cl. 28, 1.. Infra Marc. 15, 47. non mirum videtur *ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ*. Etenim prius plene definitum Articulo, posterius non item. De corrupto loco Marc. 16, 1. suo tempore dicam. Hoc loco scribendum *ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ*, ut *τοῦ* ante *Ἰακώβου* cum Cdd. haud paucis [v. c. B. C. K.] deleatur, idque eo confidentius, quod sequitur *Ἰωσῆ*, non *τοῦ Ἰωσῆ*. Nempe Matth. 27, 56. *τοῦ* non tantum ad *Ἰακώβου*, sed etiam ad *Ἰωσῆ* pertinet, quod in Marco, qui *τοῦ μικροῦ* interjecerit, fieri nequit. *Μαρία ἡ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ*] Vere *Theophylactus αὕτη*, inquit, *ἡ Θεοτόκος ἦν* —. Cf. ad Matth. 13, 55.. *αἳ καὶ*] Aliquot Codd. demunt *αἵ*, pauciores *καί*. *Millius* Prol. §. 1345. *αἳ* temere dixit Matthaei 27, 55. esse. Utramque vocem servandam esse nec posse illam (*αἳ*) deleri, quin evertatur constructio bene vidit *Griesbachius* C. C. p. 191.. Saepe autem *καί* post Pronomen relativum [Act. 1, 3.] vel Articulum [Matth. 10, 4. Act. 13, 9.] collocari constat: *quae etiam, quum in Galilaeâ versaretur, eum sequebantur cibumque ei ex suis opibus subministrabant.*

V. 42. *Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον,* 43. *ἐλθὼν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βουλευτής, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, τολμήσας εἰςῆλθε πρὸς Πιλάτον καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.* 44. *Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε, καὶ*

προςκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα ἐπηρώτησεν αὐτόν, εἰ πάλαι ἀπέθανε. 45. *Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ.* 46. *Καὶ ἀγοράσας σινδόνα καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνείλησε τῇ σινδόνι καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας, καὶ προςεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου.* 47. *Ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν, ποῦ τίθεται.*

V. 42. et 43. *καὶ ἤδη — προσάββατον*] *orto jam vespere, quum esset praeparationis tempus h. e. tempus sabbatum antecedens.* Voc. *προσάββατον* loco certissimo Judith. 8, 6. *χωρὶς προσαββάτων καὶ σαββάτων καὶ προνουμηνιῶν καὶ νουμηνιῶν* nititur. Praeterea *προσάββατον* in glossario a *Wetstenio* allato commemoratur: *coena pura, προσάββατον.* Nihil est autem quod in vulgatâ lectione non recte habeat. Dicit Marcus, venisse Josephum ad Pilatum *orto jam vespere*, deinde ut illius diei rationem diligentius definiat, subjungit *ἐπεὶ ἦν παρασκευή* *quum esset tempus, quo Judaei festo celebrando praepararentur*, postremo *παρασκευῆς* vocabulum rectissime explicat (*ὅ ἐστι*) voce *προσάββατον* — *i. e. tempus sabbati initium* (quod erat ab occasu solis) *antecedens.* Haec autem omnia *καὶ ἤδη — προσάββατον* Marcus eo fine scripsit, ut justam fuisse Josepho festinandi causam, quum dies profestus jam in eo esset ut finiretur, manifestaret. Hîc statim moneo, hunc quoque versum (cf. supra vs. 21.) ad recte aestimandam Marci indolem momentum facere. Etenim verba *καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης* accepta refert Matthaeo 27, 57., vocabula *ἐπεὶ ἦν παρασκευή* Lucae 23, 54. horumque interpretationem *ὅ ἐστι προσάββατον* sibimet ipsi. Vide etiam *Saunierum* l. l. p. 155.. Nunc de variantibus lectionibus dicendum. Loco *προσάββατον* D. habet *πρὶν σάββατον* (sic) et permulti libri vel *προσσάββατον* vel *πρὸς σάββατον* [vide *Wetstenium* et *Matthaeium*]. Scripturam *προσσάββατον* *Schleusnerus* in Lex. ita probat, ut cum vulgo *tempus sabbatum antecedens* indicari putet. Praeter omnem rationem. Contra *Matthaeius* in ed. min. tot

Cdd. lectioni aliquid veri subesse ratus duo consilia haud ita absurda proponit. Et primum quidem scribi posse dicit πρὸς σάββατον h. s.: *quum praeparatio esset nempe ad sabbatum* i. q. τουτέστι πρὸς σάββατον. Quae ratio haud dubie falsa est. Nam neque ὅ ἐστι significat *nempe*, ut dilucidet priora, neque dici posse videtur παρασκευὴ πρὸς σάββατον *praeparatio ad sabbatum*. Deinde probari posse ait προσσάββατον, ut tempus significetur, quod esset *sub sabbati initium*, quo usu Theocrit. Id. 4, 3. 5, 113. τὰ ποθέσπερα commemorentur i. e. τὰ πρὸς ἑσπέραν h. m.: *quum esset praeparationis tempus h. e. tempus, quod sub sabbati initium praeterlaberetur.* At nec unquam exstitisse videtur voc. προσσάββατον et certe tum requirebatur ὅ ἐστι τὸ προσσάββατον. Restat igitur alterum πρὸς σάββατον. Quae verba sane declarare possunt *circa tempus* vel *paullo ante tempus sabbati*, ut Luc. 24, 29. ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Itaque vocc. ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι πρὸς σάββατον sic convertas: *quum esset praeparationis tempus, quod est paullo ante sabbatum* (gegen den Sabbat). Verum enim vero ita scriptum oportebat ἥ ἐστι, Neutrum autem ὅ ἐστι ita defendere *quod* s. *quae res* artificiosum est. Omnino haec verba vix aliter in N. T. dicuntur, nisi quum vocabulum peregrinum vel obscurius alio eoque magis manifesto exponitur [cf. v. c. Marc. 3, 17. 7. 11. 34. 15, 22. 34.]. Quamobrem lectiones πρὸς σάββατον et προσσάββατον librariis consonas male duplicare solitis attribuo [cf. *Winer*. gr. II. p. 15.]. V. 43. Vulgatam scripturam ἦλθεν — τολμήσας εἰςῆλθε propter absonum Asyndeton [*venit — sumto animo introivit*] ferri non posse et ex optimis Cdd. reponendum esse ἐλθὼν — τολμήσας εἰςῆλθε, quae est pervagata in N. T. constructio: *quum venisset — sumtâ fiduciâ ad Pilatum introiit* [vid. not. ad 14, 3.], post *Bezam Matthaeius* vidit et *Griesbachius* C. C. p. 191 sq., quorum ille in ordinem recepit. Quamquam *Matthaeius* et *Griesbachius* mire animi pependerunt et in explicando non satis recte versati sunt. Ἦλθεν partim e Matth. 27, 57. temere susceptum, partim ita natum est. Euthymius et haud dubie

alii quoque antiquitus finiverunt orationem post v. τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ac novam sententiam exorsi sunt a καὶ τολμήσας εἰςῆλθε (sic). Vide *Matthaeium*. Isti igitur ἐλθὼν in ἦλθεν mutare atque deinceps καὶ τολμήσας [ita 64. Mt. i. n. al.], utrumque falso, scribere coacti sunt. εὐσχήμων] i. q. πλούσιος Matth. 27, 57.. Nam quum εὐσχήμων antiquioribus et bonis scriptoribus *de moribus* positum *virum qui pudore et honestate duceretur* significaret, recentiores et mali *ad vitae conditionem* rettulerunt, ut *hominem nobilem et divitem* [Act. 13, 50.] declararet. Causa hujus usus seu abusus potius non in eo est, ut *Salmasius* hellenist. p. 100. putat, quod εὐσχήμων eum notet, cujus sit bonum et splendidum σχῆμα, vestimentum, sed in hoc, quod plebs generis nobilitatem nimis seu reverens sive admirans nobilitatis opulentiae et honestatis notiones confundere solet. Ita plane posterioris temporis Romani *honestos homines* opponunt *plebi*, velut Plin. Epist. 10, 83. — quin sit aliquando melius *honestorum hominum* liberos quam *e plebe* in curiam admitti. Notarunt autem illum vocis εὐσχήμων abusum veteres Grammatici, Etymologicum, Suidas, Phrynichus p. 333. *Bekk.* Anecd. 256, 27. [vide *Wetstenium*]. Sed quum Josephus a Matthaeo 27, 57. *homo dives*, a Lucâ 23, 50. *vir honestus* appellatus sit, *Heupelius* et *Kuinoelius*, quod vix credas, vocem εὐσχήμων in Marco utramque *honesti* et *divitis* s. *nobilis* notionem comprehendere opinati sunt primâ hermeneutices regulâ, quae in scriptore, quem lectores ludificari noluisse constet, cuivis vocabulo unam vim subjiciendam esse docet, violatâ. Ceterum lectio L. εὐσχήμωνος [sic] ex διττογραφίᾳ ε ὔ σ χ η μ ο ς (ος) et ε ὐ σ χ ή μ ω ν nata est h. m.: εὐσχήμων. Hoc ω paenultimae syllabae satis ostendit. Formas εὔσχημος ἄσχημος et μεγαλόσχημος e recentioribus scriptoribus protulit *Lobeck.* ad Phryn. p. 383. Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βουλευτής]. Non posse Articulum cum D. 219. 220. Mt. f. deleri, quum sensus hic esse debeat: *Josephus Arimathaeensis* (cf. Joh. 19, 38.), *nobilis* s. *dives senator* bene monuit *Griesbachius* C. C. p. 192. Nihilominus haec verba magnam difficultatem crearunt

Gersdorfio. Is primo quidem l. l. p. 337. sublatâ virgulâ post Ἀριμαθαίας juncta voluit vocc. ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας εὐσχήμων βουλευτής, *Casauboni* et *Bezae*, ut ait, exemplo. At enim vero id acutissimis et doctissimis viris in mentem non venerat, qui jungi ea verba ad sententiam absurdum esse non potuerant non animadvertere: *Josephus ab Arimathaeâ nobilis senator (!).* Ad *Bezam* quidem quâ fronte *Gersdorfius* provocare potuerit plane non intelligo. *Casaubonus* autem, quia βουλευτής *de senatore hierosolymitano* alias non legatur, sed frequens sit *de municipiorum decurionibus* se v. εὐσχήμων βουλευτής *de Arimathaeensi decurione* interpretari malle professus est, ut tamen singula v. sic explicaret: *Josephus, Arimathaeus, nobilis decurio* [scil. Arimathaeae]. Male quidem. Docet enim l. Luc. 23, 51. Josephum utique senatorem (i. e. synedrii magni assessorem) Hierosolymis fuisse. Deinde *Gersdorfius* p. 575. verâ, cur prius illud consilium ferri nequeat, ratione minime perspectâ, sed ineptâ causâ praetextâ arripuit Cd. L. scripturam εὐσχήμωνος et exarari jussit Ἰωσὴφ [ὁ] ἀπὸ Ἀριμαθαίας εὐσχήμωνος [sic] *sive* [sic] εὐσχήμονος, βουλευτής h. s.: *Josephus ab Arimathaeâ nobili oriundus, decurio* [senator]. Quo quid perversius? Nam ut seriores scriptores εὐσχήμων *de hominibus* posuerint *nobilis* s. *dives homo*, nemini tamen in mentem venit dicere εὐσχήμων πόλις *nobilis urbs* et similia. ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ] *qui et ipse Messiae regnum exspectabat* scil. quod Jesus proxime abesse docere consueverat. Cf. Marc. 1, 15.. Non igitur illa verba *sensu* discrepant a Matthaei 27, 57. vocabulis ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ cl. Joh. 19, 38., εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον] *introiit ad Pilatum* i. e. *introiit in praetorium et ad Pilatum accessit.* Diog. Laert. 6, 6. μαθὼν δὲ ὁ Κράτης εἰσῆλθε πρὸς αὐτόν. Nisi exstitisset amicus, qui Jesu corpus, ut in suo sepulchro sepeliret, a Pilato sibi expeteret, in publico sepulchro hominibus facinorosis, de quibus a synedrio supplicium sumtum esset, destinato repositum esset [cf. Sanhedrin 6, 5.]. Converte: *et orto jam vespere, quum esset praeparationis tempus h. e. tempus sabbatum antecedens Josephus, Arima-*

thaeus, *dives senator*, *qui et ipse Messiae regnum exspectabat postquam venerat sumtâ fiduciâ introiit ad Pilatum et Jesu corpus sibi expetiit.* V. 44. ἐθαύμασεν, εἰ] Usitatissima Graecis et Romanis [Terent. Andr. 1, 2. *mirabar* hoc *si* sic abiret] constructio, quae inde explicanda est, quod qui rem novam admiratur ejus animus tam diu ad illam addubitandam inclinatus est, quam ita esse plane cognoverit. Demosth. adv. Con. 474, 17. *Bekk.* θαυμάζω γὰρ ἔγωγε, εἴ τίς ἐστι πρόφασις παρ᾽ ὑμῖν ἢ σκῆψις εὑρημένη, δι᾽ ἣν —. Vide *Boissonade* ad Philostrati Her. p. 424. et cf. Romanorum *mirum si* et *mirum ni*. τέθνηκε] D. ex emend. τεθνήκει. 49. ἐτεθνήκει. Critici sit ad audaciam projecti Plusquamperfectum reponere, praesertim quum τέθνηκε ita defendi possit, ut orationem rectam (ἆρα ἤδη τέθνηκε;) et obliquam (εἰ ἤδη τεθνήκει) confusam putemus. Vide Marc. 5, 29.. εἰ πάλαι ἀπέθανε] B. εἰ ἤδη ἀπέθανε | D. εἰ ἤδη τεθνήκει e vocc. antecedentibus εἰ ἤδη τέθνηκε. Incorruptus igitur hic versus aetatem tulit. Idem vero admodum memorabilis est propter usum Praeteriti τέθνηκε et Aoristi ἀπέθανε. Etenim τέθνηκα denotat *modo mortuus sum*, ἀπέθανον *olim* s. *aliquando mortuus sum.* Quocirca rectissime dixit Marcus εἰ ἤδη τέθνηκε, sed πάλαι ἀπέθανε. Perversissima est Ammonii glossa, quam *Wetstenius* profert: ἀπέθανε, νῦν· τέθνηκε, πάλαι. Immo vero τέθνηκε, νῦν· ἀπέθανε, πάλαι. Miratus est autem Pilatus Jesu mortem post paucas horas supplicii tormenta sequutam, quum in crucem acti per tres amplius dies vitam misere trahere solerent [cf. *Wineri* bibl. Realwörterb. p. 394.]. *Miratus vero Pilatus*, *si jam mortuus sit* [cf. supra] *arcessitum centurionem* (v. 39.) *interrogavit, num dudum exspiravisset.* V. 45. κεντυρίωνος] D. κεντουρίωνος. Pejus etiam κεντουρίονος b. bis ap. Mt., qui liber v. 44. semel κεντουρίωνα, altero loco κεντουρίονα. Perperam. In Romanis nominibus Graeci ū (ου) retinent ubi u producitur, ut supra v. 21. Ῥούφου Rufi, sed breve ŭ mutant in ῠ, quia soli Aeoles ου corripere non dubitant, veluti κούνες canes, οὐρανῶ et sic porro. Atqui centurio u breve habet [Hor. Sat. 1, 6, 73. — magnis e centŭrionibus orti]. Sunt igi-

tur κεντ ο υ ρίωνος, κεντ ο υ ρίωνα et similia librariorum vitia. *Wetstenius* ad h. l.: „*notantur hîc obiter*, inquit, *Pilati mores avaritiâ insignes*" deinde Achillis, Philippi Macedonis aliorumque exempla attulit, qui interfectorum sepulturam vendidissent [Liban. Progymn. 101. A. Cic. in Verr. 5, 45. Justin. 9, 4, 6.]. Scilicet nimios vir doctus aculeos indidit verbo ἐδωρήσατο *(dono dedit, non vendidit)* et loco intulit, quod eo non contineatur. Marcus simpliciter hoc dixit: *et re ex centurione cognitâ Jesu corpus Josepho donavit* i. e. Josepho commisit ut eo faceret quod lubuisset. σῶμα] B. D. L. πτῶμα e glossemate solemni. V. 46. καὶ καθελὼν] καί om. B. L. Copt., quod si plures testes condemnarent ejicerem [cf. not. ad 14, 3. 15, 36.]. Καθαιρεῖν, quod in universum *ex alto detrahere* [Luc. 1, 52.] significat, verbum proprium de iis est, quorum in cruce [Marc. 15, 36. Luc. 23, 53. Act. 13, 29.] aut suspendio [LXX. Jos. 10, 27. Joseph. A. J. 7, 9.] mortuorum corpus de ligno tollitur. Latini in hâc causâ dixerunt *detrahere* [Petron. Satyr. c. 111. et 112.] et *refigere* [Justin. 9, 7.]. ἐνείλησε] Mt. a. f. i. o. x. n. ψ. ἐνείλισε, quod nihili est. Mt. e. ἐνείλισσε, ubi Imperfectum ineptum. Ἐνειλεῖν *involvere* in N. T. Marcus dixit solus, sed legitur verbum LXX. 1 Sam. 21, 9. et apud Symmachum Exod. 9, 24.. Neque id mirum. Nam Phrynichus Lob. p. 29. [ubi vide] ἀνειλεῖν rejicit, probat ἀνείλλειν. Prius igitur seriorum scriptorum proprium videtur. καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ] *et reposuit Jesum in sepulchro* [vide *Kypkium* ad h. l.]. Qui lectionem ἔθηκεν [*et posuit eum in sepulchro*], quam aliquot libri [B. D. L. 1. 13. 29. 33. 69. 71. 86. 124. al.] conservarunt, e locis parallelis Matth. 27, 60. Luc. 23, 63. Joh. 19, 42. invectam crediderit multum fallatur. Nam ἔθηκεν firmat v. 47. τίθεται et 16, 6. ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. Praepositio κατά originem debet praecedenti καί. ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας] *quod monumentum e rupe excisum erat. Salmasii* ad Solin. p. 851. *Wolfii* et *Krebsii* interpretationem *quod ex lapide caeso et polito* [unde hoc?] *constructum erat* vanitatis convincunt Matthaei 27, 60. verba ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. et mos

illius temporis Judaeorum [cf. not. ad Matth. 8, 28.]. Quas reticui paucorum Cdd. varietates nauci non sunt, quippe e Matth. 27, 59. 60. repetitae. V. 47. *Μαρία Ἰωσῆ*] *Maria Josis mater*. Vid. not. ad Matth. p. 17.. In v. *Μαρία Ἰωσῆ* quidquam tentari Cdd. vetant. Et recte habent [cf. not. ad vs. 40.]. *ἐθεώρουν, ποῦ τίθεται*] *spectabant, ubi poneretur*. Haec v. necessario sic explicanda sunt, ut mulieres quum Jesus ab Josepho sepeliretur affuerint e longinquo spectantes. Ita fortasse rem animo informaverat Matthaeus 27, 51. cl. v. 59. et 62.. Sed si *τέθειται* ex A. [sed auctore *Matthaeio* A. habet *τέθειτω*: sic] B. C. D. L. 131. 229. Mt. e. recipiatur, cujus Praeteriti tum eadem ratio sit, ac vs. 44. *τέθνηκε*, mulieres post sepulturam ad monumentum accesserint, quae est Lucae 23, 55. sententia. Sed quum *τέθειται* neque praeclarissime testatum sit et Marcus in proxime praecedentibus vs. a Matthaeo potissimum pendeat, *τίθεται* retinui. — Quae cap. XV, 1—47. perscripta sunt, in iis Marcus Matthaeum 27, 1 sq. primarium ducem sequutus est. Hoc tum ex eo intelligitur, quod Marcus easdem res quo Matthaeus usus erat ordine servato perscripsit, tum inde patet quod nonnunquam singula paene Matthaei verba reddidit [cf. Marc. 15, 29—31. cl. Matth. 27, 39—42. Marc. 15, 39. cl. Matth. 27, 54. Marc. 15, 42—47. cl. Matth. 27, 57—61.]. Verum hîc quoque Marcus suam libertatem bene tuitus est. Nam et nonnulla a Matthaeo exposita idoneis haud dubie rationibus ductus omisit [Matth. 27, 19—24. 62—66.], et Lucae librum simul diligenter consuluit [cf. not. ad 15, 21. et 42.], et utrumque scriptorem narrationis perspicuitate rerumque aliunde compertarum ubertate superare conatus est [expende Marc. 15, 7. 21. 25. 40. 42. 43. 47. et locos parallelos.].

CAP. XVI.

ARGUMENTUM.

Finito solis occasu sabbato mulieres, quarum nomen 15, 40. *positum est odoramenta, quibus Jesum perungerent, coëmerunt vs.* 1. *eoque consilio posteri diei primo mane ad sepulchrum contenderunt, sole orto vs.* 2.. *Euntes haec cura angebat, ecquis sibi sepulchro obvolutum magnae molis lapidem demoveret vs.* 3.. *Nihil igitur iis exoptatius accidere potuit, quam quod jam amotum illum deprehenderunt vs.* 4.. *Speluncam ingressae juvenem viderunt albâ stolâ amictum vs.* 5., *qui pavidis mulierculis, quum bono eas animo esse jussisset, tum in vitam Jesum rediisse nuntiavit tum haec mandata dedit: dicerent Apostolis et Petro, in Galilaeam eos magistrum praegressurum esse, ut ibi discipulos conveniret vs.* 6. 7.. *At mulieres fugâ illae quidem se a sepulchro proripuerunt paventes, sed metu consternante oblitae mandatorum nihil quidquam cuiquam dixere eorum, quae vidissent in sepulchro et audivissent vs.* 8..

V. 1. *Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου Μαρία ἡ Μα-*
γδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν
ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. 2. *Καὶ*
λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ
μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. 3. *Καὶ ἔλεγον*
πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς
θύρας τοῦ μνημείου; 4. *Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦ-*
σιν, ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφό-
δρα. 5. *Καὶ εἰςελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον εἶδον*
νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς περιβεβλημένον
στολὴν λευκήν, καὶ ἐξεθαμβήθησαν. 6. *Ὁ δὲ λέγει*
αὐταῖς· μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζα-
ρηνόν, τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη· οὐκ ἔστιν ὧδε·
ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. 7. *Ἀλλ᾽ ὑπάγετε,*
εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι
προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε,
καθὼς εἶπεν ὑμῖν. 8. *Καὶ ἐξελθοῦσαι ἔφυγον ἀπὸ*

τοῦ μνημείου· εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

V. 1. *διαγενομένου τοῦ σαββάτου*] Non accurate in Lexicis N. T. *διαγίνεσθαι* h. l. et Act. 25, 13. 27, 9. explicatur *elabi*. Imo valet *interea esse* h. e. de tempore positum *interea effluere*. Non igitur cum *Vulgato*, quem *Lutherus* sequutus est, vertendum: *quum transisset sabbatum*, sed cum *Bezâ*, *Grotio*, *Heupelio*, *Heumanno*, *Wolfio* al. *interposito sabbato*. Multis hunc verbi *διαγίνομαι* usum locis illustrarunt *Raphelius* Obs. e Polyb., *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l.. *Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου*] *Maria, Jacobi mater.* Cf. 15, 40. Aelian. V. Hist. 13, 30. *Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου.* Legendum esse aut *Μαρία ἡ Ἰακώβου*, quod probavit *Bengelius* et *Griesbachius* C. C. p. 194., exhibuit *Matthaeius* in ed. maj., aut *Μαρία Ἰακώβου*, quod *Matthaeius* in ed. min. dedit, Codices docent. Mihi illud magis placet et quia ἡ retineri quam abjici ob sententiam praestat, ut supra ad 15, 40. vidimus, et quoniam, quum plures libri ἡ τοῦ omittant, meliores Codd. τοῦ solum excludunt. Facile autem fieri potuisse, ut ἡ ante ἰακώβου excideret, apparet. *Σαλώμη*] Ex hâc Salome, Zebedaei uxore, Jacobi et Johannis Apostolorum matre (15, 40.), Marcum ea comperisse, quae a ceteris Evangelistis silentio praetermissa h. l. literis mandavit [cf. vs. 3. 5. 7.] *Paulus* conjecit. Sed *Griesbachius* Opusc. T. II. p. 256. scriptorem eas res in domo Mariae, matris suae, ubi Jesu discipuli concilia agere solebant Act. 12, 12., ab hominibus fide dignissimis rescivisse suspicatus est. Res est ejusmodi, ut quum argumentis ad certum redigi non possit, neque ipse hariolationem afferre audeam neque eam conjecturis tentatam

esse a VV. DD. admodum probem. Illud in propatulo est, suos quosdam Marcum, quibus confideret, auctores habuisse. ἠγόρασαν] *Beza*, *Grotius*, *Wolfius*, *Vaterus*, *Stolzius* al. Aoristo Plusquamperfecti potestatem subjiciunt *emerant*, *empta habebant odoramenta*, ne scilicet Marcus Lucae 23, 56. obloquatur, qui aromata a mulierculis coëmta esse scripsit sepulto Jesu ante sabbatum. Cum iis ita fecit *Rosenmuellerus*, ut versum 1. uncis includi juberet. Quod fieri nequit. Inde enim, quod verba vs. 1. διαγενομένου τοῦ σαββάτου et vocc. vs. 2. λίαν πρωΐ τῆς μιᾶς σαββάτων invicem ad se referuntur, versus primi non minus in hâc narratione, quam secundi pondus esse intelligitur. Verum enimvero si Marcus odores *ante sabbatum* emptos esse declarare voluerat, aut Lucae 23, 56. imitatus exemplum, 15, 47. mulieres odoramenta statim coëmisse ab Jesu sepulchro reversas monere debuerat, aut 16, 1. verbis et pluribus et magis perspicuis suam mentem enuntiare. Quae autem posuit qui a cupiditate dissidentes Evangelistas pace jungendi liberum animum gerat non nisi ita enarret: *et interposito sabbato — emerunt aromata*, *ut quum ad sepulchrum accessissent eum* (Jesum) *ungerent* cum *Heupelio* aliisque. Quamquam *Heupelius* quoque eo peccavit, quod de conciliandâ Evangelistarum concordiâ sollicitus Mariam Magdalenam, Mariam Jacobi matrem et Salomen aromata emisse exacto sabbato putavit, ut Marcus rettulit, sed Johannam aliasque mulieres [Luc. 24, 10.] quo die Jesus supplicio affectus esset ante sabbati initium. Scilicet Lucas 23, 55. 56. quotquot Jesum inde a Galilaea comitatae essent mulieres odores ante sabbatum emisse quum perscriberet Mariam Magdalenam, Mariam Jacobi matrem et Salomen minime exceptas voluit. Quidni igitur, quo nihil simplicius est, Marcum et Lucam in re levi discrepare credere malumus, ut e Lucae sententiâ *ante sabbatum*, e Marci mente *post sabbatum* aromata coëmta fuerint? Esse autem v. διαγενομένου σαββάτου ad tempus, quo solis occasu finitum esset sabbatum, referenda ex eo elucet, quod vocc. διαγενομένου σαββάτου et vs. 2. λίαν πρωΐ τῆς μιᾶς σαββάτων ex adverso collocata sunt: *et interposito sabbato* (h. e. sabbato post solis occa-

sum) *emerunt odores* —. *Et primo hebdomadis die* (i. e. die, qui sabbatum proxime exciperet) *multo mane ad sepulchrum contenderunt.* Solebant Judaei mortuorum cadavera pretiosis odoribus, myrrhâ maxime et aloë Joh. 19, 39., tum perungere tum suffumigare [2 Chron. 16, 14. Joseph. B. J. 17, 8. 25, 3. B. Jud. 1, 33.]. Hoc l. mulieres odoramenta emisse dicuntur, quibus Jesum *perungerent.* *αὐτόν*] 61. *τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ* | K. M. et plurimi alii *τὸν Ἰησοῦν.* Sunt interpretamenta minime mira, ut in lectionis ecclesiasticae initio. Vide *Matthaeium* in ed. maj.. Ceterum lectionem Codicis D. hunc versum in compendium redigentis: *καὶ πορευθεῖσαι ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα αὐτὸν ἀλείψωσιν e correctione* natam esse vere judicavit *Griesbachius* C. C. p. 193 sq.. Scriptum est enim *καὶ πορευθεῖσαι ἠγόρασαν* omissis v. *διαγενομένου τοῦ σαββάτου*, ne Marcus cum Lucâ 24, 1. dissentiret, quo auctore aromata a mulieribus emta sunt non finito sabbato, sed ante sabbati initium [cf. Luc. 23, 56.]. Demta autem sunt v. *Μαρία — Σαλώμη*, ne in tantulo spatio [cf. Marc. 15, 57.] moleste iterarentur. Vs. 2. *λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων*] *multo mane primi hebdomadis diei.* Vide *Theophylactum* ad h. l. et not. ad Matth. 28, 1.. Lectioni B. L. *λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων*, quam e Luc. 24, 1. et Joh. 20, 1. jure repetit *Dav. Schulzius*, nulla fides habenda est. Quamvis enim *πρωῒ* alias in N. T. cum Genitivo non componatur, per se tamen non potuit minus, quam *ὀψὲ* Matth. 28, 1. [cf. Viger. p. 370.]. *ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου*] Haec vocc. *Grotius*, *Heupelius*, *Heumannus*, *Wolfius*, *Rosenmuellerus*, *Kuinoelius* al. sic explicuerunt: *oriente sole* s. *quum in eo esset*, *ut sol oriretur.* Ita nimirum lectionem D. *ἀνατέλλοντος* amplecti debuerant cum *Drusio.* Nam Aoristus *ἀνατείλαντος* non nisi hanc sententiam continet: *sole orto.* Scilicet tum illa vulgatae lectionis interpretatio tum scriptura *ἀνατέλλοντος* eorum cupiditati debetur, qui Marci cum Lucâ 24, 1. *ὄρθρου βαθέος* et Johanne 20, 1. *σκοτίας ἔτι οὔσης* dissidium componere voluissent [cf. *Griesbach.* C. C. p. 195.]. Consulto autem Marcus scripsit *ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου*, quia feminas *sole orto* ad Jesu sepulchrum con-

tendisse ab suis auctoribus acceperat. Male *Beza* verba λίαν πρωΐ et ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου repugnantiam inferre sibi persuasit. Hanc enim sententiam complectuntur: *multo mane* — — *sole nimirum orto*. Ecquis autem tempus valde matutinum illud animo recte concipi, quod sit sole orto, negaverit, quum matutini temporis notio sit quam vocant *relativa? Bezae* conjectura οὐκέτι ἡλίου ἀνατείλαντος, quam hoc enuntiare ait *nondum* [i. e. οὔπω] *sole orto*, absona est, tum quod absurdum quid enuntiat *quum sol non amplius ortus esset*, tum quia improbae lectionis ἔτι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου fundamento superstructa est. Confudit *Beza* contrarii sensus vocabula οὐκέτι atque οὔπω. Restat, ut de scripturâ ἔτι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου [K. 1. 72. 113. 114. al.] exponam quae inepta est, quocunque te converteris. Absurde in Schol. Cd. Reg. 1882. et 41. apud *Wetstenium* ad verba praecedentia ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον refertur h. m.: *et multo mane — venerunt ad sepulchrum praeterea* (i. e. praeter mulieres, quae prius eo venerant), *sole orto*. Nam obstat huic consilio verborum collocatio et ipsum vocabulum ἔτι, cujus loco verba magis perspicua ponenda fuerant, ne alia commemorem. Sed si, quod verborum positus fieri jubet, vocc. ἔτι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου consociaveris, hanc quae sibi repugnet sententiam indipiscaris: *sole adhuc orto*, als die Sonne *noch* aufgegangen war. Falluntur enim qui *orto jam sole* interpretantur. Hoc enim est ἤδη, non ἔτι. Sane Vulg. Germ. 1. Prag. Rd. *orto jam sole* et Aug. *oriente jam sole* verterunt. Verum hi interpretes ἤδη ἀνατείλαντος si non legerunt, at legere sibi visi sunt. Postremo qui ἔτι idem quod ἤδη in N. T. passim valere e Luc. 1, 15. — καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ostendere voluerit, operam luserit. Ibi enim duarum structurarum confusio obtinet, unius: καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐν κοιλίᾳ μητρὸς αὐτοῦ, alterius: καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. Neque ἔτι ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου minus absurdum foret: *sole adhuc oriente*, als die Sonne *noch* aufging. Nemo enim sic loquutus est. Diu adduci non potui, quin

lectioni *ἔτι ἀνατείλαντος τ. ἡ.* aliquid reconditius subesse crederem. Sero intellexi, istud *ἔτι* librarios incredibili socordiâ ex Joh. 20, 1. *σκοτίας ἔτι οὔσης* transscripsisse, non animadvertentes, Marcum *ἔτι* quod intelligi nequeat addito foede corrumpi. V. 3. et 4. Mulieres ad sepulchrum euntes hanc deliberationem sollicitas habuisse, ecquem inventurae essent, qui quae res magni moliminis videretur ingentem lapidem [Matth. 27, 60.] de monumenti foribus removeret, Marcus ab suis auctoribus compertum rettulit solus. *ἐκ*] *ἀπὸ* C. D. 13. al. e Matth. 28, 2. Luc. 24, 2.. Vide *Griesbachium* C. C. p. 195.. *ἦν γὰρ μέγας σφόδρα*] Quamnam rationem *γὰρ* habeat magnopere dubitatum est. *Griesbachius* l. l. praeeunte *Wolfio* vocc. *ἦν γὰρ μέγας σφόδρα* ad v. vs. 4. *καὶ ἀναβλέψασαι — — ὁ λίθος* pertinere putavit h. r.: *et quum suspexissent lapidem devolutum esse viderunt; nam erat valde grandis* (ut e longinquo conspici posset). At haec interpretatio tam artificiosa est, ab eâ ut incorruptus interpretis sensus refugiat. Quippe nihil refert, utrum mulieres *e longinquo* grandem lapidem conspicere potuerint, nec ne. Minus etiam *Grotii* et *Rosenmuelleri* consilium probari potest, qui ante v. *ἦν γὰρ μέγας σφόδρα* hanc sententiam per ellipsin deesse opinati sunt: *id quod* (h. e. quod ingens lapis a sepulchri foribus demotus esset) *commode ipsis accidit* (*τοῦτο δὲ καλῶς αὐταῖς συμβέβηκεν*); *nam erat valde magnus* (quem ipsae vix amoliri possent). Ejusmodi enim ellipsis commentitia est. Tum *Reichardus* et *Stolzius*, quum sic interpretarentur: — *lapidem quantumvis permagnae molis esset, devolutum esse animadverterunt* non subjectam Marci verbis sententiam exposuerunt, sed absonum quid ipsi commenti sunt, quod his verbis graece exprimendum fuerat: — *ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος καίπερ μέγας ὤν.* Nimirum apta ea sententia esset, si tam grandem lapidem sepulchro obvolutum Marcus mente concepisset, ut omnino demoveri non posse videretur. At dixit tantae molis lapide sepulchri fores obstructas, ut infirmae mulieres posse se ipsas eum a sepulchro demovere desperarent. Verissime *Heupelius*, *Kuinoelius*, *Schulzius*, Misnensis l. l. Vol. III. Fasc. I. p. 106.,

Vaterus al. γὰρ ad v. vs. 3. τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; pertinere monuerunt, ut vocc. vs. 4. καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν, ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος reliquae orationi leviter interposita sint, h. m.: *et inter se dixerunt: quisnam nobis lapidem a sepulchri foribus removebit? (videruntque quum suspexissent lapidem devolutum esse) Nempe erat valde grandis.* Hoc pacto Marcus magnam feminis curam fuisse ait, quibus machinis lapidem a monumenti foribus amolirentur, quia pergrandis molis esset. Item paullo infra vs. 7. καθὼς εἶπεν ὑμῖν non ad proxima v. ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε pertinet, sed ad praegressa ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Temere igitur *Wassenberghius*, quo viro in arte criticâ factitandâ nihil est minus verecundum, in Diss. de trajectionibus in N. T. praemissâ Selectis e Scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. Vol. II. p. 35. verba ἦν γὰρ μέγας σφόδρα post vocc. vs. 3. τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; collocata voluit. Idem sequutus eademque sumtâ audaciâ librarius Cd. D. vs. 3. et 4. antiquitus sic interpolavit: vs. 3. — τίς ἡμῖν ἀποκυλίσει τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; vs. 4. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα· καὶ ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσιν (e Luc. 24, 2.) ἀποκεκυλισμένον τὸν λίθον., verborum ἦν γὰρ μέγας σφόδρα transpositionem probante, quod valde mireris, *Bezâ* [cf. *Griesb.* C. C. p. 195.]. V. 5. Quod Baba Bathra 6, 8. sepulchra Judaeo sic facienda esse dicitur, ut spelunca quattuor cubitos lata, sex longa sit, quo octo cadavera capiat atque ante fores vestibulum sex cubitos in quadratum patens habeat, eo motus est *Grotius*, ut v. εἰςελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον *ingressae intra septum* h. e. *vestibulum* interpretaretur. Verum praeterquam quod recte dubites, utrum l. l. Bab. Bathr. firmus, qui Jesu aetate jam valuerit, mos, an curiosum seriorum Judaeorum praeceptum tradatur, in promtu est non posse τὸ μνημεῖον h. l. aliter intelligi, quam vs. 3. h. e. *de ipsâ speluncâ: et speluncam ingressae juvenem viderunt in dextrâ ejus parte sedentem albâ stolâ indutum et metu admodum perculsae sunt.* Juvenem dici *angelum* et

stola candida [Matth. 28, 3.] et magnus feminarum pavor et ipsa res fidem fecerit. Nemo enim quisquam primi temporis Christianis tam dignus videri poterat, qui de Messiâ in vitam reverso nuntium ad homines perferret, quam angelus, Dei minister divinorumque consiliorum interpres et adjutor [Matth. 28, 3. Luc. 24, 5.]. Sed quum omnino Evangelistae in rebus ad Jesu mortem et reditum in vitam spectantibus valde discordent idem h. l. factum esse non debet mirum videri. Scilicet Matthaeus 28, 2. unum angelum *ante sepulchri fores* super devoluto lapide sedisse perhibuit: Lucas 24, 5. *duos angelos* in sepulchro *a mulierculis* visos esse tradidit: denique Johannes 20, 12. *Mariam duos angelos* in sepulchro vidisse scripsit. Cujusmodi dissidia agnoscenda potius sunt interpreti, quam conjecturis nunquam non in tali re ineptis componenda. Nimirum insperato Jesu Messiae in vitam reditui miracula adjecere alii alia, quae Evangelistae relligiose, quemadmodum ab suis auctoribus acceperant, literis mandarunt. Multus fuit in tollendâ discordiâ h. l. Augustinus de Cons. Ev. 3, 24., cujus disputatio nemini satisfaciat. Alio modo *Eichhornius* in l.: Allg. Bibl. d. bibl. Literat. T. V. p. 920. rem tentavit. Fuisse enim in principali Evangelio ܡܠܐܟܐ idque ab aliis ܡܠܐܟܐ ab aliis ܡܠܐܟܐ pronuntiatum esse, ut unde tum Matthaeus et Marcus *angelum*, tum Lucas et Johannes *angelos* sumserint appareat, suspicatus est. Enimvero et principale Evangelium aramaicum *Eichhornius* commentus est et quae in eo libro perscripta fuerint verba. V. 6. Post vocc. τὸν ἐσταυρωμένον signum interrogandi apponunt 7. 8. 44. 83. *nonne Jesum quaeritis Nazarenum, cruci suffixum?* Inepte. Apertum est enim, Marcum hoc dicere: *Jesum quaeritis* (sat scio) *Nazarenum, in crucem actum* [Matth. 28, 5.]. ἠγέρθη· — ἔθηκαν αὐτόν] In vitam Jesum rediisse neque in sepulchro esse inde patet, quod eum locus non habet, ubi eum posuerant. Quum orationis Asyndeton nunquam non ab animi commotione proficiscatur [vide Dissert. in 2 ep. ad Corinth. II. p. 107.] tum qui h. l. loquitur angelus quam sit quem perferat nuntius certus demtâ copulâ studiose significat.

Quippe in verbis ἠγέρθη· οὐκ ἔστιν ὧδε praetermissâ copulâ oppositionem acuit [cf. G. V. *Wineri* gr. II. p. 189. et *Beier* ad Cic. Fragm. ined. p. 195.], in ultimis vocc. ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν argumenti iis verbis inclusi vim Asyndeto corroborat. *Vide hîc locus est, ubi eum posuerant. Non igitur adesse Jesum apparet.* V. 7. εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ] *dicite* e j u s *d i s c i p u l i s* [i. e. Apostolis: male *Kuinoelius* enarravit: *discipulis sensu latiore* h. e. *ejus sectatoribus*] *et* (quem minime omnium neglectum volo) *Petro.* Obtinet hic σχῆμα, quod Strabo Geogr. l. 8. p. 340. recte haud infrequens esse dicit, συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ. Nulla ei inest cogitandi perversitas, quandoquidem posito genere illud insuper recte commemores, quod licet ipso genere comprehensum sit tamen ceteras quae genus efficiunt partes vi et pondere praecipuo superat. Illustravi hanc loquendi formam supra ad Marc. p. II.. Add. Thucyd. I, 63. ἀπέθανον δὲ Ποτιδαιατῶν μὲν καὶ τῶν ξυμμάχων ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακοσίων, Ἀθηναίων δὲ αὐτῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν κ α ὶ Καλλίας ὁ στρατηγός. I Reg. II, 1. et *Grot.* ad h. l.. Mt. n. inverso ordine praebet: εἴπατε τῷ Π έ τ ρ ῳ κ α ὶ τ ο ῖ ς μ α θ η τ α ῖ ς α ὐ τ ο ῦ. Quae lectio si per Codd. in Marcum auctorem conferri posset, contrarius usus locum haberet, ex quo item sine ullâ dicendi perversitate memoratâ formâ, ut totus rei ambitus plane exhauriatur, genus additur: *dicite Petro et* (omnino) *ejus dicipulis* [cf. Act. 5, 29. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Π έ τ ρ ο ς κ α ὶ ο ἱ ἀ π ό σ τ ο λ ο ι εἶπον. *Elmslej.* ad Eurip. Med. v. 1141. ἢ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν et *Schaefer.* ad Bos. Ellips. p. 27. et 848.]. Superest, ut quo consilio Petri praeter ceteros Apostolos mentio injecta sit constituatur. *Paulo* judice Petrus insuper nominatus est tanquam acerrimus animoque promtissimus, qui ceteros Apostolos, ut magistro in Galilaeâ praesto essent, dissipatos colligere juberetur. At hujus rei nullum in Marci verbis vestigium est. *Heumannus* et *Kuinoelius* repetitâ quam jam *Theophylactus* proposuerat sententiâ Petri mentionem diserte factam putant propterea, ut Petrus sibi qui amicitiae jura perfidâ dissimulatione rupisset [Marc.

14, 71.] mali facinoris veniam a doctore datam esse intelligeret. Ita nimirum angelus aut rem diserte dicere, aut saltem Jesum sibi mandavisse ut de quo agitur nuntium ad Petrum potissimum perferendum curaret verbo adsignificare debuerat. Unde cum *Theophylacto*, *Grotio* aliisque facio, qui Petrum prae ceteris Apostolis memoratum credunt, quod in primariis Apostolis praecipuum magistri caritate locum obtineret [Marc. 9, 2. 14, 33.]. Verba *καθὼς εἶπεν ὑμῖν* non ad proxime praecedentia v. *ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε*, sed ad remotiora vocc. *ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν* pertinere [cf. ad vs. 4.] locum Marc. 14, 28. conferenti perspicuum sit. Quamquam ut v. *καθὼς εἶπεν ὑμῖν* cum vocc. *ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε* conjungantur sententia saltem permittit. Tametsi enim Jesus se in vitam restitutum discipulos in Galilaeam *prae*cessurum esse supra 14, 28. professus erat, ex hoc ipso tamen discipulis magistrum videndi in Galilaeâ copiam fore sponte consequebatur. V. 8. *Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου*] *et* (e sepulchro cf. vs. 5.) *egressae celeri fugâ a sepulchro se proripuerunt*. Sed vocula *ταχὺ* flagitantibus Cdd. a *Matthaeio* et *Griesbachio* recte sublata est. E Matth. 28, 8. in Marcum insinuavit. *εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις*] *habebat autem eas metus et pavor* i. q. *occupaverat autem eas metus et pavor*. [Herod. 4, 15. *ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος*] Haec v. cum praecedentibus vocc. *καὶ ἐξελθ. ἔφ. ἀ. τ. μν.* hâc logieâ necessitudine continentur: *fugâ sepulchrum reliquerunt*, *ita quidem*, *ut metu earum animi occupati essent*. Sin *εἶχε γὰρ αὐτὰς τρ. κ. ἔκστασις* ex B. D. Syr. Copt. Cant. Rd. Prag. Verc. Colb. Vulg. scribatur, sententiae sic connexae sunt: *aufugerunt a sepulchro metu et pavore*, *qui eas occupaverat*, *motae*. Verumtamen neque *γάρ* pro *δέ* satis testatum est et praestat h. l. *εἶχε δέ* lectioni *εἶχε γάρ* ob verba quae proxime sequuntur *ἐφοβοῦντο γάρ*. Particulas autem *γάρ* et *δέ* a librariis confundi solere supra ad 14, 2. observavimus. Ceterum *δέ* pro *γάρ* positum esse *Kuinoelio* nemo hodie credet. *καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.*] h. e. *et nemini cuiquam quidquam* (a sepulchro in urbem

reversae) *dixerunt*, *quippe metu consternatae*, und sagten aus Furcht *ganz und gar Niemandem etwas* [vide *Heupelium* ad h. l. et *Winer*. gr. II. p. 156.]. Ergo *ne Apostolis quidem* res in sepulchro visas auditasque aperuerunt, quibus ut dicerent jusserat angelus. Dissidet igitur Marcus a Lucâ 24, 9.. *Joh. Dav. Michaelis* οὐδενί delentis conjectura et *Grotii*, *Heupelii*, *Wolfii*, *Stolzii*, *Kuinoelii*, *Schulthessii* in *Keilii* et *Tzschirneri* Anal. T. III. Fasc. III. p. 154. aliorumque interpretatio: *nemini dixerunt in viâ, dum properarent ad Apostolos* hoc consilio excogitatae sunt, ne dissentirent quos dissentire apertum est. Ineptioribus etiam explicationibus pacem composuerunt Augustinus de cons. Ev. 3, 24. et *Zegerus* ad h. l..

Hactenus Marcus. Sequuntur verba interpolatoris, qui quem librum Evangelista imperfectum posteris reliquerat suo Marte absolvere conatus est. Quam sententiam plurimis summi ponderis rationibus fultam veram esse ita docebimus, ut quam cupide alii addubitaverint alii exornaverint momento suo aequâ lance ponderemus. Versatur autem interpolatoris additamentum in hoc argumento:

Postquam autem Jesus tempore matutino primi hebdomadis diei in vitam redierat primum Mariae Magdalenae, deinde duobus Apostolis rus abeuntibus, et his quidem aliâ quam suâ corporis specie indutus, conspiciendum sese praebuit vs. 9—12.. *Sed quum neque his neque illi magistrum in vitam restitutum nuntiantibus Apostoli fidem habuissent Jesus postea ipsis undecimviris oblatus incredulum animum exprobravit* vs. 13. 14.. *Quo facto eos doctrinam divinam per universum terrarum orbem divulgare omnibusque eam hominibus exponere jussit atque iis, quicunque sibi fidem adjunxissent varii generis miracula faciendi facultatem dedit* vs. 15—18.. *Post hoc colloquium Jesus in coelum sublimis abiit, Apostoli autem, ut iis mandatum erat, doctrinam divinam ubique*

tradiderunt Deo doctorum auctoritatem, quemadmodum Jesus ominatus erat vs. 17., *confirmante miraculis* vs. 19. 20..

V. 9. Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ἐφάνη πρῶ-
τον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ
δαιμόνια.
10. Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς
μετ᾽ αὐτοῦ γενομένοις πενθοῦσι καὶ κλαίουσι.
11. Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες, ὅτι ζῇ καὶ ἐθεάθη ὑπ᾽ αὐτῆς,
ἠπίστησαν.
12. Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν
περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ πορευομέ-
νοις εἰς ἀγρόν.
13. Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγει-
λαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.
14. Ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη
καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν,
ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευ-
σαν.
15. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες εἰς τὸν
κόσμον ἅπαντα κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ
κτίσει.
16. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσε-
ται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται.
17. Σημεῖα
δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ
ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι
καιναῖς,
18. ὄφεις ἀροῦσι, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν
οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ, ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθή-
σουσι καὶ καλῶς ἕξουσιν.
19. Ὁ μὲν οὖν κύριος
μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν
καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ.
20. Ἐκεῖνοι δὲ
ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ τοῦ κυρίου συνεργοῦν-
τος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολου-
θούντων σημείων. Ἀμήν.

V. 9. *ἀναστὰς δέ*] Lectio *ἀναστὰς δὲ ὁ Ἰησοῦς* ex Evangeliariis, quae ab hoc vs. novam lectionem sic incipiunt *ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς* excluso *δέ*, in Codd. irrepsit. Perperam igitur *ἀναστὰς δὲ ὁ Ἰησοῦς* *Beza* probavit. *πρώτῃ σαββάτου*] *primâ die hebdomadis.* Haec v., quamquam per se culpari nequeunt, quum etiam *σάββατον* singulari numero *hebdomadem* designare constet [Luc. 18, 12.], codices

tamen ut *πρώτῃ σαββάτων* scribatur, postulant. Adde quod in hâc formulâ numerus multitudinis poni consuevit [cf. vs. 2. Matth. 28, 1. Luc. 24, 1.]. *ἀναστάς*] Male *Schulthessius* in *Keilii* et *Tzschirneri* Anal. T. III. Fasc. III. p. 111., ut Marcum vs. 9—20. non literis consignavisse demonstraret, hoc argumento usus est, eum haud dubie dicturum fuisse *ἀναστὰς δὲ ἐκ νεκρῶν* [Luc. 24, 46.], quia *ἀναστάς* simplex in N. T. nunquam non *quum de sede surrexisset* [Luc. 24, 12.] declaret. Scilicet *ἀναστῆναι in vitam rediisse* ibi sine ullâ ambiguitate absolute ponitur, ubi orationis perpetuitas de ejus verbi vi omnem dubitationem praecidit [Marc. 8, 31. 9, 31. Act. 2, 24. 1 Thess. 4, 14. 16.]. Hic quidem ambiguitatem tollit tum oratio angeli vs. 6. *ἠγέρθη· οὐκ ἔστιν ὧδε·* tum illud, quod vocabulis *ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων* personatus Marcus ad narrationem vs. 2—7. revertitur. *ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ἐφάνη*] *Severus Antiochenus* in Concord. Evangelist. apud *Montfauconium* bibliothecae Coislinianae P. I. p. 74. 75., *Gregorius Nyssenus* in Orat. II. de resurrect., *Theophylactus*, *Euthymius*, *Victor* ad h. l., *Suidas* s. v. *πρωΐ*, *Millius* Proleg. §. 812., *Schottus* Opusc. II. p. 143., *Schulthessius* l. l. p. 112 sq., *de Wettius* al. verba *πρωῒ πρώτῃ σαββάτου* [*σαββάτων*] cum voc. *ἐφάνη*, non cum v. *ἀναστὰς δέ* consociari volunt h. m.: *quum autem in vitam rediisset conspiciendum se praebuit matutino tempore primae diei hebdomadis primum Mariae* etc.. Nam neque constare quo Jesus tempore in vitam redierit, nec dici potuisse, eum *πρωΐ* vitam recepisse, quum *primo mane* [vs. 2. *λίαν πρωΐ*, Matth. 28, 1. *τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων*, Luc. 24, 1. *ὄρθρου βαθέος*, Joh. 20, 1. *πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης*] cunctis Evangelistis consentientibus mulieres vacuum Jesu jam in vitam reverso sepulchrum deprehenderint. Scilicet Evangelistae quum id dicerent, paullo ante, quam mulierculae ad monumentum accessissent, Jesum vitae restitutum esse haud obscure significarunt. Constat igitur non quidem de horâ, sed de tempore tamen, quo Jesus vitam receperit. Deinde offendit sane *πρωΐ*, cujus loco quivis exspectarat *λίαν πρωΐ*, quum praesertim scriptor verbis *ἀνα-*

στὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ad praecedentem narrationem vs. 2 sq. revolvatur. Verum interpolator aut pugnat cum genuinis Evangelistis [vid. vs. 2. et l. parall.], quod cur negetur nulla est ratio, aut perverse loquutus est. Non igitur viro docto in *de Ammonii* et *Bertholdti* Journ. T. IV. Fasc. II. p. 197. assentior, qui scriptorem purgaturus verbum πρωῒ *relativam* notionem inferens *de primo mane* usurpari potuisse observavit. Quamquam enim πρωῒ est notio relativa, tamen λίαν πρωῒ antea cogitatur quam πρωῒ debebatque scriptor ad vs. 2. rediturus dicere ἀναστὰς δὲ λίαν πρωῒ πρώτῃ σαββάτων, ut vs. 2. perscriptum est. Quae quum ita sint recte *Bezam*, *Suicerum* Thes. eccles. T. I. p. 311., *Heupelium*, *Wolfium*, V. D. in *de Ammonii* et *Bertholdti* Journ. l. l. al. verba ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων copulavisse apparet. Hoc enim ipsa verborum collocatio postulat: *quum autem* (ut supra vs. 2. declaratum est) *temporé matutino primi hebdomadis diei in vitam rediisset* etc.. Male V. D. ultimo loco nominatus hujus explicationis argumentum e voce πρωῒ repetiit, si vocc. πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ἐφάνη conjungantur, necessario consequi, ut Jesus a duobus hominibus vs. 12. *mane* visus fuerit, quum e Luc. 24, 29. id *sub vesperam* factum esse emergat affirmans. Quidni enim lati ambitus formula vs. 12. μετὰ ταῦτα *postea*, quae ex pravâ, quam supra exagitavimus, interpretatione vocabulis πρωῒ πρώτῃ σαββάτων vs. 9. opponeretur, *ad ejusdem diei vesperam* recte referatur? Aliam in partem peccavit *Grotius*, quum ἀναστὰς explanaret *ille ipse qui resurrexerat*, *der Auferstandene*. Hoc enim foret ὁ δὲ ἀναστὰς s. ἐγηγερμένος. πρώτῃ σαββάτου (σαββάτων)] Ex his v. *Schulthessius* l. c. p. 115. non Marcum vs. 9—20. scripsisse argumentatur, quoniam et Marcus [16, 2.] et ceteri N. T. scriptores [Matth. 28, 1. Luc. 24, 1. Joh. 20, 1. 19. Act. 20, 7. 1 Cor. 16, 2.] in hâc causâ μιᾷ, non πρώτῃ σαββάτων dicere consueverint. Quod argumentum probabilitatem, non necessitatem affert. Nam μιᾷ σαββάτων ad sententiam plane idem est, quod πρώτῃ σαββάτων. Ecquis enim ignorat, tum Hebraeos אֶחָד, tum Graecos εἷς passim ibi collocare, ubi numerum ordinalem

proprie requisiveris? Quamquam hic usus certis quibusdam finibus terminatur [cf. *Gesenium* in l. Lehrgeb. p. 702. et *Car. Foertschium* Observat. crit. in Lysiae orationes p. 37. Halae 1829. 8.]. ἐφάνη] *Schulthessius* l. l. p. 117 sq. ex hoc verbo versus 9—20. a Marco non profectos esse apparere ait. Nam neque aptum esse ambiguum verbum ἐφάνη, quippe quod *per somnium* Mariam Jesum vidisse inferre possit [Matth. 1, 20. 2, 13. 19.: ibi nimirum κατ᾽ ὄναρ additum] neque id ceteros Evangelistas de Jesu post reditum in vitam ab amicis viso posuisse. At enim vero et aptum est, quum simpliciter declaret *conspiciendum se praebere* et Lucas 9, 8. *de Eliâ* in simili causâ collocavit, unde Marcus sumere potuisset. Non igitur cum *Schulthessio* ex hoc verbo argumentabor. Item abstinebo ab alio *Schulthessii* l. l. p. 118. argumento. Marcum enim plura enumerantem nunquam dixisse πρῶτον — μετὰ ταῦτα — ὕστερον observavit [Marc. 4, 28.], quippe qui verba μετὰ ταῦτα et ὕστερον nunquam usurpaverit. Nam recte Marcus πρῶτον — μετὰ ταῦτα — ὕστερον dicere potuit, quum praesertim Lucas 5, 27. μετὰ ταῦτα et Matthaeus ὕστερον saepius posuerit, v. c. Matth. 21, 29., unde depromere Marco proclive fuerit. Et quot quamque ex parte mira ἅπαξ εἰρημένα in paucis verbis genuini Marci continentur. Est autem in disputatione, ubi magna firmorum argumentorum copia suppetat, ab ambiguis ultro abstinendum. Verba ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια i. e. *e quâ ejecerat septem daemones ita ut eos a muliere abigeret.* a Marci usu abhorrere, qui post verba e praeverbio ἐκ composita non ἀπό, sed ἐκ ponat [1, 25. 26. 5, 28. 30. 7, 29. 9, 25.: nam 7, 15. τὰ ἐκπορευόμενα ἐξ αὐτοῦ scribendum esse, quod ita facere debueramus, ut ἐκπορεύεσθαι ἀπό τινος saltem analogiae praesidium Luc. 4, 41. habere observaremus] *Schulthessius* l. c. p. 119. monuit. *Lucam* enim dicere ἐξέρχεσθαι ἀπό 4, 41. 8, 2. 33, 38. 46. 11, 24.. Recte, opinor, quamquam Marc. 1, 25. 26. boni libri ἀπό tuentur. Illud certum est, vocc. ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια e Luc. 8, 2. derivata esse. Ceterum hunc vs. non Marcum auctorem habere aliquot clara vestigia produnt. Nam operosus ad sequen-

tes narrationes transitus *ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων* hominis est alienum librum perficientis, non Marci, qui simpliciter scripsisset *ἀναστὰς δὲ ἐφάνη* sive *καὶ ἀναστὰς* [*ὁ Ἰησοῦς*] *ἐφάνη*. Deinde verba *ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια* inepta sunt. Hanc enim rem Marcus quo loco Mariae Magdalenae mentio primum facta est 15, 40. memorasset Lucae exemplo 8, 4. [cf. *Schulthess.* l. l. p. 119.]. Accedit quod ea res nihil ad hunc locum pertinet. Certe Jesus non propterea Mariae Magdalenae conspiciendum sese praebuit, quod eam insigni beneficio olim affecisset, sed quod ei bene cuperet. Contra apte Lucas 8, 2. eam rem commemoravit, ut quî factum esset ut ea mulier Jesum opibus suis sublevaret manifestum redderetur. Denique quae vs. 9. et 10. leguntur brevis et quae vix intelligi possit epitome sunt eorum, quae Johannes 20, 11—18. dilucide et copiose narravit. Saltem e vs. 9. et 10., quod nosse refert, cur soli Mariae Magdalenae, non simul ceteris providâ curâ Jesum amplexis mulierculis 15, 40. 41. 16, 1. Jesus se obtulerit [Luc. 24, 1—11.] et quo se ei obtulerit loco [Joh. 20, 11. 14.] intelligere nequeas. Ceterum quod *Schulthessius* l. c. p. 155. ineptum interpolatorem Mariam Magdalenam, de quâ Joh. 20, 11. agitur, aliam fuisse feminam, quam quae a Marco 15, 40. 16, 1. commemorata esset putavisse conjicit, ei suspicioni obstant verba *ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια* e Luc. 8, 2. petita, ubi de Mariâ *Magdalenâ* [vid. Joh. 20, 11. cl. vs. 1.] sermo instituitur. V. 10. Paene singula verba personatum Marcum loqui indicio sunt. Hûc primum pertinet *ἐκείνη*. Quinquies nimirum *ἐκεῖνος* in hâc sectione legitur sine ullâ emphasi, ut idem sit quod *ὁ δέ* vs. 11. 13. (bis) 20. [vid. *Schulthess.* l. l. p. 120.]. Alias in Marco idoneâ vi pollet, ut de quo dicitur ut praecipuum et insignem notet [Marc. 4, 11. 7, 15. 20. 14, 21. bis]. Deinde v. *πορευθεῖσα* rem commonstrat. Marcus enim dixisset *ἀπελθοῦσα* [Marc. 11, 4.]. Verbum *πορεύεσθαι*, quo nunquam Marcus usus est, h. l. *ter* legitur vs. 12. et 15. [cf. *Schulthess.* p. 120.]. Nequit autem lectio *πορευθεῖσα* sollicitari. Nam pependit interpolator ab Johannis 20, 17. verbis *π ο ρ ε ύ ο υ δέ* —. *Ἀπελθοῦσα*, quod K. 42. 131. 229.

Mt. 10. testantur, est interpretamentum ad Marci morem accommodatum. | Colb. Corb. *praecurrens* i. e. προδραμοῦσα. Aut correctio est eorum, qui personatum Marcum cum Luc. 24, 9., quo auctore ceterae quoque mulierculae a Marco 16, 1. commemoratae nuntium de Jesu in vitam reverso ad Apostolos pertulere, in concordiam adducere voluissent, aut temeraria interpolatio a librariis ex Joh. 20, 4. incredibili socordiâ suscepta. | Cant. Germ. 2. Vulg. *vadens* i. e. πορευθεῖσα. | Rd. Prag. *videns* i. e. *vadens* corruptum. Tum suspicionem movent v. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις. Certe loquutio γίνεσθαι μετά τινος [Act. 20, 18.] *cum aliquo esse* nusquam *in Evangeliis* legitur [vid. *Schulthessium* p. 120 sq.]. Sed quod *Schultsessius* p. 121. vocc. πενθοῦσι καὶ κλαίουσι supervacanea dixit, quoniam Apostolos de magistri morte tristitiâ affectos fuisse suâ quisque sponte conjicere potuerit, unde eam rem ceteri Evangelistae tacuerint [Luc. 24, 9 sq. Joh. 20, 18.], argutatus est. Etenim v. πενθοῦσι καὶ κλαίουσι *summum luctum* exprimunt: *illa abiit et nuntiavit iis, qui cum eo fuerant* [i. e. Apostolis] *lugentibus et flentibus* i. q. *in summo luctu constitutis.* Ita verba τρόμος καὶ φόβος *summam reverentiam* enuntiant 2 Cor. 7, 15. Ephes. 6, 5.. *Schulthessii* l. c. p. 121. opinio, interpolatorem rem e Matth. 9, 15., vocabula e Luc. 6, 25. petiisse mihi quidem valde improbabilis videtur. V. 11. Composuit hunc vs. interpolator e Luc. 24, 11. et Joh. 20, 18.. Vocabulum κἀκεῖνοι h. e. *et illi*, non *etiam illi* non magis hîc offendit, quam vs. 13.. Quare ἐκεῖνοι rejicimus, quod soli L. 157. Copt. et C. a p. m. tenent. ἐθεάθη] *Schulthessius* l. l. p. 121. apte tum Lucam 24, 34. ὄπτεσθαι, tum Johannem 20, 18. ὁρᾶν, non apte personatum Marcum θεᾶσθαι posuisse asseveravit. Designare enim θεᾶσθαι aut *spectare*, schauen in N. T. [Matth. 11, 7.], unde θέατρον et *spectaculum* originem ducit, aut *animadvertere*, wahrnehmen [Luc. 5, 27.]. Atqui Jesum a Mariâ neque *spectatum* neque *animadversum* esse, sed *visum.* Confudit V. D. verbi originem et usum, qui sane eo sensim sensimque valuit, ut simpliciter *videre* significaret, neque id solum in N. T. [Joh. 1, 14. Rom. 15, 21.], sed etiam in

graecis scriptoribus. Soph. Trach. v. 1068. *Herm.* ἰδού, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας, ὁρᾶτε τὸν δύστηνον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω. Aeque infirma est *Schulthessii* l. l. disputatio ex ἀπιστεῖν argumentantis, quod in his versibus *bis* [cf. vs. 16.] occurrat nusquam lectum in Evangeliis praeterquam Luc. 21, 11. 41.. Quippe nulla hoc verbo utendi Marco antea fuerat occasio. Unde etiam Lucas tum demum illud posuit, quum *non credidisse* Jesum in vitam restitutum esse Apostolos referendum esset. Falso *Grotius* v. ἀκούσαντες, ὅτι ζῇ ad vs. 7. referens enarrat *quum audivissent*, *angelum dixisse eum vivere.* Qui abusus est l. Luc. 24, 23.. Veram interpretationem adjecta monstrant v. καὶ ἐθεάθη ὑπ᾽ αὐτῆς *et illi*, *postquam eum vivere quippe ab eâ visum audiverant*, *non ei fidem habuerunt.* V. 12. μετὰ δὲ ταῦτα] *postea autem* i. e. postquam Mariae Magdalenae se obtulerat vs. 9.. Non igitur diem, quo res acta fuerit, interpolator definivit. δυσὶν ἐξ αὐτῶν] *duobus eorum* h. e. Apostolorum: cf. vs. 10.. ἐφανερώθη] *conspiciendum sese praebuit.* Hic verbi usus interpolatori cum Joh. 21, 1. 14. [Col. 3, 4.] communis est. *Schulthessius* l. l. p. 121., quia φανεροῦσθαι illo significatu bis h. l. [vs. 14.], aliâ vi supra Marc. 4, 22. legatur, hunc l. (vs. 9—20.) a Marco abjudicavit, praesertim quum φανεροῦσθαι Joh. c. 21., de cujus capitis αὐθεντίᾳ dubitatum est, *conspiciendum se praebere* ter significet. Hoc argumentum infirmum est. Quidni enim Marcus tot tamque ex parte mira ἅπαξ εἰρημένα frequentare solitus pervagati usus vocabulum ponere potuerit? Non plus ei rei tribuo, quod vocabulum ἕτερος [ἑτέρᾳ μορφῇ] a Matthaeo septies, a Lucâ tricies ter collocatum praeterea in Marco non invenitur [cf. *Schulthess.* l. l. p. 122.]. Esse autem ἕτερος non *alter* h. l., sed *alius* [Luc. 9, 29. Act. 2, 4.] apparet. Tum male *Schulthessius* p. 122. et 128. v. περιπατοῦσιν — πορευομένοις ineptum pleonasmum continere putavit. Nimirum enarrandum esse temere sibi persuaserat aut: *pedestri itinere proficiscentibus* — *quum tenderent*, aut: *ambulantibus* — *quum tenderent.* Quamquam ne sic quidem pleonasmum video. Apparet enim, verbis πορευομένοις εἰς ἀγρὸν praece-

dens Participium περιπατοῦσιν diligentius explicari. Quin imo ita explanandum: *postea autem duobus discipulis* *euntibus* (non domi sedentibus) *conspiciendum sese praebuit*, *quum nimirum rus abirent.* Hausit enim interpolator περιπατοῦσιν e Luc. 24, 17.. ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ] *Theophylactus* ad Luc. c. 24. enarrat ἐν ἄλλοις χαρακτῆρσιν *alia lineamenta habens*, *Grotius*, *Heumannus*, *Boltenus*, *Paulus* (qui *olitoris* vestem Joh. 20, 15. dici opinatur) al. *habitu alio*, *quam quo uti solebat*, *vestimentis aliis*, *quam quae gestare solebat* interpretantur. Ac de vestibus, quibus Jesus tum indutus fuerit [cf. Marc. 15, 24.] mira quaedam *Heumannus* commentus est, quippe vestimentum, cujusmodi angeli gestent et quod Jesus vitae redditus pro suâ omnipotentiâ procreavit dici aequum ratus. At enim vero μορφή *corporis formam* [vid. Phil. 2, 6. 7. Sap. 18, 1. Jes. 44, 13. Job. 4, 16. cl. *Wetsten.* ad h. l.] non *habitum* declarat. Transfer: *aliâ quam suâ corporis specie* s. *formâ indutus.* Sed ut Marcum haec non literis consignavisse doceas, tuto his utaris argumentis. Quae vs. 12. et 13. continentur eorum quae Lucas 24, 13—35. et copiose satis et perspicue narravisset, epitome sunt ejusmodi, quae ob brevitatem suam intelligi nequeat [cf. *Griesb.* C. C. p. 206. et *Schulthess.* p. 122.]. Nam qui Lucae librum 24, 13. non evolverit indefinite dictum εἰς ἀγρόν *rus*, auf's Land non assequatur. E Lucâ demum Jesu discipulos Emmauntem, qui erat vicus, contendisse patet. Quod *Schulthessius* p. 130. εἰς ἀγρόν ambiguum esse monuit, ut quod et *in agrum* (auf's Feld), et *in rus* (auf's Land) et *in pagum* (auf ein Dorf) designare possit, verum non est. Etenim εἰς ἀγρόν nihil aliud significare potest quam *rus*, auf's Land, ἀγρόνδε estque, ut declaravi, indefinite dictum. Praeterea quo digressi duo discipuli nuntium de Jesu sibi oblato ad Apostolos pertulerint ex interpolatoris verbis vs. 13. constituere nequeas. At Lucas 24, 33. eos *Hierosolymas* reversos Apostolos convenisse diserte dixerat. Deinde interpolator Lucam male intellexit. Nam quum is causam „cur duo discipuli Emmauntem proficiscentes Jesum non noscitassent in eorum, qui non noscitassent, vitio oculorum posuisset Luc. 24,

17. 31." personatus Marcus Lucae narrationem sic interpretatus est: factum illud esse, quod Jesus se istis discipulis *aliâ quam suâ corporis specie s. formâ* obtulisset. Sed argutatur *Schulthessius* p. 129. — δυσίν — ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ vel per se absurdum esse observans. Nam quicunque ab alio noscitari velit, eum suâ, non alienâ corporis formâ sese conspiciendum praebere oportere. Ita nimirum quicunque sine ambage ab aliis se agnosci voluerit, non Jesus egerit, quem e mortuis in vitam restitutum Apostolis se ita obtulisse Evangelistae scribunt [cf. Luc. 24, 31. Joh. 20, 19. 26. 30.], ut simul miracula patraret. V. 13. οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν] At e Lucâ 24, 34., qui Emmaunte Hierosolymas reversos hâc voce ab Apostolis exceptos esse perhibet: ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως [hic verborum ordo corruptus est: vide varr. lect.] καὶ ὤφθη Σίμωνι. necessario sequitur, Apostolos ab Emmaunte reversis utique fidem habuisse. Itaque interpretes ut pax componeretur diversa consilia inierunt. Et *Theophylactus* quidem τοῖς λοιποῖς ad alios quam Apostolos relatum voluit [— τὸ ἀνήγγειλαν τοῖς λοιποῖς οὐ περὶ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων λέγει, ἀλλὰ περί τινων ἑτέρων.]. Temere. Recte enim nos tum vs. 10. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις explicuisse *iis qui cum eo fuerant* i. e. *Apostolis*, tum vs. 12. δυσὶν ἐξ αὐτῶν interpretatos esse *duobus Apostolis* perspicue docent v. vs. 14. αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα h. e. *ipsis undecimviris*, qui duobus ex eorum numero vs. 12. opponuntur. Vide etiam Luc. 24, 13. cl. vs. 10.. Deinde *Euthymius*, *Osiander* apud *Heupelium* et *Masius* apud *Wolfium* de aliis hominibus Lucam 24, 13 sq., de aliis Marcum vs. 12. 13. loqui putaverunt. Cui opinioni et hoc officit, quod vs. 9 sq. uberiores Lucae et Johannis narrationes in breve contrahuntur, et hoc obstat quod pleraque vs. 12. et 13. cum Lucâ 24, 13 sq. belle conveniunt. Postremo inepte *Grotius*, *Heupelius*, *Paulus*, *Kuinoelius*, *Schottus* l. l. p. 147. al. explicuerunt: *ne illis quidem fidem habuerunt* scil. *omnes*. Quippe e Lucae 24, 34. sententiâ alios Apostolos credidisse, alios non credidisse. Utrobique enim per synecdochin *omnibus* tribui, quod *de nonnullis* tantum valuerit. Heu turpem rhetoricorum

et grammaticorum schematum abusum! Acute *Schulthessius* p. 130 sq. personatum Marcum, quum versum 13. e Luc. 24, 34. 35. componere debuisset, verba *οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν* e diversâ Lucae [cf. 24, 36—43.] narratione [Luc. 24, 41.] arripuisse observavit. Cujus sententiam veram existimo, quum ob causam paullo ante declaratam interpolatorem hîc alios auctores nobis hodie ignotos sequutum esse mihi non persuadeam. Ita vocc. *οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν* novum argumentum contineant, quo confisus vs. 9—20. a Marco abjudices. V. 14. Voc. *ὕστερον* esse *postea* scil. quam duobus discipulis se obtulerat vs. 12. 13., non *postremo*, ut monere pigeat, tamen propter nonnullos interpretes [v. c. *Bezam* et *Schulthessium* l. l. p. 154.] dicendum est. Aliquot libri [A. D. 1. 115. 235. Mt. n. et nonnullae verss.] *ὕστερον δέ* suppeditant. Nescio an non recte. Nam personatus Marcus abrupte loqui solet [cf. vs. 10. *ἐκείνη* vs. 16.] *ἀνακειμένοις*] i. e. *quum ad mensam accubuissent*, *coenantibus* [cf. ad Matth. 9, 10.]. *Beza* exponit *una sedentibus*, *congregatis* adversante vi et usu verbi. Vocem *αὐτοῖς* L. 13. Mt. 1. * Syr. utr. et Syr. hier. auctoritate male excludas, praesertim quum *ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα* optime comparatum sit: *posthac autem coenantibus i p s i s u n d e c i m v i r i s conspectus est.* In hâc oratione *ipsi undecimviri* opponuntur *duumviris* vs. 12. 13. et *Mariae* vs. 9. dicitque interpolator, Jesum jam non quibuslibet amicis et discipulis oblatum esse, sed omnibus promiscue Apostolis, qui ejus in vitam reditum referentibus fidem derogaverant vs. 11. 13.. Lysias Orat. XIV. In Alcibiad. I. § 37. *Bekk.* p. 548. *Reisk.* *ἃ μὲν γὰρ ᾔδει τῶν ὑμετέρων κακῶς ἔχοντα, μηνυτὴς α ὐ τ ο ῖ ς Λ α κ ε δ α ι μ ο ν ί ο ι ς* [*i p s i s Lacedaemoniis* i. e. non minus infensis hostibus, sed acerbissimis adversariis] *ἐγένετο*. Temere *J. D. Michaelis* conjecit *ἀνακειμένοις αὐτοῖς κ α ὶ τοῖς ἕνδεκα discipulis Emmauntem profectis quum coenarent et undecim Apostolis*, quia nimirum tum temporis una cum Apostolis alios fuisse Jesu discipulos et amicos e Luc. 24, 33. 36. appareat. At enim vero duos viros, quibus Emmauntem proficiscentibus Jesus se obtulerit, ex undecim Apostolorum numero fuisse tum Lucas

24, 13. cf. vs. 10. 11., tum personatus Marcus [vide not. ad vs. 13.] haud obscure significavit. Potuisse autem interpolatorem τοῖς ἕνδεκα dicere, etiamsi Johanni 20, 24. cl. vs. 19—23. assensus Thomam tum forte a ceteris Apostolis abfuisse declarare voluisset, jam dudum intellectum est. Nam post Judae suspendium οἱ ἕνδεκα generale fuit Apostolorum collegii nomen, ut vocarentur undecim, etsi unus deesset. καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν] Ex his v. plura *Schulthessius* argumenta repetiit, quibus non Marcum vs. 9—20. scripsisse ostenderet. Marcum enim non ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, sed ὠνείδισεν αὐτοὺς περὶ τῆς ἀπιστίας αὐτῶν dicturum fuisse affirmavit p. 122. collato l. Joh. 8, 46.. Hoc vix intelligas. Proba est enim dictio ὀνειδίζειν τὴν ἀπιστίαν τινός *alicujus incredulitatem vituperando carpere* s. *exprobrare*, [Plutarch. Sympos. 2. ἀσθένειαν σώματος ὀνειδίζεις. Herodian. 3, 8, 12. δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ.] inusitata Graecis loquutio ὀνειδίζειν τινὰ περί τινος, qui nonnisi sic passim loquuti sunt ὀνειδίζειν τινὶ περί τινος *probra alicui objectare ob aliquam rem* [Herodian. 4, 79. Σκῦθαι δὲ τοῦ βακχεύειν πέρι Ἕλλησι ὀνειδίζουσι] Deinde *Schulthessius* p. 122. et 132. ὀνειδίζειν acerbius quam quod Marco recte tribuatur vocabulum esse observavit [Marc. 15, 32. Matth. 27, 44. 5, 11. Luc. 6, 22. Rom. 15, 3. 1 Tim. 4, 10. 1 Petr. 4, 14.], neque dubitari posse, quin Marcus apto verbo ἐπιτιμᾶν uti haud paullo maluisset. Jesum autem quum primum receptâ vitâ dilectos discipulos vidisset *convitia* iis dixisse a fide prorsus abhorrere. Videlicet ὀνειδίζειν non solum *convitiis proscindere* significat, sed etiam quae prima verbi vis est, *vituperare*, *reprehendendo exprobrare* [vid. Matth. 11, 20. et *Schneideri* Lexicon graecum]. Denique *Schulthessius* p. 132. vocabulo σκληροκαρδίαν offensus est. Recte enim *pervicaciam* exprobrari *Judaeis* Marc. 10, 5., male h. l. *Apostolis*. Atque omnino Jesum illud discipulis crimini dedisse, quod iis, quibus se conspiciendum praebuisset, nullam fidem adjunxissent credi non posse, qui Lucâ 24, 25. 44. auctore non nisi hoc vituperaverit, quod et prophetarum et suis ipsius oraculis nullam fidem habuissent. Enimvero

quod supra p. 78. de formulâ ἡ πώρωσις τῆς καρδίας monui id ipsum de τῆς σκληροκαρδίας vocabulo valet. Nam quum ἡ καρδία et *mentem* et *animum* significet, ἡ σκληροκαρδία tum *mentis* vitium (*eum statum, quo ingenium durum et intractabile est*, h. e. *ingenii tarditatem*), tum *animi* (*eam conditionem, quâ asper est animus* i. e. *contumaciam, improbitatem*) declarat. Hic quidem illa significatio obtinet: *posthac coenantibus ipsis undecim Apostolis conspectus est et vituperavit eorum defectum fidei ingeniique tarditatem, quod iis qui ipsum vitae redditum vidissent non credidissent* scil. nihil prophetarum et Jesu oraculis admoniti. Hoc enim interpolatorem cum Lucâ 24. 25. 44. conspirantem sibi voluisse, sed inepte parcum verborum non diserte enuntiasse arbitror. ἐγηγερμένον] ἐκ νεκρῶν, quod post ἐγηγερμένον A. C. 1. 11. 33. al. adjiciunt, librariorum additamentum esse *Griesbachio* C. C. p. 196., qui hoc maxime urget, omnes Codd. qui ἐκ νεκρῶν addant magis minusve cohaerere, largior. Unum, quo hunc vs. non *a Marco* conscriptum esse perspicue doceas, argumentum in eo cernitur, quod brevi et artificiosâ epitome uberiores Johannis 20, 19 – 23. et Lucae 24, 36 – 43. narrationes complectitur. Nam Jesum undecim Apostolis conspectum esse ἀνακειμένοις personatus Marcus praeter rem collegit e Luc. 24, 40—42., unde hoc tantummodo sequebatur, obtulisse se iis Jesum aut *post coenam*, aut *ante coenam*, aut *ne coenaturis quidem*, sed eo tempore, quo forte Apostolis aliquid cibi in promtu esset. Johannis etiam, non Lucae solum rationem habitam esse consentaneum est propterea, quod quemadmodum Joh. 20, 21 sq. Jesus discipulis dat mandata, ita interpolator versu proxime sequente (vs. 15.) Jesum ultima Apostolis mandata exponentem facit. Sententia autem verbis καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν, ὅτι — — οὐκ ἐπίστευσαν comprehensa e diversis Lucae 24, 25—27. 24, 41—46. et Joh. 20, 24 – 29. [cf. v. ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν cum Joh. 20, 29.] narrationibus temere confusa est. V. 15. Hieronymus adv. Pelagianos II, 6.: „In quibusdam exemplaribus et maxime in graecis Cdc. juxta

Marcum in fine ejus Evangelii scribitur; postea quum accubuissent undecim apparuit eis Jesus et exprobravit incredulitatem et duritiam cordis eorum, quia his qui viderant eum resurgentem non crediderunt. *Et illi satisfaciebant dicentes: seculum istud iniquitatis et incredulitatis substantia est, quae non sinit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem; idcirco jam nunc revela justitiam tuam.*" Haec verba non a personato Marco, sed serius ab eo adjecta esse, cui Jesu mandatum vs. 15. abruptum nimis et ex tempore fusum videretur, apparet. Etenim Apostolis de magnâ hominum improbitate conquestis idoneam Jesus rationem, cur eorum perversitati obviam iturus discipulos per universum terrarum orbem doctrinam divinam propagare juberet, habere videbatur. Verum non est, quod cum *Millio* Prol. §. 724. 725. *Manichaeum* haec addidisse idcirco existimemus, quod Manichaei malo *naturam* s. *substantiam* tribuerunt et mundum a malo Deo conditum asseverarunt. Verba enim *seculum istud iniquitatis et incredulitatis substantia est* i. e. ὁ αἰὼν οὗτος ἀδικίας καὶ ἀπιστίας ὑπόστασίς ἐστιν commode, quo nihil simplicius, sic explices: *haec aetas ex improbitate et incredulitate constat*, dieses Zeitalter ist der Schlechtigkeit und Ungläubigkeit *Bestand* sive *Existenz* h. e. *hujus aetatis homines improbitati et incredulitati admodum indulgent.* *Fabricius* Cod. apocryph. N. T. p. 325. graece sic scriptum fuisse suspicatur: κἀκεῖνοι ἀ π ε λ ο γ ο ῦ ν τ ο λέγοντες· οὗτος ὁ αἰὼν κακίας καὶ ἀπιστίας ὑπόστασίς ἐστιν οὐκ [μὴ] ἐάσασα δ ι' ἀ κ α θ ά ρ τ ω ν π ν ε υ μ ά τ ω ν [immo διὰ πνεύματα ἀκάθαρτα: nam *p e r immundos spiritus* haud dubie declarat *p r o p t e r immundos spiritus*] τὴν ἀληθῆ τοῦ θεοῦ δύναμιν καταλαμβάνεσθαι· οὐκοῦν ἀ π ο κ α λ ύ π τ ε ι ς [ἀποκάλυπτε] νῦν ἄρτι τὴν δικαιοσύνην σου. *Satisfaciebant Fabricius* vertit ἀπελογοῦντο, quia hoc discipulorum responso tanquam *defensio* contineatur. Sed multo melius locum sic transferas: κἀκεῖνοι ἀπεκρίθησαν λέγοντες· ὁ αἰὼν οὗτος ἀδικίας καὶ ἀπιστίας ὑπόστασίς ἐστιν, ἣ οὐκ ἐᾷ [αὐτὴ] διὰ πνεύματα ἀκάθαρτα τὴν ἀληθῆ δύναμιν τοῦ θεοῦ καταλαμβάνεσθαι. Διὰ τοῦτο ἀποκάλυπτε ἄρτι νῦν

τὴν δικαιοσύνην σου. Nam omnia haec, etiam verborum collocatio, accurate respondent usui N. T.. πορευθέντες — πάσῃ τῇ κτίσει] *Euthymius:* — εἶπε δὲ αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦτον οὐ τότε πάντως, ἀλλ᾽ ὕστερον, ὅτε ἐπορεύθησαν [Matth. 28, 16.] εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς —. Hoc si interpolator sibi voluerit, de quo nobis persuadere non potuimus, inepte loquutus sit. Eo enim vinculo vs. 15. cum vs. 14. continetur, ut comprehensa vs. 14. mandata eo tempore, quo Jesus se undecim Apostolis obtulisset vs. 14., exposita esse lector existimare debeat. πάσῃ τῇ κτίσει] *Schulthessius* l. l. p. 122. hunc versum Marcum auctorem habere eo negavit, quod is κτίσεως vocabulum aliâ vi usurpare consueverit [Marc. 10, 6. 13, 19.]. Hoc argumentum omni vi destitutum est. Scilicet tria haec vox in N. T. significat, primo *actionem procreandi* Rom. 1, 20., deinde *res procreatas in universum* i. e. *mundum* Marc. 13, 19., denique *singularem quandam rem procreatam*, ein Geschöpf, Col. 1, 23. Hebr. 4, 13.. Postrema significatio h. l. valet, ubi *de hominibus* agi ipsa res docet, quemadmodum id 1 Petr. 2, 13. ex adjecto Adjectivo ἀνθρωπίνῃ intelligitur. Stolide igitur *Franciscus*, quem Pontificii consecrandum putarunt, secundam illam vocabuli κτίσεως potestatem h. l. amplexus *avibus*, *piscibus* et *asinis* doctrinam divinam exposuit [vide *Heumannum* ad h. l.]. Qui πάσῃ τῇ κτίσει *omnibus gentilibus* enarrarunt, quia nimirum Judaei homines paganos per contemtum, ut arbitror [*homines hâc unâ re colendi*, *quod a Deo conditi sunt*] הַבְּרִיּוֹת *res procreatas*, (Dei) *opificia* vocaverint [vide *Lightfoot.* et *Wetsten.* ad h. l.], verba πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, ut πάσῃ τῇ κτίσει *omnibus promiscue hominibus* explicetur flagitare non reputarunt. Sed quod Apostoli h. l. totum terrarum orbem obire et doctrinam divinam omnibus mortalibus tradere jubentur idque vs. 20. fecisse dicuntur, ea res multos olim Theologos eo adduxit, ut Apostolos ipsam Americam doctores adiisse opinarentur [cf. *Wolf.* ad h. l.]. Ceterum interpolatori hîc ob oculos fuisse videntur l. Matth. 28, 18—20. Joh. 20, 21 sq., non autem eum imitatum esse credo Col. 1, 23.. V. 16.

Asyndeton ὁ πιστεύσας, ut in gravi sententiâ, recte admissum est. σωθήσεται] *felix evadet in Messiae regnum et vitam aeternam receptus* [vide not. ad Matth. 19, 25.]. κατακριθήσεται] *a Messiâ judice condemnabitur condemnatusque in geennam conjicietur* [cf. Matth. 25, 41. 46.]. Quod iis, quicunque Jesum Messiam esse piâ mente crediderint h. l. aeternae felicitatis spes fit, quicunque id contra increduli negaverint sempiternarum poenarum metus incutitur, cum universâ Jesu institutione amice conspirat [cf. v. c. Marc. 1, 15. Luc. 8, 12. Joh. 3, 18. 12, 48.]. Verborum καὶ βαπτισθείς fons interpolatori fuit Jesu praeceptum Matth. 28, 19.. V. 17. Praeter rem *Schulthessius* l. c. p. 123., ut hunc l. non a Marco profectum esse probaret, hoc argumento usus est, nusquam in tribus prioribus Evangeliis aut Jesu aut Apostolorum portenta σημεῖα vocari. Nam eodem jure, quo Marcus supra 13, 22. falsorum prophetarum σημεῖα commemoraverat, etiam Apostolorum miracula σημεῖα vocare potuisset. Quippe e s. scriptorum sententiâ non eventorum quae videas mirabilis et invisitata species, sed ejus qui patraverit dignitas honorem portentis conciliat neque aliâ re miraculum praestat miraculo, nisi ejus qui fecerit virtute. Hoc inde intelligitur, quod non Jesus tantummodo [Joh. 5, 20. 36. 10, 25.] et Apostoli [Act. 2, 43. 5, 12.] et pii Christiani [Act. 6, 8.] a divino spiritu adjuti, sed etiam praestigiatores et falsi prophetae Satanae auxilio miracula patravisse dicuntur [Exod. 7, 11. Matth. 7, 22. 12, 27. 24, 24. 2 Thess. 2, 9.]. Deinde ab alio quam Marco hunc l. conscriptum esse minime e v. παρακολουθεῖν, quo ex Evangelistis solus Lucas 1, 3. [aliâ vi; nam *ad mentem* retulit] usus sit, et vs. 20. e v. ἐπακολουθεῖν, quod nusquam praeterea in Evangeliis legatur, consequitur [cf. *Schulthess.* l. l. p. 125.]. Nam Marcus quoque multa peculiaria verba sibi ascivit. Non autem verbi παρακολουθεῖν vim complectatur qui simpliciter *sequi* enarret. Quin valet *comitando sequi*, daneben, dabei folgen. τοῖς πιστεύσασι] Bene *Schulthessius* l. l. p. 135. τοῖς πιστεύσασι, quemadmodum antea vs. 16. ὁ πιστεύσας, *generatim* dictum esse monuit: *miracula autem eos quicunque fidem habuerint comitando* (animo conceptam fidem)

sequentur. Non enim aliam vim Articulo h. l. subjicere licet, nisi ut *generi indicando* inserviat. Male alii interpretati sunt aut: — eos *qui ab ipsis Apostolis instituti fidem habuerint*, aut: — *eos vestrûm qui antea increduli* (vs. 11. 13. 14.) *me vitam recepisse nunc crediderint* [ita v. c. *Rosenmuellerus* et *Kuinoelius*]. Talia nimirum diserte enuntiari debuerant. *Schulthessius* l. l. p. 124. τοῖς πεπιστευκόσι pro τοῖς πιστεύσασι requisivit, quoniam habitae fidei effectus i. e. fides duret cl. Joh. 6, 69. 8, 31. 11, 27. 16, 27.]. Sed bene fecit quod hanc opinionem p. 125. ipse abjecit. Non enim h. l. nisi haec sententia exprimitur non posse miracula facere praeterquam qui fidem *antea habuerit animoque conceperit* [cf. vs. 16. Luc. 8, 12. Act. 11, 21. Ephes. 1, 13. Jud. 5.]. Asyndeta ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι — γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς — ὄφεις ἀροῦσι — ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι legitima sunt. Nam et pendent haec ab ταῦτα cujus vocabuli ambitum exponunt et in plurium rerum enumeratione posita sunt [vide meam Dissert. ad 2 ep. ad Cor. II, p. 107.]. ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι] *meâ Messiae auctoritate malos genios exterminabunt*. Haec sententia ejusmodi est, ut et a Marco et a quocunque primi temporis Christiano informari potuerit. Id ipsum enim pii Jesu discipuli fecisse traduntur Matth. 10, 1. Marc. 3, 15. 6, 13. Luc. 10, 17. Act. 8, 6 sq. 16, 18. 19, 12.. Hoc unum serioris temporis significationem continere videatur, quod illius facultatis spes τοῖς πιστεύσασι *promiscue* facta est. Verum enim vero hoc quoque e Jesu voce Marc. 11, 22. 23. vel Marcus concludere potuerat. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς] De formularum καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν, ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν, γλώσσαις λαλεῖν et γλώσσῃ λαλεῖν, quas recentiores interpretes in diversissimas opiniones versarunt, vi et ratione tantum h. l. dicam, quantum accurata earum explicatio postulaverit, singula et universa quae de iis prolata sunt commenta, si Deus vitam mihi prosperamque valetudinem benigne propagaverit, ad Act. 2, 4. tum dinumeraturus tum judicaturus. — Quum Jesu in coelum sublato [Act. 1, 9. 10.] Apostoli, qui divini jussu magistri Hierosolymis substiterant [Act. 1, 8.],

pentecosten ibi agerent divinus spiritus eorum animos occupasse dicitur *hujusque numinis afflatu* ἑτέραις γλώσσαις loqui coepisse traduntur [Act. 2, 4.]. Deinde et Caesareae Cornelium ejusque domesticos [Act. 10, 46. cl. vs. 1.] et nescio quos homines Ephesi [Act. 19, 6.] *divino spiritu instinctos* γλώσσαις loquutos esse accepimus. Tum Paulus in priore epist. ad Corinth. c. XII. et XIV. in facultatibus quae homini christiano *a divinó spiritu* proficiscantur hanc numerat, ut possit aliquis vel γλώσσῃ [1 Cor. 14, 2.] vel γλώσσαις λαλεῖν [1 Cor. 14, 5.]. Postremo interpolator, qui Marci librum absolvere conatus est, in edendis a piis hominibus et qui in Jesu fidem reposuerint portentis ejusmodi, quae nemo quisquam *sine praesentissimo divini spiritus auxilio* facere posse videretur (vide infra) hoc ponit, ut καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν queant. Elucet ex his, loca in quibus diversae formulae ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν, γλώσσαις λαλεῖν, γλώσσῃ λαλεῖν et καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν leguntur ad unam eandemque classem pertinere nec posse veram interpretationem censeri, nisi quae illa omnia amplectatur. Dubitari autem nequit, quin plerique interpretes in allatis l. omnibus *de exterarum linguarum facultate* agi arbitrati verum viderint. Quorum in hoc uno sententia discordat, quod quum plurimi *linguas peregrinas, quas qui uterentur antea non didicissent* explicuissent [vide praeter antiquos interpretes *Storrium* Opusc. acad. II, p. 290 sq. III, p. 277 sq. *Joh. Frid. Milville* observatt. theologico-exeg. de dono linguarum in N. T. commemorato. Bas. 1816. 4. et *Heydenreich.* comment. in 1 Cor. Vol. II, p. 234 sq.], pauci *linguas, quarum usus antea comparatus esset*, interpretarentur [vide *Paulum* in l.: Neues Repert. T. I. p. 266 sq. T. II. p. 272 sq. et *Kuinoelium* ad Act. 2, 4. p. 52 sq.], de quâ re dicendi locum mihi infra servavi. Sed proficiscendum est mihi, ut meum judicium tuear, ab Act. 2, 4., ubi Apostoli a divino spiritu correpti dicuntur coepisse λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις h. e., ut e vs. 6. 8. 11. intelligitur, *aliis, quam vernaculâ* (i. e. hebraicâ, seu chaldaicâ potius) *linguis* (i. q. *exteris linguis) loqui.* Berachoth. 3, 1. *In more fuit orationem* קדיש *recitare post concionem; adfuit autem ibi*

vulgus, *quod linguam hebraicam non intelligebat*, *ideo in linguâ targumisticâ eam instituerunt*, *ut intelligeretur ab omnibus. Nam haec eorum lingua*]. Quippe confusi e diversissimis nationibus Judaei, quod suâ quisque linguâ vernaculâ uti Apostolos audirent, admodum mirati esse dicuntur vs. 6. 8. 11.. Scilicet quum severiores Judaei ab exterarum linguarum studio [Menachoth fol. 64, 2. *maledictus sit qui alit porcos et qui docet filium suum sapientiam Graecorum*] et usu, maxime in precibus faciendis et piis meditationibus, plane abhorrerent [Hieros. Sota fol. 21, 2. *R. Levi ben Chajathath adiit Caesaream atque audivit eos recitantes precationem* שמע (cf. Deut. 6, 4—9. 9, 13—21. Num. 15, 37—41.) *graece*, *voluit eos prohibere. R. Jose id animadvertens iratus dicebat: qui non potest hebraice num omnino non recitabit? Imo recitet eâ linguâ*, *quam intelligat et sic officio suo satisfaciat.*], tantum abfuit, ut Apostolis et primi temporis Christianis idem placeret, ut exterarum linguarum in rebus sacris usum in insignibus divini spiritus beneficiis ponerent [cf. Act. 2, 4. 10, 46. 19, 6. 1 Cor. 12, 30.]. Apparet ex iis, quae hucusque dicta sunt, falso nuper S. V. *Bleekium* in *Ullmanni* et *Umbreiti* theologischen Studien und Kritiken T. II. Fasc. I. p. 31. e locis talmudicis a *Kuinoelio* ad Act. p. 53. allatis severos Judaeos exterarum linguarum in rebus sacris usu offensos esse consequi negavisse, quum in iis non nisi *graecae sapientiae* studium vituperetur. Nimirum V. D. quum e Menachoth fol. 64, 2. et 99, 6. cupide argumentaretur quae Hieros. Sota 21, 2. de R. Levi narrantur non satis expendit. Ad rem revertor. Loquutio γλώσσαις λαλεῖν declarat *linguis* (in Sprachen) h. e., ut res docet, *exteris* (in *fremden* Sprachen) *loqui* Act. 10, 46. 19, 6. 1 Cor. 12, 30. 14, 5. 6. 18. [hoc vs. boni aliquot Codd. γλώσσῃ pro γλώσσαις tenent contra sententiam: nam generali notione *linguis exteris loqui* opus est, sententiam *linguâ peregrinâ* (in einer fremden Sprache) *loqui* orationis perpetuitas respuit: singularis γλώσσῃ e vs. 19. irrepsit] 23. i. q. Act. 2, 4. ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν et v. γλῶσσαι 1 Cor. 12, 10. 28. 13, 8. 14, 22. *linguas exteras* i. e. *linguarum exterarum*

usum denotat. Tum λαλεῖν γλώσσῃ 1 Cor. 14, 2. 4. 13. 27. *aliquâ peregrinâ linguâ uti* (in einer fremden Sprache reden) significat et γλῶσσα 1 Cor. 14, 19. 26. *linguam peregrinam* h. e. *peregrinae linguae usum.* Male igitur *Bleekium* l. l. p. 5. formulas γλώσσαις λαλεῖν et γλώσσῃ λαλεῖν promiscue et sine sensus discrimine apud Paulum legi affirmasse arbitror. Postremo interpolatoris verba Marc. 16, 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς ne possunt quidem nisi sic accipi *linguis utentur novis* nempe iis hominibus qui utentur i. q. linguis utentur quas non didicerint. Id ipsum autem, quod h. l. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς legitur, non a Marco hos vs. profectos esse doceat. Nam aut ex Act. 2, 4. 10, 46. 19, 6. illa v. scriptor hausit, e quo libro nihil Marcus depromsit, aut saltem, si ex alio fonte verba derivaverit, eo demum tempore locum composuit, quo peregrinarum usus linguarum a divini spiritus vi et beneficio repeti solitus in Christianorum coetu magnopere celebraretur. Frustra *Schottus* l. l. p. 156. hujus loci authentiam cupide defendens fieri posse, ut Marcus v. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς non Lucae in Actis, sed Petro, quo familiariter usus fuerit, accepta referat monuit. Sequitur, ut utrum in locorum de quo disserimus genere *de linguarum quas quis didicerit* an *quas quis non didicerit facultate* agatur, constituamus. Interpolatorem Marc. 16, 17. verbis γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς posterius diserte exprimere jam supra largiti sumus neque quisquam hâc sententiâ ut in scriptore insignium portentorum appetente recte offendatur. Item Lucam Act. 2, 4. Apostolos, quum primum spiritu divino perfusi essent exteris linguis *quas non didicissent* usos fuisse eo significare arbitror, quod diversissimarum nationum Judaeos in Apostolis, indoctis nimirum Galilaeis (Act. 2, 7.), suae cujusque linguae vernaculae peritiam admiratos esse scribit [Act. 2, 6. 8. 11.]. Sed Lucam Act. 10, 46. 19, 6. et Paulum in ep. I. ad Cor. τὸ λαλεῖν γλώσσαις in exterarum linguarum, *quas quis calluerit*, in rebus sacris usu, cujus divinus spiritus auctor fuerit, posuisse nobis persuasum est. Nam praeterquam quod ibi fere de hominibus gentilibus et extra Palaestinam constitutis agitur, inclyti quod Apostolis

olim Hierosolymis obtigisset portenti imitatio postea a Corinthiis ad ostentationem relata esse videtur, ut abstrusis et quarum usum vel pauci qui ad sacra convenissent Christiani vel omnino nullus haberet linguis nonnulli uterentur, spiritus divini in suos animos vim declaraturi. Quare Paulus 1 ep ad Corinth. c. 14. minorem esse *exterarum linguarum facultatis* quam aliorum a divino spiritu proficiscentium beneficiorum, τῆς προφητείας maxime, utilitatem nisi forte aut ipse orator interpretem agat aut alius explicator adsit, ut qui peregrinae linguae imperiti sint orationis argumentum et consilium intelligant accurate disputavit [1 Cor. 14, 1. 5. 13. 28. etc.]. Ita autem τὸ προφητεύειν et τὸ λαλεῖν γλώσσαις inter se distant. Hoc in exterarum in rebus sacris usu linguarum quo divinus spiritus suam vim manifestet cernitur; illud *prophetam agere* declarans in eo positum est, ut numinis admonitu [1 Cor. 14, 30. cl. 29.] res proferas verbis prophetâ dignis h. e. splendidis et poëtici ardoris plenis conceptas. Quod quamquam plerumque vernaculâ linguâ factum esse 1. 1 Corinth. 14, 3. 4. 31. al. indicio sunt, tamen nihil prohibet, quominus interdum peregrinis linguis institutum fuisse existimemus, ut aliquis simul peregrinâ linguâ uteretur simul prophetam ageret. Ita enim quacunque linguâ loqui licet, ut vel simplici quippe non animo commotus oratione utaris vel animo dicens concitato grandia et quae poëtae impetum referant verba ponas. Neque illud solum sine ullâ repugnantiâ cogitari potest, sed antiquitatis etiam testimonio confirmatur. Nam l. Act. 19, 6. — ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ᾽ αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον non potest praeterquam sic explicari: — *Spiritus divinus eos occupavit et exteris linguis loquuti sunt* n e m p e *prophetas egerunt* i. q. *et ita exteris linguis usi sunt*, *ut prophetas agerent* [vide ad Matth. p. 52. Act. 10, 46. Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. *nam audiebant eos peregrinis linguis uti et* q u i d e m *Dei majestatem celebrare.*]. Ven. *Bleekius* l. l. p. 58., ubi de τῆς προφητείας facultate nonnulla bene monuit, hanc verbis sententiam obtrusit: *divini spiritus instinctu* a l i o s *peregrinis linguis*

loquutos esse alios prophetas egisse. Ultimum est, ut quae formularum γλώσσαις λαλεῖν, ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν etc. interpretationi ab nobis defensae nuper ab eruditissimo *Bleekio* objecta sunt discutiamus. Et primum quidem nostro consilio dictionem γλώσσῃ λαλεῖν, ut quae linguâ, non *peregrinâ* linguâ loqui denotet, obstare contendit l. l. p. 15.. Non vero obstat. Nam postquam peregrinarum usus linguarum verbis ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν primum enuntiari solitus, quippe multis multorum sermonibus celebratus deinde formulâ nemini obscurâ γλώσσαις λαλεῖν declaratus erat, fieri non potuit quin sententia *aliquâ peregrinâ linguâ uti* verbis γλώσσῃ λαλεῖν sine ullo ambiguitatis periculo exprimeretur. Deinde *Bleekius* l. l. dictionem Marc. 16, 17. καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν nostram sententiam frangere obtendit. Nihil enim aliud illâ, si γλῶσσαν pro *linguâ* (Sprache) sumas, quam hoc enuntiari: *novis utentur linguis* h. e. linguis, quae antea in orbe terrarum non exstiterint. Magnopere miror V. D. ad eam interpretationem delapsum esse, ad quam aditum et viam jam *Beza* et *Suicerus* Thes. eccles. I. p. 766. interclusissent, rectissime observantes, *novas* ibi linguas dici non plane inauditas, sed illis novas, qui iis primum divini spiritus auxilio confirmati utantur. Tum *Bleekius* Act. c. II. nostrae interpretationi multis locis repugnare cavillatur. Nam quum consentaneum videatur, non singulos Apostolos diversi generis linguis exteris pentecostes feriis usos esse, sed alium v. c. aegyptiacâ alium arabicâ linguâ loquutum, nostrâ sententiâ probatâ ex Act. 2, 6. [— συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν.] 8. 11. [καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν — — ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ;] necessario consequi, ut unumquemque simul diversissimis linguis usum esse arbitremur [vid. *Bleek.* l. l. p. 18.]. Videlicet Act. 2, 6. 8. 11. Judaeos *generatim* loquentes *se mirari quod Apostoli linguis sibi vernaculis utantur* recte dicere id ipsum significaturos *alium aliâ linguâ* usum esse

V. D. non consideravit. Praeterea nostram explicationem cum Petri oratione Act. 2, 14 sq. consistere *Bleekius* l. l. negavit. Nam si Apostoli alius aliâ linguâ orationem bene connexam habuerit, neque rationem cur Petrus Judaeos qui Apostolos ebrios esse per ludibrium dixissent [Act. 2, 13.] refelleret [Act. 2, 15.] ullam apparere et cur Petrus rem tam singularem et mirificam in suâ oratione non potius diserte commemoraverit, quam jam Joëlis 3, 1 sq. de divino spiritu omnibus hominibus Messiae tempore impertiendo oraculum eventu comprobatum esse simpliciter dixerit statui vix posse. At vero qui Apostolos musto se inebriasse arbitrati rem in ludibrium verterunt [Act. 2, 13.], hoc haud dubie sequuti sunt, quod temere diversi diversis linguis uti viderentur. Quorum dicacitatem quidni Petrus recte eo compresserit, ut diceret: *non sunt ebrii*, *sed a divino spiritu reguntur* [Act. 2, 15 sq.]? Sed ut Petrus *alios aliis linguis loquutos esse* in suâ oratione diserte memoraret, nihil opus erat. Bene enim Judaei quidnam Apostoli fecissent noverunt [Act. 2, 6. 8. 11.]; quâ mente quove consilio peregrinis linguis usi essent animis pependerunt [Act. 2, 12. 13.]. Satis igitur erat, hoc Petrum monere, fecisse illud Apostolos *divini spiritus instinctu*, unde eventum jam respondere Joëlis oraculo de Dei spiritu omnibus hominibus impertiendo colligi possit [Act. 2, 16 sq.]. Postremo quod *Bleekius* l. l. p. 31 sq. miratos esse Judaeos peregrinarum linguarum *in rebus sacris* usum negavit ad Act. 2, 11. — *ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ;* non satis attendit. Mirati sunt enim quum quod indocti Galilaei peregrinarum linguarum periti essent [Act. 2, 7.] tum quod iis uterentur in rebus sacris [Act. 2, 11.]. Sequitur ut quae *Bleekius* ex I. ad Corinth. c. XII. et XIV. argumenta repetiit redarguam. Paulum igitur, si de exterarum linguarum facultate exposuisset, 1 Corinth. 14, 2. 4. *generatim* dicere potuisse: *qui peregrinâ linguâ utatur non hominibus sed Deo loqui*, *quia nemo eum intelligat*, *neque ad divinarum rerum sensum Christianorum coetum erigere*, *sed sibi prodesse* perperam *Bleekius* l. l. p. 20 sq. negavit. Nam unum saltem alterumve

coronae interfuisse, qui peregrinae linguae quâ quis uteretur peritus esset credibile videri. Licet *Bleekio* suspicionem opponere minime absurdam, adeo exterarum linguarum usum ad ostentationem et vanitatem a Corinthiis relatum esse, ut ad linguas quammaxime ignotas confugerent. Sed ita hîc cum *Bleekio* agere praestat, ut eum Pauli mentem non satis perspexisse arguamus. Nam quum Paulus orationibus sacris hunc finem esse, ut vel omnes auditores vel plerique eorum inde utilitatem percipiant rectissime statueret, et de industriâ exterarum linguarum facultatem extenuavit, *τὸν γλώσσῃ λαλοῦντα* *a nemine intelligi sibique ac Deó non coetui loqui* monens, et consulto *τὴν προφητείαν* exaggeravit, *τὸν προφητεύοντα* auditoribus ad pios sensus excitatis coetui prodesse observans. Haec qui, ut fieri par est, ad animum admiserit minime cum *Bleekio* p. 22 sq. locis 1 Corinth. 14, 5. 28. offendetur, ubi Paulus majorem esse *τὸν προφητεύοντα* quam *τὸν λαλοῦντα γλώσσαις*, quin hunc tacere quam dicere melius esse, nisi forte ut auditoribus consulatur notâ et in rebus sacris usitatâ linguâ (*Corinthi*, ut arbitror, graecâ) interpretatio adjungatur, significat. Tum *Bleekius* p. 23. *τὸ λαλεῖν γλώσσαις* male de peregrinarum linguarum facultate accipi ex I Corinth. 12, 10. 30. 14, 13. [*Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ προςευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ.* h. e., ut recte *Bleekius* p. 67. post *Chrysostomum* enarravit, *qui peregrinâ linguâ utitur numen precibus adeat*, *u t i n t e r p r e t a r i p o s s i t* i. e. *ut dicta interpretandi facultatem sibi concedat.*] efficere conatus est. Ex his enim locis apparere quum diversam *peregrinâ linguâ loquendi* et *quae linguâ exterâ enuntiata essent interpretandi* facultatem existimatam esse, ut utraque tamen divini spiritus beneficio attribueretur, tum qui peregrinâ linguâ uteretur plerumque non potuisse barbare dicta vernaculâ linguâ exprimere. At enimvero quod barbarâ et ascitâ linguâ bene prolatum sit id vernaculâ linguâ denuo dicere cuivis ludum esse. Aliam igitur formularum *γλώσσαις λαλεῖν*, *γλώσσῃ λαλεῖν* etc. explicationem circumspiciendam esse elucere. Non recordatus est V. D., ut melius aliquis vernaculam quam peregrinam linguam calleat, paucos tamen

tam praesenti animo consilioque esse, ut orationem barbarâ linguâ habitam *continuo* vel vernacule repetere audeant vel id sine haesitatione perficere possint. Sed etiam locum I Corinth. 14, 27. nostrae sententiae officere *Bleekius* p. 24. putavit. Nam si de peregrinarum usu linguarum Paulus Corinthiis scripsisset, consentaneum videri, eum potius hoc praecepti illis daturum fuisse: loquerentur vernacule Corinthi et ubi res esset cum hominibus graecâ linguâ utentibus vernaculâ, barbare vel inter barbaros vel ubi barbaris doctrina divina Corinthi exponenda esset, quam ut hoc praeciperet 1 Cor. 14, 27.: quotiescunque sacros coetus agerent duo, summum tres, hique ex ordine peregrinâ linguâ uterentur atque unus dictorum interpres exsisteret. Illud nimirum Paulus praecipere non potuerat: egit enim non cum viris primariis, qui doctrinam divinam ad barbaros perferrent, sed cum Corinthiis promiscue; hoc rectissime praecepit. Nam quum exterarum usum linguarum pro perspicuo documento, unde alicujus animum a divino spiritu motum esse constaret, habuisset, id donum tamen a τῇ προφητείᾳ utilitate superari rectissime credidisset, illud non opprimendum sed finibus quibusdam circumscribendum putavit. Scilicet non alio nomine peregrinarum linguarum facultas in N. T. celebratur, quam quod tum illustre documentum, unde divinum spiritum alicujus animum occupavisse constaret, tum eximium divini spiritus beneficium haberetur [vide supra] falsaque est et sacris literis repugnans veterum Theologorum opinio, τὸ γλώσσαις λαλεῖν eo consilio primi temporis Christianis divinitus datum esse, ut doctrina christiana sine negotio barbaris exponeretur [vide *Kuinoelium* ad Act. 2, 4. p. 42 sq]. His ita disputatis nonnullas recentiorum interpretum de formulis γλώσσαις λαλεῖν, γλώσσῃ λαλεῖν etc. a multis plausu exceptas opiniones convellere placet. Et *Eichhornius* quidem in l. allgem. Bibl. d. bibl. u. morgenl. Literat. I. p. 91 sq. 775 sq. II, p. 757 sq. III, p. 322 sq. post *Bardilium* in l.: *significatus primitivus vocis προφήτης ex Platone erutus cum novo tentamine interpretandi* 1 *Corinth. XIV. Gotting.* 1786. loquutionibus ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν Act. 2, 4. et καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν Marc. 16, 17.

ab hâc disputatione male sejunctis [vide supra] formulas γλώσσῃ λαλεῖν et γλώσσαις λαλεῖν Act. 10, 46. 19, 6. 1 Cor. c. XII. et XIV. designare *linguâ balbutire* (mit der Zunge lallen) i. e. *linguam motitare*, *linguâ inconditos et inarticulatos sonos fundere*, in quâ re multi saepe fanatici, v. c. fratres Bohemi, divinitus excitatae pietatis documentum quaesiverunt, temere sibi persuasit. Nam refragatur huic explicationi primum formula γ λ ώ σ σ α ι ς λαλεῖν, quandoquidem unusquisque *unâ*, non pluribus linguis instructus est, deinde dictiones γλῶσσα 1 Cor. 14, 19. et γλῶσσαι 1 Cor. 10, 12., quas ne tum quidem *sonum inconditum*, *sonos inconditos* declarare *Eichhornio* concedi potest, quum ei γλώσσῃ λαλεῖν valere posse *linguâ balbutire* praeter rem largitus fueris (ita enim λαλιά pro γλῶσσα et λαλιαὶ pro γλῶσσαι haud dubie requirebatur), tum quod quo pacto inarticulati soni *explicari* potuerint [1 Cor. 14, 5. 13. 27. 28. 12, 30.] plane non intelligitur, denique illud, quod Paulus, vir sapientissimus et sanctissimus, permagni τὸ λαλεῖν γλώσσαις aestimat 1 Corinth. 14, 18. 22. 39., quod non faceret si τὸ λαλεῖν γλώσσαις in puerili et superstitiosâ inarticulatorum sonorum prolatione constitisset [cf. *Bleek.* l. l. p. 8 sq.]. Aliam viam, sed non magis eam expeditam, nuper iniit *Bleekius* l. l. p. 32 sq. Is enim sententiae, quam *Herderus* in commentatione: Von der Gabe der Sprachen am erst. christlichen Pfingstfeste insertâ libro: *Herder's* sämmtliche Werke. Zur Religion und Theologie T. XI. p. 4—63. et *J. A. G. Meyerus* in l.: *De charismate τῶν γλωσσῶν cujus praesertim* (praecipue) *Act. II. et 1 Cor. XIV. mentio fit. Hannov.* 1797. 8. professi erant, tum eruditionis tum constantiae ornamento adjecto formulas γλώσσαις λαλεῖν, γλώσσῃ λαλεῖν, ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν et καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν promiscue valere *cogitata glossis eloqui* (in Glossen reden) h. e. *verbis uti minus usitatis*, *obscuris et poëticis* [cf. *Bleek.* l. l. p. 44. 46.] putavit. Quam interpretationem ut loquendi usu communiret, rem minime ignotam, γλώσσας Graecis dici *verba obscura*, vel quod *obsoleta* sint [Galenus Exeg. glossar. Hippocrat. Prooem.: ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις συνήθη

ἦν, νῦν δὲ οὐκ ἔτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι καὶ ταῦτα ἐξηγησόμενος ἔρχομαι· —.], vel quod *longinquae regionis dialecto* propria [Aristoteles de art. poët. c. 21. §. 4—6. ed. *Herm.* ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν ἢ κύριον ἢ γλῶττα — — —. Λέγω δὲ κύριον μὲν ᾧ χρῶνται ἕκαστοι, γλῶτταν δὲ ᾧ ἕτεροι· ὥστε φανερὸν, ὅτι καὶ γλῶτταν καὶ κύριον εἶναι δυνατὸν τὸ αὐτό, μὴ τοῖς αὐτοῖς δέ· τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶττα.], vel quod *ex barbaris linguis ascita* [Clemens Alex. Strom. I, 338. ed. Col. 1688. — φασὶ δὲ οἱ Ἕλληνες διαλέκτους εἶναι τὰς παρὰ σφίσι πέντε — —, ἀπεριλήπτους δὲ οὔσας τὰς βαρβάρων φωνὰς μηδὲ διαλέκτους ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι.], vel quod *minus frequentata* [Quintil. Instit. orat. I, 8. circa *glossemata* (i. q. glossas, vide *Bleekium* p. 38.) etiam, id est *voces minus usitatas*, non ultima ejus professionis diligentia est], vel quod *a poëtis ornandae orationis causâ collocata* [Pollux Onomast. II. 109. ed. *Hemsterhus.* ἀλλὰ καὶ τὰς ποιητικὰς φωνὰς γλώττας ἐκάλουν, ὡς Ἀριστοφάνης] multis locis coactis docte persequutus est p. 33—44.. Quod V. D. p. 38. Dionysii Halicarnassensis a *Wetstenio* ad 1 Cor. 12, 10. allatum scholium: γλώσσας· φωνὰς ἀρχαίους καὶ ἀποξενισμένας ἢ ἐπιχωριαζούσας. se satis intelligere negavit, ita explanandum est: *glossas* h. e. *voces obsoletas et patriâ usuque ejectas aut quae e peregrinâ linguâ in regionem insinuant.* Est igitur, ut exemplo utar, φωνὴ ἐπιχωριάζουσα ἄγγαρος persica vox, quippe graecam civitatem nacta. Loco autem alieno *Bleekius* tanto doctrinae apparatu usus est. Scilicet γλῶσσαι *verba obscura* denotant *usu Grammaticis technico*, id quod multa quae *Bleekius* coëgit loca confirmant potius quam refellunt. Nam aut e *Grammaticis petita sunt aut e scriptoribus qui forte* Grammatici munus obierunt [Aristoteles de arte poët. 21, 4. 22, 3.] aut e libris ubi Grammaticorum usus simpliciter refertur [Diod. Sic. I, 311. ed. *Wesseling.* Plutarch. T. VII. p. 479. ed. *Reiske*]. Num vero inde, quod *Grammatici graeci* γλώσσας *usu technico* verba obscura vocarunt sequitur *scriptori a grammatico munere averso* γλώσσαις λαλεῖν hâc vi ponere licuisse *verbis obscuris cogi-*

tata eloqui, praesertim quum ipsa res absoni aliquid contineat (vide infra)? Minime. Verum sit hoc γλώσσαις λαλεῖν: certe γλώσσῃ λαλεῖν hâc potestate nullo modo poni potuerat. Neque quidquam illud nisi quod intelligi nequeat si cum *Bleekio* a Grammaticorum usu proficiscaris inferat: *orationem habere verbo obscuro conceptam* (in *einer Glosse* reden)! Frustra *Bleekius* l. l. p. 45. ut praejudicatam opinionem tutetur λέξιν γλωσσηματικὴν apud Dionys. Hal. Judic. de Thucyd. c. 24. antestatur. Non enim γλῶσσα idem valet quod λέξις γλωσσηματικὴ *oratio* (Stil) *glossis temperata*, sed *verbum obscurum* (einen dunkeln Ausdruck) notat. Non minus miror, quod *Bleekius* l. l. suae sententiae loquutiones καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν Marc. 16, 17. et ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν Act. 2, 4. refragari non assequutus est. Est enim glossa, quatenus vim glossae i. e. verbi obscuri obtinet, *vocabulum obscurum*, *glossa*, nihil amplius, neque antiquas et novas glossas distinguere licet. Quare Act. 2, 4. voc. ἑτέραις, Marc. 16, 17. voc. καιναῖς absurdum esset additamentum, quandoquidem utrobique, si *Bleekii* disputatio vera esset, simplex dictio γλώσσαις λαλεῖν sententiam *cogitata verbis obscuris enuntiare* praeberet. *Bleekius* quidem l. l. ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν Act. 2, 4. enarrat *verbis obscuris, quae e diversi generis linguis peregrinis repetita sint, mentem suam declarare*, ad Theodori Ἀττικὰς γλώσσας apud Athenaeum l. XIV. p. 646. c. p. 1437 ed. *G. Dindorf.* provocans. Sed quemadmodum Theodori Ἀττικὰς γλώσσας voces et loquutiones Atticis peculiares ceteris Graecorum gentibus inusitatas ideoque obscuras in unum quasi corpus redactas fuisse nemo non intelligat, ita quidnam sibi velint ἕτεραι γλῶσσαι *alia verba obscura* in loco, ubi nulla γλωσσῶν mentio praecesserit, ut a quibusnam verbis obscuris distinguantur nescias, adeo obscurum est, ut Oedipo conjectore opus esse videatur. Praeterea *Bleekio* hoc objicere licet: si quis γλώσσαις λαλεῖν *orationem habere*, *quae tota e verbis obsoletis*, *raro obviis*, *poëticis et ex aliis vel dialectis vel linguis depromtis composita sit* explicuerit rem animo informari ineptam, inutilem et quae a viro variâ et multiplici

doctrinâ instructo potius, quam ab eo, cujus mentem divinus spiritus occupavisset perfici potuisse videatur; sin cum *Bleekio* l. l. p. 46. γλώσσαις λαλεῖν *cogitata oratione amplâ grandi et poëtarum impetum referente exprimere* enarraveris, quâ re τὸ λαλεῖν γλώσσαις et τὸ προφητεύειν, quae admodum diversa fuisse ex 1 Cor. 14, 1 sq. emergit, discriminata fuerint vix invenias. Nam quod *Bleekius* p. 58 sq. τὸν προφητεύοντα sobrie egisse suarumque sibi rerum conscium fuisse, τὸν γλώσσῃ λαλοῦντα animo vehementer divino furore correpto minus in suâ ipsius potestate fuisse, ut plerumque non posset inusitatis et poëticis verbis dicta usitatis et pedestribus exprimere jecit, hoc quidem discrimen ipse excogitavit. Non arduum esset contrarium obtinuisse, ut nisi ubi quis simul prophetam ageret simul γλώσσῃ loqueretur Act. 19, 6., ὁ λαλῶν γλώσσῃ bene composito mentis statu uteretur, ὁ προφητεύων animo concitato diceret, perspicue e N. T. docere, si id h. l. propter brevitatis rationes facere possem. His expositis quamquam *Bleekii* opinio plane eversa esse videtur, tamen quibus machinis ut adamatam sententiam tueretur adversus apertam Lucae Act. 2, 4 sq. mentem tetenderit, paucis monere juvat. Quamvis enim loca Act. 2, 6. 8. 11. verba Act. 2, 4. ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις sic explananda esse *coeperunt loqui peregrinis linguis* perspicue ostenderent (cf. supra), tamen V. D. ita interpretatus est: *coeperunt graece* (aut *aramaice*) *cogitata verbis poëticis eloqui* et diversarum nationum Judaeos eo, quod Apostolos poëticis dictionibus, quae eos loquutionum in linguis suis vernaculis usitatarum commonefecissent, in eam opinionem, ut illos linguis sibi vernaculis loqui putarent adductos esse pronuntiavit p. 49 sq. et 53. Haud vidi magis. Aliam igitur nobis rem Lucas, aliam *Bleekius* narravit. V. 18. ὄφεις ἀροῦσι] L. Copt. Arm. γλώσσαις λαλήσουσι, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι | C. a p. m. 1. 33. Syr. p. c. aster. Slav. 1. 2. 3. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι. Rectissime *Griesbachius* C. C. p. 196 sq. vulgatam scripturam defendit, quamquam ratione parum idoneâ commotus. Nam verba ὄφεις ἀροῦσι *ambigua* arbitratus, ut

quae tum *serpentes interficient* [ita male interpretatur Euthymius: ἀφανίσουσιν, ἀνελοῦσιν, ἢ καὶ ἀροῦσιν ἐν χερσὶ ἀκινδύνως. et *Theophylactus*], tum *angues tollent*, *manibus tractabunt* significare possint, qui antiquitus ne priore modo acciperentur cavere voluissent explicandi studio addidisse vocc. καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι. At neque ambigua sunt vocc. ὄφεις ἀροῦσι (tametsi enim αἴρειν ἄνθρωπον *hominem interficere* Luc. 23, 18. et αἴρειν τόπον Joh. 11, 48. *locum exscindere* probe et usitate dicitur, tamen αἴρειν θηρίον *animal interficere* simpliciter dici potuisse recte negavit *Schulthessius* p. 140.), neque si essent ambigua in hâc verborum continuitate videri possent. Nam qui *serpentes interfecerit* nullum fecerit miraculum (cf. vs. 17.); miraculi vim nomenque illud obtineat, si quis *incantationibus serpentes interficiat* [vide *Wetstenium* ad h. l. et *Heynium* ad Virg. Ecl. 8, 71.]. Sed hoc si scriptor enuntiare voluerat, diserte id adjecto verbo exprimere debuerat. Eandem ob rem eorum spernenda interpretatio est, qui *tollent serpentes* i. e. *alio ablegabunt*, sie werden Schlangen *verbannen* (vide Jamblichum vit. Pythag. c. 28.) explicuerunt. *Griesbachio* obstrepens *Dav. Schulzius* haec dicit: „*notabilis lectio* [— καινaῖς· καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι], *de quâ Griesb. in comm. cr. severius quam justius judicavit. Nudum* ὄφ. ἀροῦσι *tolerari vix possit.*" Nimirum ob id ipsum, quod ὄφεις ἀροῦσι *nimis nudum* visum esset, nonnulli librarii abruptam orationem pleniorem reddituri adjecerunt καὶ ἐν ταῖς χερσίν. Est autem ob tres maxime rationes lectio καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι spernenda. Nam praeterquam quod parum a Codd. commendatur et manifestum est glossema et turbat *Asyndeton:* ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς καὶ ἐν ταῖς χερσὶν —., et ad N. T. usum, quum desit Genitivus καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ὄφεις ἀροῦσι, non optime comparata est. Ceterum καιναῖς in L. Copt. Arm. ante v. καὶ ἐν ταῖς facile intercidere potuisse jam *Griesbachius* l. l. observavit. Non igitur v. ὄφεις ἀροῦσι significant nisi *serpentes tollent* [Marc. 2, 3. 9. 6, 8. 29. 43. 13, 16.], *manibus tractabunt*

scil. impune atque ita, ut non mordeantur. Id quum ipsa res doceret (alioquin enim ὄφεις ἀροῦσι temere in miraculis numeraretur), non erat, quod verbo diserte declararetur. Inepte *Grotius* ut quam requisivit notionem nancisceretur e v. sq. mente repetendum esse καὶ οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψωσιν contendit: *serpentes tollent*, *qui nullum iis detrimentum inferant.* Exempla hominum, qui serpentes impune tractarint post *Barnesium* ad Eurip. Bacchas vs. 647. attulit *Elsnerus* ad h. l. p. 168.. Ceterum male plerique explicatores v. ὄφεις ἀροῦσι ex Act. 28, 3. hausta esse crediderunt. Nam res de quâ personatus Marcus exponit Pauli, qui manu serpentis temere allapsi amplexu circumplicatâ praesenti animo serpentem in ignem abjecit, exemplo minime illustratur [vide *Schulthessium* l. l. p. 139.]. Imo pependit interpolator a Luc. 10, 19. cl. Ps. 91, 13. [cf. *Schulthess.* p. 136.]. Potuerat autem ὄφεις ἀροῦσι vel Marcus scribere. Nam quum et serpentes, et omnes nocentes bestiae Satanae satellites existimarentur [Luc. 10, 19.], quidni eam esse Messiae discipulorum vim, ut et malos daemones, Satanae ministros exterminent et *angues* impune tractent, *Marcus* Lucae locum contuitus dicere potuerit? θανάσιμον] Haec vox nonnullis Atticistis non attica visa est. Cui judicio Platonis et Euripidis, ut Jon. v. 616. exemplum repugnat [cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 651 sq. *Elmslejus* ad Medeae vs. 370. „Vocem θανάσιμον qui Atticis abjudicarunt, parum diligenter eorum scripta legerant. Exstat enim infra vs. 466. et alibi passim apud Euripidem.“ βλάψει] *Matthaeius* et *Griesbachius* ex optimis Cdd. βλάψῃ ediderunt. Recte. Vide not. ad 14, 31.. *Schulthessius* p. 126. inde, quod βλάπτειν tantummodo Luc. 4, 35. invenitur et τὶ cum Adjectivo nusquam in Matthaeo et Marco legitur, vs. 9—20. a Marco abjudicavit. Rursus miror virum tantopere laborantem in rebus et levissimis et ut puto fortuitis. Hoc est ἐπὶ φακῇ μύρον. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ] Hoc miraculum ab ullo patratum esse nusquam in libris s. traditur. Sed Johannes Ephesi jussu Aristodemi, pontificis, venenum postquam se crucis signo munivisset sine ullâ noxâ bibisse in Abdiae Historiâ Apostolicâ apud Fabricium Cod.

apocryph. N. T. T. II. p. 575 sq. refertur (unde Johannes poculum venenatum tenens vulgo pingitur). Similia tum de Justo Barsabâ [cf. Euseb. H. E. lib. 3. extr.], tum de aliis [cf. *Fabricius* l. l. p. 576.] narrantur. Has *fabulas* esse ex h. l. confictas omnes concedunt praeter *Schulthessium* p. 138 sq., qui vs. 9—20. seculo secundo a portentorum admiratore et homine ejusmodi in quo non esset Apostoli ingenium, conscriptos esse *male* [cf. infra] opinatus interpolatorem ab illis narrationibus pependisse affirmavit. Mihi et Marcus et nemo non ex Apostolis fore ut pius Christianus venenatam potionem sine detrimento hauriat eodem jure scribere potuisse videtur, quo ab ejusmodi viris malos daemones exterminatos esse in N. T. perscriptum legitur. Etenim eo tempore Apostoli vixerunt, quo insigni nequitiâ venenatis poculis hominum vita saepe tentaretur [Suet. Ner. c. 33 sq.]. *Schulthessii* p. 137. opinio interpolatorem rei notionem ex II Reg. 2, 19—22. hausisse plane mihi incredibilis videtur. ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι] *Schulthessio* p. 126. judice Marci usus postulaverit ἀῤῥώστοις pro ἐπ᾽ ἀῤῥώστους [Marc. 5, 23. 6, 5. 7, 32. 8, 23.]. At enim quidni vel Marcus ἐπὶ ἀῤῥώστους χ. ἐπ. *super aegrotos* (auf die Kranken) *manus imponent* dicere potuerit, praesertim quum in permultis loquutionibus ubi Attici Dativum simplicem ponunt in N. T. ἐπί cum Accusativo legatur, ut supra saepe vidimus (cf. v. c. p. 637.)? Et scripsit Marcus 8, 25. ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, qui locus paullo quidem diversus, sed similis tamen est. Versu igitur 17. et 18. quae alium quam Marcum scriptorem arguere videantur haec continentur: I. Quanquam quae portenta commemorantur singula ipse Marcus referre potuerit, eo tamen merito offendaris, quod *nimium* scriptor quam quod in Marcum convenire videatur miraculorum studium prodit. II. Quod *omnibus promiscue Christianis* memoratorum portentorum facultas conceditur saltem suspiciosum est (vide supra). III. Auget suspicionem quod exterarum linguarum usus (γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς) *ex Actis* repetitus est (cf. supra). IV. Portentum paenultimo loco positum (κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ) quum nullo

possit e libris s. depromto exemplo illustrari, *ceteris omnibus in id congruentibus* hominem Marco serius, seculo tamen primo, viventem arguere videtur. *Schulthessius* p. 142—147. hunc locum seculo secundo ab homine inepto, in quo non esset Apostoli indoles, conscriptum esse hoc maxime argumento efficere conatus est, quod quum sinceri Evangelistae Jesum valedicentem *divini spiritus dotes* discipulis pollicentem fecerint [Matth. 28, 20. Luc. 24, 49. Joh. 20, 22.], Jesus hoc scriptore fidejussore suae sectae hominibus *quantivis pretii miracula* promiserit. Scilicet *in verbis* personatus Marcus a ceteris Evangelistis discrepat, *in sententiâ* convenit. Nam quum e sacrorum scriptorum mente et miraculorum faciendorum facultas [Matth. 12, 28.] et omnia hominis vere christiani ornamenta [1 Cor. 3, 16. 6, 11.] a divini spiritus vi repeterentur, manifestum est, cuicunque portentorum efficiendorum potestas promitteretur, hâc ipsâ re *spiritus divini dotes* promissas esse. V. 19. Duxit hunc vs. interpolator e Luc. 24, 50. 51. et Act. 1, 9. 11. [*ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν* vid. Act. 1, 11. — *οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ᾽ ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν*]. Adulterinae originis suspicionem multa huic versui conflant. Pertinet huc *μὲν οὖν*, quo Marcus, quum aliquoties potuisset, nunquam usus est et *ὁ κύριος*, quod vocabulum *de Jesu* Matthaeus et Marcus nusquam dixerunt. Johannes bis 4, 1. 11, 2. Lucas saepe ita loquutus. Non licet autem neque *οὖν* delere neque *ὁ μὲν οὖν κύριος Ἰ η σ ο ῦ ς* recipere. Nam *οὖν* demunt pauculi Cdd., *Ἰησοῦς* addunt complures, sed unus tantum e tantâ turbâ codicum Mosquensium (Mt. 10.). Absurdus est etiam transitus *ὁ μὲν οὖν κύριος κ. τ. λ.* der Herr *nun also* [Act. 1, 18. 15, 30.] erhob sich in den Himmel, quum in iis quae proxime praecedunt vs. 15—18. ipse Jesus loquens introducatur. Marcus dixisset: *καὶ ὁ Ἰ η σ ο ῦ ς μετὰ κ. τ. λ.*. *μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς*] Haec v. qui cum *Heumanno* sic explicuerunt *postquam cum discipulis d i v e r s i s l o c i s e t t e m p o r i b u s loquutus erat* rationem, quâ interpolatorem cum Lucâ et Johanne, qui Jesum in vitam restitutum saepius undecim Apostolis oblatum scripserunt, conciliarent ineundam putarunt. Sed non alio v. *μετὰ τὸ λαλῆσαι*

αὐτοῖς referre licet, nisi ad Jesu colloquium vs. 14—18. expositum. *ἀνελήφθη*] 36. 40. *ἀνεφέρετο* e Luc. 24, 51.. Sed quod Jesus h. l. Luc. 24, 51. Act. 1, 11 sq. al. in coelum ascendisse traditur de eâ re recentiores interpretes diversa judicia tulerunt, quae melius ad genuina Evangelistae verba Luc. 24, 51. quam ad interpolatoris vocabula h. l. ita ut suum cuique pretium statuam enumeraturus mihi videor. Argute *Schulthessius* p. 150. sic interpolatoris verba vs. 19. comparata esse monuit, ut lector *Jesum eo ipso quo in vitam rediisset die e coenaculo ubi se discipulis novissime obtulisset vs.* 14. *post coenam in coelum noctu ivisse* non existimare non possit. Ita enim interpolator loquitur, ut quo tempore Jesus in coelum sublatus fuerit Lucae exemplo 24, 50. non definiat, nisi quod *post factum cum discipulis colloquium* in coelum ascendisse dicit: *dominus igitur postquam cum discipulis colloquutus erat* (vs. 14.) *in coelum sublatus* [non satis bene alii vel *exceptus* vel *receptus* vertunt: vide 1 Macc. 2, 58.] *est.* Sed neque personatus Marcus neque Lucas Jesum eodem quo vitam recepisset die sublimem in coelum abiisse, sed hoc indicare videntur, *id paullo post factum esse.* Largior enim *Schulthessio* l. l. p. 151. Lucam quum Act. 1, 3. Jesum post suum in vitam reditum *quadraginta dies* in his terris versatum discipulis se conspiciendum praebuisse diceret correxisse quae in Evangelio 24, 50. perhibuisset. Quippe non aliter potest l. Luc. 24, 50. intelligi, nisi ut Jesum paucis diebus post receptam vitam in coelum sublatum putemus: ac male Paulus quae Luc. 24, 44 sq. ab Jesu dicta sunt interjecto quadraginta dierum intervallo post ea quae Luc. 24, 36—43. pronuntiasse traditur Jesum loquutum esse finxit. Ultima vocabula *καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ* absurda esse peracute monuit *Schulthessius* p. 148.. Nam quum si quis ad Dei dextram considat hoc non oculis observari queat, ab Jesu id tum temporis factum esse ne narrare quidem scriptorem decuisse. Itaque Jesum ad Dei dextram consedisse Lucam 24, 50 sq. Act. 1, 3 sq. minime narravisse, sed rem bene ita instituisse, ut dubitantes Apostolos, in quaenam loca Jesus abiisset, a duobus angelis certiores fieri juberet, eum

in coelum sublatum esse [Act. 1, 9—11.]. Cui *Schulthessii* disputationi si quis hoc obvertat: sane potuisse, etiamsi id non optime fieret, a scriptore *rem a christianis hominibus pie creditam*, Jesum ad Dei dextram consedisse, leni vinculo praecedentibus verbis annecti: — *in coelum sublatus est et* (de quo nemo dubitat) *ad Dei dextram consedit*. is levibus duntaxat et temerariis argutiis inepta verba protegat. Itaque iis novum argumentum inesse, cur hic locus ab alio homine, quam a Marco, conscriptus sit judico atque ita censeo, interpolatorem, ut Jesu vaticinium Marc. 14, 62. eventum habuisse doceret, verba *καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ* e Marc. 14, 62. derivata temere addidisse. Quare praeter verba *μὲν οὖν* et *ὁ κύριος* Marco inusitata absurdumque transitum *ὁ μὲν οὖν κύριος κ. τ. ἑ.* hunc versum interpolatoris esse tum illud ostendat, quod scriptor loca Luc. 24, 50. 51. et Act. 1, 9. 11. in paucorum verborum *ὁ μὲν οὖν κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν* angustias coarctavit, ut lector et quo die et utrum in monte Galilaeae [Matth. 28, 16 sq.], an in monte olivarum [Luc. 24, 50. Act. 1, 10 sq.] constitutus in coelum abierit plane ignoret, tum quod vocc. *καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ* ob Marc. 14, 62. inepte adjecit.

V. 20. Quae hujus libri clausula exstat in Sahid. cod. Askew. [*Exiverunt terni in quattuor climata coeli, praedicaverunt evangelium regni in mundo toto, Christo operante cum eis in sermone confirmationis et signis sequentibus eos et miraculis. Et sic cognoverunt regnum Dei in terrâ universâ et in mundo toto Israelis in testimonium gentibus omnibus, quae exsistunt ab oriente ad occidentem.*] graece his fere verbis, *quae ad N. T. ingenium respondeant*, concipienda: *καὶ ἐξελθόντες τρεῖς τρεῖς* [sive *ἀνὰ τρεῖς*] *εἰς τὰ τέσσαρα κλίματα τοῦ οὐρανοῦ ἐκήρυξαν τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ συνεργοῦντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ λόγῳ τῆς βεβαιώσεως* [i. e. *doctrinâ, quae sui fidem faciat:* Phil. 1, 7. Hebr. 6, 16.. Non recte igitur *Dav. Schulzius* conjecit *in sermonis confirmatione* h. e. *ἐν τῇ βεβαιώσει τοῦ λόγου*] *καὶ διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων καὶ τεράτων· καὶ οὕτως ἔγνωσαν τὴν βασιλείαν τοῦ*

θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἅ ἐστιν ἀπ᾽ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, quemadmodum interpolatio vs. 15., cujus memoriam Hieronymus conservavit, tantummodo hanc vim habet, ut *Matthaeii* ed. maj. p. 271. sententiam, minus h. l. *quam in corruptis locis fieri soleat variari* labefaciat. ἐξελθόντες] *egressi* i. e. *postquam in viam se dederant.* πανταχοῦ] Magis atticum vocabulum esse ἑκασταχοῦ quam πανταχοῦ Thomas M. p. 277 sq. observat. ἐκήρυξαν — σημείων] *doctrinam divinam ubivis exposuerunt domino* (i. e. Deo cf. 1 Cor. 3, 9. Hebr. 2, 4.) *opitulante et institutionem miraculis quae* (institutionem) *sequerentur confirmante.* Hunc quoque versum interpolatoris non Marci esse claris quibusdam indiciis cognoscitur. Nam praeterquam quod sententia et partim verba ex Hebr. 2, 3. 4. ducta esse apparet [cf. *Schulthess.* l. l. p. 148.] quae dicuntur ejusmodi sunt, ut Marco impertiri nequeant. Invito enim scriptori excidit, ut, quum doctrinam divinam, quemadmodum Jesus fieri jusserit vs. 15., *ubique locorum* ab Apostolis traditam esse referret eo se tempore scripsisse quo *Apostoli peractis Jesu mandatis mortui essent* attento lectori haud obscure proderet. ἀμήν] Laudo *Griesbachium*, quod ἀμήν Matth. 28, 20. Luc. 24, 53. Joh. 21, 25., ubi et absurdum est et idoneorum librorum consensu evertitur ejecit. Sed h. l. ἀμήν non librariis sed haud dubie interpolatori ipsi debetur recteque fecit *Matthaeius* quod recepit. Nam et magna turba Codd. apud *Wetstenium* et *Matthaeium* ἀμήν addunt et hoc plane necessarium judico. Voluit enim homo qui versus 9—20. conscribillavit demonstrare *nunc prorsus et sine controversiâ finitum esse Marci evangelium.* Mire discrepantes Codd. subscriptiones a librariis profectas esse constat. — Argumentis *internis* supra quum singula interpolatoris verba interpretaremur oblatâ opportunitate expositis, quae non Marcum vs. 9—20. scripsisse probent, hic statim cetera adjungere placet. Inepte igitur scriptor, quod Marcus non admissurus fuisse videtur, Jesum, quod se facturum praedixerat 14, 28. cl. 16, 7., discipulos in Galilaeam praecessisse narrare neglexit [cf. *Griesb.* C. C.

p. 205 sq. et *Schulthess.* p. 149.]. Quam incredibilem negligentiam frustra *Schottus* Opusc. II. p. 154. magno Marci brevitatis studio, *Kuinoelius* p. 205. asperâ et incultâ, quâ Marcus usus sit, scribendi ratione et vanis, quas e conjecturâ de principali Evangelio duxit suspicionibus, denique *Storrius* Opusc. acad. III. p. 62. eo excusavit, quod Johannes qui Jesum de suo in coelum reditu saepe loquentem introduxisset [Joh. 6, 62. 7, 33. 8, 14. 14, 2. 3. 12. 28. 16, 5. 6. 28. 17, 11. 13. 20, 17.] tamen eum in coelum sublatum esse non tradiderit. Potuit enim Johannes id ut tralatitium et nemini ignotum tacere. Neque rectius *Storrius* l. l. ad nonnulla Lucae loca provocavit, unde hoc duntaxat appareat, licere in vulgus notas res, aut quia tralatitiae sint, silentio praetermittere, aut paucis attingere [Luc. 24, 2. Act. 1, 18 sq. 24, 17]. Sed Marcus illam rem persequi debuerat, ut lectores utrum Apostoli Jesu mandatum perfecerint an non scirent, quemadmodum rectissime fecerat Matthaeus 16, 7. 16.. Ut igitur tantum vitium Marco tribuere dubites, ita quî alieno libro finem impositurus interpolator in illud incidere potuerit facile intelligitur. Deinde versus 9—15. et 19. 20. compendia sunt concisa, ambigua, obscura et ex parte inepta [vide not. ad vs. 13. 14. 19.] locorum Matthaei Lucae et Johannis planorum et apte connexorum, quae a Marco profecta esse male existimes. Postremo dicendi genus, quod vs. 9—20. invenitur a Marci oratione plane discrepat. Est enim concisum, abruptum et aliquot verbis et structuris a Marci more sejunctum [vide supra]. *Schulthessio* contra p. 127. rotundius videtur, *ab arte remotius*, *nihilominus ad orationem frequenti verborum ambitu* (periodo) *temperatam propius accedens* [haec inter se pugnant] et quia verborum et structurarum sonum simul latinum simul graecum referat hominem linguae hellenisticae non satis peritum prodens scriptorem. — Superest, ut argumenta *externa*, quae hunc locum ab interpolatore profectum esse ostendant, expendamus. Versus 9 – 20. a Marco scriptos esse putarunt *Osiander (Exercitatio, quâ ostenditur, duodecim postrema commata Marc. c. 16. exstantia esse genuina. Tubingae* 1753.*)*, *Rich. Simon*

(histoire critique du texte du N. T. p. 114 sq.), *Fabricius* (Cod. apocr. N. T. I, p. 326 sq.), *Millius* (Prol. § 812. 813. 1324. et in not. ad h. l.), *Glassius* (Philol. s. p. 162. ed. Francof. et Lips. 1691.), *Wolfius* (in Cur. ad h. l.), *Rosenmuellerus* (in Schol. ad h. l.), *Storrius* (Opusc. acad. III, p. 50—68.), *Matthaeius* (ad Marc. ed. maj. p. 266 sq.), *Paulus*, *Kuinoelius*, *Eichhornius* (Einl. in's N. T. T. I. p. 621 sq. ed. II. Lips. 1820.), *Hugius* (Einl. II. p. 247 sq. ed. II.), *Feilmoserus* (Einl. in die Bücher des N. B. p. 82 sq.), *Schottus* (Opusc. II, p. 131—170.), *Vaterus* (ad h. l.), *Saunierus* (l. l. p. 158.), addubitarunt aut negarunt *J. D. Michaelis* (Erklärung der Begräbniss- und Auferstehungsgesch. Christi p. 179. et Anmerkungen für Ungelehrte T. I. p. 352 sq.), *Tellerus* (Neues Magazin für Prediger Vol. III. Fasc. I.), *Boltenus* (ad Marc. p. 266 sq.), *Thiessius* (Comment. II. p. 222.), *Griesbachius* (C. C. II. p. 197 sq.), *Gratzius* (Neuer Versuch die Entstehung der drei ersten Evangelien zu erklären p. 52 sq.), *Bertholdtus* (Einl. III. p. 1284 sq.), *Schulthessius* (l. l.) et *Dav. Schulzius*. Nihil autem meo quidem animo meaque sententiâ tam certum est, quam hunc l. (vs. 9—20.) alium quam Marcum auctorem habere. Etenim I. deest in B., Codice antiquissimo et optimo [vid. *Birch.* ad vs. 9. p. 316. et Proleg. p. XXI., *Griesbach.* C. C. p. 199.]. II. Eum in multis Codd. antiquitus non lectum fuisse e multis multorum testimoniis constat. *Euthymius* ad vs. 9.: φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγητῶν ἐνταῦθα (i. e. post v. ἐφοβοῦντο γάρ) συμπληροῦσθαι τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον, τὰ δὲ ἐφεξῆς προςθήκην εἶναι μεταγενεστέραν. *Victor Antiochenus* II. p. 120.: Ἐπειδὴ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων πρόςκειται τῷ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίῳ ἀναστὰς δὲ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου πρωῒ ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τὰ ἑξῆς, δοκεῖ δὲ τοῦτο διαφωνεῖν τῷ ὑπὸ τοῦ Ματθαίου εἰρημένῳ [vide not. ad vs. 9.], ἐροῦμεν ὡς δυνατὸν ἦν εἰπεῖν, ὅτι νενόθευται τὸ παρὰ Μάρκῳ τελευταῖον ἔν τισι φερόμενον. Πλὴν ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπὶ τὸ ἕτοιμον καταφεύγειν, οὕτως ἀναγνωσόμεθα ἀναστὰς δέ, καὶ ὑποστίξαντες ἐπάγομεν πρωῒ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδα-

ληνῇ κ. τ. ἑ. et paullo post (p. 121. infra): παρὰ πλεί-στοις ἀντιγράφοις οὐκ ἦν δὲ ταῦτα τὰ ἐπιφερόμενα ἐν τῷ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίῳ· ὡς νόθα γὰρ ἐνόμισαν αὐτά τινες εἶναι· ἡμεῖς δὲ ἐξ ἀκριβῶν ἀντιγράφων, ὡς ἐν πλείστοις εὑρόντες αὐτά, κατὰ τὸ Παλαιστιναῖον εὐαγγέλιον Μάρκου (h. e. *secundum conformationem Evangelii palaestinensem*, non, ut alii putarunt, *e Marci autographo*: vid. *Schott*. l. l. p. 139.), ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια συντεθείκαμεν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ἐπιφερομένην δεσποτικὴν ἀνάστασιν μετὰ τὸ ἐφοβοῦντο γάρ. *Severus Antiochenus* in *Montfauconii* Biblioth. Coisl. p. 74.: Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ ἐφοβοῦντο γὰρ ἔχει τὸ τέλος, ἐν δέ τισι πρόςκειται καὶ ταῦτα· ἀναστὰς δὲ κ. τ. ἑ.. Idem dicit Gregorius Nyssenus [cf. *Millius* Prol. § 812.]. In Cod. IV. S. Mariae Bened. Flor. ad vs. 9. haec leguntur [vide *Birchium*]: ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων οὐ κεῖνται ταῦτα. Cod. 22. et regius 2868. ad vs. 9. haec habet [vide *Wetstenium*]: ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ἕως ὧδε πληροῦται ὁ εὐαγγελιστής· ἐν πολλοῖς δὲ καὶ ταῦτα φέρεται ἀναστὰς δὲ κ. τ. ἑ.. Ejusdem argumenti annotationes in permultorum Codd. scholiis inveniuntur. Quod autem scholia modo ab *accuratioribus* libris vs. 9—20. abfuisse, modo eos *in aliis accuratis* legi memorant, ei rei nihil in nostrâ disputatione tribuendum. Exigua enim erat vetustis Patribus et librariis criticae artis peritia neque Codicibus verum pretium statuere didicerant. Frustra igitur *Schottus* l. l. p. 139. nostrum locum hoc argumento defendit, quod auctore Victore *in accuratis Codd.* repperiatur. Valet librariorum testimonium tantummodo in hanc partem, ut, quo nihil gravius est, hunc locum olim *a multis* libris abfuisse sciamus. Illis addo Hieronymum Quaest. 3. Opp. T. III. p. 96. *omnes Graeciae libros paene hoc capitulum* (vs. 9—20.) *in fine non habere* testantem, qui quod adv. Pelagianos c. 15. Marc. 16, 14. *in quibusdam exemplaribus et maxime in graecis codicibus* inveniri ait, se in priore loco *hyperbolice* loquutum esse prodidit. Neque illud praetermittendum, quod Eusebius non ultra versum octavum

sectionum suarum numeros apposuit. Codd. 6. 10. apud *Birchium:* ἐν τισι μὲν τῶν ἀντιγράφων ἕως ὧδε (h. e. usque ad. v. ἐφοβοῦντο γάρ) πληροῦται ὁ εὐαγγελιστής, ἕως οὗ καὶ Ἐυσέβιος ὁ Παμφύλου ἐκανόνισεν. Quod testimonium A. et plurimorum optimae notae Codd. suffragiis confirmatur, qui numeros canonum Eusebii non ultra versum octavum habent et vs. 9—20. tanquam caput ab ipso Evangelio sejunctum seorsum exhibent [vide *Birchium* p. 316.]. Neque habent illos numeros nisi recentiores libri non ab Eusebio positos, sed a male sedulis librariis adjectos [cf. *Birch.* p. 317. et *Griesb.* C. C. p. 200.]. Atque *Eusebium* vs. 9—20. adulterinos judicavisse ex Eusebii scholio intelligitur: κατὰ Μάρκον μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐ λέγεται (ὁ Ἰησοῦς) ὦφθαι τοῖς μαθηταῖς [at vide Marc. 16, 14.], quod exstat in *Matthaeii* edit. Victoris Antiocheni II, p. 208.. Ex his omnibus antiquitus *multos* fuisse Codd., qui vs. 9—20. omitterent patet, quod ipse *Matthaeius* ad vs. 8. p. 260. concessit. Non mirum igitur est, quod diversus τῶν στίχων numerus in Codd. pone librum exhibetur. Plerique numerant ͵αχ (i. e. 1600.), al. ͵αχϛ (1606.), al. ͵αχιϛ (1616.), al. ͵αχιζ (1617.). Alii sane numeri [v. c. ͵ιχοε i. e. 10685 et ͵ιχιζ i. e. 10617.] foede corrupti sunt, quod etiam in annotationibus quae ceteris Evangeliis subjectae sunt factum esse constat. III. Librarii Codd. 137. et 138. appositis asteriscis [⋇] vs. 9—20. dubiae esse authentiae indicaverunt. IV. Codex Italae Veronensis desinit cap. 16. vs. 7. [cf. *Hug.* Einleitung II. p. 250.]: fortasse etiam fragmentum Cod. Mosq. g. omittit vs. 9—20.: in Cd. D. inde a vs. 15. omnia scripta sunt a manu recentiore: in versione Arm. teste *Bengelio*, qui a la *Crozio* pependit, vs. 9—20. variis indiciis a praecedentibus separantur [cf. *Griesbach.* C. C. p. 201.]. V. Exstiterunt olim Codd., qui aliâ quam quae nunc vulgatur, clausulâ Marci librum finirent, unde Marci librum clausulâ destitutum fuisse, ut alii aliam addendam putarent, merito colligas. Id docent Syr. philox. in m. et L., ubi post ἐφοβοῦντο γάρ haec notantur: φέρεταί που καὶ ταῦτα· πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν· μετὰ δὲ

ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας· ἔστιν δὲ καὶ ταῦτα φερόμενα μετὰ τὸ ἐφοβοῦντο γάρ· Ἀναστὰς δὲ κ. τ. ἑ.. Illa verba non minus a Marci ingenio abhorrere, quam quae in Evangelii fine vulgantur nullo negotio ostenderis. Scilicet Patres ecclesiastici *doctrinam christianam* τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας saepe vocarunt, N. T. scriptor τὸ ἅγιον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας dicturus fuerat. VI. Magna est criticorum subsidiorum vs. 9—20. praebentium in singulis versibus discrepantia, quod argutum est corruptelarum signum [cf. Joh. 8, 1—11.]. Etenim vs. 11. omittit uterque Codex Euthymii *i.* et *n.* [cf. *Matthaeium* ad vs. 11.], versum 20 demit Rd., ad vs. 15. insignis interpolationis memoriam *Hieronymus* conservavit [vide not. ad vs. 15.] et alia ejusdem generis ad vs. 20. ex Sahid. cod. Askew. notata est. Haec adversus *Matthaeium* l. l. p. 271. infra dicta sunto. VII. Locum, de quo quaeritur, neque Clemens Romanus, neque Justinus Martyr, neque Clemens Alexandrinus, ut VV. DD. putaverunt, agnoverunt, sed primus est, qui ejus notitiam habuerit Irenaeus adv. Haeres. 3, 16. [vide *Hugii* Einleit. II. p. 249. et *Griesbachii* C. C. p. 201.], unde tantummodo hoc sequitur, *sub seculi secundi finem* quae vulgatur clausulam in aliquammultos Codices transfusam fuisse. Irenaeum excipit longa posteriorum Patrum series, Augustinus de cons. Evang. 3, 24., Chrysostomus Opp. III. p. 765. Paris. 1721., Pseudo-Clemens Constit. Apostol. 8, 1., Theophylactus al., quorum non major est in hâc quaestione dirimendâ auctoritas, quam vulgarium librorum. Utrum Celsus Marci clausulam noverit, an non, de eo in utramque partem disputari potest. Putarunt id multi propterea, quod Celsus auctore Origene adv. Celsum II. § 70. Jesum in vitam reversum uni tantum γυναίῳ eidemque παροίστρῳ se obtulisse cavillatus est, quo loci Marc. 16, 9. ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια rationem habuisse videretur. Sed potuerat Celsus suam cavillationem ex Joh. 20, 11. cl. Luc. 8, 2. petere. Utcumque autem res fuerit,

minime ea nostram disputationem convertit. Nam si Celsus locum Marc. 16, 9. tetigerit, hoc unum nos largiri oporteat, quod salvâ nostrâ sententiâ concedere licet [vide infra], clausulam de quâ agitur jam *seculi secundi initio* in nonnullis Cdd. exstitisse. VIII. Quod in omnibus, qui aetatem tulerunt, Cdd. excepto uno B. clausula legitur, eorum qui loci authentiam defendunt causam non adjuvat. Praeclare enim *Griesbachius* l. l. p. 202. id eo factum monuit, quod quum hominibus Evangelia in unum volumen, quod *Εὐαγγέλιον* appellaretur, colligentibus qui libri finem desiderassent probata esset clausula ἀναστὰς δὲ — σημείων. ἀμήν. a nonnullis libris oblata, hoc ipso quod esset in *Εὐαγγέλιον* recepta ab ecclesiâ catholicâ sancita videretur. Valeat igitur mirifica *Schotti* l. l. p. 138 sq. et 165. Codici Vaticano eorumque librorum, qui clausulae vs. 9—20. invidiam conflant, testimoniis Codicum et Versionum illam praebentium consensum *opponentis* κρίσις. IX. Iis qui vs. 9—20. patrocinium susceperunt, quum quî fieri potuerit, ut antiquitus in multis libris intercciderent, ostendere vellent, non successit opera. Multi demtos esse illos versus, quod locis parallelis repugnare viderentur opinati sunt. At nec majora sunt hujus loci cum locis parallelis dissidia, quam multorum Marci locorum [cf. not. ad Marc. 16, 1.] et id fuit librariorum ingenium, ut ejusmodi discrepantias portentosis interpretationibus, quam criticis artificiis et machinis tollere mallent [vide *Schottum* l. l. p. 144—148.]. *Millius* ad Marc. 16, 14. eos, qui interpolationem ab Hieronymo memoratam [cf. not. ad vs. 14.] adulterinam esse vidissent, conjecturâ inde de toto loco factâ, vs. 9—20. omnes sustulisse putavit. At haec tanta temeritas ne a nostri quidem temporis hominibus nedum ab antiquis, quorum nimia etiam fuit relligio, exspectanda est. *Michaelis* in l.: Erklärung der Begräbniss- und Auferstehungsgesch. Christi p. 182. Marcum rerum ab Jesu gestarum historiâ usque ad 16, 8. perductâ Petri, qui illas ei suggereret, morte aut aliquo casu, quo a Petri consuetudine divelleretur, quominus librum perficeret impeditum, clausulam post plures annos adjecisse existimat. Verum etiamsi Marcus a Petri auctoritate pependisset,

tamen quae literis consignanda restabant 16, 8 sq. haud dubie aliunde cognita, ut monumentis tradere posset, habuisset [cf. *Schott.* l. l. p. 167.] neque tot ineptias admisisset, quot reum interpolatorem supra peregimus. Posterius argumentum etiam *Schotto* l. l. p. 166. recte opponas, Marcum 16, 8. aliquo impedimento interpellatum postea clausulam adjecisse opinato: nam ex eo Codd. dissidia facillime explicari. Aliam tamen conjecturam *Schottus* p. 166. proposuit, fieri potuisse ratus, ut librarii negligentiâ versibus 9—20. omissis vitium in alios libros propagaretur. Quae suspicio non prorsus repudianda esset, si cetera congruerent (vide supra). Denique inepte V. D. in *de Ammonii* et *Bertholdti* krit. Journ. IV. p. 199 sq. aliquem librarium, quum ultimam folii partem Marc. 16. versu 8. complevisset, non integrum quidem folium addidisse, sed exiguam scidulam, in quâ vs. 9—20. exararet suspicatus est. Quae postquam perierit alios tamen librarios mancum Codicem descripsisse. Virum doctum ne Codicem quidem ullum aut Membranas vidisse apparet, ubi integrum folium addi solet, etiamsi paucae lineae restent. X. Nihil agunt, qui vs. 9—20. ignoto homini vindicandos esse idcirco negant, quod interpolator in id incubiturus fuisse videatur, ne quae locis parallelis repugnarent literis mandarentur [vide *Schottum* p. 149—151.]. Nam Evangelistas inter se conciliare seculo tertio et quarto summo studio conatos esse Theologos, non quo tempore clausula vs. 9—20. excogitata est i. e. seculo primo aut secundo, cum *Griesbachio* C. C. p. 204. bene obtendas. Sed rectius ita dixeris, voluisse omnino scriptorem quae cum Evangelistarum narrationibus bene convenirent literis mandare, ut qui e Matthaeo, Lucâ et Johanne paucos suos versiculos sedulo conglutinaret [vide quae ad singulos versus supra monuimus], sed *inepte* eum nonnunquam, ut interpolatorem, diversi generis narrationes in unum confudisse [cf. not. ad vs. 13. 14.]. Tot tantae firmitatis argumenta externa, quae adulterinos esse vs. 9—20. demonstrent, si cum argumentis internis *singulis atque universis* conjungantur, Marci Evangelium clausulâ destitui tantâ necessitate ostendunt, ut qui contrariam sententiam tueri sustineat aut

judicii imbecillitate laborare aut praejudicatâ opinione duci aut veritatis callidus occultator fictâ pietate superstitiosos homines fallere velle videatur. — Quum igitur Evangelii clausula vs. 9—20. adulterina sit, quaeritur, utrum versu octavo liber finiri potuerit, an non. Negarunt illud praeter *Schulthessium* l. l. p. 160. omnes. Qui haud dubie fallitur. Nam quum Marcus mulieres, postquam Jesum in vitam redisse ab angelo accepissent, tanto correptas metu a sepulchro diffugisse monuisset, *ut nemini quidquam dicerent*, hoc saltem adjicere debuit, unde *tacentibus feminis* Apostoli Jesu in vitam reditum cognovissent et quum librum suum ad Matthaei et Lucae exempla componere consuevisset, quibus se discipulis receptâ vitâ obtulisset, et ubi, et quando et quaenam iis digrediens mandata dedisset. Frustra *Schulthessius* l. l. p. 160. ad Actorum clausulam provocavit. Apte enim Actus Apostolici 28, 30. 31. concluduntur, si Lucas tum librum composuit, quum Paulus per biennium Romae commoratus esset. Quae quum ita sint, aut Marci clausulam jam antiquissimo tempore aliquo casu periisse censendum est cum *Griesbachio* C. C. p. 197., qui ex ipso Marci αὐτογράφῳ eam excidisse suspicatur, aut ita statuendum, Marcum vel morte oppressum vel alio, nobis quidem ignoto, impedimento interpellatum imperfectum librum posteris reliquisse. Hoc mihi multo credibilius videtur altero, quod *Griesbachio* placuit. Neque homo, qui vs. 9—20. conscripserit, neque quo vixerit tempore definiri potest. Sed quum locus vs. 9—20. nihil contineat, quod non vel dum viverent Apostoli vel paullo post scribi potuerit [vide supra], clausulam jam sub seculi primi finem Evangelio additam judico repudiatâ *Schulthessii* l. l. p. 146. sententiâ, quam ad vs. 18. refutare studui.

EXCURSUS.

I.

De Hypallage, inani Grammaticorum commento.

(vid. Comment. p. 156.)

Figurae grammaticae dici vix potest quanto impedimento Viris Doctis fuerint, quominus veterum scriptorum sententias subtiliter et accurate interpretarentur. Nam sive illis aliquid veri subesset, ut ei quae ἓν διὰ δυοῖν vocitata est, saepe accidit ut docti homines quum in eorum naturam et rationem diligenter inquirere supersedissent doctis schematum nominibus indocte abuterentur: sive falsis et quae per manus a majoribus traditae essent opinionibus illae niterentur, saepenumero explicatores vanum commentum specioso ejus titulo capti vanius reddiderunt eo, quod illustrandis adhiberent locis ejusmodi, quorum vim et naturam vix per transennam adspexissent. Quare operae pretium fecerit qui illarum usum harum vanitatem commonstraverit. Posteriore loco memoratarum genere continetur *hypallage* quam hîc exagitare licet*). Ut quam immane quantaque injuriâ in veteres scriptores grassatum monstrum mansuefaciendum nobis sumserimus intelligatur scribendi exordium *ab hypallages definitione* capiendum esse intelligimus. In quâ re nihil proficiat qui vel ab usu vocis τῆς ὑπαλλαγῆς apud Graecos (declarat enim Graecis ἡ ὑπαλ-

---

*) Risit *hypallagen Hermannus* ad Vig. p. 890., contemsit *Schaeferus* Mel. crit. p. 89.. Item *Winerus*, interpres librorum sacr. primarius, egregio programmate *de hypallage et hendiadyi in N. T. libris*. Erl. 1824. 4. hypallages auctoritatem minuit, quae quo magis infringeretur hanc sumus disputationem ingressi.

λαγῇ *permutationem* in universum, ut quarum rerum permutationem a Grammaticis temere tributam antiquis scriptoribus censeamus obscurum sit), vel a locis Cic. Or. 27, 93. Quintil. Inst. Orat. 8, 6, 23. proficiscatur. Nam dicitur ibi ob late patentem τῆς ὑπαλλαγῆς potestatem *hypallage* quam nunc rhetores appellant *metonymiam*, ut si terra commemoratur pro terrae incolis, v. c. Africa pro Afris. Immo involutae rei notitia definitione aperienda est tum ex accuratâ locorum in quibus interpretes hypallagen male quaesiverunt collatione haustâ tum ita comparatâ, ut ad omnia loca quibus hypallages figura insidere temere putata est accommodari possit. Unde hypallagen *structuram* dicimus, *quâ vocabula alio sint quam quo cogitandi vel usus* *) *vel necessitas* **) *aptari postulaverit relata.* Ita vere a nobis hypallages

---

*) Utar ut rem illustrem loco Virgilii Aen. 3, 61. Omnibus idem animus sceleratâ excedere terrâ, linqui pollutum hospitium et *dare classibus austros.*, ubi *dare classibus austros* per hypallagen locatum esse pro *dare classes austris* temere creditum est. Ut diceretur *dare classes austris* cogitandi lex non flagitavit. Nam ipsum etiam *dare classibus austros* recte animo informatum est, quod sit *dare navibus* (expansis velis) *ventum*, *ut eas propellat.* Sed qui pedestri oratione utatur quod vulgaris simplicisque sermonis usus commendet *dare classes austris* haud dubie praeferat: poëtae grandem orationem consectato loquutio a consuetudine remotior magis placuit. Idem valet de loco Hor. de A. P. v. 63. — sive receptus terrâ Neptunus *classes aquilonibus arcet* —., ubi vet. schol. *classes aquilonibus arcet; hypallage.* Immo *Neptunus classes aquilonibus arcet* et *Neptunus classibus aquilones arcet* pari jure dici potest, quia utrumcunque mente conceperis non posse classes aquilonibus jactari patet. Sed est posterior dictio minus usitata eoque poëtâ dignior.

**) Hoc genus exemplis est longe altero frequentius. Hic nostrae sententiae explicandae unum sufficit. Virg. Aen. 12, 187. — *sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem* per hypallagen pro *sin noster Mars adnuerit nobis victoriam* dictum esse Servius existimavit. Cujus si vera esset opinio, verba contra cogitandi regulas consociata essent. Nam quum *Martem adnuisse victoriam* poëta significare voluisset, et mente concepisset et dixisset contrarium: *Victoriam adnuisse Martem.*

naturam descriptam esse ex eo emergit, quod definitio a nobis proposita omnibus locorum quae interpretes hypallage obruerunt generibus convenit. Ea sunt numero quattuor*). Primum loca complectitur, in quibus quum sit verbum a verbo aptum quod suspensum esse debuerat ei regendi arbitrium scriptores dedisse, quod in alterum dominari oportuerat ejus imperio illud hypallages licentiâ subjectum esse explicatores opinati sunt. Sic *Kuinoelius* Marc. 14, 72. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε pro καὶ ἐπέβαλε κλαίειν et Act. 11, 4. ἀρξάμενος — ἐξετίθετο pro ἤρξατο ἐκτίθεσθαι dictum esse putavit. Male, quemadmodum ad Marc. 14, 72. ostendimus. Secunda classis eorum est locorum, ubi quae paullo ante *duorum verborum quorum alterum ab altero regeretur* esse ratio existimata est eandem *ad duo Substantiva pariter collocata* VV. DD. traducerent: quo modo *Kuinoelius* Luc. 4, 22. καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος positum esse pro καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τῇ χάριτι τῶν λόγων putavit. Tertia classis eis locis continetur, ubi duo vocabula ab uno Verbo suspensa constructionem grammaticam invicem permutavisse putantur. Exemplo sit loquutio Plinii H. N. 20, 6. *restituere aliquem sanitati*, quam hypallages praetextu positam voluerunt pro *restituere alicui sanitatem*, quod Plinius l. l. paullo ante dixerat. Quartum genus eis locis absolvitur, in quibus epitheton ad aliud sententiae vocabulum relatum esse VV. DD. opinati sunt, quam quo accommodari cogitandi regulae postu-

*) Nonnisi ea loca ad genera revocavimus, in quibus Viros D. hypallages admiratione imbutos saepissime et labi potuisse et lapsos esse cognovissemus: ea vero, in quibus hypallages superstitione raro eaque quae facile deprehendatur temeritate peccatum sit de industriâ seclusimus. Ecquis enim licentiam parum explicatâ fictitiae rei notione nixam temerariumque commenti abusum partiendi diligentiâ et ratione exhaurire audeat? Istiusmodi sunt autem loca, quae *Bauerus* Philol. Thucyd. Paull. p. 263 sq. praetextâ hypallage perturbavit in ordinem redacta a *Winero* l. l. p. 9 sqq.. Ita *Bauerus*, quo nihil magis a ratione remotum est, notionem cum Substantivo communicandam per hypallagen Verbo passim inditam esse opinatus Hebr. 10, 20. mire contorsit. Sed vide *Winerum* l. c..

lavissent. Sic fuerunt qui Thucyd. I, 110. οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα temere acciperent pro οὕτω — ἔτη πολεμησάντων. Vid. *Poppo* ad Thucyd. I, p. 109..

Vel ex hâc, quâ hypallagen ad genera revocavimus, descriptione quanta veterum linguarum, quibus mentem humanam clarissima sapientiae suae et consilii vestigia impressisse acutissimorum virorum studiis cognitum est, et ambiguitas et obscuritas et temeritas futura sit, si hypallage antiquorum scriptorum usu non Grammaticorum errore nitatur, quivis facile aestimet. Nam hypallages fautor si quis *meridiatus ambulavisse* dicatur incertus veri dubitet, utrum post meridiationem ille ambulaverit, an ambulationem confecerit priusquam meridiaretur. Verum enim vero hypallage vanus est cui nulla subsit sententia titulus idcirco a Grammaticis excogitatus, ut loca intellexisse viderentur, quorum rationem neque perspexissent neque acri meditatione persequuti essent. Hoc paucis demonstrare ita conabor, ut quae in singulis generibus Viris D. errandi causae fuerint significem.

Quae primo generi loca attribuimus in eis hoc peccatum est, quod Participii ad verbum finitum rationem VV. DD. parum pervidissent. Rem aliis quibusdam, quam de quibus jam supra dictum est [Marc. 14, 72. Act. 11, 4.], exemplis planam faciam. Soph. Oed. C. l. 1490. *Herm.* ἀνθ᾽ ὧν ἔπασχον εὖ τελεσφόρον χάριν δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. *Brunckius* post *Eustathium* ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην per hypallagen pro ἥνπερ ἔτυχον ὑποσχόμενος positum esse putavit cum sententiae ruinâ. Quippe fefellit Virum D. Participii τυγχάνων ratio, quâ bene cognitâ verissime *Reisigius* enarravit: *pro beneficiis mihi praestitis plenam gratiam rependere volo, quam beneficiis ornatus promisi.* Thucyd. 8, 87. οἱ δὲ [εἰκάζουσιν] ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἄσπενδον ἐκχρηματίσαιτο ἀφεὶς (καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι) —. *Gregorius* de dial. att. p. 87. *Schaef.* et cum eo *Koenius* vocc. ὁ δὲ χρηματίσαιτο [ἐκχρηματίσαιτο] ἀφεὶς per hypallagen pro ὁ δὲ ἀφείη χρηματισάμενος [ἐκχρηματισάμενος] arbitratus est.

Sed et rem vanam confinxit et scriptoris mentem parum intellexit, quae hûc redit: *alii autem conjectant fecisse id illum, ut Phoenices Aspendum productos quum dimitteret pecuniâ emungeret: nam sic quoque eorum operâ non erat usurus.* Tertium adjungo locum Tac. Agr. 28. *Agricola domestico vulnere ictus anno ante natum filium amisit*, quae v. *Ramshornius* lat. Grammatik p. 696. hypallages obtentu accepit pro *Agricola amisso anno ante nato filio domestico vulnere ictus est*, tralatitii usus immemor, ex quo Participium *ictus* sic resolvendum est: *Agricola domestico vulnere ictus est et a. a. n. filium amisit.* Pariter quae e linguâ hebraicâ hûc relata sunt VV. DD. male explanaverant. Uno exemplo defungar. 1 Sam. 23, 7. כִּי נִסְגַּר לָבוֹא בְּעִיר דְּלָתַיִם וּבְרִיחַ: *nam inclusit se ad veniendum in urbe munitâ foribus et vecte* temere *Glassius* Philol. s. p. 653. explicuit *venit inclusum.* Immo hoc sibi voluit scriptor: *inclusit se in urbe munitâ foribus et vecte ita ut eo veniret.* Pergo ad secundum locorum genus dilucidandum, in quibus commentitium hypallages schema Grammatici docto insuper *Antiptosis* nomine honestare consueverunt. Sed vide *Hermannum* ad Vig. p. 890.. Nimirum latuit Viros D. duorum junctorum Substantivorum natura multis quidem in locis non recordatos notissimae dicendi legis, quâ Genitivo *Adjectivi* vis continetur [vid. *Bos.* Ellips. p. 688. et not. ad Matth. p. 21 sq.]. Praetermitto locum Hebr. 9, 2., de quo a S. V. *Winero* l. l. p. 7. et gr. II. p. 180.*) disputatum sit. Luc. 4, 22. — *καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ* —. hypallages, quâ *ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις* idem sit quod *ἐπὶ τῇ χάριτι τῶν λόγων τῶν ἐκπο-*

---

*) Addit ibi vir eximius, Luc. 20, 27. *προςελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων οἱ ἀντιλέγοντες* [lgd. *οἱ λέγοντες*] *ἀνάστασιν μὴ εἶναι ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγοντες·* per hypallagen *οἱ ἀντιλέγοντες* sumi posse pro *τῶν ἀντιλεγόντων.* Non assentior. Scilicet in Lucâ *attractionem* non hypallagen obtinere obiter dictum est ad Marc, 12, 18..

ῥευομένων, suspicio ne moveri quidem debuerat, quum unice veram eorum rationem esse manifestum sit, qui ita explicarent: *καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς χαρίσι λόγοις τοῖς ἐκπ. et admirati sunt* g r *a t a* s. *a c c e p t a verba* etc.. Item male *Hottingerus* ad Jac. 2, 22. aliique 2 Thess. 1, 8. *ἐν πυρὶ φλογός* hypallages praetextu locatum voluerunt pro *ἐν φλογὶ πυρός*. Quin discrimen hoc est. *πῦρ φλογός* [Jes. 4, 5. אֵשׁ לֶהָבָה] notat *ignem flammae* h. e. *ignem qui constat flammâ* i. q. *ignis flammeus*, *ein flammendes Feuer* [Ps. 104, 4. אֵשׁ לֹהֵט]. *φλὸξ πυρός* [Jes. 29, 6. לַהַב אֵשׁ Apoc. 19, 12.] unam notionem constituit declarans *flammam ignis*, *eine Feuerflamme.* Quare 2 Thess. 1, 8. hoc dicitur *rediturum esse Jesum de coelo stipatum angelis*, *d u m s i t i g n i s qui in f l a m m a m e r u p e r i t* (*ἐν πυρὶ φλογός*). Si quod *Hottingero* placuit Paulum exprimere voluisse consentaneum esset, *rediturum Jesum esse d u m s i t f l a m m a i g n i s* lectione mutatâ missaque hypallage ex aliquot subsidiis reponendum esset *ἐν φλογὶ πυρός*. Apoc. 21, 14. si genuina esset scriptura *τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων*, non id de *Glassii* Philol. s. p. 128. mente tantundem foret, quod *οἱ σωζόμενοι τῶν ἐθνῶν*, sed valeret *gentiles qui constant ex hominibus ad felicitatem perductis.* Verum rectissime *Griesbachius* vocc. *τῶν σωζομένων* exclusit verbis ita dispositis: *καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς.* Neque *Glassius* l. l. Rom. 9, 31. *εἰς νόμον δικαιοσύνης* recte cepit pro *εἰς δικαιοσύνην νόμου.* Ludens enim Paulus in duplici verborum *νόμος δικαιοσύνης* vi hoc dicit: *gens autem israelitica l e g e m D e i f a v o r e m s p o n d e n t e m* (i. e. legem mosaicam) *studiose complectens legem q u a e D e i f a v o r e m a f f e r r e t* (h. e. Christianorum sacra, quibus homines fide in Christo repositâ Deo probantur) *non adepta est.* Sed nolo jam de hoc genere pluribus. Duo adjungo: unum, *ἀντίπτωσιν*, quâ graecos scriptores veteres explicatores obruerant, recentiorum interpretum subtilitatem sustulisse, quo modo *Erfurdtius* ad Soph. Oed. T. vs. 826. *ἀντίπτωσιν* a *Brunckio* excogitatam discussit: alterum, ne Hebraeis quidem, quorum lingua non minus quam Graecorum constantissimis mentis humanae

regulis superstructa est, τῆς ἀντιπτώσεως temeritatem tribuendam esse. Quae eo loca *Glassius* l. l. traxit plane non intellexerat, velut Levit. 22, 4. in hunc modum enarravit: *aut vir, ex quo exiit* שִׁכְבַת־זָרַע *concubitus seminis* h. e. *semen concubitus*. At nemo nescit, שִׁכְבַת־זָרַע declarare *seminis profluvium*. Verumtamen quum perversa a *Glassio* loca jam dudum recte explicata sint non est quod in eo refellendo et otium et chartam perdam. — De tertio genere ita expono, ut a locis quae hypallages commento summam probabilitatis speciem adjicere videantur dicere exordiar. Non igitur olim dubitatum est, quin Virg. Ecl. 3, 43. v. *necdum illis* (poculis) *labra admovi* pro *necdum illa labris admovi*, Liv. Prooem. 7. *Datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat* vocc. *miscendo humana divinis* pro *miscendo humanis divina* [vid. *Ramshornii* gr. l. l.], Sev. Aetn. 55. v. *armatus flammâ removet caligine mundum* pro *arm. fl. removet caliginem mundo* et Virg. Aen. 4, 385. vocc. *et cum frigida mors animâ seduxerit artus* pro *et cum fr. m. animam seduxerit artubus* accipi debeant. Sed cavendum est, ne vanâ decepti specie in errorem inducamur. Nam hypallages suspicionem cohibeat qui Virg. Ecl. 3, 43. Liv. Prooem. 7. *duarum rerum conjunctionem*, Sev. Aetn. 55. et Virg. Aen. 4, 385. *earundem disjunctionem* a scriptoribus unice spectatam esse expenderit. Meliboeus enim si nondum vel *poculis labra* vel *labra poculis* admoverat poculis nondum usus erat. Pariter quando frigida mors alicujus aut animâ artus aut animam artubus seduxerit eum animae a corpore discessu mortuum esse apparet. Fuerunt igitur qui talibus in locis hypallagen aucupati sunt eo in scriptores iniqui, quod quae res duobus modis animo informari potuissent eae ut ratione maxime usitatâ ab iis mente conciperentur postularunt. Multa sunt autem in omnibus linguis quae animi informatione non sententiâ discrepent. Ita Graeci tum ἔχω γῆρας tum γῆρας ἔχει με dicunt sensu eodem. Sed diversis tamen modis res mente comprehensa est. In illâ formulâ *habeo senectutem* τὸ γῆρας consideratur res, *quam senex habeat:* in hâc loquutione *senectus habet me* τὸ γῆρας

molesta res spectatur *quae in senem dominetur.* Deinde illi eo ad errorem delapsi sunt, quod poëtis et pedestris orationis scriptoribus in nullo discrimine positis, velut in locis supra enarratis, illorum ardorem ad horum sobrietatem exigerent. Atqui constat poëtas et qui horum tornatum scribendi genus de industriâ imitati sunt inusitatas vias persequi solere tritas deserere. Unde exempla ad hoc de quo disputamus genus referenda plurima depromta sunt e poëtis iisque prosae orationis scriptoribus qui ingenii fervore eorum similes fuerunt, Thucydide, Paulo, Livio, Tacito al.. Caeterum rem paucis exemplis declaratam quivis suo Marte ad cetera ejusdem conditionis loca facile traducat, velut ad Hor. Od. 3, 1, 47. *cur valle permutem Sabinâ divitias operosiores?* quod perperam *Ramshornius* l. l. pro *cur vallem perm. Sabinam divitiis operosioribus?* locatum putavit, quum poëtam *faciendae duarum rerum permutationis* notionem tantummodo tenuisse eumque quaenam res cum quanam re permutanda fuerit e re atque cohaerentiâ lectorem intelligere voluisse manifestum sit. Adde Hor. Od. 1, 28, 20. *nullum saeva caput Proserpina fugit* i. e. nullum caput saeva Proserpina reformidat, quominus crines in vertice secet. Temere vet. schol. hypallages adjumento exponit: *nullum caput saevam Proserpinam fugit.* Neque est quod eos refellam, qui Cic. pro Planc. c. 12. *circumdare oppido moenia* *) pro *circumdare oppidum moenibus* Cic. Tusc. 5, 20., *prohibere alicui rem* **) Plaut. Curc. 5, 2, 7. pro *prohibere aliquem re* Cic. pro l. Man. c. 6., *restituere aliquem sanitati* ***) Plin. H. N. 20, 6. pro *restituere sanitatem alicui* Plin. l. l. caperent. In promtu est enim utroque modo et cogitari et dici rem potuisse. Deinde

---

*) h. e. circumdatis moenibus oppido moenia *dare.*

**) *Alicui* est Dativus *incommodi*, ut hoc formulae insit, *prohibere rem quominus alicui obtingat.*

***) i. e. *reddere aliquem sanitati* tanquam rei, quae eum totum regat. Contra *restituere sanitatem alicui* valet reddere alicui sanitatem ut rem quam possideat.

plurima loca quae huic de quo nunc quaerimus hypallages generi VV. DD. tribuerunt perperam ab iis enarrata sunt. Nonnulla ex illis admonendi causâ pertractabo. Jud. 1, 8. וְאֶת־הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ declarare *et urbem miserunt in ignem*, quod dictum sit pro *urbi immiserunt ignem* [vid. *Glass.* l. l. p. 652. et S. V. *Rosenmuellerum* ad Ps. 74, 7.] nunquam mihi persuaderi patiar. Quin sic explicandum: *et urbem miserunt per ignem.* Id vero mente optime informatum est. Nam qui locus incenditur incendii calamitate obruitur. Item male *Glassius* 2 Reg. 9, 24. וְיֵהוּא מִלֵּא יָדוֹ בַקֶּשֶׁת *et Jehu implevit manum suam arcu* pro *implevit* (plene intendit?!) *manu suâ arcum* et ibid. vs. 30. וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ *et posuit (Isabel) in fuco oculos suos* pro *adhibuit fucum oculis* sumsit. Est enimvero illic *implevit manum suam arcu* idem quod *arcum cepit*, hîc *oculos suos in fuco posuit* ad hanc sententiam redit *oculos suos circumcirca fuco oblevit.* Aeque vana est hypallages suspicio Servio mota Virg. Aen. 12, 187.. Sublimi enim poëta oratione usus *sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem* dixit hoc enuntiaturus: *sin Victoria nobis victoriam concesserit.* Is enim Martem belli praesidem propitium habere existimatur qui vincit. Neque *Ramshornio* l. l. dari potest, Liv. 9, 17. — Alexandri, tanti regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium. vocc. *quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum* collocata esse pro *quas saepe tacitas cogitationés volutavit animo.* In promtu est enim, Livium suis verbis hanc sententiam comprehendisse: *Alexandri mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus animum c o m m o v i t, s u s p e n s u m t e n u i t, e x e r c u i t, eas evocat in medium.* Sed magnam cum eorum locorum genere, de quo tertio loco disseruimus cognationem ii loci habent, in quibus quum Substantivum a Verbo, cui Subjectum appositum sit, regatur, VV. DD. hypallagen praetexentes Nomen rectum pro Subjecto, Subjectum pro Nomine recto accipiendum esse opinati sunt. Verum in illis omnibus explicando peccatum est. En pauca exempla. Soph. Oed. Tyr. vs. 867. ὕβρις φυτεύει τύραννον pro ἡ τυραννὶς ὕβριν φυτεύει valere

Brunckius prae se tulit. Cujus errorem emendans *Erfurdtius* v. ὕβρις φυτεύει τύραννον recte explanavit: *insolentia fomentum est tyrannidis.* Jacob. 2, 22. βλέπεις, ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη; vocc. ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ pro ὅτι τὰ ἔργα συνήργει τῇ πίστει αὐτοῦ posita esse falso putavit *Hottingerus.* Nam scriptor hoc dixit: *nonne vides Abrahami fidem ejus factis opitulatam esse* (i. q. fidem Abrahamum primum impulisse, ut facta ederet) *eamque* (deinde) *Abrahami f a c t i s perfectam redditam esse?* Quippe in eo Jacobus elaboravit, ut fidem bene factis destitutam inutilem, cum probe factis conjunctam perfectam et dignam nomine ostenderet [cf. Jac. 2, 14 sq.]. Tum *Glassius* l. l. Prov. 7, 22. וּכְעֶכֶס אֶל־מוּסַר אֱוִיל *et quemadmodum compes it ad castigationem improbi* pro *et sicut stultus it ad castigationem improbi* dictum temere putavit. Diluit enim poëtae compedi tribuentis quod proprie apparitoris sit improbum hominem compede constringentis audaciam. Solent autem apparitores vincula inferre jussi *promto animo* magistratus mandata peragere. Neque recte hunc l. explanavit S. V. *Gesenius* Lex. maj. p. 855. ante עֶכֶס ellipsi suppressum esse בְּ, quod fieri nequit [cf. Conject. I. p. 9 sq. et Clar. *Ewaldi* krit. Gr. der hebr. Spr. p. 614.] et אֱוִיל ad stultum juvenem, de quo agitur, pertinere ratus. Unum addo locum a *Glassio* injuriâ affectum Dan. 2, 35. וְכָל־אֲתַר לָא־הִשְׁתְּכַח לְהוֹן *et omnis locus n o n i n v e n t u s e s t iis.* Id dictum illi videbatur pro *et in nullo loco illa inventa sunt.* Quasi vero cui rei nullus ubi sit locus repperiatur eam nusquam repperiri non sponte consequatur, quandoquidem quae sunt *alicubi* sint necesse est. Transtulit *Glassius* rem temere confictam ad Apoc. 12, 8., ubi quum *iidem libri* aut ἴσχυσαν et αὐ τ ῶ ν aut ἴσχυσ ε ν et αὐ τ ῷ praebeant, *Griesbachius* eâ inconstantiâ, cujus summum virum saepe merito insimules, edidit: καὶ οὐκ ἴσχυσ ε ν (scil. ὁ δράκων) οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐ τ ῶ ν (scil. τῶν ἀγγέλων τοῦ δράκοντος) ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ. Praefero Singularem et ob Codd. et propter vs. 9., ubi Codicum praesidio duo foeda menda tollenda sunt. Nam et Articulus ante Σατανᾶς et ἐβλήθη

posterius obliterari debet. Restat quartum eorum quae fecimus hypallages genus ea loca ambitu suo complectens, in quibus VV. DD. Epitheton alio quam quo cogitandi necessitas accommodari flagitavisset a scriptoribus relatum esse creparent. At enimvero quotquot loca in hanc rem vel allata sunt vel afferri possunt ita comparata sunt, ut verbis diligenter expensis scriptores in applicando Epitheto cogitandi leges semper relligiose sequutos neque illud unquam alio rettulisse appareat quam quo accommodatum et justam esset rationem habiturum et idoneam sententiam praebiturum. Loca huic generi attribuenda ad duas classes revocare licet. Prima ejusmodi loca continet, in quibus quum duo Substantiva ita copulata sint, ut *unam notionem* efficiant, liberum erat per cogitandi leges, ad utrum eorum scriptores epitheton referre mallent. Velut Euripides Alcest. vs. 554. dixit *ξένων πρὸς ἄλλην ἑστίαν πορεύσομαι*, ubi quoniam vocc. *ξένων ἑστίαν unam notionem* constituunt, immerito in poëtae verbis hypallagen odoreris, quasi pro *ξένων πρὸς ἄλλων ἑστίαν πορεύσομαι* positis. Ejusdem modi haec loca sunt: Cic. D. N. D. 2, 39. *Adde hûc fontium gelidas perennitates*, Liv. 2, 15. *post acceptam proximae pugnae cladem* al.. Ibi quoniam v. *fontium perennitates* et *pugnae cladem* unam notionem praebent, cave ne hypallages praetextu quod sane aeque scribi potuerat *proximam pugnae cladem* et *fontium gelidorum perennitates* expetas. Plura hujusmodi loca cui volupe sit petat e meâ Dissert. in ep. P. 2 ad Cor. I. p. 28. et e not. ad Marc. 4, 37.. Hoc adjungo, si quae in hâc causâ a vulgari cogitandi loquendique usu remotiora esse videantur, ut illud Taciti *diurna actorum scriptura* [cf. *F. V. Fritzsche* ad Luc. Alex. c. 22. p. 235.], ne offendant, attendendum esse ad illud, quod supra significatum est, orationis prosaicae et poëticae discrimen. E. N. T. in medium affero Ephes. 3, 2. — *εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς* —. *quandoquidem audivistis rationem beneficii divini mihi in vos collati* —. Col. 1, 25. — *ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς* — *cujus* (coetus divini) *ego minister*

exstiti pro Dei munere mihi in vos collato —. Illîc non defuerunt qui loco parallelo Col. 1, 25. male abusi verba τῆς δοθείσης per hypallagen pro τὴν δοθεῖσαν locata opinarentur. Scilicet quum vocc. τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος *unâ notione* exhauriantur utrovis modo scribi pariter potuerat. Indé autem per Hebraeorum linguam late vagatus usus explicandus est, ex quo ubi duobus Substantivis unam notionem efficientibus atque ita invicem junctis, ut alterum ab altero regatur, Pronomen applicandum sit, id Nomini recto, non regenti admoveri solet. Sic Lev. 20, 3. legitur שֵׁם קָדְשִׁי *nomen sanctitatis meae* h. e. *nomen mihi venerando impositum* i. q. *nomen meum reverendum*, quum re ipsâ spectatâ etiam ita dici potuerit שְׁמִי קֹדֶשׁ *nomen meum sanctitatis* i. e. *nomen quod gero et quod verendum est* [vid. Ezech. 16, 27. et *Gesen.* Lehrgeb. p. 732 sq.] *). Quo usu temere ad N. T. translato fuerunt qui Act. 5, 20. τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης pro τὰ ῥήματα ταῦτα τῆς ζωῆς Act. 13, 26. ὁ

---

*) Non ita tamen sentiendum est, promiscue veteres Hebraeos Pronomina vel Nomini recto vel regenti applicuisse [vid. *Gesen.* Lehrgeb. p. 733.], sed haec regula condi debet, ubicunque Nomen regens primarium pondus haberet, ut Pronomen sine ambiguitate ad rectum referri non posset, ad Nomen regens accommodatum esse. Consulto igitur Ps. 71, 7. poëta scripsit וְאַתָּה מַחֲסִי־עֹז *et tu* (Jehovah) *meum es perfugium roboris* i. e. *robustum*. Etenim וְאַתָּה מַחְסֵה עֻזִּי alienam sententiam intulisset: *et tu perfugium es roboris mei* i. e. *quo ego, homo potens, me conferam*. Verum enim vero poëta adeo non potens est, ut nisi eum Jehovah protegat de eo conclamatum sit (v. 3 sq.). Item Levit. 6, 3. de industriâ scriptum est וְלָבַשׁ הַכֹּהֵן מִדּוֹ בַד *et induit* (scil. ex Jehovae imperio vs. 2. i. q. *induat*) *sacerdos stolam suam lini* i. e. *e lino confectam*. Quippe וְלָבַשׁ הַכֹּהֵן מַד בַּדּוֹ *et induat sacerdos stolam sui lini* i. q. *e suo lino confectam* ab h. l. alienum foret. Nulla enim vis in eo reposita est, ut sacerdos stolam *e suo lino* compositam induat, sed tota in hoc recumbit, ut sacerdos stolam *suam* i. e. *sacerdotalem* induat eamque lineam. Quod Hebraei Pronomen plerumque Nomini recto addiderunt ejus rei causa haec est, quod hoc plerisque in locis praecipuam vim haberet.

λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης pro ὁ λόγος οὗτος τῆς σωτηρίας et Rom. 7, 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; pro τίς μ. ῥ. ἐκ τοῦ σώματος τούτου τοῦ θανάτου; dictum esse opinarentur, merito refragante *Winero* gr. I. p. 92.. Nam ne in hebraicis quidem locis Pronominis hypallage obtinet, sed cogitando id ad Nomen refertur quocum conjunctum est facitque duorum compositorum Nominum ratio, ut sententiâ *aliis verbis conceptâ* Pronomen sine sensus detrimento ad alterum Nomen referri queat. Velut שֵׁם קָדְשִׁי proprie valet *nomen quod est meae sanctitatis*, deinde nonnisi *ad sensum nomen meum sanctum*, quandoquidem nomen quod aliquis sanctus gerat et ipsum sanctum sit oportet. Quodsi in locis hebraicis hypallage esset, Levit. 6, 3. מַד בַּדּוֹ impune dici potuisset, quod secus esse vidimus. Nego autem, in locis supra positis vocem οὗτος vim quam *intensivam* vocant habere *tantus*, *tam insignis* [cf. *Kuinoel.* ad Act. 5, 20.]. Imo *sensu a significatione* rite secreto voculam ad rem vel in loquentis mente alte repositam vel ante verbis diserte declaratam pertinere intelligetur, ut sit *hic*. Act. 5, 20. — λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης; i. e. *enarrate populo in templo omnia verba*, *quae de hâc felicitate agunt*, cujus nimirum praecones constituti estis. Vid. Act. 5, 28. οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; *nonne vobis gravissime interdiximus*, *ne hujus nominis auctoritate* (scil. cujus obtentu jam docetis) *doceretis?* Cf. Act. 4, 12. 17. 18.. Act. 8, 22. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης —. h. e. *redi igitur ab hâc tuâ pravitate* (scil. cujus insigne quoddam specimen dedisti vs. 18. 19.) *ad meliorem mentem*. Act. 13, 26. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη. h. e. *vobis doctrina de hâc felicitate* (scil. quam vobis per Jesum oblatam esse supra monui vs. 23.) *exponens destinata est*. Rom. 7, 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; i. e. *ecquis me eripiet corporis imperio hanc miseriam* (scil. de quâ multis conquestus sum vs. 14 sq. i. e. *ad sensum tantam miseriam*) *afferentis?* Neque quae *Munthius* ad Act. 5, 20. hypallages

exempla collegit moramur. Nam Diod. Sic. p. 7. D. εἰς τὸν ἑλληνικὸν διαλέκτου τρόπον vel specie hypallages (εἰς τὸν ἑλληνικῆς διαλέκτου τρόπον) destitutum eo usu dictum est, quo Euripideum ξένων πρὸς ἄλλην ἑστίαν πορεύσομαι (vide supra.). Diod. Sic. 78. D. τὸν γυναικώδη τῶν ἐπιτηδευμάτων ζῆλον cave ne pro τὸν τῶν γυναικωδέων ἐπιτηδευμάτων ζῆλον positum sumas, sed simpliciter explica *muliebrem studiorum aemulationem.* Postremo quibus duobus locis *Munthius* suae disputationi finem imposuit ea et ipsa male explanavit. Virg. Aen. 5, 149. *consonat omne nemus vocemque inclusa volutant litora* temere explicuit *vocemque inclusam volutant litora.* Recte *Heynius* „inclusa, inquit, collibus his nemorosis." Neque Ovid. Met. 1, 1. *In nova fert animus mutatas dicere formas corpora* recte exposuit *corpora mutata in novas formas.* Imo hoc dicit poëta: *fert animus dicere rerum formas mutatas in nova corpora* h. e. *in novas figuras.* — Ad secundam classem ea loca revoco, in quibus quum sit Epitheton alio, quam quo pertinere primo obtutu videatur, relatum ita tamen re diligentius considerată habet, ut *aliquo modo* quo aptatum sit accommodari potuisse idoneaque ratione scriptores ductos esse appareat. Sunt haec loca omnia plus minusve poëticâ audaciâ imbuta. Thuc. 1, 110. οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα *Graecorum res* bellum gessisse recte dici potuerant eatenus, quatenus *Graeci* bellarunt, de quorum rebus sermo institutus erat. Virg. Aen. 2, 230. qui — tergo *Sceleratam* intorserit hastam. merito hasta *scelerata* vocatur, quia Laocoon eam *per scelus* (vid. vs. 229.) tergo intorsit. Communicant autem poëtae naturali ingenii instinctu hominum virtutes et vitia cum rebus, tum quas illi faciunt tum per quas aliquid effectum reddunt. Cic. Manil. 9. *Medea dicitur fratris sui membra dissipavisse, ut eorum collectio dispersa moerorque patrius celeritatem persequendi retardaret* recte membrorum collectio *dispersa* appellatur eatenus quatenus membra dispersa diversis in locis colligenda essent. Neque 2 Cor. 3, 7. hypallagen agnosci par est. Bene enim ἡ διακονία τοῦ θανάτου dicitur ἐντετυπωμένη ἐν γράμ-

μασιν ἐν λίθοις, quatenus *leges supplicia comminantes*, quae Mosi per muneris rationes cum natione israeliticâ communicandae erant, tabulis lapideis incisae erant [vid. Dissert. ad 2. ep. ad Corinth. I, 28. et S. V. *Wineri* gr. I, p. 196.]. — Quae si vere disputata sunt, optandum esse patet, ut qui veteres scriptores sive sacros sive profanos vel ore vel scriptis explicent misso hypallages commento sicubi verba alio quam quo debuerint relata visa sint ipso fictitiae rei nomine sese abstineant, in eo unice occupati, ut quid scriptores in structurâ quae mirationem fecerit sequuti fuerint tum perspiciant tum alios doceant.

II.

Οὐκ — ἀλλά particulas praeter insitam potestatem etiam non tam — quam, et non solum — sed etiam valere docetur.

(vid. Comment. p. 386.)

Pervetusta est et quae ad omnes omnino pertinuerit sacrorum profanorumque librorum interpretes*) sententia, *οὐκ — ἀλλά* particulis et quae his alia quavis in lingua respondeant praeter natum cum ipsis significatum inesse hanc duplicem vim, unam, qua *non tam — quam* declarent, alteram, qua indicent *non solum — sed etiam.* Eam rationem quum per se ipsam consentaneam, tum innumerorum haud ambigui judicii locorum ingenio sustentatam quum ab S. V. *Winero* gr. p. 131. ed. I.

---

*) Vide v. c. *Euthymium Zigabenum* ad Matth. 18, 6. *Priceum*, *Wetstenium* et *Kypkium* ad Matth. 9, 13., *Davisium* ad Cic. D. N. D. p. 239., *Brunckium* ad Aristoph. Av. v. 532., *Storrium* in Observ. ad Anal. et Synt. hebr. pert. p. 251., *Oudendorpium* ad Suet. Claud. 24., Interpretes ad Jul. Frontin. Strategematicon l. II. c. 13. 5., *Cortium* ad Sallust. Jug. 14, 23., *Hemsterhus* ad Luc. Jud. Voc. c. 3. al.

paucisque aliis in dubitationem adductam esse vidissem, ne qui eorum, qui clarorum virorum auctoritatem quasi umbram, in qua suo cum otio delitescant, sequi, quam verum ipsi non sine sudore inquirere malunt, in errorem raperentur, iis sum argumentis tutatus Dissert. in II. ep. P. ad Corinth. II. p. 160 sq., quae, tum quidem, sustinere adversarios non posse arbitrarer. At spes nostra ad irritum cecidit. Nam et *Winerus* nostra sibi disputatione persuasum esse nuper negavit gr. I. p. 176 sq. ed. II. T. II. p. 155. et jam antea causae, quam *Winerus* defenderat, patronum se professus est *Beyerus* commentatione inserta libro: *Neues kritisches Journal der theologischen Literatur* herausgegeben von *Winer* u. *Engelhardt* T. III. p. 3 sq.. Apparet igitur, ne prodidisse judicemur causam justissimam, denuo nobis incumbendum esse in disputationem de *οὐκ* — *ἀλλά* particularum rationibus. Quod sic nos speramus facturos, non ut adamatam sententiam pugnaciter defendere, sed ut sine pertinacia quid vere dicatur velle videamur exquirere. Quodcunque finxeris animo, duobus modis negatione tollere poteris. Aut enim rem propter ipsam ullam esse negabis, aut propter aliam rem. Breviter, sed ex parte barbare, illam dixeris *absolutam*, hanc *relativam* negationem. Ita, si quem plane indoctum, sed peracutum esse constabit, doctum esse negabis, subtilem affirmabis (h. m.: iste vir *non* doctus est, *sed* ingeniosus) perfecta absolutaque uteris negatione, quippe ab homine, *in quo nulla sit eruditio*, omnem doctrinam abjudicans; sed si quem subtiliorem, quam doctiorem scies esse, eum *non* doctrina imbutum, *sed* ingenii acumine dices praeditum, negationem propones *relativam*. Nam patet, te non quidem propterea cuipiam nullam concedere doctrinam, quod ea prorsus destitutus sit, sed quia doctrina ejus ad ingenium collata nulla esse videatur, ut perinde sit, ac si non *tam* doctum, *quam* acutum vocaveris. Est autem haec, de qua loquimur, negatio *relativa*, si rem accurate expendas, e genere duplici. Licet enim nobis rem negare, et quoniam praeter causam affirmaretur sola, quum adsit ejusdem dignitatis alia, et quia male affirmaretur potissimum, quum reperiatur, quam rectius etiam confirmes. Illud

ubi obtinet, voculae *οὐκ* — *ἀλλά* designant *non solum* — *sed etiam*, velut Aristoph. Av. v. 532. *Κοὐδ' οὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾷν, ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρὸν, ἔλαιον, σίλφιον, ὄξος*, quemadmodum res docet; hoc quando est, particulae illae significant *non tam* — *quam*, v. c. *Frontini* l. l.: *audito denique fragore pontis abrupti dejecit se* (Horatius Cocles) *in alveum eumque non armis, sed vulneribus oneratus tranavit*, ut rectius ibi explicat *Oudendorpius*, quam *Stewechius*. — Quae si recte atque ordine disputavimus, jure a nobis haec duo pro certis sumentur, et pertinere istum usum particulae negandi non ad graecam tantum, sed ad aliam quamcunque linguam (nititur enim communi, cui nemo non adstrictus sit, cogitandi lege), et illos rem parum exploratam habere, qui, ubi sit negatio relativa, ibi servientem negationi particulam virtutem suam non plenam habere existiment. Quam profecto tum quoque exercet totam. Nam discrimen in hoc uno vertitur, quod *absoluta* negatione rem negas propter ipsius ingenium, *relativa* ob alius rei indolem. Quare is quoque erraverit, qui negationum relativarum causam non in negatione, sed in sententiarum secum invicem collatarum natura quaesiverit. Is enim istius loquendi formae rationem, quae utique posita est in negatione ad aliam rem relata, confuderit cum judicio, quo ubi absolutae locus sit negationi, ubi relativae decernas. Hoc autem non poterit satis certo facere, nisi qui sententiarum ex adverso collocatarum ingenium rite expenderit, ut infra videbimus. At enim esse negationes relativas confiteri quidam omnino nolunt. Alioquin enim nullam exstare causam, qua cogitatio illis subjecta non ubique ipsarum ope, sed aliarum subsidio particularum exprimatur, graece *οὐ τοσοῦτον* — *ὅσον*, — *οὐ μόνον* — *ἀλλὰ καί*, latine *non tam* — *quam*, — *non solum* — *sed etiam*, vernacule *nicht sowohl* — *als vielmehr*, — *nicht nur* — *sondern auch*. Respondere possem, linguarum ubertatem et perspicue dicendi studium, ut alia multa, sic illas quoque praeter necessitatem invexisse. Sed non poenitet fateri, illas quidem vel necessitatem quandam genuisse. Nam qui rerum, de quibus agatur, naturam rationemque

ignoret, eum vel ubi negationem relativam recte cognoverit, ancipitem nonnunquam haerere necesse est, utro modo sententiam accipere debeat docetque satis interpretum, utrum *non* — *sed* enarrandum sit *non tam* — *quam*, an *non solum* — *sed etiam* hic illic dubitantium dissensio*). Sed si illos generalibus istius modi argumentis quo velint pervenire sinamus, nostrum vitium fuerit, quum singularis multorum locorum conformatio tam gravibus rationibus nostram causam confirmet, ut si nihil iis illi moveantur, culpa sit futura ipsorum. Ac primum quidem valere voculas *οὐκ* — *ἀλλά* *non tam* — *quam*, planissime intelligitur ex eo locorum genere, quod post *ἀλλά* adjectum aut *μᾶλλον* habet, aut *πλέον*. Nam quis dubitet, quin Thucyd. 6, 76. *Καί μοι δοκοῦσιν οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι* hoc dicat Hermocrates, velle Athenienses non *tam* Leontinos in domicilium reducere, quam Camarinaeos *potius* ex suis sedibus expellere? Vide ibidem paullo ante *οὐ τὴν παροῦσαν δύναμιν τῶν Ἀθηναίων, ὦ Καμαριναῖοι, μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε, δείσαντες ἐπρεσβευσάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους, πρίν τι καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, μὴ ὑμᾶς πείσωσιν.* Lucian. D. Mort. 27, 4. *οὐ τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ τοῦ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον.* et e N. T. Matth. 10, 28. *Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.* et Luc. 10, 20. *Elsev.* *πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται, χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς,* ubi tamen *Gries-*

---

*) Sic, ut hoc uno utar, Eurip. Hippolyt. v. 360. *Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός, ἀλλ' εἴτι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ, ἣ τήνδε κἀμὲ καὶ δόμους ἀπώλεσεν· Valckenarius* interpretatus est: *non igitur tantum Dea est Venus, sed et si quid Dea potentius est aliud*, sed rectius, arbitror alii, haud mediocriter commotam nutricem hoc dicere putant, Venerem jam non tam Deam vocari convenire, ut quod nomen tantae tamque perniciosae ejus potentiae enuntiandae non sufficiat, quam si quae Dea sit augustior natura. Id cuivis ad vocc. *ἀλλ' εἴτι* — *θεοῦ* attendenti liquebit.

bachius μᾶλλον plerorumque librorum auctoritate recte expunxit *). Soph. Oed. Col. vs. 62. *τοιαῦτά σοι ταῦτ᾽ ἐστὶν, ὦ ξέν᾽, οὐ λόγοις τιμώμεν᾽, ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ* π λ έ ο ν·, ubi cf. summum *Hermannum.* Cic. Offic. I, 19, 62. — non modo enim id virtutis *non* est, sed est *potius* immanitatis, omnem humanitatem repellentis. Addo locum Horatii Od. IV, 9, 45. *non* possidentem multa vocaveris | *recte* beatum; *rectius* occupat | nomen beati, qui —., ubi relativae negationis (non tam — quam) fidem facit Comparativus *rectius.* Eandem vim habent ea V. T. loca, quorum in priore membro quum sit negatio, posteriore eadem sententia repetitur per comparationem. Ita Prov. 8, 10. קְחוּ־מוּסָרִי וְאַל־כָּסֶף hoc inculcari: *admittite non tam argentum*, q u a m *disciplinam meam* ex v. sq. וְדַעַת מֵחָרוּץ נִבְחָר *et sapientiam accipite*

---

*) Cave, ne festinantius, quam consideratius huc referas locum varie tentatum Cic. de orat. 2, 78. *neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur, quanto hoc magis in oratione est spectandum, i n q u a n o n v i s p o t i u s , s e d d e l e c t a t i o p o s t u l a t u r ?* *Pearcius* e libris *G r u t. quam* dedit pro *sed; Ernestus* *p o t i u s* deletum voluit; *Schützius* scripsit *in qua non vis, potius delectatio postulatur.* Maxime putamus integram lectionem vulgatam, non tamen, ut cum graecis illis, quod absurde fieret, componatur, sed ut vox *potius* reciprocatae comparationi inserviat h. s.: *in qua non vis* *p o t i u s*, *quam delectatio, sed delectatio* *p o t i u s*, *quam vis postulatur.* Est igitur hic l. ei generi finitimus, ad quod pertinet Soph. Antig. v. 313. *ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους* i. e. *τοὺς πλείονας ἴδοις ἂν μᾶλλον ἀτωμένους καὶ οὐ σεσωσμένους, ἢ σεσωσμένους τοὺς πλείονας καὶ οὐκ ἀτωμένους.* Ita enim, nisi fallor, expediendus est, qui ex hoc ipso duplicatarum comparationum fonte manavit, notissimus ille Graecorum [vid. *Herm.* ad Vig. p. 719.] et Latinorum usus, quo scripsit v. c. Livius 41, 10. *concursu ex omnibus populis juventutis facto repentinus et tumultuarius exercitus* *a c r i u s* *primo impetu, quam* *p e r s e v e r a n t i u s* *pugnavit* h. e. — exercitus acrius pugnavit, quam perseveranter, non perseverantius, quam acriter. Simplicis comparationis exemplum praebet Tacitus Agric. c. 4. ed. (U. J. H.) *Becker.*

potius, *quam aurum pretiosum* emergat incorrupti, non dico sensus (quid enim sensus ad disputationem, quae collectis rationum momentis niti debet?), sed judicii viro necesse est, praesertim, quum proposita vs. 11. sententia hoc corroboretur argumento, quod sapientia margaritis omnique cara re carior sit. Cf. locum ejusdem generis Hos. 6, 6. Non levius est ad confirmandum negationis significatum *non tam* eorum l. pondus, in quibus id ipsum, quod negando erat sublatum, continuo ponitur, ut idem adjecta nova nota illo rectius negari intelligatur, velut Demosth. Mid. 72, 3. — *οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ᾽ ὕβρει.* et Philipp. III, 55, 1. *Καὶ οὐχί πω τοῦτο δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν· ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας πολιτεύεσθαι δεδώκατε τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσιν.* Idem probat aliud l. genus, ex quo depromtum in medium affero l. Thucyd. 8, 27. *οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ καιροῦ ὑποχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ὁτουοῦν τρόπου αἴσχιον ξυμβήσεσθαι, ἢν ἡσσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν κ. τ. ἑ.* *). Nam Phrynichum

---

*) Summa injuria cum h. l. talia conferas: Liv. 39, 24. *Athamanes quoque legati venerunt, non partis amissae, non finium jacturam querentes, sed totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse.* Cic. Off. II, 8, 27. *Secutus est, qui — non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis jure comprehenderet.* Acad. II, 23. §. 73. Goerenz. *Ille, esse verum, plane negat: esse sensus quidem non obscuros, sed tenebricosos.* Aristoph. Pace v. 7. *ποῦ γὰρ, ἣν νῦν δὴ ̓́φερες; οὐ κατέφαγεν; οἰκ. β. μὰ τὸν Δί', ἀλλ᾽ ἐξαρπάσας ὅλην ἐνέκαψε περικυλίσας τοῖν ποδοῖν.*, ubi *οὐκ — ἀλλά* et *non — sed* vulgo explicant *non solum — sed etiam.* Quamquam enim in duobus prioribus l. communius [*totam Athamaniam sub jus judiciumque regis venisse et universas provincias regionesque uno calamitatis jure comprehendere*] singularius [*partis amissae — jacturam queri et singulorum civium bona publicare*], in posterioribus autem duobus fortius [*esse sensus tenebricosos* et *ἐξαρπάσαντα ἐγκάπτειν τὴν μᾶζαν περικυλίσαντα τοῖν ποδοῖν*] complectitur quod est debilius [*esse sensus obscuros et κατα-*

hoc dicere: *non tam turpe esse, Atheniensium classem opportuno tempore cedere, quam eam superari, quia illud ignominiam, hoc praeter dedecus summum periculum pariat*, ex v. *αἴσχιον* et ex vocc. sq. evincitur. Postremo minime ea sunt latinorum scriptorum l. negligenda, in quibus ex adverso sibi positae sunt particulae *non* — *quam* et *haud* — *quam* v. c. Plaut. Rud. 4, 3, 6. *non* aedepol pisces expeto, *quam* tui sermonis sum indigens. Tacit. Annal. 3, 8. *praemisso in urbem filio datisque mandatis, per quae principem molliret, ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem, quam remoto aemulo aequiorem sibi sperabat.* Est enim hic loquendi usus inde repetendus, quod quum scriptores cogitationem *non tam* — *quam* et his ipsis vocabulis et hoc modo *non* — *sed* enuntiari posse scirent, confusam utramque rationem conflarent. Stat igitur eorum sententia, qui negationem interdum cum ratione ad aliam rem sic usurpari dixerunt, ut significet *non tam.* Quae res literarum s. interpreti magno non esse non poterit emolumento. Nam ea confisus quum multa alioquin desperata l. a tenebris*), tum *οὐκ* — *ἀλλά* formulam

---

φαγεῖν τὴν μᾶζαν], tamen scriptores illic rem specialem omnino negatam, generalem solam affirmatam volunt, quo vehementius indignitatem rei exprimant, hic sublatam generatim rem leviorem, positam graviorem, quo vim rei amplitudinemque fortius enuntient. Ad alterutrum genus et ea pertinent, quae ex nostrorum hominum circulis petita *Beyerus* l. l. p. 7. exempla posuit vernacula, et multa veterum scriptorum l., v. c. Cic. pro Roscio Am. 39, 115. pro Dejot. 10, 29. Liv. 38, 47. 5. fin.

*) Ne temere pronuntiasse arguamur, unum jam tractare placet multis foedisque interpretum injuriis affectum l. Joh. 20, 17. *μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν.* Inepte *P. Bauldrius* distinxit *μή· μου ἅπτου·* nec prudentius *Vogelius* (Diss. de conjecturae usu in crisi N. T. Altdorfii 1795. 4. p. 39.), conjecit *μὴ οὐ πτόου* [!!], quae commenta pariter ac *Gersdorfii* consilium, qui in l. *Beyträge zur Sprachcharakteristik* u. s. w. T. I. p. 79. scribi jussit *ἅπτου μου* multaque multorum interpretum inventa aspernabitur, qui vocc. *μή μου ἅπτου* et *πορεύου δέ* hoc mutuo nexu hic

ab intempestivis temerariisque argutiis vindicabit. Nam qui Marc. 9, 37. — ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με· absoluta negatione notionem Dei, cujus rerum Jesus fuerit administer, fortiter inculcandam fuisse dictitant suis se compungunt acuminibus. Perspicuum est enim, Dei cogitationem Jesu mentionem sua vi superare, vel si nixus

---

poni, ut illis, quid altero minus, his quid altero potius fieri par sit, declaretur, verbis autem οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου non quidem rationem praecedentium μή μου ἅπτου, sed sequentium vocum πορεύου δὲ κ. τ. ἑ. inesse recte tenuerit h. s.: *volo te non tam* (gratulabundam) *me contingere, quam, quum nondum ad patrem meum sublimis abierim, sed etiamnum in his terris verser, ad fratres pergere potius iisque dicere, me ad patrem ac Deum esse et meum et ipsorum ascensurum.* Praemitti autem a Graecis, qua sunt ingeniorum celeritate, haud raro rationem sententiae, ad quam referatur, tralatitium est [vid. Dissert. nost. in 2 ep. ad Corinth. II, p. 18 sq.]. Minus constat Hebraeis idem placuisse. Quocirca in hujusmodi l. explicatores voci כִּי plerumque commentitiam significationem *quam* affingunt, quae recte nuper vana visa est *Zschieschkio*, ingenioso juveni, Enarr. Psalm. XLIX. p. 21. (Lipsiae 1826. 8.). Ex vehementiori autem illa ingeniorum incitatione, tanquam ex fonte largissimo, quum multa fluxerunt loquendi genera male ab interpretibus administrata, tum Attractio, qua dixit Lucas 16, 2. τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; *quid hoc audio de te?* i. e. *quid hoc est, quod de te audio?* Eurip. Elect. V. 341. τί τόδ᾽ ἀγγέλλεις; ubi Schol. τουτέστι, τί ἐστι τόδε, ὃ ἀγγέλλεις. Quominus recte explanari opineris *cur hoc de te audio?* graviter loci ratio intercedit. Sed eadem mentis celeritas, quod a nemine hactenus observatum memini, ipsorum fuit Hebraeorum. Job. 4, 7. מִי־הוּא נָקִי אָבָד *quisnam hic innocens periit?* = *quisnam iste homo frugi est, qui perierit?* 13, 19. מִי־הוּא יָרִיב עִמָּדִי כִּי עַתָּה אַחֲרִישׁ וְאֶגְוָע *quisnam ille mecum contendet* (= utinam aliquis litem in me inferret!)? *nam tum* (= post talem disceptationem, qua causam dixissem) *silerem animamque efflarem.* Falso totus vs. vulgo accipitur. 17, 3. מִי־הוּא לְיָדִי יִתָּקֵעַ *quisnam ille dextram dextrae meae junget?* Jes. 50, 9. מִי־הוּא יַרְשִׁיעֵנִי *quisnam ille me improbum declaret?* In his locis omnibus explicatores aut ad ellipsin, tanquam ad benignum judicem, provocant, aut, ut *Gesenius* [Lehrgeb p. 737.], pleonasmi aucupium detestantur monitoque, non vi carere pronomen הוּא, explicatione rei supersedent.

illo, quem stabilivimus, usu vocularum οὐκ — ἀλλά ita explices: *quicunque me e x c e p e r i t non t a m me excipit, q u a m eum, qui me legavit.* Quocirca non fuit, quod scriptor menti suae significandae hac oratione uteretur: *quicunque me exceperit, n u l l o i l l e m o d o me excipit, sed* etc. Cave etiam, ne ad has interpretationes deferaris: Act. 5, 4. οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ *mortales n u l l a v i a e t r a t i o n e sed Deum decipere conatus es.* Matth 10, 20. οὐ γάρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλά τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. *n e u t i q u a m enim vos eritis, qui loquemini, sed patris vestri spiritus, qui vos regit.* 1 Corinth. 15, 10. — περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα, οὐκ ἐγὼ δὲ*), ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. *plus ego iis omnibus laboris suscepi: m i n i m e a u t e m e g o sed benevolum Dei, quod robur mihi addit, auxilium*, quorum l. omnium, ne taedium creem lectori, eandem esse, ac Marc. 9. 37., conditionem ita moneo, ut pauca de Matth. 10, 20. et l. Corinth. 15, 20. v. adjiciam. Scilicet id ipsum, quod Matth. l. l. non sermonis prolatio, sed orationis inventio et argumentum divini spiritus efficaciae tribuitur [vid. commentarios nostros ad h. l.] valde commendat hanc enarrationem: *nolite in jus vocati defensionem meditari: ea enim tum vobis suppeditabitur divinitus: nempe non t am vos lingua voceque spiritu accepta proferentes loqui eritis putandi, quam patris vestri spiritus, in animis ille vestris orationem componens.* In altero l. 1 Corinth. 15, 10. non Pauli tantum modestiae, sed perpetuo etiam modestorum suas res ita elevantium, ut in aliquo tamen eas loco relinquant, mori consultum unice arbitramur hac interpretatione, *non t a m ego plures ceteris omnibus labores obii, quam Dei benevolentia, quae mihi subsidio est.* Nec Prov. 17, 12. פָּגוֹשׁ דֹּב שַׁכּוּל בְּאִישׁ וְאַל כְּסִיל בְּאִוַּלְתּוֹ *impingatur aliquis ursae orbae; licet; sed ne stulti impingatur temeritati;* quum prius et

*) Librarius cd. 74. Griesb., Paulum certe et ipsum laboris multum exhausisse, reputans ex prava interpretatione infarsit μόνος. Idem non semel factum; cf. v. c. Marc. 9, 37. var. lect.

ipsum satis taetrum sit, ita enarrare dubitaverim: *satius est, in orbam ursam, quam in stultum incidere.* Praeterea moleste fero, quod nonnulli 1 Thess. 4, 8. *τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεὸν, τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς·* suae explicationi: *nostrorum praeceptorum contemtor nequaquam hominem, sed Deum spernit* hoc contortum et aculeatum *σόφισμα* praetexerunt: *ubi de divina doctrina agatur, ibi Apostoli auctoritatem plane nullam esse, dicendum fuisse.* Quam causam quominus accipiam, obstant vocc. *τὸν καὶ δόντα κ. τ. ἑ.*, quae hanc confirmant interpretationem: *qui nostras leges nihili facit non tam hominem contemnit, quam Deum, qui spiritu s.* (virtutis auctore) *animos nostros impertiverit.* Causa enim illis inest, cur, quum, qui Pauli admonitiones vilipendat, ejus auctoritatem haud dubie justo minus revereatur, Dei tamen magis etiam spernat, haec, quod Paullinae contemtor auctoritatis simul repudiet spiritum s., virtutis monitorem, divinitus Christianis hominibus additum. Denique ne ubi recte quidem *οὐκ* — *ἀλλά* pro absoluta negatione accipiunt, ut Joh. 6, 27., contrariam rationem satis circumspecte impugnant argumento: *enervari ea sententiam.* Non enim interpretis est, quae ipsi gravissima visa fuerit, constituere sententiam, sed exploratam scriptoris mentem edisserere. Quare ubicunque de negationis ratione anceps haerebit, ad sententiarum continuitatem suum dirigere judicium debebit; ab hac autem destitutus ex rei natura judicare, utram negationi vim subjectam oporteat. Regulam autem, quae non fallat, hanc sequetur, ut, nisi quando absolutam obtinere negationem res perspicue doceat, relativam ubique agnoscat. — Non igitur quaeritur, an sententiae nervus incidatur, si Joh. 6, 27. *ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει·* sic explicetur: *facite non tam victum, qui perit, quam* etc., sed divini praeceptoris spectandum est consilium. Negat autem omnino, plebi, quam ad se accessisse suspicatur ob gratam suppeditati per miraculum victus memoriam (cf. 6, 5 sq), curae cordique recte

esse cibum proprie sic vocatum, quum unice perpetrare debeat Messiae victum, h. e. ut bene perspiciunt auditores vs. 28. *τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ facta, quae edi Deus vult.* Id ipsum autem, quod *τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον* appellavit *τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ* fecit, ut verbo *ἐργάζεσθαι* facinoribus, non cibis accommodato uteretur idque acuendae oppositionis causa vel cum vocc. *μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην* per Zeugmatis licentiam participaret, quod in eos moneo, qui indicare h. l. *ἐργάζεσθαι sibi comparare* temere opinati sunt*). Pariter ambiguus est, per verba quidem, 1. Joh. 7.

---

*) Saepissime commiserunt libr. s. interpretes, ut verbis significatus subjicerent, quos illorum natura minime recipiat. Cujusmodi vitiorum quum praeterquam quae alibi carpsimus, largissima etiamnum fieri possit vindemia ex Lexicis et VV. DD. commentariis, modica tamen messe hic nos oportet esse contentos. Non igitur illud assentior (placet enim nunc in obscuros linguae hebraicae saltus secedere), quod *Gesenius* Lex. maj. p. 858. *praepositionem* עַל interdum *quamquam* [??] valere praedicavit. Adeone difficile erat *irrisionem* assequi, qua in l. allatis omnibus Jehovah dicitur calamitatem hominibus inferre *ob eorum pietatem?* Sic Jobus 16, 17. injustitiae Jehovam postulans, *sum homo miser*, inquit, עַל לֹא־חָמָס בְּכַפָּי *propter manuum, quibus nihil adhaeret facinoris, innocentiam.* 34, 6. עַל־מִשְׁפָּטִי אֲכַזֵּב *ob justitiam meam mendax habeor* cf. v. sq. אָנוּשׁ חִצִּי בְלִי־פָשַׁע *ictus conjecta in me sagitta innocens.* 10, 4. 6. *infirmorumne tu, Jehovah, hominum es similis, quod facinora mea ulcisceris* עַל־דַּעְתְּךָ כִּי־לֹא אֶרְשָׁע *ob id, quod me non improbum esse probe scis?* Jes. 53, 9. וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת־עָשִׁיר בְּמֹתָיו עַל־לֹא חָמָס עָשָׂה וְלֹא מִרְמָה בְּפִיו׃ *fecit Jehovah improbos ejus sepulchrum et divites* (= homines nequam perditos) *post ejus mortem*, (= jussit eum Jehovah succumbere pessimis hominibus) *ob eam rem, quia dictis factisque innocens fuit.* Singula paene v. male vulgo accipiuntur. Idem fallitur *Gesenius* ibid. p. 457. voci לָכֵן subesse potestatem *profecto* ratus Job. 30, 2. לָכֵן שְׂעִפַּי יְשִׁיבוּנִי וּבַעֲבוּר חוּשִׁי בִי׃ At hic quoque *itaque* significat. Aut enim res sic informanda animo est, Zopharem quum Jobus conticuisset, neque, ut ille futurum speraverat, Eliphasus et Bildadus in pugnam statim coorti essent, Jobi oratione magnopere offensum (cf. v. 3.) *sibi igitur in aciem prodeundum esse* h. m. declarasse: *itaque* (= cum omnes taceant) *meae mihi cogitationes respondebunt idque quia valde mihi fervet*

16. ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. At absolutae negationis fidem ibi faciunt vs. 17. et 18. quibus sua se auctoritate docere Jesus negat, divina fungi legatione asseverat. Idem valet quum de l. 1 Corinth. 7, 10., ut docet vs. 12., tum de 1 Corinth. 14, 22., quemadmodum e vs. 23—25. liquet et de Joh. 5, 45. cl. vs. 46.. Contra nihil obstat, quominus aut Job. 12, 44. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με reddas *qui mihi fidem adjungit*, *non tam mihi habet agenti Dei partes legato* (cf. vs. 45. et 49.), *quam qui me misit Deo.*, aut 1 Corinth.

---

animus, aut illa sic concipienda, Zopharem vocula לָכֵן eo respexisse, quod refellendi Jobi negotium in orbem ivit h. s.: *itaque* (= quum Bildadus proxime dixerit) *ad me redit disputandi officium, cui, ut perturbatus iis, quae audivi, concitato animo satisfaciam.* Denique, ut modum huic annotationi constituamus, illud adjungere liceat, nos addubitare, an *S. V. Rosenmüllerus*, qui unus vir nobis est πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, עִבֵּר recte explanaverit *concipere* Job. 21, 10. שׁוֹרוֹ עִבַּר וְלֹא יַגְעִל תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ וְלֹא תְשַׁכֵּל *juvenca ejus concipit, neque respuit tauri semen, pariunt boves nec faciunt abortum.* Non enim satis apparet, qui Activum עִבֵּר i. e. *transire fecit* designare possit *concipere*, nisi, quae ratio mihi coacta videtur, cum *Gesenio* Lex. p. 821. facias, qui collato v. chaldaico עֲדָה, quod in activis conj. Pael et Aphel hebraico הָרָה respondeat, quum ipsum proprie sit *incedere aliquem* (= κινεῖν) *pati*, rem ita vertas *transire facere* (np. semen) idem esse, quod *semen virile recipere;* quamquam vel sic non *conceptionis*, sed *admissi concubitus* cogitationem indipiscaris. Accedit, quod nullo alio l. Activum Pael isto sensu legitur. Nam מְעַבְּרָה *gravida*, quod eo refert *Buxtorfius* Lex. talm. p. 1568., est Femininum formae מְעַבֵּר, non מְעֻבָּר. Omnino autem, quod עָבַר Kal *gravidam esse* denotat, ratio haec est, quod istud v. de rebus ponitur, quae ita in majus augentur, ut plus, quam antea, spatii occupent (Hab. 3, 10.). Est igitur אִשָּׁה עוֹבְרָה et עוֹבֶרֶת proprie *mulier distenta*, מְעַבְּרָה et מְעֻבֶּרֶת *eo redacta, ut sit talis*, postremo מִתְעַבֶּרֶת *quae in se commisit, ut talis fieret.* Sed quid nobis de Jobi l. l. videatur, quaeris? Nempe utrumque et עִבֵּר et וַיִּגְעַל *de tauro* dictum esse h. m.: *taurus transire facit* (seu σπέρμα malis, seu πέος) *neque fastidit* (sc. vaccam); *juvenca parit nec facit abortum.* Hanc enarrationem optime in h. l. quadrare, ubi Jobus bonae armentorum conditionis exemplo felicitatem, quae praeter fas soleat improbis con-

1, 17. οὐ γάρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ᾽ εὐαγγελίζεσθαι, hoc dici putes *non tam me Christus voluit sacrae aquae, qua forte fortuna paucos perfudi, homines immergere, quam doctrina eos imbuere.* Easdem leges V. T. interpres secutus vere allata l. a falsis dijudicabit facile. Sed aliter visum Hebraeis, quam Graecis et Latinis est. Nam quum his, rei negando sublatae proxime admovere id placuisset, quod vellent asseveratum particulis ἀλλά et *sed*, illi causam, qua aliquid negitavissent, voculae כִּי praesidio adjicere potius habuerunt. Nulla igitur ratio fuit, quod Lexicorum conditores כִּי in ejusmodi l. *sed* denotare contenderent [v. c. 1 Reg. 21, 15. אֵין נָבוֹת חַי כִּי מֵת *non vivit Nabothus, sed mortuus est*, quum sic verti debeat: *non vivit Nabothus; nam exspiravit.*], nisi, quae res plurimos errores peperit, quod noluissent Hebraeos alio, quam quem ipsi sibi proposuissent animo, modo locutos. Sed quo judicii nostri fidem faciamus, nonnulla l. admonendi causa proferenda esse ducimus. Itaque Joel. 2, 13. קִרְעוּ לְבַבְכֶם וְאַל בִּגְדֵיכֶם ob vs. 12. nemo adducetur, ut explicet: *discindite potius pectora vestra, quam vestes;* nec ob rem talem explicationem inibit 1 Reg. 21, 15. Contra Genes. 45, 8. לֹא אַתֶּם שְׁלַחְתֶּם אֹתִי הֵנָּה כִּי הָאֱלֹהִים qui judicio valebit, minime hanc enarrationem detestabitur: *non tam vos me huc misistis, quam Deus* (cf. vs. 4. et 7.); neque Exod. 16, 8. לֹא־עָלֵינוּ תְלֻנֹּתֵיכֶם כִּי עַל־יְהוָה hanc interpretationem repudiabit: *non in nos*

---

tingere, celebret, nemo est, quin intelligat. Nam in quo grege et taurus juveneam sine fastidio init, et vacca sine noxa parit, ejus optimus sit ob certissimam subolis spem habitus necesse est. Sed ut h. l., ita saepe alias Activis Passivorum vis obtrusa est, velut Genes. 13, 10. וַיַּרְא אֶת־כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן כִּי כֻלָּהּ מַשְׁקֶה i. e. non *vidit regionem Jordani vicinam aquis irrigatam esse*, sed v. r. J. v. *potum praebere* np. *gregibus* et Deut. 31, 17. וְהָיָה לֶאֱכֹל h. e. non, ut *Winerus* in l.: *Grammatik des bibl. u. targum. Chaldaismus* p. 98. v. chaldaica sumsit וִיהוֹן לְמֵיכַל *devorabitur importuna gens;* sed *inserviet ei rei, ut quis eam exstinguat, das Volk wird zum Vernichten gereichen* h. e. *ad sensum perdetur.*

fremitis; nam in Jehovam fremitis potius (vid. וַנַחְנוּ מָה vs. 7. et 8. cl. vs. 2.).

Restat altera disputationis pars, ut οὐκ — ἀλλά *non solum — sed etiam* declarare ostendamus. Placet autem supra initam viam hic quoque ingredi, ut rem inconsulto addubitatam firmis argumentis fulciamus, deinde evictam locorum testimoniis illustremus. Et primum quidem ad ejusmodi l. provocare licet, cujusmodi est Liv. 26, 1. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos *non* ab ira *tantum*, quae in nullam unquam civitatem justior fuit: *quam* quod urbs tam nobilis ac potens — inclinatura rursus animos videbatur ad veteris imperii respectum. Horum eadem est ratio, quam eorum, in quibus *non — quam* et *haud — quam* sibi invicem opponi supra vidimus. Deinde rem nostram confirmat infinita eorum l. vis, quibus οὐ μόνον — ἀλλά, *non solum — sed*, — *non modo — verum*, — *non modo — sed* demtis καί et *etiam* particulis legitur. Est enim haec dicendi ratio inde nata, quod, quum unum idemque et sic οὐκ — ἀλλά *non — sed*, et hoc modo οὐ μόνον — ἀλλὰ καί, *non solum*, — *sed etiam* efferri posse apparuisset, utrumque confunderetur. Minime tamen vulgarem loquendi modum οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ et istum ex duabus locutionibus commistum promiscuum habuerunt scriptores, sed ibi eo usi sunt, ubi destituto, quod vocc. οὐ μόνον jam exsequi coeperant, plura enumerandi consilio ad gradationem averterentur [vid. *Hermann.* ad Vig. p. 837. *Heindorf.* ad Plat. Protag. p. 319. e. et *Schaefer.* ad Demosth. Leptin. 31. 5. *Bekker.* οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ τὸν τόπον τοῦτον σῖτον ἔχειν πλεῖστον τοῦτο γίγνεται, ἀλλὰ (καὶ) διὰ τὸ κύριον ὄντα τὸν Λεύκωνα αὐτοῦ τοῖς ἄγουσι Ἀθήναζε ἀτέλειαν δεδωκέναι κ. τ. ἑ. Plat. Phaed. §. 41. Hdf. μὴ τοίνυν κατ᾽ ἀνθρώπων — σκόπει μόνον τοῦτο, εἰ βούλει ῥᾷον μαθεῖν, ἀλλὰ (καὶ) κατὰ ζώων πάντων — περὶ πάντων ἴδωμεν.] *), cujus formae impatientes librarii tantum non

*) Recte quidem *Zumptius* Latein. Gr. p. 532 sq. *gradationem* huic inesse dicendi generi confessus est. Sed quod *non modo — sed* ita discrepare a *non modo — sed (verum) etiam* docuit, ut illi

ubique *καί* et *etiam* de suo addiderunt [cf. Demosth. l. l. et *Beierus*, elegantissimae vir doctrinae, ad or. pro M. Tullio §. 8. *cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed ad rem publicam pertinere videretur.*]. Sed in summa hujus generis l. affluentia pauca sufficiant. Demosth. Lept. 33, 7. *Bekk.* *ἀλλὰ προπέρυσι σιτοδείας — γενομένης οὐ μόνον ὑμῖν ἱκανὸν σῖτον ἀπέστειλεν, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὥστε πεντεκαίδεκα ἀργυρίου τάλαντα — προςπεριγενέσθαι.* Cic. de orat. II, 89. nos — *non modo* tibi ignoscimus, *sed* te diligimus etc. Cat. II, 12, 27. *non modo* factum — *sed* inceptum ullum. Acad. II, 24, 75. videorne tibi non, ut Saturninus, nominare *modo* illustres homines, *sed* imitari nunquam, nisi clarum, nisi nobilem? Seneca de ira 1, 16. —

---

formulae, quando *a majore* pergas *ad minus*, huic, ubi *a minore* assurgas *ad majus* locus sit, vereor, ut vir praeclarus id multis probaverit. Nam ut taceam, ubi a graviore proficiscaris ad debilius, ibi nullam esse gradationem, in l., quae adscripsit, v. c. Cic. p. l. Man. 22. *Quae civitas est in Asia, quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit?* rem majorem et minorem alia, quam scriptor, norma judicavit. Illi enim multo indignius facinus videtur, jam tribuni militum, inferioris fortunae hominis, intolerabilem ferociam esse civitatibus, quam aut imperatoris, aut legati, quibus rerum gestarum magnitudo ingentes spiritus facile afferat, *Zumptius* splendidiorem imperatoris esse et legati, quam tribuni militum conditionem reputans, sententiam, in qua illi commemorati sint, graviorem, in qua hujus facta mentio sit, debiliorem esse, calidiore consilio argumentatur. At enim sensu incolumi dictus l. sic inverti potest: *quae civitas est in Asia, quae unius tribuni militum spiritus capere possit, nedum imperatoris aut legati.* Nimirum sic universa argumentandi ratio commutatur. Nam sententiae conformatio, qua Cicero utitur, est indignantis de indomita, quae ad ipsos tribunos militum serpserit, libidine potissimum, quam *Zumptius* posuit, de dissoluta imperatorum legatorumque licentia querentis maxime. Praeterea non omnia l., quae *non modo — sed* habent, ejusdem sunt indolis, atque ille Ciceronis p. l. Man., ut pleraque, quae supra laudavimus v. c. Liv. 22, 14. Postremo formula *non modo — sed etiam* non sua vi gradationem infert, sed augmentum, quo rei superadditur res, quae et major alterâ potest esse, et minor eâ et dignitate ei par.

quos volet nequitiae male cedentis exempla fieri, palam occidet *non tantum*, ut pereant ipsi, *sed* ut alios pereundo deterreant. Liv. 22, 14. qui — *non* homines *tantum*, *sed* foedera et Deos ciebamus etc. 38, 54. L. Furius Purpureo consularis — latius rogandum censebat, non quae ab Antiocho *modo* pecuniae captae forent, *sed* quae ab aliis regibus gentibusque. Cic. Rhet. II, 55. *demonstratur — non modo id non adeptus, sed in summas miserias incidisse*, in cujus generis l. alterum *non* necessario requiri, subtilissime docuit *Beierus* ad Offic. I. p. 165 sq. Act. 19, 26. *Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον.*, ubi quod *καί* post *ἀλλά* recte spreverunt editores, idem exturbarem ex Joh. 12, 9. — *ἦλθον, οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα (καὶ) τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν*, si graviores illud testes excluderent. Plane huic contrarium alterum est l. genus, quorum in posteriore membro *καί* conspicitur, quasi in priore sit *μόνον*. Male in iis vocem *μόνον* et requisiverunt VV. DD., ut *Solanus* Luc. Jud. Voc. c. 3. *δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἱ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινα φυλακήν*, H. *Stephan.* Plat. Euthyd. §. 63. al., et librarii nimia liberalitate passim addiderunt [cf. Rom. 4, 9. var. lect.]. Nam patet, hanc quoque dicendi formam fluxisse ex duarum locutionum confusione, unius *δίκαιον οὖν, οὐχ ὑμᾶς — ἀλλὰ τ. λ. γρ. τ. π. ἔ. τ. φ.*, alterius *δίκαιον οὖν, οὐχ ὑμᾶς μόνον — ἀλλὰ καὶ* etc., ut haec non minus, quam prior illa, significationem particularum *οὐκ — ἀλλά non solum — sed etiam* corroboret. Luc. D. Mort. 26, 1. *οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μετασχεῖν ὅλως τὸ τερπνὸν ἦν.* Dial. Deor. 12, 1. *οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω — ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ.* Liban. Vit. Demosth. *καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονύσῳ τῷ Ἁλικαρνασεῖ τοῦτο συνδοκεῖ.* Thucyd. 4, 92. *καὶ πρὸς τούτους γε δὴ, οἳ καὶ μὴ τοὺς ἐγγὺς ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄποθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀγῶνος ἐλθεῖν;* ubi de hoc Graecorum usu non debebat dubitanter loqui *Dukerus.* Philipp. 2, 4.

Sed quum librarii majore studio in vocularum οὐκ — ἀλλά interpretationem *non solum — sed etiam*, quam in explicationem *non tam — quam* inclinaverint, tum immodestius *Glassius* Philol. s. p. 420 sq. ed. *Dathe*, aliique illo formulae significatu usi in iis l. sunt, quibus aut tradi Jesu cum Deo τὴν ὁμοουσίαν, aut ad eam respici putarunt, v. c. Marc. 9, 37. Joh. 5, 30. 12, 44.. Item ejusmodi interpretatio in nonnulla V. T. l. praeter rationem translata est, velut Genes. 32, 28. Jer. 31, 34., quorum, ne lineam transiluisse arguar, cohaerentia isti consilio graviter intercedit. Est enim hic quoque ex orationis nexu rerumque quovis in l. expositarum ingenio judicandum, utrum enarrare liceat *non solum — sed etiam*, an vero minus. Itaque et 1 Sam. 8, 7. לֹא אֹתְךָ מָאָסוּ־כִּי אֹתִי מָאֲסוּ intrepide explicamus *non tantum te spreverunt*, *sed etiam me* vs. 8., et 1 Tim. 5, 23. μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ᾽ οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου quominus *Wineri* (gr. p. 178.) partium simus, impedimur v. οἴνῳ ὀλίγῳ, quemadmodum qui Vellej. Paterc. 2, 28, 4. *nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, sed in multos insontes saevitum* eandem interpretationem respueret, infestum esset habiturus v. *multos*. — Sed hic lubet subsistere. Nam, nisi decipimur, ita, quod fuerat propositum effectum est, ut qui prorsus dissentiat, ei videndum sit, ne plus praejudicatarum opinionum auctoritati, quam causae argumentorumque probitati tribuat.

EXCURSUS.

III.

*Observationes criticae**).

φαγός et φάγος.

Rectene habeat φάγος Matth. 11, 19. et Luc. 7, 34., an secus utiliter quaeri potest. *Lobeckius* in Analectis *Wolfii* III, 55.: „ne φάγος quidem, inquit, sui generis accentum sequitur; est enim paroxytonon apud Hesych. s. τρώκτης, Eustath. p. 1630. 15. 1737. 50. Melamp. de Naev. p. 506. ed. Franz. Moschopul. de Sched. p. 178. et in N. T. *loco* [*immo locis*], ne tantillâ quidem tot Codicum dissensione. Atqui verbalia communis et antiqui usus ultimam ut plurimum acutam habent, ἀρχός, φυγός, ταγός, ἀμοιβός, φειδός, ἐδός, βοσκός, nonnullâ tamen discrepantiâ, de quo ne aquam perdam explicabo alias.“ Quae partim repetiit ad Phryn. p. 434. infra. Haud dubie φάγος utrobique retinendum est. Rem altius repetam. Accentus retrahitur ob plurimas causas: aut ut ex activâ notio fiat passiva [τομὸς τόμος, δρομὸς δρόμος, τροχὸς τρόχος, φορὸς φόρος, συνεργὸς σύνεργος], aut ut ex actione exsistat tempus vel locus actionis [ἁρπαγὴ ἅρπαγη, ἀροτὸς ἄροτος, τρυγητὸς τρύγητος, σκαφητὸς σκάφητος], aut quia adjectivum nomen mutatur in proprium [εὐμενὴς Εὐμέ-

---

*) Quam de *Matthaeii* atque *Griesbachii* arte criticâ h. l. cum lectoribus communicare decreveram commentationem [vide ad Matth. Praef. p. X.] ea studiis meis, quae multa ex aliquot annis τῇ κρίσει N. T. impendi, latiorem ambitum nacta est, quam ut eam hujus l. angustiae caperent. Quare alio loco summorum virorum de N. T. emendatione merita justae et aequae censurae submittam.

νής, κακὸς Κάκος, αἰπὺ Αἶπυ]. Vide *Reiz.* de inclin. acc. p. 110. 111. et 116. Jam Hesychius l. l. haec dicit: τρώκτης· φάγος, ὁ ἀπὸ πάντων ἐσθίων, καὶ κερδαίνειν βουλόμενος, πανοῦργος, ἀπατεών. Videtur igitur φάγος pro Substantivo habere ut τρώκτης. Moschopul. l. l.: τρῶκται, παρὰ Φιλοστράτῳ, οἱ πολλὰ ἐσθίοντες, ἤγουν οἱ κοινῶς φάγοι. Hic rursus componuntur τρῶκται et φάγοι et ita quidem, ut posterior vox *inter vulgares* referatur. Nonnihil huc pertinet etiam Schol. ad Aristoph. Av. vs. 290., ubi καταφαγᾶς, nomen proprium, καταφάγας epitheton dicitur: καταφαγᾶς, ὅτε ἐπίθετον βαρύνεται, ὅτε δὲ κύριον περισπᾶται. Sed maximi hic momenti et ponderis est Arcadii locus περὶ τόνων 47, 3. τὰ διὰ τοῦ αγος διβραχέα ἐπιθετικά, καὶ μὴ ἐθνικά, βαρύνεται, φαγὸς κραγός· τὸ δὲ κράγος ὁ κραυγαστικὸς βαρύνεται, καὶ τὸ μάγος ἐθνικόν. Ex his satis apparere puto, φαγός et κραγός esse Adjectiva *vorax*, fressig, *clamans*, schreiig, φάγος et κράγος Epitheta vel si mavis Substantiva *devorator*, Fresser, *clamator*, Schreier. Ac confirmatur haec sententia tum exemplis *Lobeckii* quae acuuntur, ut βοσκὸς φυγός al.: haec enim Adjectiva sunt weidend, flüchtig: tum locis N. T. ipsis. Haec enim Epitheton sive Substantivum requirunt, non Adjectivum, quum sequatur οἰνοπότης. Ceterum praeter φαγὸς et φάγος tertia forma φάγων (*phago* Varro) repperitur, quam cum v. οἰνοπίων i. q. οἰνοπότης recte contendas. Ejus Accusativus φαγῶνα apud Zonaram, φαγόνα apud Suidam scribitur, male utrobique. Nam quum vocabulum sit e genere ampliativorum ita flecti debet: φάγων, φάγωνος, φάγωνι, φάγωνα. Quae Pollux Onom. VI. 40. affert Composita ὁ κραδοφάγος, ὁ σκατοφάγος, γαλακτοφάγοι, ἀνδροφάγοι, βαλανηφάγοι, ea non e φάγος, quod ipsum per se plenum sensum efficit (*devorator*) neque cum aliâ voce conjungi potest, sed e φάγος (fressend) formata sunt. Hinc φαγᾶς (vel φαγάς vel φάγας) recte dicitur *edax*, *vorax*, non item καταφαγᾶς (vel καταφαγάς vel καταφάγας), non magis quam *comedax* aut *devorax* [vide *Lobeckium* ad Phryn. l. l.]. Quae si recte disputavimus φαγὸς est homo qui *semel* nimio se cibo ingur-

gitat quamvis forsitan homo cibi abstinentissimus, φάγος is qui φαγὸς esse solet et perpetuo cibum supra modum appetit; plane ut καθαρὸς homo est qui *semel* vel nunc purus est quamvis alioqui plerumque spurcus et immundus, καθάριος is qui καθαρός esse solet et labis vel maculae expers esse consuevit. —

1 Thess. 2, 8. ὁμειρόμενοι.

Ὁμειρόμενοι ὑμῶν quum non tantum A. B. C. D. E. F. G., sed etiam ingens aliorum Codicum vis confirment, dudum a VV. DD. probatum est [vide *Wetstenium* ad h. l.]. Accedunt alia. Nam Job. 3, 21. A. C. et Codex Monacensis num. 148. ὁμείρονται praebent pro ἱμείρονται. Ps. 62, 2. ὁμείρεται Symmachus habet pro ἱμείρεται. Nyssenus in 1 Cor. XV., quem affert *Wetstenius* multis verbis defendit Apostolum, non puto quod dixisset ἱμειρόμενοι ὑμῶν (etsi ἱμείρω poëticum esse Pollux V, 165. recte statuit), sed quod ὁμειρόμενοι. Hesychius: Ὁμειρόμενοι· ὁμείρονται, ἐπιθυμοῦσιν. Ubi *Albertius* Glossas suas in N. T. p. 146. Ὁμειρόμενοι, ἐπιθυμοῦντες affert. Phavorinus hîc quoque more suo Hesychium expilavit. Adde Schol. *Matthaeii* in ed. maj.: ὁμειρόμενοι, ἐπιθυμοῦντες καὶ ἀντεχόμενοι. Sed longe gravissima est Photii auctoritas, qui p. 331, 9. ὁμείρονται, inquit, ἐπιθυμοῦσι. At, dicat aliquis, quid tandem hoc est ὁμείρεσθαι? Aut, opinor, pro ἱμείρεσθαι forma senescentis Graecitatis, quae vocales mirum in modum inter se confundere solet. Comparari potest wo, quod Saxones inferiores dicunt pro *wie*. Hoc si minus placuerit alia mihi ratio in promtu est. Nam suspicari licet exstitisse olim ὁμείρειν et ὁμείρεσθαι, quod ex ὁμοῦ atque εἴρειν coaluerit. Cujus opinionis auctorem habeo Photium qui 331, 8. Ὁμείρειν explicat ὁμοῦ ἡρμόσθαι. Tum ὁμείρεσθαί τινος non tam fuerit *concupiscere*, *cupiditate ferri in aliquem*, quam potius *adhaerere alicui* (ad verbum *sese cum aliquo connectere*). Eandem etymologiam sequutum esse Schol. Matth. ex eo colligas, quod explicationis loco subjecit ἀγαπῶντες καὶ ἀντεχόμενοι. Non diffiteor equidem, hanc explicationem

in illum locum etiam magis quadrare videri alterâ. Nam egregie adumbrat Apostolus mollem suum et insignem erga Thessalonicenses amorem, ut eos tanquam alteram animae suae partem dicat, *ἤπιον* se inter illos fuisse profiteatur, postremo cum nutrice teneros pueros fovere solitâ se comparet. Itaque justo debilius videtur *ὁμειρόμενοι ὑμῶν* id ut sit *ἐπιθυμοῦντες*, quemadmodum exponunt Grammatici quos supra dixi, quum sibi ut arbitror persuasissent *ὁμείρεσθαι* cum *ἱμείρεσθαι* unum esse idemque verbum.

II Petr. 1, 4. *τὰ μέγιστα καὶ τίμια ἐπαγγέλματα.*

II Petr. 1, 4. — *δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται* *Wetstenius* eo quod Plut. Thes. p. 5. A. — *τὰ μέγιστα καὶ τιμιώτατα λαμβάνοντας* — et Dionys. Hal. 8, 51. — *ἀλλὰ τὰ μέγιστα καὶ τιμιώτατα* attulit se pro *τίμια* expetere *τιμιώτατα* significavit omnesque quos contulerim interpretes ita hunc l. transtulerunt, quasi *τιμιώτατα* scriptum invenissent. At *τιμιώτατα* nullus Codex praebet neque variantes lectiones ita comparatae sunt, ut verborum ordinem mutare audeam. Sunt autem hae: 2. 4. 21. 22. 38. 40. 45. 46. 47. Syr. post. Arab. Oecumen. Editt. *τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα* | C. 31. Vulg. *μέγιστα καὶ τίμια ἡμῖν* | A. *μέγιστα καὶ τίμια ὑμῖν* | 1. *τίμια καὶ μέγιστα ἡμῖν*. Sed id nunc in incerto relinquere licet, quum nullus liber *τιμιώτατα* contineat atque illud h. l. ostendere decreverim, syntaxin *τὰ μέγιστα καὶ τίμια ἐπαγγέλματα* et idoneam rationem habere neque exemplis destitui. Fieri enim potest, ut qui sit *doctissimus* idem sit *dives*, non *ditissimus*, et sine ullâ repugnantiâ promissa et *maxima*, quoniam maximi momenti res complectuntur, et *cara* pretii, quod illis apud animum tuum statuas, ratione habitâ animo informari possunt. Converte: *per quae maxima nobis et cara promissa donavit*, wodurch er *die grössten* und *schätzbare* Verheissungen uns geschenkt hat. Conferri potest formula Demostheni, Isocrati et Hippocrati solemnis *πλεῖστα καὶ παντοδαπά*, quam perperam *G. Dindorfius* ad Isocrat. Praef. p. IV. et ad Demosth. p. XIV. plane evertere studuit, ut vel *contra Codd.*

παντοδαπώτατα scribere auderet v. c. Hippocr. de victus rat. lib. II. p. 365, 29. *Foes. εἶτα πίσας αὐτὸν ἐκ τοῦ λουτροῦ μαλακὸν οἶνον δειπνεῖν ὡς πλεῖστα καὶ παντοδαπὰ σιτία.*, quod eo minus probo, quod, quum *παντοδαπός* indole suâ ad Superlativum prope accedat, multo minus mirum in illis l. videtur *παντοδαπός* quam *παντοδαπώτατος*, quod cum *πρώτιστος* et similibus contendere licet. Possis etiam locum Petrinum sic explicare: *wodurch er uns die grössten und die schätzbaren Verheissungen geschenkt hat* eâ lege, ut non quidem *cariora* a *minus caris* distinguantur, sed ut *quae cara sint* iis opponantur, *quorum nulla sit caritas* [vide Conjectanea mea I, p. 19 sq.]. Hoc pacto *τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια* ad sententiam nihil differat a *τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τιμιώτατα.* At ut sic Articulus ante v. *τίμια* omitti *potuerit* [cf. Soph. Aj. vs. 635. — *ἀλλ᾽ ἁλίσκεται χὠ δεινὸς ὅρκος καὶ περισκελεῖς φρένες* et *Wineri* gr. I, 55.], nemo tamen est quin tali in loco repetitum Articulum maluerit: *τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τὰ τίμια ἐπαγγέλματα.* Unde priorem interpretationem posteriori multum praefero.

ἐλαιῶν et *ἐλαιών* Luc. 19, 29. 21, 37.

Luc. 19, 29. — *πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν.* 21, 37. — *εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν.* Ita in omnibus editionibus perscriptum est. Falso nimirum editores *ἐλαιῶν* pro Genitivo vocis *ἐλαία olea* habuerunt. Quam sententiam tribus maxime rationibus corroboramus. Primum enim ita Articulo *τῶν ἐλαιῶν* opus esse non intellexerunt: Matth. 21, 1. *πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* 24, 3. *ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν* 26, 30. *εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* Marc. 11, 1. *πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* 13, 3. *εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* 14, 26. *εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* Luc. 22, 39. *εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* 19, 37. — *τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν.* Joh. 8, 1. *εἰς* (alii *πρός*) *τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.* (Ultimum locum suspectae fidei esse constat). Deinde in utroque l. *τὸ καλούμενον* ineptum esse non animadverterunt. Nam *τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* usitata fuit ac prope constans appellatio *mons olivarum*, *mons oleis consitus*, ut *τὸ καλούμενον*, quâ for-

mulâ, quemadmodum vernaculâ der, die, das sogenannte, voces indicari solent usu rariores [Athenaeus 11, 86. *τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίταν*. Aristoteles apud Athenaeum 10, 67. *τὸ καλούμενον πῖνον*. Et sic saepissime.] interjici profecto non posset. Tum si *τὸ καλούμενον* cum scripturâ *ἐλαιῶν* Luc. 19, 29. 21, 37. vel maxime consisteret, certe alius verbis erat ordo assignandus, ut *τὸ καλούμενον ὄρος τῶν ἐλαιῶν*. Etenim *τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν* quum sit, ut ex allatis locis intelligitur, loquutio intimo nexu ligata, fieri non potuit, ut verbis *τὸ καλούμενον* interpositis in duas partes divelleretur. Utrobique igitur accentu correcto *ἐλαιών* scribendum: Luc. 19, 29. *πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιών* — 21, 37. *εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιών*. *ad (in) montem qui oliveti nomine vocatur*. De quâ re quominus animus in contrarias partes distrahatur praeter allata argumenta impedit locus Act. 1, 12. *τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος*. Nec dubitare fas est, quin etiam Josephus A. J. 20, 8, 6. *πρὸς ὄρος τὸ προςαγορευόμενον Ἐλαιῶν* et in locis similibus scripserit *Ἐλαιών*. Ibi enim, ne superius dicta repetam, illud quoque de vitioso Accentu lectorem admonet, quod perperam exaratum est *Ἐλαιῶν* literâ majusculâ. Ne quis vero objiciat, non Nominativum, sed aut Genitivum *ἐλαιῶνος* aut Accusativum *ἐλαιῶνα* Luc. 19, 29. 21, 37. requiri, Nominativum in hâc dicendi formâ frequentari monendum est. Vide *Lobeckium* ad Phryn. p. 517. not. I.. E. N. T. comparari potest *ὀνόματι* cum Nominativo saepe compositum v. c. Luc. 1, 5. 10, 38. Act. 5, 1. 8, 9. 12, 13.. Magis etiam hûc pertinent loca Apoc. 6, 8. 8, 11. 19, 13.. Eodem modo Romanos loquutos esse neminem fugit: vide si opus *Zumptium* gr. p. 355 sq.. Ceterum variantes lectiones Luc. 19, 29. duplicem olim scripturam exstitisse docent, alteram ad locos parallelos Matth. 21, 1. Marc. 11, 1. a librariis attemperatam — *πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀπέστειλε* [ita K. 42. vide *Wetstenium*], alteram Lucae — *πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιών*. Vulgata igitur scriptura — *πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν* turpes illius lectionis relliquias continet.

Eadem res obtinet Luc. 21, 37., ubi 1 Colb. ad multorum in Evangeliis locorum similitudinem [cf. supra] εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν continent, Marcion εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιών vere habet, quo cum illâ scripturâ temere confuso nostrae editiones male repraesentant εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν.

I Timoth. 6, 5. διαπαρατριβαί.

Quemadmodum Marc. 9, 25. ἐπισυντρέχω mire compositum est [cf. Comment. p. 375.], ita etiam 1 Tim. 6, 5. v. διαπαρατριβαί, quod tot Codd., in his A. D. F. G., totque subsidia varii generis sustentant, ut contra ea sobrius Criticus ne hiscere quidem audeat. Et rectissime *Griesbachius* διαπαρατριβαί *Millio* Prol. § 638. et 1367. probatum recepit. Tamen *Schneiderus* in Lexico graeco: „διαπαρατριβή falsche Lesart, statt παραδιατριβή ep. I. Timoth. 6." Hesychius diu emendatus διαπαρατριβαί· ἐνδελεχισμοί, ἐνδελέχειαι. Cyrill. Lex. (a *Bielio* allatus): διαπαρατριβαί· ἐνδελέχειαι, συγκρουσμοί. Suidas: διαπαρατριβαί· ἐνδελέχειαι. Hos Grammaticos ad nostrum l. respexisse dudum intellectum est. Vocem διαπαρατριβή crederes *diuturnam et vehementem inimicitiam*, *iram*, *offensionem* denotare, siquidem παρατριβή quum apud alios tum Polybium [vide *Wetstenium* ad h. l.] *offensionem* significat, δια — autem praeverbium vel diuturnitatis vel vehementiae indicandae inserviat. At hic sensus ab nostro l. valde abhorret, nec fieri potest, quin dicatur *inepta sedulitas*, quam plerumque περιεργίαν appellant Graeci: proprie διατριβή quae sit perversa (παρα —). Patet igitur voc. διατριβαί miris modis praepositione παρα — esse diremtum, quum exspectes παραδιατριβαί, quae lectio quam eandem dixeris correctionem olim obtinuit, sed luce caret antiquitatis. Ceterum vocc. διαπαρακυπτομένας I Reg. 6, 4. et διαπαρετηροῦντο II Sam. 3, 30. in suspicionem cum S. V. *Schleusnero* in *Bielii* Thes. I, 110. vocanda esse nego.

νῆστις et νήστεις.

Νῆστις, quod pro νήστεις Matth. 15, 32. et Marc. 8, 3. in aliquammultis Codd. invenitur, plane nihili esse ad Marc.

8, 8. affirmare non debueram. Nam Photius 238, 2., Phrynichus *Bekkeri* 52, 29. Νῆστις καὶ τὸ πληθυντικὸν νήστιδες καὶ νήστις et Etymologicum M. 605, 22. νῆστις — κλίνεται νήστιος Jones νῆστις, νήστιος flexisse docent, unde prone ducitur ex νήστιες et νήστιας contracta forma Nominativi et Accusativi Pluralis νήστις. Adde *Wetstenium* ad Matth. 15, 32., qui ex Anthol. II, 40, 11. νήστιας citavit et Lex. MSC. apud *Matthaeium* ad Marc. 8, 3. ed. maj.: νῆστις καὶ κλίνεται νήστιος, ὡς ὄφιος, ἔχιος, τὸ πληθυντικὸν τοὺς νῆστις, [immo νήστις] διὰ τοῦ ἰῶτα*). De eo, utrum νήστις pro νήστεις Matth. 15, 32. et Marc. 8, 3. textis inferendum sit an non, in utramque partem disputari posse video. Nam qui νήστις repudiare decreverit librorum eam formam stabilientium paucitatem antestetur. Me tamen lectionem νήστις *ut exquisitam et inventu rariorem* alteri nunc praelatam malle, quum praesertim satis multi Codd. quum aliorum [vide *Bengelium* ad Matth. l. l.] tum *Matthaeii* Mosquenses huic formae patrocinentur ingenue profiteor. Nam vetustissimorum Codicum qui majusculis sunt literis scripti, non magna hîc vel potius nulla est auctoritas: veluti in D pro ceterâ hujus libri orthographiâ *NHCTEIΣ* tum νήστις significare potest, tum νήστεις.

σαρκικός et σάρκινος.

Griesbachium ibi interdum se Codicibus emancipasse, ubi facilitatem quâ duo finitima vocabula a scribis permutarentur contuitus sententiae lumen unice sequi debuerat quum multis possim nunc uno docebo exemplo. Edidit *Griesbachius* Rom.

---

*) Quo minus accurate hucusque de formis N. T. disputatum est quarum paucas tantummodo examinandi in Matthaeo et Marco mihi est oblata opportunitas, eo magis laetor, quod, ut accepi, *Car. Henr. Adelb. Lipsius* hanc sibi rem singulari libro pertractandam sumsit. Est enim *Lipsius* doctae dissertationis de Indicativi usu, quam aliquoties in Commentariis citavimus, auctor et laudum omnium soceri sui *Frederici Guilielmi Ehrenfredi Rostii*, celeberrimi inclytae scholae Thomanae Rectoris, quem praeceptorem de me meritissimum et virum eruditissimum atque optimum colere nunquam desinam, aemulus.

7, 14. ex A. B. C. D. E. F. G. all. σάρκινος et Hebr. ex A. B. C. D. * all. σαρκίνης atque 1 Cor. 3, 1. ex A. B. C. D. * paucisque aliis σαρκίνοις. At quum sit σάρκινος *carneus*, fleischern, *e carne constans*, σαρκικός *corpori deditus*, fleischlich, sinnlich male *Griesbachium* illis in locis lectionem mutasse apparet, ubi unice aptum est voc. σαρκικός, quum partim tacite [Hebr. 7, 16.] partim diserte [Rom. 7, 14. 1 Cor. 3, 1.] opponatur πνευματικός. Illud quoque magnam vim habet, quod 2 Cor. 3, 3., ubi libri consensu exhibent σαρκίναις, haec forma ad sententiam necessaria est, ut docet λιθίναις. Sed illud praeterea expende. I Cor. 3, 3. vir summus qui modo dedisset σαρκίνοις *in ejusdem sententiae perpetuitate* reliquit bis σαρκικοί, quamvis D. F. G. Or. Nyss. hic quoque σάρκινοι praebeant. Et vs. 4. σαρκικοί nulla est alterius formae memoria, sed A. B. C. D. E. F. G. sufficiunt ἄνθρωποι, quod non videtur ferri posse, nisi conjunxeris utrumque σαρκικοὶ ἄνθρωποι. Deinde 1 Petr. 2, 11. omnes libri apud *Wetst.* τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν praestant. Tum 2 Cor. 10, 4. nullus non Codicum τά γὰρ ὅπλα — οὐ σαρκικά —. continet. Nec Rom. 15, 27. — τοῖς πνευματικοῖς — ἐν τοῖς σαρκικοῖς variatur. Adde 2 Cor. 1, 12. ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ubi non nisi F. G. σαρκίνῃ tenent. Haec si quis contemplatus fuerit, fateatur necesse est, aut nusquam σάρκινος eâ quam naturâ suâ non habet vi (*corpori emancipatus*) ferendum esse, aut reducendum in omnibus certe Pauli locis: quod multo majoris fuerit audaciae libris toties in σαρκικός consentientibus, quam paucissimis locis in tantâ hujusmodi formarum confusione Codicum auctoritatem spernere. De quâ re eo minus dubito, quum Patres, ut Chrysostomus, saepissime σαρκικός N. T. usu ut solent permoti ita ut sit *corpori deditus* posuerint et quum similes formae v. c. ψυχικός, πνευματικός, ἀνθρώπινος in N. T. non aliter quam apud Graecos usurpentur.

οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις σπιλάδες.

Verissime *Griesbachius* Jud. vs. 12. probavit οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, quod quamvis σπιλάς

generis sit feminei recte habet. Nam syntaxis obtinet ab *Hermanno* ad Vig. p. 932 sq. Pindarico Pyth. IV, 443. — *τὰν Πελίαο φόνον* aliisque locis illustrata atque v. *οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες* sic explicanda sunt: *οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν ὄντες σπιλάδες* ***hi sunt qui vestris epulis intersunt scopuli*** als Klippen (al. *maculae* als Flecken). In promtu est igitur, voc. *σπιλάδες* appositionem complecti. Atque lectioni, quam magni fecit *Griesbachius* permulti libri apud *Wetstenium* favent et quae illi scripturae subsidia adversantur eorum qui genuinis Judae verbis temere offensi essent correctionem repraesentant. Ceterum de nexu qui huic loco cum Petrino II, 2, 13. *σπῖλοι καὶ μῶμοι* intercedat deque vocabulorum *σπιλάδες* atque *σπῖλοι* sensu genuino non est hujus loci disputare. Illud tamen inculco, *J. Pricaei* conjecturâ *σπιλάδες* in *σπῖλοι* mutantis nihil esse vanius.

Hujusmodi multa in locos N. T. dubitationis plenos vel animo meditatus sum, vel etiam literis mandavi, quorum partim ad Lucam et Johannem opportunitate datâ proferam, partim in Prolegomenis ad criticam N. T. editionem quam paro exponam.

ADDENDA.

P. 20. l. 21. adde: De concitato columbae volatu cf. etiam Soph. Oed. Col. v. 1083. *Herm.* εἴϑ᾽ ἀ ε λ λ α ί α τ α χ ύ ῤ ῥ ω σ τ ο ς π ε λ ε ι ὰ ς αἰϑερίας νεφέλας κύρσαιμι τῶνδ᾽ ἀγώνων ϑεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα. — p. 31, l. 22. adde: Cic. Or. II, 7, 30. — oratoris autem omnis actio *opinionibus*, *non scientià* continetur. *Hermann.* ad Soph. Oed. Col. v. 1123. cl. vs. 1125. et *Fritzsche* ad Luc. D. D. 20, 4. ad v. μεμψιμοίρων γάρ, ο ὐ κ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα. — p. 32. l. 1. adde Joh. 14, 22.. — p. 32. l. 14. adde: cf. Eurip. Hippol. v. 452. εἰσὶν ἐν Μούσαις. — p. 46. l. 37. adde: de v. πάντοϑεν et πανταχόϑεν passim in Cdd. confusis cf. *Jacobs* ad Achill. Tat. II. p. 395.. — p. 56. l. 28. adde Achill. Tat. 1, 16. ὁρᾷς ἐκείνην τὴν τῆς πλατάνου πλησίον (δ ε ί ξ α ς ϑ ή λ ε ι α ν τ α ῶ ν α); ταύτῃ νῦν οὗτος τὸ κάλλος ἐπιδείκνυται λειμῶνα πτερῶν. — p. 57. l. 24. adde Cic. Or. III, 3, 10. — ut ille, qui haec non *vidit*, et vixisse cum republicâ pariter et cum illâ simul exstinctus esse videatur. Cf. v. sq. et finem cap. 2. — p. 79. l. 16. Poenitet me jam lectionis ἀπ ε κα-τεστάϑη Marc. 3, 5. et 8, 25. in fidem non receptae. Nam praeterquam quod etiam in aliis N. T. locis plurimi et optimi Codd. hoc verbum duplice Augmento instructum exhibent, nihil potest ad N. T. orationem illâ lectione fingi accommodatius. Sic enim posteriores scriptores solent. Ut Incert. Philopatr. c. 27. ἀπ ε κατέστησε. Vide plurima exempla apud *Lud. Dindorfium* not. ad Diodorum p. 589., qui vir doctus recte ut videtur formas has deteriores a Diodoro abjudicat. Quin video nunc ipsum, ἀπ ε κατεστάϑη hic et in similibus locis verissime jam olim probatum esse *Winero* meo gr. I. p. 38.. — p. 66. l. 26. Cf. Marc. 12, 19. Cic. Orat. III, 34, 139. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato — —? *Equidem non arbitror.* — p. 70. l. 11. adde: cf. *Schaefer.* ad Demosth. II, p. 75. — p. 88. l. 4. Marc. 3, 11. ὅτ᾽ ἄν

(pro ὅταν) αὐτὸν ἐθεώρουν confidenter scribere debueram. Res ita se habet. Ὅταν et ὁπόταν in Cdd. persaepe sic scribuntur ὅτ' ἂν et ὁπότ' ἂν. Vide v. c. *Bastium* ad Gregor. p. 827.. *Elmslejus* ad Med. v. 185. anteponit ὅτ' ἂν alteri ὅταν, obtendens ἡνίκ' ἂν *quod neminem* ἡνίκαν *scripturum esse.* Recte; sed analogiae exigua vis est in iis rebus quae ab usu pendent. Ubicunque ὅταν Conjunctivum regit et vel *si* vel *quando*, wenn in Zukunft, significat, hodie scribimus ὅταν, ὁπόταν. Quod si quis etiam in hâc causâ ὅτ' ἂν et ὁπότ' ἂν praeoptet, id equidem in haud magno ponam discrimine. Sed *Elmslejo* objicere licet ἐπειδάν, quod ἐπειδ' ἂν scribi non magis potest, quam μηκ' ἔτι. Certe *non necessarium* est, ut in hoc genere illa vocabula dividamus. Illud *necessarium* est, ut ὅτ' ἂν et ὁπότ' ἂν exaretur, ubicunque aut *allemal* wann significant, quoniam tum ἂν sensu non cum ὅτε, ὁπότε coalescit, sed ad verbum pertinet ut apud Marcum i. e. q. ὅτε αὐτὸν ἐθεώρουν ἄν: alioquin ingentia monstra procudere debeas Marc. 6, 56. ὅπουαν vel ὁπούαν, in Actis 2, 45. καθότιαν vel καθοτίαν si ἂν producitur de quo sub judice lis est: aut ubi illa declarant: quando*cunque* cum magnâ vi proferendum (tum quidem etiam Latini inter qui | cunque, quomodo | cunque etc. aliud vocabulum interponere consueverunt). Posterioris generis locus mihi nunc succurrit Demosth. adv. Lept. 91, 3. *Bekk.* (484, 25. *Reisk.*) κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν ὅταν τις βούληται καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον —. Rectissime h. l. *Schaeferus* T. III. p. 192. legit ὅτ' ἄν τις, quando*cunque.* Scilicet hic voculam ἂν sui juris esse docet sententia et insequens ὃν ἂν τύχῃ. Itaque opinatus Barbarismus e Marci verbis et lenissime (nam nulla est mutatio; Codices plerique haud dubie vocem dividunt, tametsi qui contulere ut in hujuscemodi rebus facere solent tacuerunt) et certissime eluitur scribendo: ὅτ' ἂν wenn ihn die unsaubern Geister allemal sahen sive allemal, wenn —. Item Genes. 38, 9. Γνοὺς δὲ Αὐνὰν ὅτι οὐχ αὐτῷ ἔσται τὸ σπέρμα ἐγίνετο ὅταν εἰςήρχετο πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν γῆν —. et Dan. 3, 7. Καὶ ἐγένετο ὅταν ἤκουον οἱ λαοὶ τῆς φωνῆς τῆς

σάλπιγγος — — *πίπτοντες πάντες οἱ λαοὶ* — *προςεκύνουν τῇ εἰκόνι* —. scribendum est *ὅτ᾽ ἂν εἰςήρχετο* et *ὅτ᾽ ἂν ἤκουον*. Nam haec sententia requiritur: *quoties* (wenn er allemal) *cum fratris uxore concumbebat.* — *quoties* (wenn sie allemal) *audiebant* —. Nihil igitur ad Marc. 3, 11. loca infimorum scriptorum, ut Scholiastarum, pertinent, in quibus *ὅταν* cum Indicativo componitur, ut *si* vel *quando* significet et Conjunctivus sequi debuerit [cf. *Winer.* gr. II, p. 101.]. Quae negligentia vel ab scholiastis qui mediocriter scripserunt abjudicanda hodie scriptoribus tribuitur, in quos pro ceterâ orationis conditione vix cadere videatur. — p. 146. l. 5. adde Cic. Lael. 7, 24. — — Orestes autem, *ita ut erat*, Orestem se esse perseveraret. Liv. 42, 52. — armatosque *sicut erant* in concionem vocavit. p. 123. l. 17. adde *Jacobsium* ad Achill. Tat. p. 406 sq. — p. 186. l. 31. adde Horat. Epod. 12, 22. Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae cui *properabantur?* — p. 250, l. 14. vocc. *φάσμα* et *φάντασμα* etiam Luc. Necyom. c. 7. confusa sunt. — p. 266. l. 30. Adde Aristoph. Acharn. v. 1096. *κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐκ τοῦ χαλκίου*, ubi lectio *ἐν τῷ χαλκείῳ* metro repugnat. — p. 264. l. 17. adde Achill. Tat. 1, 5. *ὡς δὲ ἦμεν ἀπὸ τοῦ δείπνου* —. ubi vid. *Jacobs.* — p. 303. l. 15. adde Antiatticistam *Bekkeri* p. 100. l. 22. *ἰσχνόφωνον τὸν μογιλάλον οὐκ ἐῶσι λέγειν, ἀλλὰ* [adde *καὶ*] *τὸ μογολάλον ἀπελαύνουσιν. Ἡρόδοτος ἰσχόφωνον.* — p. 304. l. 22. Act. 9, 27. *Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους* —. ubi 37. et Chysost. [vide *Wetstenium*] *ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ.* Verum ibi *αὐτόν* cum *ἤγαγε* arcte cohaeret. — p. 329. l. 28. cf. etiam *Hermann.* ad Soph. Oed. C. v. 1085. — p. 475. l. 4. Vere me judicasse de *στοιβάς* et *στιβάς* docet etiam tum Athenaeus 11, 2. *εἰρείης στιβάδος,* —. tum Latinorum stibadium. Cf. Plin. ep. 5, 6. *stibadium* candido marmore vite protegitur: — e *stibadio* aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit. p. 528. l. 15. Adde Demosth. *Schaef.* V, p. 237. *ἐκτίνοντος δέ μου — ἐπειδὴ ἐξέτινον.* — p. 533. l. 12. adde. Conferrem etiam Hebr. 4, 7. *ἐν Δαυῒδ λέγων,* nisi magis placeret *Lutheri* explicatio *per Davidem.* — p. 633.

l. 12. adde Aesch. Prometh. v. 657. (688.) ἔα ἔα ἄπεχε φεῦ, ubi Scholiastes ἄπεχε vocabulo σιώπα exponit. — p. 665. l. 16. adde: Verbo ἐπιβάλλειν *vestem injicere* opponitur ἀναβάλλεσθαι *vestem rejicere*, cujus verbi participium ἀναβαλλομένη nude Aristophanes Eccles. v. 97. collocavit, contrarium in iis quae proxime sequuntur his verbis plenius dicens: ξυστειλάμεναι θοἰμάτια. — p. 688. l. 13. Adde *Schaeferum* ad Plut. T. IV. p. 367. (ed. *Teubner.*), qui de Marc. 15, 25. disputans nonnulla loca in quibus καί similiter positum est attulit.

LIPSIAE, LITERIS GUILIELMI HAACK.

Eee 2

CORRIGENDA.

P. 2. l. 29. dele ἔμπροσθέν σου. —
— 8. l. 2. lege Griesbachianae et l. 14. colligare.
— 11. l. 23. regio et l. 32. וַעֲשָׂהאֵל
— 13. l. 27. excidit *i. q.* ante v. *et lustrati.*
— 44. l. 25. lege *Μωϋσῆς.* Vide *Matthaeium* in ed. maj. ad Marc. 1, 44. —
— 70. l. 11. dele notam de voce ἴδε, de quâ rectius disputatum est p. 694. —
— 120. l. 29. l. εἰς τὸν οἶκον.
— 163. l. 36. pro לְצִיּוֹן et לְצִיּוֹן lege לְגִיּוֹן et לְגִיּוֹן. Hoc vitium p. 164. aliquoties repetitum est.
— 165. l. 10. l. exsortes.
— 181. l. 5. שברופים et l. 33. ܟܠ ܡܕܡ. Idem vitium ibidem l. 34. repetitum est.
— 184. l. 29. lege *volueris* pro *placuerit.*
— 190. l. 23. et 24. lege ܒܘܩܠܐ,
— 194. l. 20. l. ad Matth. 9, 30. .
— 206. l. 15. lege Joh. 7, 21.
— 216. l. 18. dele verba *postquam eos.*
— 218. l. 8. l. ܩܘܠ
— 225. l. 19. ܠܡܫܘܒܐ
— 232. l. 29. dele *ad.*
— 234. l. 8. l. παραθῶσιν.
— 235. l. 24. l. ܠܟܘܢ
— 249. l. 9. excidit *in.*
— 251. l. 3. l. ܡܠܝܡܝܢ
— 259. l. 10. l. Bengelius.
— 262. l. 5. l. הַפֶּרֶק
— 266. l. 21. קְסָטָא
— 262. l. 14. lege *quartario* pro *sextario.*
— 274. l. 20. ܦܘܪܩܢܐ

P. 278. l. 3. l. חֵפֶץ
— 294. l. 7. בְּאֶחָד pro בְּאַחַד
— 294 l. 19. pro ܨܠܐ lege ܦܨܠܐ. Ibidem dele ܦܘܡ idque lin. 21. post ܦܨܠܐ repone.
— 295. l. 3. l. שִׁבְטֵי־ et l. 26. וְנִשְׁאַרְתֶּם
— 305. l. 8. l. ܐܬܦܩܕܘܢ
— 316. l. 29. pro *Reding* scribe *Rehdig*. Idem vitium corrige
— 325. l. 8. —
— 339. l. 7. l. ܟܡܐ
— 346. l. 16. l. *καὶ τὸν Ἰωάννην*.
— 394. l. 23. l. מִבְטָח
— 404. l. 20. l. השתואה.
— 418. l. 16. post v. *permittentem* excidit virgula.
— 421. l. 16. pro *ad* lege *Matth*.
— 438. l. 18. pro 49 lege 19.
— 448. l. 28. l. כִּי
— 535. l. 3. l. quidam pro quidem et ibid. l. 15. *consideraverit* pro *consideravit*.
— 549. l. 15. pro *μακρὰ* leg. *μακράν*.
— 685. l. 37. pro corformatio l. conformatio.
— 690. l. 6. l. arbitretur et l. 10. quo pro qua.
— 713. l. 2. l. S. V. Wineri
— 763. l. 14. pro בְּצִיר l. בְּעִיר
— 765. l. 25. l. labris pocula pro labra poculis
— 767. l. 4. l. שִׁלְחוּ et l. 13. עֵינֶיהָ
— 770. l. 25. l. מַחְסֶה
— 777. l. 12. l. וְעַל et l. 14. וְדַעַת
— 780. l. 36. l. הוּא
— 783. l. 26. l. כִּי et אֶרְשַׁע, l. 28. וְאַתְּ pro וְמֵת, l. 34. Job. 20, 2.
— 784. l. 18. l. יִגְעַל
— 785. l. 18. l. בִּגְדֵיכֶם et לְבַבְכֶם, l. 30. כַּלָּה
Proleg. p. XXX, n. 5. l. 8. l. *καταλείψοι*.